Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

HOMERI
ODYSSEA

Iusto IOANNIS SPONDANI Mauleonensis COMMENTARIO illustrata,

& PRAEFATIONE exornata.

Item BATRACHOMYOMACHIA, HYMNI, & POEMATIA aliquot, quæ Homero adscribuntur.

M. D. LXXXIII.

SOCIETA' FILOLOGICA ROMANA

PRAEFATIO IOANNIS SPONDANI IN ODYSSEAM CVM ILLIVS ARGVMENTO.

ALCIDAMAS grauis Philoſophus Odyſſeam uitæ ſpeculum pulcerrimum appellauit quod dictum miror ab Ariſtotele (ſi tamen Ariſtotelis ſunt illi libri) Rhet. lib. 3. inter frigida numerari. Iudiciũ potiùs in Ariſtotele, aut quiſquis eſt eorũ autor, ſummoperè deſidero, & elegãtiam illius apophtegmatis ſuſpici & laudari uolo. Primùm. n. uerè dictum eſt, deinde translatio illa ſpeculi nõ ita eſt remota ut facilè tolerari nõ poſsit. In Vlyſſe enim Homerus uirũ nobis depingit qualem eum eſſe oportet, qui prudenter tranſigere uitam exoptat. Hoc enim innuunt illa epitheta πολυμήτις πολύτροπος, πεφαλαίφρων, & cætera huiuſmodi. Neque enim uafritiem illam in eo fingit, qua alijs iniuſtè noceat, ſed qua ſibi tantùm proſit, ut uarij Cõmentariorum noſtrorum loci indicabunt. Non eſt neceſſarium ſigillatim eius facta recenſere, quæ ex huius uoluminis lectione facilè innoteſcent. Breuiter tantum totam hiſtoriam perſtringemus, ut Plutarchus fecit in Iliade. Hæc eſto ergo totius operis Synopſis. Integram narrationem Homerus Poeticè ab ipſo quaſi fine eſt auſpicatus, ut ſuo loco exponemus. Diuerſabatur Vlyſſes apud Calypſo, unde conſilio Deorum in patriam dimitti à Dea iubetur Mercurio nuntiante. (interea Telemachus ad Neſtorem & Menelaum, ut aliquid de patre expiſcaretur, proficiſcitur) Dimittitur, dum nauigat à Neptuno obſeruatur, qui tempeſtate immiſſa naufragium eum facere coegit: excipitur tandem à Leucothea, à qua arrepto natandi adminiculo, ad Phæacum terram peruenit. Ibi nudus per noctem integram delituit. Poſtera die Nauſicaa Alcinoi Phæacum Regis filia, Minerua ita negotium diſponente, ad flumen accedit. Vbi Vlyſſes ab ea excipitur, in urbemq; deducitur. Ibi Alcinous hoſpitio eum excipit, tum in conuiuio errorum ſuorum ordine narrationem perſequitur, inde omni genere humanitatis ab Alcinoo alijsque proceribus cohoneſtatus, comites & nauem ad reditum in Ithacam accipit, ubi ſomno ſopitus deponitur. Excitatus, à Minerua quid facto opus ſit monetur: tuguriolum ſubulci peruenit, & ignotus apud eum diuerſatus eſt, ſe Vlyſſem eſſe diſſimulans. Interea redit Telemachus, & ſubulcum accedens, poſt ſermones ultro citroque habitos, Telemachus ſubulcum in urbem ad Penelopem, ut eam de ſuo reditu commonefaceret, ablegat. Eo profecto prodit ſe Telemacho Vlyſſes, de interimendis procis conſilium capiunt, & illud poſtmodum feliciter exequuntur. Interemptis procis fit in Vlyſſem ab Ithacenſibus tumultus, manu coacta in eum, qui iam in agro apud Laertem patrem, ad quem clàm erat poſt illam cædem profectus, uerſabatur, irruunt, pugna commiſſa paucos Ithacenſes deſiderant, bellum tandem Iouis fulmine potiſsimùm dirimitur, ſuoque regno, pacto cum ciuibus fœdere, Vlyſſes Mineruæ beneficio reſtituitur. Hoc eſt paucis argumentum totius Odyſſeæ, ad cuius lectionem ſatius eſt accedere, quàm nimis longa oratione lectores remorari, quandoquidem abundè Iliadis Prolegomena ea, quæ ad Homerum pertinent, indicant. Hic ergo eò breuiores eſſe uolumus quò ibi prolixiores fuimus. Quædam tantum de Homero παραλειπόμενα certis de cauſis in primis Prolegomenis obmiſſa, hic referemus. Primum qualis fuerit Homerus docet eius ſtatua, quam deſcribit Cedrenus. Locum integrum autem deſcribemus, ut melius cohæreat oratio, ex Xylandri uerſione. Tunc & Octagonum (ſup. Conſtantinopoli) incendio eſt abſumptum: & balneum Seueri quod Zeuxippi nomen geſsit, in quo uarium inerat ſpectaculum, artiumque ſplendor, quippe ibi fuerunt omnis ætatis opera ex marmore, ſaxis, lapidibus, & æreæ imagines: quibus hoc unum deerat, quòd animæ non inerant eorum, quos eæ referebant. Inter præcipua illa & ingenium ſuperantia opera ſtabat & HOMERVS, qualis fuerat, cogitabundus, manibus conſertis infra pectus, barba ſine cultu demiſſa: capilli capitis æquales, rari ab utraque ſincipidis parte, facies præ ſenio hirſuta ac curis de uniuerſo, naſus ad reliquas partes proportione æquali: oculi palpebris affixi, ita ut cæci formam præ ſe ferrent, qualem eum fuiſſe fama fert. Supra tunicam palliolo erat amictus, & ad baſin infra pedes eius lorum quoddam æneum erat ſubiectum. Hæc eſt ſtatua Homerica, quæ etiam in illo incendio perijt. Lucianus in Encomijs Demoſthenis meminit ſtatuę Homericæ, quæ erat in templo Ptolemæi ad dextram collocata, prolixa coma inſignis. Memorat præterea alibi idem Cedrenus fuiſſe Conſtantinopoli in Baſilica bibliothecam librorum M. C. XX. continentem: inter quos fuerit etiam Draconis inteſtinum pedes centum & uiginti longũ, cui Homeri Poemata Ilias & Vlyſſea aureis literis inſcripta: quod miraculum abſumpſit incendium creato Imperatore Baſiliſco. Manaſſes hoc Leonem 3. feciſſe memorat in Annalibus, ac ſolius inteſtini Draconis meminit non etiam literarum aurearum. Quàm ſit autem antiquus ſcriptor Homerus, teſtatur Ioſephus libro primo contra Appionem his uerbis: Conſtat autem, quod apud Græcos nulla inuenitur conſcriptio, poemate Homeri uetuſtior: & hunc etiam poſt bella Troiana fuiſſe manifeſtum eſt. Quod autem ſubijcit: Et aiunt neq; hunc literis ſuum Poema reliquiſſe, ſed cantibus memoria reſeruatum, poſteà fuiſſe compoſitum, & propterea multam in eo comperiri diſſonantiam. hoc, inquam, arguit parum diligenter in Homero uerſatum Ioſephum. Nam quæ eſt rogo illa diſſonantia in Homero? Mihi ſanè hactenus nulla eſt obſeruata, quod ſciam. Quanti hunc Poetam fecerit Plato ex locis ſequentibus conſtabit. In Phœdone appellat eum θεῖον ποιητὴν diuinum Poetam. In Ione ἄριστον καὶ θειότατον τῶν ποιητῶν. Poetarum omnium & præſtantiſſimum & diuiniſsimum, de quo multa in eodem Dialogo. In Theæteto adductis Poetarum quorundam locis & tandem Homeri, reliquos exercitum: Homerum uerò Imperatorem appellat, τίς δ' ἄν, inquit, περὶ γε τούτου τρατιὰν πιθοιτο καὶ τραπηγὸν Ὁμήρου λόγωτε ἀμφισβητήσας, μὴ οὐ κατεγέλαστος γενέσθαι, Decimo lib. de Repub. Socrates fatetur Homerum eſſe ποιητικώτατον καὶ πρῶτον τῶν τραγῳδοποιῶν. Scio tamè in libris de Repub. damnari Homerum à Socrate quod multa habeat in ſua Poeſi minus conuenientia, ſed ei facilè reſponderi poteſt, quod patrocinium ſuſcepit Maximus Tyrius, & Dion Pruſæus libris quatuor, ut teſtatur Suidas, qui nobis perierunt. Tamen non eum indecorè è ſua Repub. eijcit, ſed honeſtè & ualde pacificè lana coronatum, perfuſumq; unguento dimittit ad alios, ut hinc conſtet quanti eum fecerit in multis, quem in pleriſq; damnaret. Quin & Homeri diſcipulum eſſe Socratem manifeſtè docet Diõ orat. 56. Sed & ipſe Plato honorificè ſemper eius meminit & carmina Homerica ſuis ſcriptis tanquam precioſas gemmas diſſeminat. Aelianus Var. hiſt. lib. 2. teſtatur eum primùm omnium ad artem Poeticam animum adieciſſe, & Heroica carmina cœpiſſe condere: Poſteà uerò combuſsiſſe, cum ad Homeri uerſus examinans longe deteriora eſſe uideret. Ariſtoteles etiam paſsim Poetam illum prædicat. Quid quod apud Bar-

baros etiam non ſolùm nomen, ſed etiam poemata Homeri innotuerunt? Indi, ait Ælianus Var. hiſt. lib. 12. cap. 48. Vernacula lingua deſcripta Homeri poemata cantare ſolent, neq; ij tantùm, ſed etiam Perſarum Reges. De Indis idem teſtatur Pruſæus Orat. 54. Idem Ælianus Var. lib. 9. cap. 15. Argiui, inquit, poeticæ totius primâ Homero palmam tribuebant, ab eo reliquos omnes ſecundos ponebant: & ſi quando rem diuinam facerent ad hoſpitij conſuetudinem, inuitabãt Apollinem & Homerum. Lucianus in Demoſthenis Encomio docet, ſolitum celebrari à Poetis Homeri natalem, & illi primitias uerſuum offerri. Hoc enim ſe facere reſpõdet ibi Luciano Therſagoras. Idem Lucianus multa de Homero, quem apud inferos uiderit, narrat: ut Babylonium fuiſſe, & à ciuibus ſuis Tigranem appellatum. Iliadem priorem Odyſſea, cæ cum non eſſe, &c. Sed eorum ſuſpectam fidem ipſe Lucianus primo lib. Ver. hiſt. fecit. Eum autẽ uerè ἀρχαῖον ποιητὴν in Ioue Tragœdo nominat. Alexander Paphius (inquit Euſtathius) tradit, Homerum Ægyptijs parentibus Dmaſagora patre & Æthra matre natum, nutricem habuiſſe Prophetin quandam, filiam Ori ſacerdotis Iſidis: ex cuius mamillis mel aliquando in os infantis manauerit: unde is noctu uoces nouem diuerſas ediderit, hirundinis, pauonis, columbæ, cornicis, perdicis, porphyrionis, ſturni, luſciniæ, & merulæ: & puerum inuentum eſſe cum nouem columbis colludentem in lecto, & aliquando Sibyllam in conuiuio apud parentes pueri inſania captam carmen effudiſſe, cuius initium Δμασαγόρα πολύυμνε: in quo Dmaſagoram etiam μιγακλεῖ & στεφανίτην appellarit, & templum nouem Pegridarum, hoc eſt Muſarum, condere iuſſerit. Hoc illum feciſſe, & puero iam adulto rem omnem aperuiſſe. Itaq; Poetam in honorem auium, quibus cum infans colluſiſſet, finxiſſe eas ipſas Ioui ambroſiam aduehentes. Locus eſt Odyſſ. 12. Homeri elogium luculentiſsimum exhibet Strabo initio Geograph. Id rectè, inquit Xylandro Interp. rectè & à nobis, & à maioribus noſtris, quos inter eſt etiam Hipparchus, exiſtimatum fuiſſe, primum Geographiæ peritiæ autorem eſſe Homerum, qui non modò poetica uirtute omnes & priores & poſteriores ſuperauit, ſed ferè etiam uitæ ciuilis experientia, qua is adiutus, nõ in hoc modo operam dedit, ut actiones plurimas cognoſceret, eaſq; ad poſteritatem tranſmitteret, ſed & in locorum, cùm quæ ſingularum ſunt regionum, tum totius, quatenus incolitur, terrarum orbis mariſq; explorationem ac deſcriptionem idem impendit induſtriæ: abſq; enim hoc fuiſſet, nunquam ille in Orbem rediens commemorando terræ ſitu, ad extremos uſq; eius fines pertigiſſet, &c. Videndus eſt de Homero etiam Philoſtratus in Achillis imagine & in Proteſilao. Iſocrates in encomio Helenæ tantam uenuſtatem Homerico poemati acceſsiſſe dicit, quia illi in ſomnis Helena apparuerit. Eum ad Ægyptios profectum ſcribit Diodorus lib. 1. multaq; ab eorum ſacerdotibus percepiſſe. Eius præceptorem idem lib. 3. appellat Pronopidem uirum ingenio Muſicaq; egregium. Alij uocant Ariſteam, quorum tamen opinio non eſt ueriſimilis, ut docet Lilius Poet. hiſt. lib. 2. Alij etiam magiſtrum ei dant Creophilum, quem tamen alij dicunt eius generum fuiſſe, alij amicum, Apuleius hoſpitem, & canendi æmulatorem. Herodotus Phemium appellat Homeri magiſtrum, qui pueros Smyrnæ publicè literas doceret. Sed de his plus ſatis. Antequam autem Odyſſeam Homericam accedamus, lubet hîc Goropianos loculos recentes excutere. Is in Hiſpanicis contendit, Vlyſſem hunc Homericum omnino eſſe fabuloſum, ad quem Poeta ueteres illas Elyſæ Moſaici narrationes retulerit. Eſt autem Elyſa filius Iauani (uel ut legi uult Becanus, Ionis, à quo Ionia) nepos Iapeti. Geneſ. 10. à quo & Tarſi fratre conditam Hiſpaniam docet, & acerrimè contendit Goropius. Eum ergo celeberrimum Heroem inducit, de quo cùm ſeculis uoluentibus hiſtoria propagaretur, Homerus ex eo ſuum Vlyſſem finxit. Sed præſtat eum ipſum uidere in Hiſpanicis, cuius ſententiam ſi quis exuto affectu maleuolo inſpiciat, fortaſſe ueram, aut ſaltem non omnino abſurdam iudicabit. Nos ad Vlyſſem Homericum animos conuertamus, quem tam ſplendidè Muſa Homerica concelebrat.

AR-

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI *Odyſſeæ.*

DEORVM conſilium ſit de Vlyſſe in Ithacam mittendo à Calypſûs inſula. Poſt quod Pallas in Ithacam proficiſcitur ad Telemachum, ſimilis facta Mentæ regi Taphiorum. Facto autem colloquio Pallas adhortata Telemachum, ut proficiſceretur ad patris inquiſitionem: ad Pylum quidẽ, ad Neſtorem: in Spartam uerò ad Menelaum, euanuit, indicio dato quòd dea eſſet. & procorum ſit conuiuium.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Α. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Ὀδυσσείας

ΘΕΩΝ ἀγορὴ γίνεται περὶ τῆς τοῦ Ὀδυσσέως ἐς Ἰθάκην πομπῆς ἀπὸ τῆς Καλυψοῦς νήσου· μεθ' ὃ ἡ Ἀθηνᾶ εἰς Ἰθάκην παραγίνεται ὡσεὶ Τηλέμαχον, ὁμοιωθεῖσα Μέντῃ βασιλεῖ Ταφίων. ἡσυχίης δ' οὔσης, παρακίνησις ἡ Ἀθηνᾶ Τηλεμάχῳ παραγενέσθαι ἐπὶ τὸν πατρὸς ζήτησιν, εἰς Πύλον μὲν, πρὸς Νέστορα, εἰς Σπάρτην δὲ, πρὸς Μενέλαον, ἀπύρου, εἰ φασιν εἶναι τὸν θεὸν ἤδη. καὶ τῶν μνηστήρων γίνεται εὐωχία.

Aliud.

In primo lib. eſt deorum concio, Vlyſſeæ Palladi confidentia.

Ἄλλη.

Ἀλφα, θεῶν ἀγορή, Ὀδυσῆϊ δὲ Παλλάδι θάρσος.

VIRVM dic mihi Muſa uerſutum, qui ualdè multum
Errauit, poſtquam Troiæ ſacrum oppidum diripuit:
Multorum autem hominũ uidit urbes, & mentem nouit. (mo
Plurimos uerò ille in mari paſſus eſt dolores ſuo in ani-
Magna cura ſeruans ſuamq; animam & reditũ ſociorũ:
Sed neque ſic eripuit ſocios tametſi cupidus.
Suis enim ipſorum nequitijs perierunt
Stulti, qui boues ſupergradientis ſolis
Comederunt: aſt is his abſtulit reditus diem.
Horum partem aliquam dea filia Iouis dic & nobis.
Iam alij quidẽ omnes quotquot effugerant ſæua mortẽ
Domi erant, belloq; elapſi & mari,
Hunc ſolum reditus indigentem atq; uxoris
Nympha ueneranda detinebat Calypſo diua dearum
In ſpecub. cauis, illũ inprimis cupiens ſibi maritum eſſe.
Sed quando tempus uenit circummeantibus annis,
Quo ei deſtinarunt dij domum redire
In Ithacam, neq; tum expers erat certaminum,
Etiam inter ſuos amicos: dij uerò miſerebantur omnes,
Prater Neptunum: ille indeſinenter iraſcebatur
Diuino Vlyſſi antequam ſuam in terram ueniret.

ΑΝΔΡΑ μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε·
Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.
Πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν,
Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων·
Ἀλλ' οὐδ' ὡς ἑτάρους ἐρρύσατο ἱέμενός περ.
Αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο,
Νήπιοι, οἳ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο
Ἤσθιον· αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ.
Τῶν ἁμόθεν γε θεὰ θύγατερ Διὸς εἰπὲ καὶ ἡμῖν.
Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ὅσοι φύγον αἰπὺν ὄλεθρον,
Οἴκοι ἔσαν, πολέμου τε πεφυγότες ἠδὲ θάλασσαν.
Τὸν δ' οἶον νόστου κεχρημένον ἠδὲ γυναικὸς
Νύμφη πότνι' ἔρυκε Καλυψὼ δῖα θεάων
Ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι, λιλαιομένη πόσιν εἶναι·
Ἀλλ' ὅτε δὴ ἔτος ἦλθε περιπλομένων ἐνιαυτῶν,
Τῷ οἱ ἐπεκλώσαντο θεοὶ οἴκονδε νέεσθαι
Εἰς Ἰθάκην, ἔνθ' οὔπω περύγμενος ἦεν ἀέθλων,
Καὶ μετὰ οἷσι φίλοισι. θεοὶ δ' ἐλέαιρον ἅπαντες,
Νόσφι Ποσειδάωνος· ὁ δ' ἀσπερχὲς μενέαινεν
Ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ, πάρος γαῖαν ἱκέσθαι.

COMMENTARIVS.

ἄνδρά μοι ἔννεπε) Eodem modo Odyſſeam exorditur Poeta, ac Iliadem. Tamen notanda eſt uocum diuerſitas, qua utrũq; initium concinnauit, ut figillatim obſeruauit Euſtathius. Quod enim in Iliade dictum eſt ἄειδε, hîc ἔννεπε dicitur. Deinde cùm paulò obſcurius ibi, θεὰ. inuocaſſet, unde dubitatum fuit, quid per θεὰ intelligeret: hîc quaſi quæſtionem ſoluens, μῦσα ſe interpretari uidetur innuere, quæ ſpecialior eſt appellatio quàm illa latiùs patens & pluribus accommodata. Quæ tamen ex nouem Muſis apud Homerum in inuocationibus ſit intelligenda, in ipſo Iliadis principio à nobis explicatum eſt, ut hîc eadem rurſus non ſint inculcãda. Porrò in ipſo huius libri ueſtibulo pro more ſuo exponit Poeta, quid impoſterũ ſcripturus ſit, ut eo pacto in narrationis fluctus prorumpens lector non neſciat, quod ſidus nauigationis ſibi ſequendum ſit. Itaq; hanc Cynoſuram Homerus oſtendit, animos legentum ad ſui lectionem pelliciens, & ſtudio tantæ rei intelligendæ, quam ſe perſequuturum pollicetur, inuitans. Quod etiam præſtant dũ in exordijs, maximè Poeticis, docet Ariſtoteles tertio Rhetor. ad Theod. cap. 14. cuius uerba in Iliadis exordio adduximus. Sed tamen cautio eſt adhibenda. nam ſi res patet, aut exigua ſit, non eſt utendum exordio, inquit ille: proinde conſtat, neceſſariò uatem noſtrum narrationem incognitam & grauem hoc initio præmuniuiſſe. Itaq; nos ad eam audiendam & intelligendam, quam ſtudioſè fieri poterit, accingamur: & ſiquid ea luminis deſideret, illud ei impertiamur, ut hoc altero beneficio manes Homericos nobis deuinciamus. Ait ergo Poeta ſcripturum ſe errores, quos poſt dirutam Troiam per decennium integrum Vlyſſes ſubiuerit, cum proprio periculo & ſociorum ſuorum iactura: cuius caſtam perſtringit, nouem uerſibus tam immenſum ſcribendi argumentum ingenioſè complexus. Animaduertendum eſt autem, in hoc exordio reticuiſſe Poetam proprium Vlyſsis nomen, ſecus atque in Iliade, ubi ſtatim Achillis nomẽ inſeruit. Hîc autẽ uidetur ἀμφικάτηρον locutus, cùm Vlyſſem ſolo epitheto πολυτρόπου indicauit: quod ita uoluit intelligi, ut nullus præterea deſignari per illud poſſet, quàm ſolus Vlyſſes, cui illud propriè conuenit. Poſt uinginti autem uerſus nomen illius proprium extulit, ne ſuſpenſos lectores diutius remoraretur.

ἐκ τροίης) Euerſæ Troiæ gloriam & laudem Vlyſsi tribuere ſolet Homerus, atque idcirco eum ſæpe appellat πτολίπορθον. Quod mirum uideri poſsit. Nam quid igitur præſtitit Achilles, ſine quo Troiam capi non poſſe etiam diuino oraculo exauditum eſt? Quid Aiax fortiſsimus, quid Diomedes, quid Idomeneus, quid reliqui, quorum in expugnanda Troia diligentiam & operam ſatis luculenter Ilias teſtatur & comprobat? Sed quid Neſto- ille cum Agamemnone? quorum huic totius exercitus principi, eo nomine tota gloria iure deberi uidebatur, quod maximè militis geſta in ducem referri uſitata loquendi formula ſoleant: ille uerò prudentia & conſilio ſuo plus in ea præſtitiſſe credi poſsit, uel ipſius Agamemnonis teſtimonio ſuffragante, ut in Iliade uidimus, cùm decem Neſtores tantùm ad Troianum excidiũ ſibi exoptat. Sed ut natura nihil fruſtra, ſic neq; Homerus. Nam, ut ex factorum Vlyſsis commemoratione conſtat, ille omnia præſtitit, quæ ad Troiæ expugnationem facere uidebantur. Ille Achillem ad bellum perduxit: ille ſagittas Herculis à Philoctete exoratas ad Troiam tulit: ille cinerem Laomedontis, qui ſuper Scæa porta Ilij ſeruabatur, clàm ſuſtulit, Palladiumq; unà cum Diomede ex Troia, cæſis cuſtodibus, rapuit: ille explorator cum eodem Diomede

missus Rhesum Thraciæ regem occidit, equosq; eius abduxit, antequàm Xanthum fluuium degustassent. Hæc, inquã, omnia Vlysses exequutus est, quæ in Troianorum erant fatis, sine quibus Troia non poterat expugnari. Sed & ille prætereà discedentes re infecta Græcos repressit, ut in Iliade uidimus: ille deniq; equum Troianum in arcem deduxit, ut ipse de se infrà lib. 8. prædicabit, assentieri te ipso Demodoco. Proinde satis patet, quàm meritò πολύτροπος titulo Vlysses insigniatur.

πολλῶν δ' ἀνθρώπων) Prudentissimi heroës apud ueteres sunt existimati, qui in longinquas regiones peregrinati fuissent, ut scribit Strab. lib. 1. Itaq; idcirco prudentissimum Vlyssem fuisse indicat Homerus, quòd multorum prouidus urbes & mores hominũ inspexit, ut est interpretatus Flaccus. Hinc est quod eum πολύτροπον idem Homerus appellet, quasi ex diuersorum morum obseruatione ad maiorem prudentiam animus noster informetur. Vnde adeò celebrantur Hercules (qui idcirco, ut censet Strab. lib. 1. μεγάλων ἐπίσωρ ἔργων dictus est inf. Ody. φ.) Dionysius & reliqui apud antiquos ob uarias & longinquas peregrinationes. Sunt tamẽ nõ pauci, qui eas magnoperè non probent, quasi per eas nulla fieri possit probitatis accessio (ut uulgari etiam Gallorum iactatur prouerbio) tum quòd sæpe externos induamus ritus, & eos patrijs anteferamus, quod Scythæ Anacharsidi contigit. Proinde gloriari solebat Aelianus, ut scribit Philostratus, quòd fines Italiæ nunquam esset egressus, nauem nunquã insendidisset, neq; nouisset mare: quare in magna dicitur fuisse authoritate, ueluti patrij moris studiosè obseruans. Nos uerò aliud sentimus, & non mediocre ad prudentiam comparandam auxilium uariarum gentium mores cognitos arbitramur. Neque enim aut nobis ipsis, aut patriæ nostræ tantum est tribuendum, ut nusquam præterea scientiæ, eruditioni ac prudentiæ ullus locus relinquatur: immò ab exteris regionibus optimi Rerumpublicarum moderatores in patriam suam elegantes mores ac leges inuexerunt, ut Lycurgus, Solon, ipsiq; adeò Romani, ut docent satis historiæ. Ingenium tamen peregrinantis sanum & integrum desidero, quia ubiq; tam uitia quàm uirtutes patent: ut has amplecti, illa uerò respuere possit. Et hoc ad probitatem spectat. Cæterùm ut in uno solo omnia fructuum genera non pullulant, quantumuis pingui & culto: sic unica patria omnium rerum sufficientem notitiam suppeditare non potest, quæ proinde nobis est aliunde comparãda. Et hoc ipsum agnouit noster uates, ut de eo testatur Herodotus in ipsius uita. Scribit enim, facile persuasum fuisse illum à Mente, ut cum eo proficisceretur, quòd sibi conueniens arbitraretur etiam adhuc iuueni χώρας τε πολλὰς θεήσασθαι. Alioqui solet etiam diuturna proprij soli habitatio ἀνθρώπειαν nescio quam in animis hominum generare, ut dum sibi solis placent, alios contemnant: quorum si usi fuissent consuetudine, aliter sentiant. Vt ut sit, Homeri grauissimi scriptoris authoritate cõstat, quàm sit utilis longinqua peregrinatio: quæ, si Menandro credimus, βίου πῆσι σωφρονέστερον. Quanquam nunquam possumus rectè dici peregrinari, si Socratem dicentem audimus, se neq; Athenienſem neque Græcum, sed mundanum esse: quod Plutarch. lib. de exilio probat. qua de re nos in sequentibus nonnulla insuper dicemus.

κοὐκέτ' ἐγὼν) Addit hæc postrema non frustrà, quia solent pleriq; non solùm corpore, sed animis etiam in exteris terris peregrinari: ut cùm apud se nunquam sint, ne in eo etiam loco, ubi sunt, commorentur. Itaque licet urbes & gentes alienas uideant, inani tamen aspectu dciem oculorum pascunt: cæterùm mores, consuetudines & ingenia populorum non intuentur ac inspiciũt, ut segnes mercatores, qui latentes gazas per transennam strictim obseruant prætereuntes. Aliter ergo se gessit Vlysses, qui non solùm urbes, sed etiam mores ac ingenia hominum multorum nouit, unde factus dicitur longè prudentior.

ὃν κῆ θυμὸν) Hic locus aliter uulgò interpungitur, quàm à Didymo, qui iubet post ἀλγεα distinguere, ut ὃν κῆ θυμὸν ad ἀρνύμενος referatur hoc sensu: τὸ ἐφ' ἑαυτῷ ἀφεῖσαν ποιοῦν κῆ σώζον ἑαυτὸν κῆ τοὺς ἑταίρους. id est: sui curam habens seipsumq; & socios conseruans. uel pro καταλλαττόμενος τῷ ἑαυτῷ ψυχῇ κῆ τῇ εἰς τὸν οἶκον πομπῇ, ὥσπερ τῶν ἑταίρων, ut in Lexico nostro olim exponetur. Hic autẽ animaduertendum est, Vlysis non solùm in se ipso, sed etiam in amicis cõseruandis studium: ὁπόθεν μὲν, inquit Eustathius, ὅτι φίλαυτος καὶ φιλέαυτον ὡς τοῖς καιροῖς ἀσυλλόγιστον ἀνθρωπος τὸ δὲ δεύτερον, ὅτι καὶ ἀξιόχρεως ὢν κινδυνώδεις τοὺς φίλους ὁ σοφος. Illud, quòd uir circunspectus & solers seipsum amat & tuetur in angustis rebus: hoc, quòd uiri est sapientis, amicos in periculis non deserere. Quod postremum cæteris etiam imitandum proponitur, qui parem laudem atque Vlysses consectari uoluerint. Neque enim satis est, si te ipsum periculo eripias, derelictis ijs quos in securitate socios habuisti, quasi tunc extingui debeãt illi amicitiæ igniculi, qui paulò antè inter uos præfulgebant Id uerò potissimum à ducibus exerceri par est, qui non solùm pacatæ, sed etiam conturbatæ & periculosæ uitæ comites suos habent. Quod autem sequitur de socijs Vlysis, quos suis nequitijs perijsse dicit Poeta, suo loco explicabitur impostorũ illud uerò specialiter, quod eorum exitium propriæ ipsorum improbitati tribuit, mox in sequenti Iouis oratione enarrabitur.

ἐπὶ κῆ ἡμῖν) Illud κῆ uel otiosum est, inquit Eustath. ut non ita rarò fieri solet: uel ratione futuri dicitur, quasi par sit multos hoc idem opus post Homerum aggressuros: uel forsan ratione præteriti, siquis ex historia intelligat Homerum huius narrationis argumentum ex Aegyptijs desumpsisse. quasi dicat, ὡς ἑτέροις φθάσασι ἔπος, ἐπὶ κῆ ἡμῖν: ut alijs anteà dixisti, dic etiam nobis.

ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες) In scribenda Odyssea aliter se gessisse Poetam, quàm in Iliade, ingenuè fatendum est: uidelicet exordiũ narrationis hic fecisse ab ipso penè fine, cùm ab ipso discessu ex Troia naturali ordine incipiendum esse uideretur. Itaq; hue est reuocãdum, quod alij de Iliade dicebant, me non probante, ut in illius initio demonstraui. Integra tamen narratio ab ipso principio contexetur ab ipso Vlysse infrà lib. 9. ἰλιόθεν μὲ φέρων ἀνέμος κικήσατο πίλασδε ἰσμάρῳ. ἐνθα δ' ἐγὼν πόλιν ἐπραθον ὤλεσα δ' αὐτούς, &c.

ἦν ἀϊδηλων) Auget labores Vlysses, quòd ij perpetui fuerint, etiam cum inter amicos suos uersaretur, quasi hoc magis sit quàm ab hostibus infinita pati. Quos autem amicos intelligat, mihi satis nõ liquet, nisi de Calypso loquatur, à qua inuitus detinebatur sub spe oblati matrimonij, quod ille tamen patriæ suæ postponebat: unde perpetuò illi cum Calypso, quæ se amicam alioqui ostendebat, perpetuum fuerit certamen. At uerò Eustathius, certandum illi fuisse cum fortuna dicit, his uerbis: ἀσὺν ἅπασι δὲ αὐτὸ πάλιν ἦν ἀσθενῶν ὁ ὀδυσσεὺς. ἢ πάντως ἀσὺν τῷ αὐτεπαγγέλτῳ αὐτῷ τύχῃ. id est: Cum quónam aduersario fuit Vlysi certandũm? An omnino cum opposita illi fortuna?

νόσφι Ποσειδάωνος) Solus Neptunus ex Dijs Vlysi infensus dicitur, nimirum propter excæcatum ab Vlysse Polyphemum Neptuni filium, ut paulò pòst dicetur à Ioue. ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰεὶ, Κύκλωπος κεχόλωται ὃν ὀφθαλμὸν ἀλάωσεν Ἀντίφον Πολύφημον, &c. Itaq; Vlysses infelici usus est semper nauigatione, quia propitium maris Deum non habuerit.

Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,
(Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος)
Ἀντιόων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης.
Ἔνθ' ὅγε τέρπετο δαιτὶ παρήμενος· οἱ δ' ἅμα τοῖγε ἄλλοι
Ζηνὸς ἐν μεγάροισιν Ὀλυμπίῳ ἀθρόοι ἦσαν.
Τοῖσι δ' μύθων ἦρχε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονα Αἰγίσθοιο,
Τὸν ῥ' Ἀγαμεμνονίδης τηλεκλυτὸς ἔκλαε' Ὀρέστης·
Τῷ ὅγ' ὀπιμνησθεὶς, ἔπε' ἀθανάτοισι μετηύδα,
Ὢ πόποι, οἷον δὴ νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.
Ὡς καὶ νῦν Αἴγισθος ὑπὲρ μόρον, Ἀτρεΐδαο
Γῆμ' ἄλοχον μνηστῆν, τὸν δ' ἔκτανε νοστήσαντα,
Εἰδὼς αἰπὺν ὄλεθρον· ἐπεὶ πρό οἱ εἴπομεν ἡμεῖς,

Sed ille quidem Aethiopas acceſſerat longè ſemotos,
(Aethiopas qui bifariã diuiſi ſunt, ultimi hominum,
Alij quidem occidentalis ſolis, alij uerò orientalis)
Communicans taurorumq; & agnorum hecatombas.
Ille delectabatur conuiuio aſſidens: caterùm dij alij
Iouis in regia Olympij congregati erant.
His autẽ ſermones cæpit pater hominumq; deorumq;
Recordabatur enim in animo inculpati Aegiſthi,
Quem Agamemnonides inclytus occidit Oreſtes:
Huius ille memor his uerbis immortales affatus eſt,
Papè ut ſcilicet deos mortales culpant.
Ex nobis enim inquiunt mala eſſe, qui uerò ipſi
Suis ſtultitijs prater fatum angores patiantur.
Quemadmodũ & nũc Aegiſthus prater fatũ Atridis
Duxit uxorem ſponſam, ipſum uerò occidit reuerſum,
Veritus grauẽ mortem, quoniam illi prædiximus nos.

Mer-

Mercurio misso speculatore Argicida:
Neq; ipsum occide, nec duc uxorem.
Ex Oreste enim erit ultio Atrida,
Postquam puberit, & suam desiderabit ditionem.
Sic ait & Mercurius: sed non mentem Aegisthi
Persuasit bona consulens: nunc simul omnia luit.
Huic respondit posteà dea cæsia Pallas,
O pater noster Saturnie summe regum,
Et ualdè ille quidem merita perijt morte:
Sic pereat & alius, quicunq; talia fecerit.
Verùm mihi pro Vlysse bellicoso cruciatur cor
Infelice, qui sanè diu ab amicis calamitates patitur
Insula in circumflua, ubi umbilicus est maris,
Insula syluosa: dea uerò intra domum habitat
Atlantis filia multiscij, quiq; maris
Omnes profunditates nouit sustinet aũt colũnas ipse
Longas, qua terramq; & cælum amplectuntur:
Eius filia infortunatum lugentem detinet.
Semper enim mollibus & dulcibus sermonibus
Demulcet, ut Ithaces obliuiscatur: cæterùm Vlysses
Cupiens uel fumum exilientem uidere »
Sua terra, mori desiderat. at non tibi tandem »
Conuertitur charum cor, Olympie. nónne Vlysses
Græcorum apud naues gratificabatur sacrificando
Troia in lata? quid illi tantum irascceris, ô Iupiter?
Huic respondens allocutus est nubium congreg. Iup.
Mea filia, qualis sermo excidit septum dentium?
Quomodo unquã ego Vlyssis diuini obliuiscerer? (Dijs
Qui lõgè superat prudẽtia homines, plurima. q. sacra
Immortalibus persoluit, qui cælum latum inhabitant?
Sed Neptunus terram continens assiduò semper
Ob Cyclopem irascitur, quem oculo priuauit
Diuinum Polyphemum, cuius robur est maximum.
Inter omnes Cyclopas: Thoosa autem eum peperit nym
Phorcynis filia maris indomiti regis (pha
In specubus cauis Neptuno mixta.
Ex eo tempore Vlyssem Neptunus terræ quassator
Neutiquam occidit errabundũ, arcet. a. à patria terra.
Sed agite nos ipsi uerò dispiciamus omnes
Reditũ, quo pacto contingat, Neptunus autem deponat
Suam irã: neq; enim quicquã poterit contra oẽs unus
Immortales inuitis Dijs contendere.
Huic respondit deinde dea cæsia Minerua,
O pater noster Saturnie, supreme regnantium,
Siquidem nunc hoc gratum beatis dijs,
Redire Vlyssem prudentem ad suam domum.
Mercurium tum internuncium Argicidam
Insulam in Ogygiam celeriter mittamus, ut celerrimè
Nympha pulchricomæ edicat firmam uoluntatem,
Reditum Vlyssis prudentis, uti redeat.
Porrò ego in Ithacam proficiscar, ut ei filium
Magis excitem, & ipsi robur in mente ponam,
In concionem uocando comatos Græcos,
Omnibus procis interdicere, qui eius semper (ues
Pecora pinguia mactãt, et flexipedes sinuosis cornib. bo
Mittam autem in Sparten & in Pylum arenosam
Reditum sciscitaturum patris sui, si cubi audiret.
Atq; ut eum gloria insignis inter homines habeat.

Ἑρμείαν πέμψαντες ἐΰσκοπον Ἀργεϊφόντην,
Μήτ' αὐτὸν κλείειν, μήτε μνάασθαι ἀκοίτην.
Ἐκ γὰρ Ὀρέστεω πίσις ἔσεται Ἀχαιΐδαο.
Ὁππότ' † ἂν ἡβήσῃ τε καὶ ἧς ἱμείρεται αἴης. ἧς. ἄρ' ἀβίοιο
Ὣς ἔφαθ' Ἑρμείας. ἀλλ' οὐ φρεσὶν Αἰγίοθοιο
Πεῖθ' ἀγαθὰ φρονέων. νυῦ δ' ἀθρόα πάντ' ἀπέτισε. Ξ
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἄπτερα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
Καὶ λίην κεῖνός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ·
Ὣς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.
Ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆι δαΐφρονι δαίεται ἦτορ
Δυσμόρῳ, ὃς δὴ δηθὰ φίλων ἀπὸ πήματα πάσχει,
Νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, ὅθι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης,
Νῆσος δασσαμένη θεὰ δ' ἐν δώμασι ναίει
Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅστε θαλάσσης
Πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακρὰς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι·
Τοῦ θυγάτηρ δύστηνον ὀδυρόμενον κατερύκει·
Αἰεὶ δ' μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι
Θέλγει, ὅπως Ἰθάκης ἐπιλήσεται· αὐτὰρ Ὀδυσεὺς
Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι »
Ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται· δή νυ σοί περ »
Ἐντροπὴ ἔστω φίλον ἦτορ Ὀλύμπιε· ἦ νύ τ' Ὀδυσεὺς
Ἀργείων παρὰ νηυσὶ χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων
Τροίῃ ἐν εὐρείῃ; τί νύ οἱ τόσον ὠδύσαο Ζεῦ;
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς,
Τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ἔπος φύγε ἕρκος ὀδόντων;
Πῶς οὔ ἔπτατ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμαν;
Ὃς μέν μοι νόον ἐστὶ βροτῶν, περὶ δ' ἱερὰ θοῖσιν
Ἀθανάτοισιν ἔδωκε τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν;
Ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰεὶ
Κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν,
Ἀντίθεον Πολύφημον, ὃς κράτος ἐστὶ μέγιστον
Πάσι Κυκλώπεσσι· Θόωσα δέ μιν τέκε νύμφη,
Φόρκυνος θυγάτηρ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος,
Ἐν κοίλῃσι γλαφυροῖσι Ποσειδάωνι μιγεῖσα.
Ἐκ τοῦ δὴ Ὀδυσῆα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
Οὔτι κατακτείνει, πλάζει δ' ἀπὸ πατρίδος αἴης.
Ἀλλ' ἄγε δ', ἡμεῖς οἱ δὲ φερέζωμεθα πάντες
Νόστον, ὅπως ἔλθῃσι, Ποσειδάων δ' μεθήσῃ
Ὀργὴν χόλον. ἀ μὲν γὰρ δὴ δυνήσεται αὐτὰ πάντων
Ἀθανάτων, ἀέκητι θεῶν ἐριδαίνεμεν οἷός.
Τὸν δ' ἠμείβετ', ἔπτατο θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
Εἰ μὲν δὴ νῦν τῷδε φίλον μακάρεσσι θεοῖσι,
Νοστῆσαι Ὀδυσῆα δαΐφρονα ὄνδε δόμονδε,
Ἑρμείαν μὲν ἔπειτα διάκτορον Ἀργεϊφόντην
Νῆσον ἐς ὠγυγίην ὀτρύνομεν, ὄφρα τάχιστα
Νύμφῃ εὐπλοκάμῳ εἴπῃ νημερτέα βουλήν,
Νόστον Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος, ὥς κε νέηται·
Αὐτὰρ ἐγὼν Ἰθάκηνδε ἐσελεύσομαι, ὄφρά οἱ υἱὸν
Μᾶλλον ἐποτρύνω, καί οἱ μετὰ θυμὸν ἐν ὄρσω,
Εἰς ἀγορὴν καλέσσαντα καρηκομόωντας Ἀχαιούς,
Πᾶσι μνηστήρεσσιν ἀπειπέμεν, οἵ τε οἱ αἰεὶ
Μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς.
Πέμψω δ' ἐς Σπάρτην τε καὶ ἐς Πύλον ἠμαθόεντα,
Νόστον πευσόμενον πατρὸς φίλου, εἴπερ ἄκουσε,
Ἠδ' ἵνα μιν κλεὸς ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἔχησιν.

COMMENTARIVS.

ἀλλ' ὁ μὲν αἰθίοπας)Hoc de Neptuno est intelligendum, qui ad Aethiopas profectus dicitur propter festum fortasse illius ibi celebratum, aut honores diuinos illi alioqui habitos. Vnde constat piam fuisse gentem illam Aethiopum, cultusq; diuini amantissimam, cùm ijs delectata etiam Numina uideamus. Idem uisum est in Iliade, cùm Iupiter ad eosdem populos commigrauerit. Vbi uide quid nos annotauimus..

αἰθιοπας τοι διχθὰ δεδαίαται)Aethiopum Homerus duo facit genera: alios in Oriente, alios in Occidente collocat. quod à Plinio his uerbis comprobatur lib. 5. cap. 8. Interiori autem, inquit, ambitu Africæ ad meridiē uersus, superq; Getulos interuenientibus desertis, primi omnium Libyæ gyprij, deinde Leucæthiopes habitant. Super eos Aethiopum gentes Nigrite, a quo dictum est, flumine: Gymnetes, Pharusi, & iam Oceanum attingentes, quos in Mauritaniæ fine diximus, Perorsi. Ab his omnibus uastæ solitudines Orientem uersus, usq; Garamātes, Augylasq;, & Troglodytas: ueri simma opinione eorum, qui desertis Africæ duas Aethiopias superponunt, & ante omnes Homeri, qui bipertitos tradit Aethiopas ad Orientem occasumq; uersos. Hæc ille. Ptolomæus quoq; duplicem Aethiopiam esse dicit: unam quæ sub Aegypto est, alteram interiorem appellat. De prima cap. 7. de secunda cap. 8. lib. 4. tab. 4. Africæ. Sed expressè & copiosissimè omnium Strab. lib. 1. Geogr. hanc ipsam diuisionem Homericam enarrat, & à calumniatibus defendit, maximè contra Grammaticos Aristarchum & Cratetem. Quæ omnia breuitatis causa apud Strabonē legenda studiosis relinquimus. Nam duplex pagina illis describendis uix sufficeret.

αἰτίοω)Athenæus lib. 8. circa finem obseruat ex hoc Homeri loco & alijs, solitos Deos ab antiquis inter conuiuas ordinari. Nam cùm uirorum impetum ad uoluptates cognouissent, neq; homines ab his abstinere posse intelligerent, utile uerò, maximeq; conducens his arbitrarentur, si compositè ornateq; assuescerent: tempus quoddam certum determinarunt, deinq; prius sacrificantes sic ipsos ad relaxationem animi dimittebant, ut Deos omnes ad primitiarum oblationes accedere existimantes, & ad sacrificia cū uerecundia quadam ac timore conuenirent. Et paulò pòst: Cùm igitur Deos præsentes esse arbitrarentur, festiuitates & ornatè & temperanter præteribant, &c.

ἐξ ἡμέων γάρ φασι)Elegans est hic locus, & non Ethnico, sed Christiano homine planè dignus. Agnoscit enim Poeta sub Iouis loquentis persona, malorum quæ hominibus contingunt, causam non esse in Deum, sed in ipsas hominum nequitias & improbitates referendam. Quod qualiter sit intelligendum, optimè exposuit Maximus Tyrius Orat. 25. Quā de re à nobis quoque satis copiosè alicubi in Iliade dictum est. Sed quia hic locus expressus est ad eam rem, lubet aliqua ratione eum illustrare, quia res est alioqui perplexa, & etiam hodierno tempore in dubium à multis reuocata. Primùm nō est cēsendum, quicquam siue boni siue mali inscio aut inuito Deo contingere. Iam uerò cùm ille boni sit amantissimus, malum autem odio inestabili prosequatur: mirum est quòd illo sciente & permittente malum ab homine perpetretur. Quod ad ueteres attinet, scio eos existimasse actiones in hominum esse potestate, quasi hoc illi à Deo separatum munus obtinerent. Et hoc innuit Tyrius, cum dicit, animam corpori humano ut currui impositam à Deo, aurigæque fungentem officio, cum ἀνιχνίας tamen facultate, hoc est, ut aurigandi arte etiam abuti possit. Itaq; postquam inscenderit currum, & habenas acceperit, siquidem sacræ beataq; sit anima, meminerit q; se iussiu Dei subiatam in currum, uallideq; aurigationem regere debere, nimirum habenas moderatur; regitq; currum, & equorum temeritatem contundit. At equi diuersum appetunt cursum, temereq; huc atq; illuc rapiunt currum: hic ad petulantiam, ingluuiem ac contumeliam, ille ad temeritatem atq; ferociam: alius uerò tarditatem, mollitiem, seruitutem, fatuitatem, atque humilitatē sectatur, cuiusmodi seditionibus distractus currus, aurigam conturbat, & si equorum unius impotēs uis cæteros uincat, fertur currus pro libidine equi uectoris. Quo fit ut uictrice interdum petulantia, unà currus & auriga ad contumelias, cōuicia, impuritates atq; alias nefarias, minimeq; finceras uoluptates: interdum uerò dominante iracundia, in multas uariasq; calamitates, uterq; feratur in præceps. Hæc ille. In quibus ueterum sententiæ hac de re comprehenduntur. Et sane fatendum est, propria & libera ac innata uoluntate homines ad malum ferri, quod ita Deus constituit ad maiorem sui Nominis gloriam: quia splendidiùs eo pacto clementia illius erga nos elucet, cùm nostri miseretur. Libera uoluntate homines peccare dixi, quia pars illa integri illius arbitrij quod primàm homini insitum est, in homine restat. Et hoc sentiunt Ecclesiastici nostri Doctores. D. Augustinus contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, lib. 1. cap. 2. Quis autem, inquit, nostrūm dicat, quòd primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem perijt per peccatum: sed illa quæ in Paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam, propter quod humana natura diuina indiget gratia, dicente Domino (Ioan. 8.) Si uos filius liberauerit, uerè liberi eritis: utiq; liberi ad bene iusteq; uiuendum. Nam liberum arbitrium usq; adeò in peccatore non perijt, ut per illud peccent maximè omnes, qui cum delectatione peccant, & amore peccati hoc eis placet, quod eis libet, &c. Itaque nihil est quòd Deum accusemus, cùm peccamus. Si nos ipsi peccati causa sumus soli, hoc est sine Deo. nam alioqui à Diabolo est omnis mali auxilium. Sed ista θεολογικήτερα sunt, & tamen hic fuerunt dicenda, quia etiam hodierno die cum eiusmodi fanaticis hominibus nobis est negotium, quibus lib. 19. Iliadis circa initium respondimus, etiam ex ipsorum Ethnicorum authoritate: quibus tanta lux ueritatis non defuit, quod iam in Homero, sub Iouis persona, animaduertimus. sed & ipse αὐτοπροφώτως anteà dixerat de socijs Vlyssis, αὐτὰρ τὸ σφετέρῃσιν ἀπασθαλίῃσιν ὄλοντο νήπιοι, &c. Iam uerò præcedentia eò pertinent, ut doceamus, malorum, id est peccatorum causam Deum non esse, & ad ea Iouis uerba referenda sunt, σφῆσιν ἀπασθαλίῃσιν: quibus hoc etiam à Dijs uidetur remouere uelle, ne ipsi τὸν ἀπασθαλιῶν humanarū authores existimentur. Cæterum hoc præcipuè agit Iupiter, ut calamitatum causam in ipsam hominum improbitatem referat. Nam hoc loco κακὰ, calamitates interpretari decet. Sensus loci est: Dicit Iupiter, falsò nos Dij ab hominibus accusamur, quasi nos illis iniustè & immeritò damna & calamitates creemus, cùm tamen eas ob flagitia & scelera, quæ perpetrant, optimè sint promeriti. Sed cùm Deus sine omni dubio author sit pœnæ mali, mirum est quòd ita Iupiter authores calamitatum, quæ hominibus contingunt, Deos esse neget. Intelligendum puto, proprium esse Deitatis, bona & felicitatem largiri, itaque malis hominum eam non gaudere: proinde non ei causam calamitatum tribuendam, quæ à nostris ipsis uitijs promanant. nam ista illæ ut corpus umbra sequuntur. Quod autem Deum authorē pœnæ mali dixi, orthodoxè dixi cum Augustino lib. 1. de Lib. arb. cap. 1. Si Deum, inquit, bonum esse nosti, uel credis (neq; aliter fas est) malum non facit. Rursus, si Deum iustum fatemur (nam & hoc negare sacrilegum est) ut bonis præmia, ita supplicia malis tribuit: quæ utique supplicia, patientibus mala sunt. Quamobrem si nemo iniustè pœnas luit, quod necesse est credamus, quandoquidē diuina prouidentia hoc uniuersum regi credimus: illius primi generis malorum nullo modo, huius autem secundi author est Deus. Hæc ille. Aliud autem uidetur uelle Iupiter, qui calamitatum causam ipsis uitijs hominum attribuit, ut homines minus liberè Deū accusent ob mala quæ patiuntur, cùm potius proprias eos nequitias incusare oporteat: quod & nos piè dictum existimamus. Porrò quæ nos mala dicimus, ea ita sunt nostri habita ratione: Dei uerò respectu, supplicia sunt bona & iusta, ut dicit Augustinus: immò ad salutem uniuersi, ut ait Maximus Tyrius. Enimuerò, inquit, ut uertit Cosmus Paccius, quæ apud nos opinionem malorum corruptionisq; habent, pro quibus etiam angimur, ea profectò ipse artifex ad salutem uult esse uniuersi. Nam cùm uniuersi curam intendat, partes nimirum ipsas oportet pro uniuersi salute laborare. Premuntur fame Athenienses, terræ motu laborant Lacedæmonij, inundatur Thessalia, uritur Aetna. Et quando unquam Iupiter aut immortalitatē Athenienſibus spopondit (à quibus si abierit fanes, Alcibiades tamen classem in Siciliam perditum eat) aut Lacedæmonijs immobilem terram, aut Thessalis terram non inundatam, aut Siculis incendij compressionem? cum sequentibus, quæ breuitatis causa relinquo: ubi dicit se hæc salutem appellare, quòd futurarum rerum successionem ob eam esse contectetur. Sed hæc aliquantulum παίζεται, quia nō expressè de malis ob peccata loquitur, sed generalius de partibus uniuersi quibusdam labefactatis: quæ affectio est materiæ, non culpa ipsius artificis. Itaq; mala nostra, sunt respectu Dei solùm supplicia. quod melius intelligi potest, si hæc humana contemplemur. cùm enim Iudex reum capite plectit, iustè facit, qui scelera puniat: & tamen supplicium illud reo malum est, sic de tormentis & alijs puniendi uitia generibus dicendum est. Quanquam autem Iudex ea reis infligat, quis tamen eum illorum causam proferat: ac non potius eos, qui ea promeruerint? Porrò de hoc ipso loco consule Chrysippum apud Gellium Noct. Attic. lib. 6. cap. 2. & Cicer. lib. de Fato. Et si uis, August. lib. 5. de ciuit. Dei, cap. 8. & sequentibus, ubi de fato copiosa est disputatio.

ὑπὲρ μόρον Cur præter fatum homines malis plecti dicit Iupiter? An est quippiam in rebus mortalibus, quod non ex fati decreto, cur etiam ipsos Deos alibi Poeta subijcit, eueniat? Sciendum est, diuersis modis usurpari hanc locutionem, ut initio Iliadis satis monuimus. Hìc intelligimus, dicere Poetam ea præter fatum hominibus contingere, quæ uiolenta sunt, & præter naturæ ordinem, quo uidetur securus uitæ status usque ad legitimi temporis uiuendi spatium sponderi sine ulla malorum aut calamitatum tempestate.

ὣς ἄρ

ὡς κ᾽ τιὸν ἀῤῥιθῶ.)Siquis orationem iſtam, quam Ioui affingit Poeta, conſideret, mirari eum ſubibit, cur à propoſito ſuo dimoueatur: & cùm de Vlyſſe animus illi ſit ſcribendi, Aegiſthum aduocet. Ego uerò reſpondeo, hoc eleganter à Poeta ſic inſtitutum, ut cùm ita de hominibus conquerentem Iouem etiam cum indignatione audiret Pallas, occaſionem arriperet de Vlyſſe ſermonẽ faciẽdi, ut ad illius commiſerationẽ patrem permoueret. Giphanius uerò: Dicendum fortaſſe, inquit, Iouis orationem à Minerua ni mio iuuandi Vlyſsis ſtudio interruptam eſſe, eáq; re factum ut exemplum Aegiſthi non ſit Vlyſsi accommodatum: ut igitur Agamemnonis uxor Clytæmneſtra longa mariti mora, Aegiſtho tamen nupſit, qua ex re multæ calamitates euenerint: ita & de Penelope metuendum, ne longa Vlyſsis mora tandem flectatur, & procis nubat, qua ex re ſimiles calamitates ſequantur.

γῆμ᾽ ἄλοχον μνηςῆῶ)Hiſtoria Aegiſthi tertio libro à Neſtore exponitur. Nunc uerò notandum eſt, quod Iupiter dicit, monitum à ſe fuiſſe Aegiſthum per Mercurium, ne uel uxorem Agamemnonis duceret, uel eum interficeret, quia illi periculum idcirco ab Oreſte impendebat. Vnde conſtat, exiſtimaſſe illos ueteres hominibus actiones eſſe liberas tam bonas quàm malas, adeò ut cum oblatam bonam non amplectantur, propria eorum culpa id contingat, quaſi in eorum fuerit poteſtate, & per ſe illud amplecti ualuerint. Itaq; cùm malis conflictantur, nihil eſt, quæ Iouis eſt ſententia, quòd nos Deos accuſent, cùm ipſi illa ſibi ſoli creent. Annon enim poſſunt à flagitijs abſtinere, cùm à nobis moneantur ut abſtineant? Agnoſcite, mortales, quanta ſit ueſtra imbecillitas ad probitatem, quanta contrà ad uitium procliuitas, ut ueſtris uiribus diffiſi in Deo ſolo nitamini, monentẽq; attentè audiatis: nõ quòd in uobis facultas ſit boni ulla, ſed quia ſine uobis in uobis gratia Dei ad bonum operari non poteſt, ſine qua neque uos quicquam efficere poteſtis, quod uirtutem & probitatem ſapiat. Cùm ergo uos Deus ad uitam rectam exhortatur, & à praua deterret, cauete ne Aegiſthi exemplum inſequamini, ſed Mercurium, hoc eſt diuinam uocem placidis excipite auribus, alioqui culpa tota ueſtra eſt, cùm uos ita refractarios Numini exhibetis.

κ᾽ λίαν κεῖνος γε)Exorditur orationẽ ſuam Minerua ἀπὸ καιροῦ, & ex re nata. Hoc enim eſt, quod anteà dicebamus, ex illa Iouis querela arripuiſſe occaſionem Mineruam de Vlyſſe uerba faciẽdi, quod cõmodè & opportunè præſtat. Nam cùm dixerit Iupiter Aegiſthũ propria culpa periiſſe, quòd anteà à Mercurio monitus eſſet, ne ſcelera illa nefaria perpetraret: opponit nunc ei Vlyſſem Minerua, quaſi nimirum Aegiſthus mortẽ ſuam meruerit, qui tam flagitioſus & perditus eſſet, Vlyſſes uerò pius & religioſus iniquè & ſine ulla cauſa tot laboribus exerceatur, antequam in patriam ſuã peruenire poſsit. Itaq; ſi Aegiſthus tam grauem exitum meritò ſortitus fit, cõtrà Vlyſſem mereri, ut ei ob pietatem & integritatem gratia à Dijs habeatur, maximè à Ioue, ad quem dirigitur oratio, & tandem aliquando Ithacæ ſuæ reſtituatur, à qua tam longo tempore diuellitur, unius Calypſũs blanditijs: quibus tamen neq; ipſe Vlyſſes permoueri poſsit, quo minus animum ſemper in patriam retorqueat, cuius deſiderio tantoperè tenetur, ut ſolo Ithacæ fumo uiſo lubentèr mortem illico ſit oppeturus.

ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς De Atlante ſatis Natalis Comes lib.4.Myth.cap.7.& nos alibi dicemus. Hic fingitur à Poeta uir ſcientiſsimus adeò, ut etiam eum maris profundos gurgites noſſe dicat: quod immenſæ ſcientiæ argumentum eſt, cum res adeò latentes, & nulli ferè hominum peruiæ illi pateant. Quod autem etiam cœli & terræ columnas ſuſtinere dicit, planè fabuloſum eſt, & proinde allegoricè intelligendum. Itaq; uel ob illius hominis ſcientiam id confictum eſt, quemadmodum de Aegyptio Atlante ſcribit Tzetzes hiſt.1.5. Chiliad. quem ait dictum fuiſſe cœlum humeris ſuſtinere, quia rerum cœleſtium & aſtronomicarum primus inuentor fuerit apud Aegyptios: quod poſteà Græci ad hunc Libycum Atlantem tranſtulerunt. Vel intelligẽdum eſt, id ei tributum propter montem Mauritaniæ ei cognominem, qui quòd cœlum penè uertice feriat, creditus eſt ab incolis cœlũ ſuſtinere. Atlas autẽ in Mauritania regnauit, de quo idem dixit Oceanus apud Aeſchylum in Prometheo, quod hîc Homerus. Sic ille:

ἀσβῆ τ᾽ ἐπάμε κ᾽ κασιγνήτε τυχαῖ — ἑσπερίδων κίονε ἐρεμνὸν κ᾽ χθονός.
Τάρεως᾽ Α᾽τλαντος, ὃς σφῶϊ ἐπιστρέφει πόντε — ὤμοις ἐρείδων ἄχθος οὐρανὸν κίονα.

Sed de his copioſiùs aliàs dicendi erit locus. Notanda eſt autem Poetæ noſtri diligentia, qui res inſignes, ſi quæ minima occaſio ſe obtulerit, leuiter non præterit, ut hîc de Atlante, cùm alioqui narratio hoc non poſtularet.

ἱέμενον κ᾽ κατὸν)Habemus hoc à natura, ut in eum locum propenſiores ſimus, cui ortum noſtrum acceptum referimus. Itaque quantumuis ab eo diſtemus, tamen mentis oculos ſemper eò reflectimus: neque poteſt eò redeũdi deſiderium in nobis deleri, neque etiam poſt multos annos, quibus ſolet rerum aliqua induci obliuio. Res admiratione planè digna, ſi tã uulgaris & uſitata non eſſet. Diximus quidem anteà Socratem non magis uni loco, quàm toti mundo ſeſe alligaſſe, unde ſe mundanum eſſe prædicabat: ſed hæc uox aut rara eſt, aut ſapientiſsimi omnino uiri, & eius præcipuè, cui patria ingrata ſit, ut fuit ipſi Socrati. Deinde illud eò pertinet, ut agnoſcat homo liberum ſe eſſe, cuius habitationi totus Orbis terrarum pateat, unde ipſi ubique futurũ eſt bene, ſi uoluerit: & hoc in eorum gratiam potiſsimum dici ſolet, qui patrio ſolo expulſi exteras regiones incolunt, ut ſe eo pacto conſolentur. Reſtant tamẽ in ſingulis radices illi amoris, quo natale ſolum proſequimur. Quod in Vlyſſe docet Poeta. Nam ille oblatam ẽtiam immortalitatem pro patriæ reditu repudiauit, ut infrà lib.5. uidebimus. Quod egregiè Ariſtoteles Oecon. lib.2.cap.3. explicat: ſi libri tamen illi ſunt Ariſtotelis. Sanè multùm debemus ſolo, quod nos primùm tulit naſcentes, unde manant arctiſsima illa officia, quibus patria nos ſibi deuincit, adeò ut noſtra propria commoda publicis anteferre iubeamur, quod Socrates apud Platonem in Critone diſputat. Vnde Hierocles apud Stobæum, ἐπὶ γὰρ, inquit, ὠνείδισέ τις ἀνδρὶ σοφῷ τῶν πάνυ (πατρίς) νὴ Δία, πρέπον κ᾽ μείζονα γονέων. παρ᾽ ὃ δὴ κ᾽ ὁ τὸν ὅμηρον παρὰ πάντα τιμήσας, ὅτε αὐτοτρόπως εἶχεν πρὸς μὲν τὸν πατέρα, ἡλυκῶς δ᾽ ἐξενεγκών, ἵν᾽ οἷον μιγμα τυγχάνοι τὸ τε τῦ πατρὸς κ᾽ τῆς μητρῴας. κ᾽ δὴ κ᾽ τὸν λόγον ὑπαγορεύει πατρίδα πᾶσαν, ἐπίσης τοῖς δυσὶ γονεῦσι τὸ μέσον, &c. Id eſt: Eſt enim patria, per Iouem, uelut alter quidam Deus, & primus maximuſq; parens. Quare qui nomen ei impoſuit à re ipſa, non temerè patriam nominauit, uocabulo quidẽ à patre deducto, pronunciato tamen fœminina terminatione, ut ex utroq; parente mixtũ eſſet. Atque hæc ratio inſinuat patriam unam ex æquo duobus parentibus colendam eſſe. Hæc ille. Iam uerò ſiquis parentum adeò obliuiſcatur, ut ab illis abeſſe poſsit, non credas eum naturam humanam cum bruta commutaſſe? Idem ergo de ijs dicendum eſſet, qui à patria remoti de reditu ad illam non ſunt ſolliciti: ſi modò talia monſtra tellus alit. quæ pluris alienum ſolum faciunt, quàm natale: quod tamen Zaleucus in Proœmio legum (quod extat in fragmentis Politicis Pythagoreorum, quæ nos nuper conuertimus & emendauimus) uetat his uerbis: πάλιν δὲ φιλαστέον μᾶλλον ἀλλήλους τοὺς αὐτῦ πατρίδος, ὡς θεὸν πατρῴων νομισάντων. ἀρχὴ γὰρ εὐσεβείας φύεται τοῖς τοιαῦτα βουλομένοις. ἔτι δὲ χαλεπώτερον τὴν οἰκείαν γῆν στερόμενον, ζῆν ἐν ἀλλοτρίᾳ. ἀδελφὸς γάρ ἐστιν οἰκειότερον πατρίδος. Itaq; optimè ſapientiſsimum Vlyſſem idcirco appellauit Tullius 2. de Legib. uide infrà lib.9. circa ipſum principium.

ἠνύτ᾽ ἐδυσσεύς)Credidit antiquitas, ſacrificijs ſuis homines Deos ſibi deuincire, unde, modò ritè illa fierent, gratiam & remunerationem ab ipſis non poterant non expectare, quam ſibi debitam arbitrabantur. Itaq; Minerua Vlyſsis ſacrificia, quæ apud Troiam celebrauit, commemorat, ut eorum recordatione eo magis ad eius commiſerationem Iupiter permoueatur. Quæ ex eo pendent, quòd probos & pios per ſe eſſe poſſe homines cenſebant, unde Dijs ſuas placere actiones. Nos uerò qui meliore uiuimus ſeculo, noſtra Deo grata arbitramur non ex nobis, ſed ex ipſius Numinis clementia.

ποῖόν σε ἔπος)Reſpondet Palladi Iupiter, in ipſoq; initio leuiter illius temeritatem in loquendo caſtigat, quaſi immeritò obliuionis erga Vlyſſem ab ipſa accuſetur: ſed & plus dixerat Minerua, nimirum Iouem iratum eſſe Vlyſsi, quod (ut credo) pariter ſequentibus uerbis refutat, πῶς ἂν ἔπειτ᾽ ὀλυμπ῀, &c. Eleganter autem ἕρκος ὀδόντων appellauit Poeta, quaſi innuat naturam loquacitatem illo ſepto obſtruxiſſe. Quod Euſtathius noſter rectè enarrat: αἰνίττεται δέ, inquit, ὁ ποιητὴς ὡς ἡ φύσις, ἵνα μὴ περίεργος ὄντως ὁ λόγος εἰς πάντας ἥκοι τῦ στόματος ἐξεπιδαψ. διατὴν ἱερὰ τῶν αὐτῶν διέξοδον ἐσχηκότων, τῦ τε τῶν ὀδόντων, τῦ τε τῶν χειλέων. κ᾽ τοῦτο οἷον ἐπὶ τεῖχει τῦτο ἡμῶν χαράσσετο, κ᾽ ὡς ἔτι μᾶλλον τὰς λόγους ἐγκρατίλαιστο. id eſt: Innuit Poeta, naturam, ne ſermones ueloces alioqui facilè ac temerè ex ore poſſint euolare, duplici ſepto eorum exitum obturaſſe, ſepto nimirum dentium & labiorum, ac murum muro quaſi ſuperædificaſſe, & quaſi captiuos ſermones incluſiſſe Gellius lib.1. cùm obſeruaſſet linguam deberi non eſſe liberã nec uagã, ſed uinculis de pectore imo, ac de corde apertis moueri, & quaſi gubernari: unde Vlyſſes uir ſapienti facundia præditus, uocem mittere ab Homero dicitur non ex ore, ſed ex pectore, quo ſcilicet non ad ſonum magis habitũmq; uocis, quàm ex ſententiarum penitus conceptarũ alti tudine pertineret: ſubijcit hoc etiam, quòd petulantiæ uerborum coërcendæ uallum eſſe oppoſitum dentium luculentè Homerus dixerit, ut loquendi temeritas, non cordis tantùm cuſtodia atque uigilia cohibeatur, ſed & quibuſdam quaſi excubijs in ore poſitis ſepiatur. Theognis etiam dentes & labra portas appellat. Sic enim ait,

πολλοῖς ἀνθρώποις γλῶσσα θύρας ἔπεκεν τοῖς — ἀρμοδίας κ᾽ σφιν πολλ᾽ ἀμέλητα μέλει.

Id eſt: Multis hominibus linguæ portæ non adiacent Congruæ, & ipſis multa non curanda curæ ſunt.

ὅς σφῶϊ μὲν νόον)A duplici uirtute Vlyſſem commendat, Prudentia & Pietate: illa homines ſpectat, hæc uerò Deos. Quæ duo uera ſunt hominum ornamenta. Primam autem Iupiter addidit, cum ſecundæ tantùm Minerua meminiſſet, ut doceat ille quanti Vlyſ-

ſem æſtimet: tantùm abeſt ut illius potuerit obliuiſci, aut illi ſuccenſere.

ἀλλα Ποσειδάων) Iouem aliquando Homerus tanquam ſummum Deorum, & potentiſsimũ proponit, ſine quo cæteri nihil audeant uel poſsint aggredi, ut ſatis in Iliade uidimus. Aliquando uerò æquales cæteros ei facit, & ſeorſim exequentes quæcunque uoluerint, ut hoc loco Neptunum: qui ſolus, præter Iouem & reliquam Deorum turbam, Vlyſſem tot laboribus marinis exercet. Cauſam autem ſtatim exponit, cur adeò Vlyſsi infenſus ſit Neptunus, nimirum ob excæcatum ab Vlyſſe Cyclopem Polyphemum eius filium. Vnde conſtat, ab ipſis extremis exorſum eſſe hanc narrationem Poetam. Illa autẽ hiſtoria de excæcato Polyphemo infrà lib. 10. uidebitur.

ὅτι κρυπτόυσι) Qui mortem ſupplicium omnium grauiſsimum exiſtimant, allucinari mihi uidentur, ut ex hoc ipſo loco conſtat. Nam Neptunus excæcationem filij ulciſcens Vlyſſem morte non plectit, ſed uitam ei acerbam & moleſtam facit tot errorum agitationibus. Et hoc eſt quod obſeruat Iupiter, nimirum Neptuni crudelitatem, cũ mitius una morte poſſet Vlyſſem de medio tollere. Quod cùm non fecerit, ſine dubio exiſtimandum non eſt uoluiſſe Neptunum hoc pacto clementiùs cum Vlyſſe agere, quia magis eſt in medio calamitatum uiuere, & longè grauiùs quàm ſemel mori. Hinc ille apud Plautum in Rudente,

Neq; eſt melius morte in malis rebus miſeris. Et Euripid. ἔχθιστος γὰρ ἀνδρὸς ἄθλιος θάνατος.

Itaque in medio malorum plures mortem exoptant. Sed & Tiberius (ut eſt apud Suetoniũ) mori uolẽtibus, uim adhibuiſſe uiuẽdi dicitur. Nam mortem adeò leue ſupplicium putabat, ut quum audiſſet unum ex reis Carnulium nomine anticipaſſe eam, exclamauerit: Carnulius me euaſit. Et in recognoſcendis cuſtodijs precanti cuidam pœnæ maturitatem, reſpondit: Nondum tecum in gratiam redij. Hinc Lycus apud Senecam in Hercul. fur. ait,

Qui morte cunctos luere ſupplicium iubet
Neſcit tyrannus eſſe, diuerſa irroga: *Miſerum uita perire, felicem iube.*

Et ea fuit olim Cæſaris in Senatu ſententia: De pœna, inquit ille apud Salluſtium, poſſum equidem dicere id quod res habet, in luctu atque miſerijs, mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe, eam cuncta mortalium mala diſſoluere, ultrà neq; curæ, neque gaudio locum eſſe, &c. Quibus Cato quidem acutè reſpondit, hoc ideò dici fortè à Cæſare, quòd pœnas inferorum negaret. Sed nos de præſentibus ſupplicijs loquimur, quæ in hac uita tolerari poſſunt: Catoni autem, ſi Chriſtianus eſſet, reſponderem, ſceleratis etiam pœnitentibus uiam ad cœlos pro Dei miſericordia patẽre. Sed hìc de ſimplici uindicta quæſtio eſt, quam Neptunus grauiorem exiſtimauit, ſi Vlyſſem ita miſerè undiquè exagitaret, quàm ſi uno impetu de medio uiuorum ſuſtuliſſet.

ἀλλ' ἄγε πᾶσι) Aduertenda eſt iſta Iouis oratio, qua ſe non ſuperiorem reliquis Dijs, ſed quaſi eorum ſocium præbet, cum ijs initurus conſilium de Vlyſſe liberando: niſi hìc Poeta exemplum ſummi illius Dei proponat, qui nihil inconſultè aggrediatur. Vide annotationem præcedentem in uerbis, ἀλλα Ποσειδάων.

ὦ πόπε ἡμέτερε) Cùm Iupiter conſilium de Vlyſſe liberando rogaſſet omnes Deos, Minerua, quaſi omnium prudentiſsima mythicè & allegoricè, has partes in ſe recepit, neq; re longiùs diſtracta (mora enim in huiuſmodi rebus periculoſiſsima eſt) è re nata duo proponit. Primùm ſuadet, ut Mercurius ad Calypſo proficiſcatur, firmam Deorum uoluntatem de Vlyſsis reditu illi nunciaturus, ne uidelicet ab ea inuitis Dijs coërceatur. Deinde ipſa ſuam operam hac in re offert, nimirum iturã ſe ad Telemachum, cui animos addat, tum ad prohibendam & coërcendam Procorum inſanam luxuriam & libidinem, tum ad iter ſuſcipiendum Pylum & Sparten uerſus, ut aliquid de patre ſuo à Neſtore & Menelao ſciſcitetur. Sed notanda eſt hyſterologia, nam hæc poſteriora prius fient: niſi intelligamus illa ſimul fieri, quæ tamen Homerus inuerſo narret ordine: quia æquius eſt præceſsiſſe illam Telemachi operam, poſt tam longam patris abſentiam.

ἦ σέ γε μὰν κλέος) Ambigua uidetur oratio. nam illud μὰν non facile dictu eſt, quò referatur, an ad Vlyſſem, an ad Telemachum. Si ad Vlyſſem referatur, ſenſus erit: Sicubi Telemachus audiat, Vbi gentium famâ ſit Vlyſſes. ſi ad Telemachum, intelligendum eſt, hac diligentia & officio Telemachum laudem & famam ſibi eſſe comparaturum.

Ὣς εἰπὼν ὑπὸ ποσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
Ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν
Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀέλλης·
Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ,
Βριθὺ, μέγα, στιβαρὸν, τῷ δάμνησι στίχας ἀνδρῶν
Ἡρώων τοῖσίν τε κοτέσσεται ὀβριμοπάτρη·
Βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων αἰξασπᾶς·
Στῆ δ' Ἰθάκης ἐνὶ δήμῳ, ὅπι πρόθυροις Ὀδυσῆος,
Οὐδοῦ ἔπ' αὐλείου παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος,
Εἰδομένη ξείνῳ Ταφίων ἡγήτορι Μέντῃ.
Εὗρε δ' ἄρα μνηστῆρας ἀγαυοὺς· οἱ μὲν ἔπειτα
Πρόσθε θυράων τερπόμενοι θυμὸν ἔπερπον,
Ἥμενοι ἐν ῥινοῖσι βοῶν οὓς ἔκλαον αὐτοί.
Κήρυκες δ' αὐτοῖσι καὶ ὀτρηροὶ θεράποντες,
Οἱ μὲν ἄρ' οἶνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι καὶ ὕδωρ,
Οἱ δ' αὖτε σπογγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας
Νίζον, καὶ πρόθεσαν, ἰδὲ κρέα πολλὰ δατεῦντο.
Τῷ δ' ὀλὺ πρῶτος ἴδε Τηλέμαχος θεοειδὴς·
Ἧστο γὰρ ἐν μνηστῆρσι φίλον τετιημένος ἦτορ,
Ὀφθαλμοῖσι πατρὸς ἑοῖο φίλον κατὰ θυμὸν ἐλθὼν
Μνηστήρων τῶν μὲν σκέδασιν κατὰ δώματα θείη,
Τιμὴν δ' αὐτὸς ἔχοι, καὶ κτήμασιν οἷσιν ἀνάσσοι.
Τὰ φρονέων, μνηστῆρσι μεθήμενον, εἶσιδ' Ἀθήνην·
Βῆ δ' ἰθὺς προθύροιο, νεμεσσήθη δ' ἐνὶ θυμῷ
Ξείνον δηθὰ θύρῃσιν ἐφεστάμεν· ἐγγύθι δ' ἆρα
Χεῖρ' ἕλε δεξιτερὴν, ἑ δ' ἐδέξατο χάλκεον ἔγχος·
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,

Χαῖρε ξεῖνε πάρ' ἄμμι φίληοσαι, αὐτὰρ ἔπειτα
Δείπνου πασάμενος μυθήσεαι ὅττεό σε χρή.

Ὣς εἰπὼν ἡγεῖθ', ἡ δ' ἕσπετο Παλλὰς Ἀθήνη·

Sic fata pedibus ſubligauit pulchra talaria,
Immortalia, aurea, quæ ipſam ferebant ſuper mare,
Et ſuper rotundam terram ſimul cum flatu uenti.
Accipit autem fortem haſtam, acuminatam acuto ære
Grauem, magnã, ualidam, qua domat acies uirorum
Heroum, quibus utig; iraſcitur forti patre nata. (ter.
Deſcẽdit. a. ab Olympi uerticib. impetu ruẽs præcipitans
Stabat autem Ithacæ in populo ad ueſtibulum Vlyſsis,
Limine in aula, in manu aũt gerebat ferream haſtam,
Similis hoſpiti Taphiorum duci Mentæ.
Inuenit autem procos ſuperbos, qui quidem tum
Calculis ante ianuam animum oblectabant.
Sedentes in pellibus boum quos occiderant ipſi:
Præcones autem ipſis & ſeduli famuli,
Alij quidem uinum miſcebãt in cratericibus & aquam,
Alij quidem ſpongijs foraminoſis menſas
Abſtergebãt & apponebãt, & carnes multas diuidebãt.
Hanc uerò longè primus uidit Telemachus deo ſimilis.
Sedebat enim inter procos ſuo mœrens corde,
Repræſentans patrẽ probũ in mente ſi alicunde ueniẽs
Procorum quidem diſperſionem per cædes faceret,
Honorem autem ipſe haberet, & bonis ſuis imperaret:
Hæc cogitans, procis aſsidens uidit Palladem.
Ibat autem rectà foras: indignabatur autem animo
Hoſpitam diu ad ianuam ſtare: propè autem aſtans,
Manum prehendit dextrã, & ſuſcepit ferreã haſtam,
Et ipſam alloquutus uerba alata dicebat,

Salue hoſpes, à nobis amicè tractaberis, caterũ dein-
Cœna fartus loquere quæcunq; opus ſit. (de
Sic fatus præibat, atq; ſequebatur Pallas Minerua.

Illi

Illi uerò quidem intrà domum erant excelsam,
Hastam quidem statuit ferens ad columnam longam,
Intra armarium bene politum, ubi utiq; alia
Hastæ Vlyssis prudentis stabant multæ.
Ipsam uerò in thronum collocauit, stragulo substrato,
Pulchro, ingeniosè facto: sub.a. pedibus scabellum erat.
Ipsi.a. lectticam apposuit uariegatam seorsum ab alijs
Procis, ne hospes offensus strepitu,
In conuiuio turbaretur, cum superbis congressus,
Atq; ut ipsam de patre absente interrogaret,
Aquam uerò ancilla ex gutto profundebat ferens
Pulchro, aureo, super argenteum lebetem
Ad lauandum: iuxtà autem politam strauit mensam.
Panem uerò uenerandæ cellæ custos apponebat,
Fercula multa apponens de præsentibus,
Coquus autem carnium lances apposuit sumens
Omnigenûm, ipsis autem apponebat aurea pocula.
Præco autem eos sedulò obibat uinum fundens.
Ingressi autem sunt proci superbi, qui quidem cõtinuò
Ordine sedebant per sedilia thronosq;:
His uerò præcones quidem aquã manibus infundebãt.
Panem uerò ancillæ expediebant è canistris:
Illi.a. ad cibos paratos & antè appositos manus proten
Pueri uerò crateres coronarunt potus. (debant:
Sed postquam potus & esca desiderium exemerunt
Proci, ipsis uerò alia in mente cura erant.
Cantus saltatioq; (hæc enim sunt ornamenta conuiuij.)
Præco autem in manus citharam perpulchram posuit
Phemio, qui quidem cecinit inter procos ui, i. coactus,
Fidelices ille citharæ ludens cœpit pulchrè canere.

Οἵσι δ' ὅτε δὴ ῥ' ἐντοθεν ἔσαν δόμῳ ὑψηλοῖο,
Ἔγχος μὲν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν,
Δηρὸν δόκης ἔντοθεν εὐξόου, ἔνθα πὲρ ἄλλα
Ἔγχε' Ὀδυσσῆος πολασίφρονος ἵστατο πολλά·
Αὐτὸν δ' ἐς θρόνον εἷσεν ἄγων, ὑπὸ λῖτα πεπάσας.
Καλὸν, δαιδάλεον, ὑπὸ δ' ὑποπόδιον ποσὶν ἦεν.
Παρ δ' αὐτὸς κλισμὸν θέτο ποικίλον, ἔκλοθεν ἄλλων
Μνηστήρων, μὴ ξεῖνος ἀνιηθεὶς ὁρμαγδῷ,
Δείπνῳ ἀδήσεσι, σὺν θρασυφιάλοισι μετελθών,
Ἠδ' δ' ἵνα μιν θαλερὸς πατρὸς ἀποιχομένοιο ἔροιτο.
Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχυτε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι· παρὰ δ' ἕστιλβε τραπέζη.
Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
Εἴδεα πολλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.
Δαιτρὸς δ' κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας.
Παντοίων, παρὰ δὲ σφι τίθει χρύσεα κύπελλα.
Κῆρυξ δ' αὐτοῖσι θαμὰ ἐπώχετο οἰνοχοεύων.
Ἐς δ' ἦλθον μνηστῆρες ἀγαυόρες· οἱ μὲν ἔπειτα
Ἑξείης ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε·
Τοῖσι δ' κήρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχυσαν,
Σῖτον δ' δμῳαὶ παρενήεον ἐν † κανέοισιν,
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείατ' ἐτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.
Κοῦροι δ' κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτῆϊο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον εἶτο
Μνηστῆρες, τοῖσιν μὲν ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μεμήλει,
Μολπή τ' ὀρχηστύς τε (τὰ γὰρ τ' ἀέθλήματα δαιτός)
Κῆρυξ δ' ἐν χερσὶ κίθαριν περικαλλέα θῆκε
Φημίῳ, ὃς ῥ' ἠείδε παρὰ μνηστῆρσιν ἀνάγκῃ·
Ἡ τοι ὁ Φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

χ. κανέοισιν Κοῦροι δ' κρ. ιτ. π. Οἱδ' ιτ.

COMMENTARIVS.

ὡς ἀπὸ τ' ὑπὸ ποσσὶ)Nihil est optimè de rebus consulere, si consilia exitum suum non sortiantur. Quod cùm intelligat Minerua, statim exequitur, quod ipsamet proposuerat; quasi mora & procrastinatio damnosa hac in parte uideretur: quia hoc illa maximè exoptabat, ut quàm citissimè Vlysses patrijs suis finibus redderetur. Est tamen ubi cunctatio requiritur, celeritasq; periculosa est. Sed hoc prudentis est examinare, & pro negotij qualitate alterutrum eligere.

ἀίξασα)Hoc sic oportuit intelligi, ne mirum aut incredibile uideretur, Mineruam tam repentè sese ad Vlysis aulæ limen in Ithaca stitisse. Quam celeritatem Numinibus solet tribuere Poeta, ut alibi de Mercurio, Iride, Neptuno, Ioue, Iunone, Venere, Somno, & alijs uidimus.

ἀδμήτην)Herodotus in uita Homeri meminit huius Mentæ nauicularij cuiusdam, qui multa beneficia in Homerum contulerit. Hic ergo illi hanc gratiam retulit, quòd eius tam honorificè hac in parte Poëseos meminerit, cum Mineruam illi assimilatã scribit. Quod non exiguæ laudi ducendum est, quia uerisimile est Deam illam prudẽtiæ nullius, quàm prudentis etiam uiri specie induisse. Sed de hoc Mente plura infrà.

ποσσὶν)Vitam procorum leuiter describit luxuriosam & inertem tantùm, ut qui ludis & cõmessationibus eam transigant otiosi. Ludunt autem talis, quod non ita uulgariter intelligendum. nam alius fuit & peculiaris eorum modus, ut ab Athenæo lib. 1. describitur ex Apionis Alexandrini relatu, qui se hoc ex Ctesone Ithacensi intellexisse dicebat. Talis ergo fuit ille procorum ludus. Octo supra centum cum essent proci, disposuerunt calculos inter se contrarios, pares paribus, tot numero, quot ipsi erant, opponẽtes: atque sic quinquaginta & quatuor ex utraque parte statuebantur: spatium quod in medio erat, uacuum relinquebatur, in quo unum ponebant calculum, quem uocabant Penelopen: hanc scopum faciebant, ut quis calculo percuteret, postea cui sors accidisset, is ictum in hanc intendebat: si quis uerò illam attigisset, ulteriusq; propulisset suum calculum in loco proiectæ expulsæq; Penelopes, & in quo illa prius steterat, deponere oportebat: atque rursus cùm Penelopen, in quo loco secundò commorata est, firmarit, secundum proijcere calculum: quòd si quis alijs intactis solam illam sæpius consequeretur, erat uictor, multamque habere spẽ iubebatur se Penelopen esse ducturum. Eurymachus sæpe uicerat hoc ludo, quare maximè omnium Penelopes coniugium sperabat. Hæc ille, ut transtulit Natalis à Comitibus. Nouissimus autem Interpres Athenæi, locum aliter reddidit quibusdã in locis. Quod placet oculis lectorum subijcere, ut uideant nihil esse in mortalibus ab omni parte integrum. Verba Athenæi prius referemus. Ἀπίων δέ ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἀκηκοέναι φησὶ παρὰ τοῦ Ἰθακησίου Κτησόνεως τῶν τῶν μνηστήρων πεπεῖσθαι· οἷα ἦν. ἐστὶ γάρ φησι, κ' ἐκεῖνοι ὄντες οἱ μνηστῆρες, ὅλπ' ἐπὶ σοὶ ψῆφος ἐναντίας ἀλλήλαις, ἴσας πως ἴσας τὸν ἀριθμὸν, ὅσοι περ ἦσαν κ' αὐτοὶ, φόνου θαμὰ ἐκκειμένου τοσαύτας κ' πεττόκυπτε. τὸ δ' οὖν μέσον τούτων ἀφῃρεῖτο ὀλίγον κεῖθεν. ὁ δὲ τοῦ μετειχμίου τούτου μίαν πηδεῖναι ψῆφον, ἣν κηλεῖν μὲν αὐτὸς Πηνελόπην. σκοπὸν δὲ ποιεῖσθαι, ἵνα βάλοι ψῆφον ἑτέρα. κ' κλῆρος μὲν τὸν λαχόντα φυγαδεύεσθαι ταύτης. ἐὰν δέ τις τύχοι κ' ἐκκρούσειε πρόσω τοῦ Πηνελόπην, ἀναπηδᾶσθαι τοῦ αὐτὸς εἰς τοῦ τῆς βληθείσης κ' ἐξισμένης χώραν, ὃν ἡ πρότερον ἦν. κ' πάλιν τὰ αὐτὰ τοῦ Πηνελόπην, ὃν ἡ δεύτερον ἐφίστο χωρίον· ὑπὸ τοῦ βαλεῖν τοῦ ἕτερον. ἐὰν δέ τύχοι, μὴ ὃν τῶν μνηστήρων τῶν ἄλλων ψαῦσαι, νικᾶν, κ' ἐλπίδας ἔχειν πολλὰς, γαμήσειν αὐτήν. Τὸν δὲ Εὐρύμαχον πλεῖστας ἐληφέναι ταύτῃ τῇ παιδιᾷ, κ' ἐυέλπιν εἶναι τοῦ γάμου. Hæc ita transfert nouus Interpres: Apion Alexandrinus se ab Ithacensi Ctesone audiuisse memorat, qualis esset apud procos ille latrunculorum ludus. Centum enim ac octo fuisse procos, qui totidem quot essent ipsi, calculos inter se cõtrarios, numero pares statuerint, ut ex utraque parte quinquaginta quatuor essent, intermedio quodam relicto, spacio, quod uacuum esset. In ea quæ acies & ordines discernebat area, calculum unum collocasse, quem Penelopen nominabant. Pro signo ac scopo is erat, siquis altero calculo ferire posset. Cui iaciendi sors obuenerat, in illum collimans dirigebat calcem: &, si fortè attigisset Penelopen, antrorsumq; è sua sede propulisset, calculus eius qui miserat, in electi ac protrusi locum deponebatur. Et cum denuò Penelopen in eã sedem quam obtinebat prius, restituissent, secundò alterum calculum rursum mittebat: ac, si percussisset, nullo ex cæteris calculis icto, uincebat, optimamq; spem concipiebat de Penelopes coniugio. Hoc lusu pluries Eurymachus uictoriam adeptus, Penelopes nuptias sibi magna spe pollicebatur, Hæc ille. In hac autem uersione hoc habeo quod reprehendam, quia dicit calculum Penelopes in priorem locum unde deiectus erat, restitui: cum aliud sonent uerba Græca, ut mihi persuadeo. Sed nos locum integrum cũ

aa 4 maiore

maiore otio aliàs examinabimus in noſtra editione Athenæi Græca & Latina, quam breui dabimus Deo annuente. Interea non pœnitebit nos hunc ludum procorum ex Apione intelleXiſſe.

ὡς ἐκέκλετο αὐτοῖς) Nimirum ex boum. Vlyſsis numero. nam anteà ſic loquuta eſt Pallas: πῶς μνησήσεται ἀπειπέμεν, οἵ τε οἱ αἰεὶ Μῆλ' ἀδηκότα σφάζουσι, καὶ ἀλιπερέας ἑλίκας βόας, &c.

κῆδος) Attendenda eſt εὐτέλεια & frugalitas huius procorum cõuiuij, procorum (inquam) alioqui ἀκαταλώτων, ut loquitur Euſtathius, laſciuientium, quorum tota uita erat uoluptuaria. Etenim nihil hic ſuperfluum animaduertas, ne quidem ἐκχυτροποσίαν: dicuntur enim procis famuli unum aqua temperare, quãquam alibi Achilles dicat, ζωρότερον δὲ κέρασσε. Vide Athenæum lib. 1. cap. 4. ubi hanc frugalitatem conuiuiorum Homericam copioſè perſequitur.

πτόλεμον δ' ἤτορ) Non diſcedit à propoſito Vates: ipſum enim Telemachum fingit anxium & ſollicitũ de Vlyſsis reditu, quo præſente ſperabat domum ſuam ſic indignis modis tractatam non iri. Poterat autem alia etiam cogitatione Telemachum implicare: ſed placuit illi omnia ad præſentem narrationem diſponere, ut par étiam eſt hoc ſæpiſsimè à Telemacho animo agitatum.

ἐπεὶ ἦ ἀθανάτῳ) Hæc ex Poetæ ſententia dicuntur. Nam Telemachus ignorabat hoſpitem hunc eſſe Palladem, quod docent ſequentia. Notanda eſt autem ueterum ad hoſpitalitatem gratuitam propenſio, quæ in Telemacho ad patris exemplum fuit. Nam de Vlyſſe dicet paulò poſt filius, ἐπεὶ κ' ἐκὼν ἐπὶ πρόφρων ἰὼν ἀφίκοιτο.

χεῖρ' ἐπὶ δεξιτερὴν) Dextram apprehendere, ſignum fuit olim beneuolentiæ, ut etiam hodierno die uſurpari ſoleat, inter Germanos præcipuè, qui hoc ueſtigium antiquitatis adhuc retinent. Hinc appellati ſunt boni uiri, δεξιοί, & δεξιοῦσθαι dicitur τὸ φιλοφρονεῖσθαι. Qua de re etiam in Iliade dictũ eſt. Porrò ſiniſtra manus ad hos uſus non eſt recepta, quin res læuæ ac ſiniſtræ pro infelicibus acceptæ ſunt: niſi in rebus ſacris, ut in auſpicijs, prodigijs, fulminibus. Sed illa quoque tamen dextra ſunt, reſpectu numinis: ſiniſtra uerò, noſtri.

αὐτὰρ ἐπεὶ δαῖτός τε καὶ ἡδέος ἐξ ἔρον ἕντο) Qui ritus antiquorum intelligere cupiunt, iſta debent ſigillatim obſeruare, quod ad conuiuia pertinet: ut ſedilia, ſtragula, ſubſtrata, κλισμοί, ciborum apparatus & reliqua, quæ etiam apud Athenæum lib. 1. annotata reperiuntur.

παρὰ δὲ σφιν ἐτίθει) Ex hoc loco quidam colligebant, ſingulis conuiuarum uiritim menſam apponi olim ſolitam. Sed hoc non ſufficit, inquit Athenæus lib. 1, ad huius confirmationem: poterat enim Pallas ex Telemachi menſa comedere.

δαιτεῦς) Athenæus lib. 5 monet, hunc uerſum eſſe ſuperfluum. ἐπὶ γὰρ, inquit, ἅπαξ παρεῖπεν ὁ ζωμὸν, θηλυ ὡς κρειῶν λάψαντα τυγχάνοντα τὸν δαῖτα· οὐκ ἔστι παρεισφέρειν. διόπερ τὸ δαῖτα ἀπιθανόν. Intelligit autem duos uerſus præcedentes.

ἐπισπένδοντο ποτοῖο) Obſeruandus eſt hic mos antiquorum pocula uino coronari ſolita, quod ex augurio faciebant, ut ait Athenæus lib. 1. ἐπισπένδονται δὲ, inquit, ποτοῖο οἱ κρατῆρες, ὅτι ὑπερχειλεῖς οἱ κρατῆρες πιθανὸν ὄντες ἀφ' οὗ τοῦτ' ἐπιφανέσθαι καὶ τῶν ἄπαντων εὐτυχεῖς οἰωνοὺς ὑπάρχοντας. Quale autem fuerit hoc οἰώνισμα, conijcit noſter Euſtathius, nimirum ad plenum & perfectum felicitatis indicium: quod uaſorum inanitati, id eſt, τῇ κενεαγγείᾳ contrarium eſt. Nam coronatio illa crateris ſimilis eſt orbi ſphærico τῇ κυκλοτερεῖ σφαιροειδεῖ. Illæ autem figuræ perfectæ ſunt, & multi captus, ideoq; illi augurio felicitatis conuenientes.

μολπὴ τ' ὀρχηστύς) Cantum & choream conuiuiorum αὐλήματα ac ornamenta appellat, quæ Diogenianus apud Plutarchũ Symposia. lib. 7. cap. 8. uocat ἀκροάματα. Quod ad cantum attinet, obſeruauimus lib. 1. Iliadis, quantus eius olim fuerit uſus in conuiuijs: nunc ex Athenæo id rurſus docebimus, ut res hac quoque authoritate innoteſcat. Sic ergo ille lib. 14. ὧν δ', ὡς ἔοικε, τὴν νεωτερικὴν μέθην, πρῶτον μὲν ὅπως ἐκφεύξεται τῶν ἐκ μέθης καὶ πλησμονῆς ἀρημένων ἑαυτὸν λαμβάνῃ τῆς ὕβρεως, καὶ τῆς ἀκοσμίας τὴν μουσικὴν, ἣν ὅτι τὴν αὐλητικὴν, πρὸ ὀλίγου ἐμνήσθημεν· ἐπειδὴ γὰρ τὴν συνουσίαν πᾶσι πρόσηται, καὶ χαρὰν ἐλαφρὰν, &c. Sed de Muſica, & eius utilitate uide plura ibidẽ. Quod ad ſaltationẽ eam eleganter Simonides tacitam Poëſim appellauit (à pictura hoc traducens) contrà Poëſim, loquentẽ ſaltationẽ. Quare, inquit, nihil habet cum Poëſi pictura germanitatis, neq; Poëſis cum pictura, neq; habent quicquã inter ſe cõmercij. At inter artem ſaltandi & Poeticam omnis ſocietas & cõmunio intercedit, &c. ut refert Plutarch. Symp. lib. 9. cap. ult. Videmus autem eam in conuiuia etiam ueterum, ut rem honeſtam uidelicet admiſſam, quam Diogenianus quoque apud eundem Plut. loco antea recitato tanquam decorum acroama conuiuiorum recipit. Cùm tamen uitioſa ſint ac turpia infinita ſaltationum genera, delectus eſt adhibendus honeſtorum, ut ſatis in Iliade quoque docuimus. Illa genera uide apud Athenæum lib. 14. cap. 12.

κίθαριν) Diogenianus Plut. loco ſupra dicto: ἀλλ' ἦγε κιθάρισ, inquit, πάλαι τις ἡ κοθ' ὁμηρον ἐν τοῖς χρόνοις γνώριμον τῆς διατρίβης· ἡ μάκρα γὰρ καὶ φιλία καὶ συνήθεια, ἃ πρέπει ἀφανίζειν, ἀλλὰ διαθεῖναι τῶν κιθαρῳδῶν μόνον, ὅπως τὸν πολὺν θρῆνον καὶ γόον ἐξάρασι τῶν φθιμένων καὶ πρέπουσα θαλίαζωσι, ἀνδράσι ἄδοντες id eſt: Enimuerò cithara olim Homeri etiam temporibus cognita erat conuiuiorum ſocia. Hanc tam diuturnam amicitiam & familiaritatem, non decet abrumpere: ſed orãdi ſunt ſolùm citharœdi, ut nimiam illam lamẽtationem & luctũ cantibus ſuis eximant, lætaq; & conuiuantibus hominibus conuenientia cantitent. Athenæus lib. 14. cap. 11. πολλοὶ δὲ καὶ, inquit, τῶν βαρβάρων πρὸς ἐπικηρυκείας ποιούμενοι μετ' αὐλῶν καὶ κιθάρων, καὶ παιζαιώνοντες τῶν ἑαυτῶν τὰς ψυχάς. Θεόπομπος δ' ἐν τῇ σταφυλοκοπίᾳ ἐκτῇ τῶν ἱστοριῶν, γάται φησὶ κιθάρας ἔχοντες, καὶ κιθαρίζοντες πρὸς ἐπικηρυκείας ποιοῦνται, ὅθεν ἴσως καὶ Ὅμηρος ἀφανῆ τὴν ἀρχαίαν τῶν ἑλλήνων κατάστασιν, λέγει. Φόρμιγξ δ' ἦν ἄρα οἱ γε πόθεσσι θεοῖς ποιήσασι τέρπεν, ὡς καὶ τοῖς εὐσχημόνως χρησίμως ἔσης τῆς τέχνης. id eſt: Multi etiam Barbari legationes cum tibijs & citharis obeunt, hoc pacto aduerſariorum animos deliniẽdo. Theopompus uerò 46. hiſtoriarum: Getæ, inquit, citharas habentes, & eas pulſantes, officio legationis defunguntur. Vnde uidetur Homerus antiquam Græcorum cõſtitutionem obſeruaſſe, cum dicit: Citharæ quam conuiuio Dij fecerunt ſociam, quaſi epulantibus illa etiam ars utilis ſit. Hæc ille. Quid autem Phemius cithara cecinerit, infrà dicitur, nimirum reditum Achiuorum è Troia.

Αὐτὰρ Τηλέμαχος γλαυκῶπιν Ἀθήνην,
Ἄγχι μάλ' ἀμφὶ κάρη κεφαλῇ, ἵνα μή τις ἀκούσας
Ἄλλος Ἀχαιῶν· πολλοὶ γὰρ ἐν μνηστῆρσιν ἄριστοι·
Ξεῖνε φίλ', ἦ καί μοι νεμεσήσεαι, ὅττι κεν εἴπω;
Τοῖσι μὲν ταῦτα μέλει, κίθαρίς τε καὶ ἀοιδή,
Ῥεῖα τὰ γ' ἐστὶν ἀκόντε· βιοτὸν νήποινον ἔδουσιν
Ἀνέρος ὅς τις ἔπι εὖ λάβῃ· ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ,
Κείμενα ἐν προτέροισι, ἢ ἐν ἁλὶ κῦμα κυλίνδει·
Εἰ κείνων γ' ἴδοιεν ἀνιόντ' ἐς Ἰθάκην δέ,
Πάντες κ' ἀρησάμενοι ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι
Ἢ ἀφνειότεροι χρυσοῦ τε ἐσθῆτός τε.
Νῦν δ' ὁ μὲν ὣς ὀλόλυκε κακὸν μόρον, ὄφρα μιν οὐδείς
Θαλπωρὴ, εἰ περ λίην ὀλιγηδονίων ἀνθρώπων
Φησὶν ἐλεύσεσθαι τῷ δ' ὥλετο νόστιμον ἦμαρ.
Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;
Ὁπποίης δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο; πῶς δέ σε ναῦται
Ἦγαγον εἰς Ἰθάκην; τίνες ἔμμεναι ὀχετόωντο;
Οὐ μὲν γάρ τι σε πεζὸν ὀΐομαι ἐνθάδ' ἱκέσθαι·
Καί μοι τοῦτ' ἀγόρευσον ἐτήτυμον, ὄφρ' εὖ εἰδῶ
Ἦ ἑὸν μεθέπεις, ἦ καὶ πατρώϊός ἐσσι

Porrò Telemachus alloquutꝰ eſt glaucis oculis Palladẽ,
Propè habens caput, ut non audirent alij:
An hoſpes chare, ob id mihi iraſceris quod dixero?
His quidem hæc curæ ſunt, cithara & cantus,
Faciliter ſanè: quoniam alienũ cibũ impunè abſumunt
Viri, cuius certè alicubi alba oſſa putreſcunt imbre
Lacentia in continenti, uel illa in mari nuda uerſat.
Atqui ſi illum in Ithacam uiderint reuerſum,
Omnes optarint celeriores pedibus eſſe,
Quàm inſtructiores auro ueſteq;
Nunc uerò ille ſic obyit malam mortem, neq; ulla nobis
Spes eſt, etiam ſi quis terreſtrium hominum
Qui dicat rediturũ eſſe: huius uerò pergit reditus dies.
Sed agè, mihi hoc dic, & uerè enarra:
Quis? unde es hominum? ubi tibi ciuitas atq; parẽtes?
Quali autem in naui aduenisti? quo pacto te nautæ
Duxerunt in Ithacam? quinam ſe eſſe prædicant?
Neq; enim ullo pacto te peditem exiſtimo huc uenisſe.
Et mihi hoc dic uerè, ut benè cognoſcam,
An recens uenisti, aut paternus es

Hoſpes

Hospes, quoniã multi frequentabant uiri nostrã domũ
Alij, quoniam etiam ille hominibus erat gratiosus:
Hunc rursus alloquuta est dea cæsia Minerua,
Enimuero ego tibi hac ualde uerè narrabo,
Mentes Anchialiprudentis præ me fero esse
Filius: cæterùm Taphijs nauigandi studiosis impero.
Nunc uerò huc cum naui atq; socijs
Nauigãs per obscurũ pontũ ad aliena lingua homines,
Ad Temesen propter as: duco autem splendidũ ferrum.
Nauis autem mihi stat ad agrum seorsim ab urbe,
In portu Pethro sub Neio syluoso.
Hospites autẽ inuicem paterni gloriamur esse:
Ab initio, siquidem senem interroges accedens
Laertem heroem, quem non amplius aiunt in urbem
Venire, sed seorsum in agro dolores pati
Vetula cum ancilla, quæ illi cibum q; potum q;
Apponit, quoties ipsum labor cerca membra inuaserit
Repentem per fertile solum planitiei uitibus consita:
Nunc autem uenit, sed ipsum aiunt peregrè esse
Tuum patrem, uerùm huic dij impediunt iter.
Nõ enim adhuc mortuꝰ est super terrã diuinus Vlysses,
Sed adhuc alicubi uiuus detinetur in lato ponto,
Insula in circumflua: saeui autem ipsum uiri tenent.
Feri, qui alicubi illum inuitum detinent.
Porrò nũc tibi ego uaticinabor, quẽadmodũ in animo
Immortales suggerũt, & quẽadmodũ pfectũ uri puto.
Non quasi uates sim neq; auspiciorum clarè peritus:
Neq; adhuc diu chara à patria terra
Erit, neq; si etiam ferrea uincula illum detineant:
Cogitabit qui redeat, quoniam callidus est.
Sed agè mihi hoc dic, & uerè enarrato.
Si certè ex ipso tantus filius es Vlyssi.
Vehemẽter enim & capite & oculis pulchris similis es
Illi, quoniã frequẽter ad eũ modũ uersabamur inuicẽ,
Antequam in Troiam conscenderet, quo utiq; alij
Græcorum optimates ierant cauis in nauibus:
Ex hoc tempore neq; Vlyssem ego uidi, neq; me ille.
Hanc rursus Telemachus prudens alloquebatur,
„ *Certè enim ego tibi hospes ualde uerè enarrabo,*
„ *Mater quidem me inquit eius esse: cæterùm ego*
„ *Nescio. non enim ullo pacto aliquis semẽ ipse cognouit.*
At ego utinam felicis cuiusdam forem filius
Viri, quem in facultatibus suis senium deprehendisset:
Nũc uerò ille infelicissimus est mortalium hominum.
Ex hoc me inquit natũ esse: quoniã tu me hoc interro-
Hũc. a. rursus alloquuta est dea cæsia Minerua, (gas.
Non sanè tibi genus utiq; dij ignobile in posterum
Dederunt: quandoquidem te talem peperit Penelope.
Sed age mihi hoc dic, & uerè enarrato,
Quod epulũ, q; uerò hæc turba est, q; uerò te opus urget,
An splendidũ cõuiuiũ? an nuptiæ? quoniã nõ symbolũ
Vt q; mihi supra modũ cõtumeliosè uidẽtur (hæc sunt.
Conuiuari per domum, indignè ferat utiq; uir
Flagitia multa uidẽs, quicunq; cordatus interuenerit.

Ξεῖνʼ ἐπεὶ πολλοὶ ἴσαν αὐτὰρ ἡμέτερον δῶ
Ἄλλοι, ἐπεὶ καὶ κεῖνο διαπρὸ φίλῳ αὐθρώπων.
Τὸν δʼ αὖτε πρὸς εἶπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Τοιγὰρ ἐγώ τοι ταῦτα μάλʼ ἀτρεκέως ἀγορεύσω,
Μήτης Ἀγχιάλοιο δαΐφρων εὔχομαι εἶναι
Υἱὸς, ἀτὰρ Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσω.
Νῦν δʼ ὧδε ξὺν νηὶ κατήλυθον ἠδʼ ἑτάροισι,
Πλέων οἰνοπα πόντον ἐπʼ ἀλλοθρόους ἀνθρώπους,
Εἰς Τεμέσσην μετὰ χαλκὸν ἄγω δʼ αἴθωνα σίδηρον.
Νηῦς δέ μοι ἥδʼ ἕστηκεν ἐπʼ ἀγρῷ νόσφι πόληος,
Ἐν λιμένι Ῥείθρῳ, † ὑπὸ Νηίῳ ὑλήεντι.
Ξεῖνοι δʼ ἀλλήλων πατρώιοι εὐχόμεθʼ εἶναι
Ἐξ ἀρχῆς, εἴπέρ τε γέροντʼ ἔρηαι ἐπελθὼν
Λαέρτην ἥρωα· τὸν οὐκέτι φασὶ πόλινδε
Ἐρχεσθʼ, ἀλλʼ ἀπαλοῦσθαι ἐπʼ ἀγροῦ πήματα πάσχει
Γρηῒ σὺν ἀμφιπόλῳ, ἥ οἱ βρῶσίν τε πόσιν τε
Παρθεῖναι, εὖτʼ αὖ μιν κάματος κῆρ γυῖα λάβῃσι,
Ἑρπύζοντʼ ἀνὰ γυνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδοιο.
Νῦν δʼ ἦλθον· δὴ γάρ μιν ἐφαντʼ ὀπιδήμιον εἶναι
Σὸν πατέρʼ· ἀλλά νυ τὸν γε θεοὶ βλάπτεσι κελεύθῳ.
Οὐ γάρ πω τέθνηκεν ὀπὶ χθονὶ δῖος Ὀδυσεύς,
Ἀλλʼ ἔτι πω ζωὸς κατερύκεται εὐρέϊ πόντῳ,
Νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ· χαλεποὶ δέ μιν ἄνδρες ἔχουσιν
Ἄγριοι, οἵ πω κεῖνον ἐρυκανόωσʼ ἀέκητι.
Αὐτὰρ νῦν τοι ἐγὼ μαντεύσομαι ὡς ἐνὶ θυμῷ
Ἀθάνατοι βάλλουσι, καὶ ὡς τελέεσθαι οἴω,
Οὔτέ τι μαντιπὸς ἐὼν, οὔτʼ οἰωνῶν σάφα εἰδώς·
Οὔτι ἔτι δηρόν γε φίλης ἄπο πατρίδος αἴης
Ἔσται, ἐδʼ εἴπέρ τε σιδήρεα δέσματʼ ἔχῃσι·
Φράσσεται, ὥς κε νέηται, ἐπεὶ πολυμήχανός ἐστιν.
Ἀλλʼ ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Εἰ δὴ ἐξ αὐτοῦ τόσσος πάϊς ἆς Ὀδυσῆος·
Αἰνῶς δὴ κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας
Κείνῳ ἐπεὶ θαμὰ τοῖον ἐμισγόμεθʼ ἀλλήλοισι
Πρίν γε τὸν ἐς Τροίην ἀναβήμεναι, ἔνθά περ ἄλλοι
Ἀργείων οἱ ἄριστοι ἔβαν κοίλης ἐνὶ νηυσίν·
Ἐκ τοῦδʼ οὔτʼ Ὀδυσῆα ἐγὼν ἴδον, οὔτʼ ἐμὲ κεῖνον.
Τὸν δʼ αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος αὐτίον ηὔδα,
Τοί γὰρ ἐγώ τοι ξεῖνε μάλʼ ἀτρεκέως ἀγορεύσω,
Μήτηρ μέν τʼ ἐμὲ φησὶ τοῦ ἔμμεναι· αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ οἶδʼ· ἐπεὶ οὔ πω τις ἐὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.
Ὡς δὴ ἔγωγʼ ὄφελον μακάρτερος νύ τʼ ἔμμεναι ἡὼς
Ἀνέρος, ὃν κλεάτισιν ἑοῖς ἔπι γήραϊ τέτμῃ·
Νῦν δʼ ὃς, ἀποτμότατος μετὰ θνητῶν ἀνθρώπων,
Τοῦ μʼ ἔκ φασι γενέσθαι· ἐπεὶ † σύ με τοῦτʼ ἐρεείνεις·
Τὸν δʼ αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Οὐ μοί τοι γνωτὸν γε θεοὶ νώνυμον ὀπάσω
Θῆκαν, ἐπεὶ σέ γε τοῖον ἐγείναθο Πηνελόπεια.
Ἀλλʼ ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον.
Τίς δαὶς, τίς ὅμιλος δέ σʼ ἐπάλετο; τίπτε δέ σε χρεώ
Εἰλαπίνη, ἦε γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γʼ ἐστίν·
Ὡς τέ μοι ὑβρίζοντες ὑπερφιάλως δαινύσκοι
Δαίνυσθαι κῆρ δῶμα. νεμεσσήσαιτό κεν ἀνὴρ
Αἰσχεα πόλλʼ ὁρόων, ὅστις πινυτός γε μετέλθοι.

COMMENTARIVS.

ξεῖνε φίλε) Obseruanda est antiqua hospitalitatis ratio, ut prius extranei hospites cibum caperent, posteà qui essent ipsi interrogarentur: quod etiam postea in Telemacho Menelaus exercebit. Iam ergo Telemachus & Minerua inter se colloquuntur. Ille autẽ sermonem exorditur ex rei præsentis occasione. Perstringit enim procorum hilarem uitam, quasi hanc illi impunè nimis uiuant in edibus alienis, præcipuo domino Vlysse absente, cuius bona illi sic temerè dilapidant & consumunt. Deinde opportunè facta Vlyssi men-

sis mentione(quem quidem proprio nomine non indicat:sed ita tamen designat,ut alius nõ possit intelligi) deflet illius casum & mortem,hanc quasi pro re comperta tenens,sine ulla spe illius reditus.Quod de industria sic est à Poeta confictum,ut locus daretur Mineruæ de Vlysse uerba faciendi.Tum rogat hospitem de sua conditione pro more antiquo,ut diximus.

μάλ' ἀτρεκέως)Tamen ficta sunt ea,quæ paulò pòst dicet,se Menten esse Anchiali filium,totumq; illud de susceptæ nauigationis fine:sed illud ἀτρεκέως ad sequentia de Vlysse referenda sunt,ut constet ueritas,quem adhuc esse superstitem Telemacho nunciabit. Alioqui officiosum est ac opportunum mendacium,quod de se Minerua dicit,ut cùm se Deus in sacris paginis sub hominis specie exhibet.

πήματα πάσχει)Laërtes adeò grauiter filij Vlysis absentiam tulit,quòd eum mortuum arbitraretur,ut hominum consortia fugiens in agrum priuatum recesserit,ubi solitariam uitam transegit,quæ doloribus maximè est accommodata.In illa tamẽ otiosus non fuisse dicitur,sed in decrepita etiam senectute rusticis laboribus occupatus,ut monet Homerus in sequẽtibus. Nam illi,postquam satis illis defatigatus esset,ancilla cibum & potum exhibebat.

σὸν πατέρα)Cùm manifestè Vlyssem Telemachi patrem pronunciet,cur posteà à Telemacho quærit,an ipse Vlysis sit filius? Nescio,nisi hoc maioris ἐπιζητήσεως gratia factum sit.

θεοὶ βλακπίεσι) Atqui initiò uidimus solum Neptunum à reditu Vlyssem arcere,quin & aduersus eum reliqui Dij consilium inierunt,ut Vlysi opitularentur.Dicendum est itaq; omnino ueritatem historiæ Mineruam non persequi,ne si omnia ita sigillatim exponeret,Deam se esse proderet.Quod ipsa diligenter cauet,ideoq; posteà cum Vlysis reditum prædiceret,ne Vatis quidẽ aut Auguris opinionem captauit.Porrò non erat absurdum ista de Vlysse Mentẽ rescisse,ut qui nauigando in uarias Orbis partes,quo pacto remotiora explorantur,potuisset fama isthæc exaudiuisse.

ἀνὴρ γὰρ κ.φαλὼ)Conijcit ex uultu Minerua,Telemachum Vlysis esse filium,quo pacto etiam Menelaus de eodem posteà argumentabitur,non leui omnino coniectura,quia amat natura simile sibi procreare:& hoc ualde consentaneum,ut eorum referas imaginem,à quibus ortum ducis.Arist.de Gener anim.lib.1.cap.19.ἢ τὸ ὁμοια γίγνεσθαι τοῖς γεγονόσι τὰ ἐκγονα, συλλογιν ὁμοιον γὰρ τὸ σπερμα τοῦ μεν, τῷ κατὰλειφθηναι ὡς τὸ σπέρμα ἐκ τὸ τῆς χειρὸς ἢ τὸ τὰ σπερματικὰ ἢ ὅλως τὸ ζῶον, ἀδιορίστως χειρὸς σπέρμα, ἢ ὅλου ζῶου. ἢ εἶναι σκέυους ἑκάστου ἐνεργείᾳ, τοιοῦτον τὸ σπέρμα δύναμει ἢ ἢ τὸν ὄγκον τὸν ἑαυτῶ, ἢ ἔχει τινα δύναμιν ἐν ἑαυτῷ. id est: Et ut filij parẽtibus similes fint, ratio exigit.Simile est enim,quod ad partes accesserit,ei quod remanet. Itaq; semen manus aut faciei,aut totius animalis est manus indefinita,aut facies aut animal totum indefinitum.Et quale quodcunque illorum est actu,tale semen potentia est,aut corpulentia sua,aut facultate,siue uirtute,quam in seipso contineat.Hæc ille.Non est tamen necessarium argumentum,ideo idem Aristoteles eodem lib.cap.18.cos refellit,qui propter similitudinem prolis & progenitorum semen ex toto corpore excerni existimarũt. Nam & maioribus plerunque,qui tamen non generarunt,assimilantur liberi,ut in Helide contigit:quæ cum Aethiope concubuerat,non filiam forma Aethiopis peperit:qui autem ex filia natus est,erat Aethiops,ita redditur post plura genera similitudo.Dissimilitudinem autem Physici & Medici parentum cogitationibus & animi impressionibus tribuunt. Hieronymus Cardanus lib.de Hominis natura & temperamento,rationem eius rei ita tradit.Cùm semen,inquit,paternum materno dominatur,filij animo similes sunt patri:si contrà,matri.Si autem paternum semen sanguini menstruo imperet,corpore similes patri efficiuntur: si uincatur,matri:propter hæc animo quidem filij patribus similes sunt,corpore autem matribus, &c. Sed quid dices,Cardane,de liberis, qui neque patrem neque matrem referunt:aut quid etiam de ijs,quod maius est,qui ne quidem consanguineis,sed etiam extraneis similes existunt. Huc exemplum illud rustici, qui Augustum referebat, omnino aduocare esset commodum. Sed nos ista Physicis enucleanda relinquamus.

μήτης μεν τ' ἐμὶ Mirum est illud Telemachi responsum,& quod uix in pios liberos cadere credideris.Hoc enim pacto uidetur de matris castitate dubitare,quæ tamen satis per uiginti annos probata est integra & inexpugnabilis:sed & sibi ipsi facit iniuriam,& in spurij suspicionem uenit,cùm patrem suum uerè non agnoscit.Sic ille apud Menandrum, qui dicit:τοῦτο δ' ἐξ μήτης φιλότεκνος μᾶλλον πατρος, ἡ μὲν γὰρ αὐτὴ οἶδεν ὡν, ὁδ' οὐ πεπεισται.Mater magis amat liberos,quàm pater.Suum enim ipsa filiũ certò cognoscit,ille putat. Dubitanter etiam de patre pronunciabat ille apud Sophoclem ὦ ἀλιτρὸ παῖ: Πῶσαν κατερκεῖ τῆδε κεκλῆσθαι πατρὸς Εἰπερ πέφυκά γ'. ἐκ δὲ μὴ, μείζων(quidam μείων.) βλάβη.Τὸ τοι νομισθὲν τῆς κλησθείσης κράτη.id est Define.Sufficit huius filius patris dici,si modò sum: sin uerò maius nocumentum(uel parum incommodi fuerit)Nam opinio pro ueritate obtinet. Sic ille apud Euripidem in Menalippe,αὐτὸς γὰρ οὐδὲ εἰδὼς εἰδέ πῶς ἐχθοιτο, Nullus nouit quomodo natus sit.Sed ego has uoces probæ sobolis esse pernego.Itaq; iura Romana optimè liberis prouiderunt,ut eorum patres censerentur,quos nuptiæ demonstrant,ut est in l.5.ff. de in ius uocando. Alioqui spurium esse illum oportet,qui patrem suum ignorat.Et si hoc in dubium reuocetur à singulis ex legitimo coniugio procreatis: quò deuenient præcepta illa sacrosancta,quibus parentes reuereri iubemur? Neque poterat igitur Agaue illa laudari, quæ Cadmum senem patrẽ humeris gestabat,exemplo pietatis luculentissimo,ut est in Iulij carminibus apud Stob.

καὐμοὶ σ' ἔφαμίν τλήμων ἐξήλθε κ' ἀνὴρ Ὃν πατέρα πρόμοισι φέρει δέμις ὦν ὑπὲρ ὤμων
Γήρᾳ κεκμηκότα· κηλῶ δ' ἐσαρώσετο φόρτῳ. Quid illa quæ patri alimẽta lacte pio restituit,ut memorauit Gellius?Quid Aeneas,qui patrem tam religiosè ac piè humeris extulit? Sed tam absurda sententia longiore non indiget refutatione. Itaq; rectè Eustathius hunc sermonem Telemachi puerilis & simplicis esse ait μειρακιωδῶς καὶ ἀφελῶς,qui fit ab Homero μιμητικῶς tantùm scriptus.Tamen excusat idem Eustathius Telemachum,uel quòd intellexerit neminem per se ortum suum agnoscere,nisi hoc à matre intelligat,cui ipse idcirco credat,dicenti se Vlysis esse filium:uel quòd ita præ dolore loquutus sit,quasi dicat, Non possum persuaderi me ab Vlysse procreatum esse,nimirum à tanto & tam inclyto uiro,cum iam talia à pròcis patiatur,ut subaudiendũ esse puto.

ἐλαπίν',ἠὲ γάμῳ) Tria proponit genera conuiuiorum,de quibus Athenæus lib.8.cap.11.Vide in nostro Lexico Homerico.

Τὼ δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένῳ αὐτίον ηὐδα,
Ξεῖν',ἐπεὶ ἀρ δὴ ταῦτά μ' ἀνείρεαι ἠδὲ μεταλλᾶς,
Μέλλει μοί ποτε οἶκος ὅδ' ἀφνειὸς καὶ ἀμύμων
Ἔμμεναι,ὀφρ' ἔτι κεῖνος αὖτῃ ὄπιδημος ἦεν·
Νῦν δ' ἑτέρως ἐβάλοντο θεοὶ,κακὰ μητιόωντες,
Οἱ κεῖνον μὲν ἄϊστον ἐποίησαν πέρι πάντων
Ἀνθρώπων.ἐπεὶ οὔ κε θανόντι περ ὧδ' ἀκαχοίμην,
Εἰ μὴ οἵ ἑτάροισι δάμη Τρώων,ἐνὶ δήμῳ,
Ἢ ἐφίλων ἐν χερσὶν,ἐπεὶ πόλεμον πολύπυρον·
Τῷ κέν οἱ τύμβον μὲν ἐποίησαν Παναχαιοὶ,
Ἠδέ κε καὶ ᾧ παιδὶ μέγα κλέος ἤρατ' ὀπίσσω·
Νῦν δέ μιν ἀκλειῶς Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο·
Οἴχετ' ἄϊστος,ἄπυστος,ἐμοὶ δ' ἐδώασε τε γόον τε
Κάλλιπεν.οὐδ' ἔτι κεῖνον ὀδυρόμενος σιωπάζω
Οἷον,ἐπεὶ νύ μοι ἄλλα θεοὶ κακὰ κήδε' ἔτευξαν.
Ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι,
Δουλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ,
Ἠδ' ὅσσοι κραναῇσιν Ἰθάκῃσι κατὰ οἰκία νίσσει,

Hanc rursum Telem. prudẽs contrà alloquutus est,
Hospes,quãdo certè me hæc interrogas atq; percõtaris:
Futurũ qdẽ erat ut aliquãdo domus hæc locuples et re-
Esset quãdiu adhuc ille uir pẽsens erat (prehẽsione carẽs
Nunc uerò aliter statuerunt dij mala cogitantes:
Qui illum quidem ignobilem fecerunt supra omnes
Homines,quoniã nõ ob mortuũ utiq; sic lugere possem,
Si inter suos socios occisus fuisset Troianorũ in populo,
Aut amicorũ in manib. postquã bellũ egregiè admini
Cui ipsi tumulum fecissent omnes Græci, (strasset.
Atq; etiã suo filio ingentẽ gloriã retulisset in posterum.
Nunc uerò ipsum inglorie Harpyæ discerpserunt:
Periit obscurus,inglorius,mihi uerò dolores luctumq;
Reliquit,neq; amplius illum lugens desleo
Solũ,quoniã certè mihi alia dij mala incommoda fece-
Quotquot enim insulis dominantur optimates (runt
Dulichioq; Samoq;,& nemorosa Zacyntho.
Atq; quotquot asperam Ithacam regunt,

Tos

Tot matrem meam ambiunt, destruunt autē domum.
Illa uerò neq; abnuit odiosas nuptias, neq; finem
Facere potest. hi uerò dilapidant epulantes
Domum meam: fortassis me malè perdent & ipsum.
Hunc gemebunda alloquebatur Pallas Minerua,
Papè, sanè uerò plurimum absentis Vlyssis
Indiges, ut qui quidem procis impudentib. manus inÿ-
Si enim nūc ueniens, domus in primis foribus (*ciat.*
Staret, habens galeam & scutum & duo hastilia,
Talis qualem ipsum ego primùm uidi
Domo in nostra bibentem q; oblectantem q; se,
Ex Ephyre reuersum ab Ilo Mermerida.
(*Profectus enim erat illuc celeri in naui Vlysses,*
Venenum mortiferum inquirens, ut ipse esset
Ad sagittas ungendas ære acuminatas: sed ille quidē nō
Dedit: quoniam deos uerebatur sempiternos. (*illi*
Sed pater illi dedit meus, amabat enim uehementer)
Talis existens procis si obuersaretur Vlysses.
Omnes & breuis fatisierent & amaris nuptiÿs.
Verùm enimuerò hæc deorum in genibus posita sunt,
Siue reuersus ulciscatur, siue non
Suis in ædibus. te enim considerare iubeo
Quonam modo procos expelles ex ædibus.
Sed agè nunc intellige, & meam aduerte orationem,
Cras in concionem ubi uocaueris Græcos,
Orationem edisserе omnibus: dÿ uerò testes sunto:
Procos quidem ad propria abire iube:
Matrem autem si ipsi animus inceſsit nubere,
Redeat in domum patris multùm potentis.
Hi nuptias conficient & apparabunt dotem
Sanè eximiā, quantam decet charam filiam comitari.
Tibi. a ipsi prudenter consulam, siquidem parueris,
Naui instructa remigibus uiginti quæ sit optima,
Proficiscere interrogaturus de patre diu absente,
Si quis tibi dicat mortalium, aut famam audiueris
Ex Ioue, qua potissimum gloriam adfert hominibus.
Primùm quidē ad Pylū abi, & interroga Nestorē diui-
Illinc in Sparten ad flauum Menelaum, (*num:*
Hic enim nouissimus uenit Græcorum loricatorum.
Si fortè patris uitam & reditum audieris,
Sanè tristis quantumuis adhuc perdurabis annum.
Si uerò mortuum audieris, neq; amplius uiuentem,
Reuersus posteà charam in patriam terram,
Monumentum illi erige, & parentalia perfice
Eximia ualdè, qualia decet & uiro matrem dare.
Porrò postquam quidem hæc finieris & perfeceris,
Considera deinde in mente & in animo,
Quo pacto procos intra ædes tuas
Interficias, siue dolo, siue palàm: minimè te conuenit
Puerilia consectari, quoniam non amplius talis es.
An nō audisti qualē gloriā cōsecut' fuerit diuus Oreſtes
Omnes per homines, postquam interfecit patricidam
Ægisthum dolosum, qui illi patrē inclytū interemit?
Et tu amice (te enim uideo eximium q; magnum q;.)
Strenuus esto, ut aliqs te etiā posterorū eximiè laudet.
Caterùm ego ad nauem celerem descendam iam
Atq; ad socios, qui ibi me plurimū expectant manētes.
Tibi autem ipsi cura sit, & meos aduerte sermones.

Τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται, τρύχουσι δ' οἶκον.
Ἡ δ' οὔτ' ἀρνεῖται συγηρὸν γάμον, οὔτι τελευτὴν
Ποιήσαι δύναται τοὶ δ' ὀφθυμοσύνῃσιν ἔδοντες
Οἶκον ἐμόν· τάχα δή με διαρραίσουσι καὶ αὐτόν.
Τὸν δ' ἐπιπαλαγήσασα προσηύδα Παλλὰς Ἀθήνη,
Ὢ πόποι, ἦ δὴ πολλὸν ἀποιχομένου Ὀδυσῆος
Δεύῃ, ὅ κε μνηστῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρας ἐφείη.
Εἰ γὰρ νῦν ἐλθὼν, δόμῳ ἐν προθύροισι θύρῃσι
Στάμεν ἔχων πήληκα καὶ ἀσπίδα καὶ δύο δοῦρε,
Τοῖος ἐὼν οἷόν μιν ἐγὼ τὰ πρῶτ' ἐνόησα
Οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ πίνοντά τε τερπόμενόν τε,
Ἐξ Ἐφύρης ἀνιόντα παρ' Ἴλου Μερμερίδαο,
(Ὅσσον γὰρ κἀκεῖσε θοὴς ἐπὶ νῆας Ὀδυσεὺς,
Φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενος, ὀφρ' ἔτι οἱ εἴη
Ἰοὺς χρίεσθαι χαλκήρεας· ἀλλ' ὁ μὲν οὔ οἱ
Δῶκεν, ἐπεὶ ῥα θεοὺς νεμεσίζετο αἰὲν ἐόντας·
Ἀλλὰ πατὴρ ᾧ δῶκεν ἐμός· φιλέεσκε γὰρ αἰνῶς)
Τοῖος ἐὼν μνηστῆρσιν ὁμιλήσειν Ὀδυσεὺς,
Πάντες κ' ὠκύμοροί τε γλυκείαο πικρόγαμοί τε.
Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται,
Ἢ κεν νοήσας ἀποτίσεται, ἠὲ καὶ οὐκί,
Οἶσιν ἐνὶ μεγάροισι σὲ χρὴ φράζεσθαι αὔριον
Ὅππως κεν μνηστῆρας ἀπώσεαι ἐκ μεγάροιο,
Εἰ δ' ἄγε νῦν ξυνίει, καὶ ἐμῶν ἐμπάζεο μύθων,
Αὔριον εἰς ἀγορὴν καλέσας ἥρωας Ἀχαιούς,
Μῦθον πέφραδε πᾶσι, θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἔστων·
Μνηστῆρας μὲν ἔπι σφέτερα σκίδνασθαι ἄνωχθι·
Μητέρα δ' εἴ οἱ θυμὸς ἐφορμᾶται γαμέεσθαι,
Ἂψ ἴτω ἐς μέγαρον πατρὸς μέγα δυναμένοιο·
Οἱ δὲ γάμον πύξουσι, καὶ ἕρτεα πολλὰ δύουσιν ἑεδνα
Πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἔπι παιδὸς ἕπεσθαι.
Σοὶ δ' αὖτῳ πυκινῶς ὑποθήσομαι, ἄνσχεο πίθεσθαι,
Νῆ' ἄρσας ἐρέτῃσιν ἐείκοσιν ἥτις ἀρίστη,
Ἔρχεο πεύσόμενος πατρὸς δηρὸν οἰχομένοιο,
Ἤν τίς τοι εἴπῃσι βροτῶν, ἢ ὄσσαν ἀκούσῃς
Ἐξ Διός, ἥτε μάλιστα φέρει κλέος ἀνθρώποισι.
Πρῶτα μὲν ἐς Πύλον ἐλθὲ, καὶ εἴρεο Νέστορα δῖον.
Κεῖθεν δ' ἐς Σπάρτην δῖον παρὰ ξανθὸν Μενέλαον·
Ὃς γὰρ δεύτατος ἦλθε Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων.
Εἰ μέν κεν πατρὸς βίοτον καὶ νόστον ἀκούσῃς,
Ἦ τ' ἂν τυχόμενός περ ἔτι τλαίης ἐνιαυτόν·
Εἰ δέ κε πθνειῶτος ἀκούσῃς, μηδέ τ' ἐόντος,
Νοσφισάμενος δ' ἤπιτα φίλῳ ἐς πατρίδα γαῖαν,
Σῆμά τέ οἱ χεῦσαι, καὶ ἔπι κλέα πυρεῖξαι
Πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε. καὶ ἀνέρι μητέρα δόμεναι.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ ταῦτα τελευτήσῃς τε καὶ ἔρξῃς,
Φράζεσθαι δ' ἤπιτα κῷ φρένα καὶ κῷ θυμὸν
Ὅππως κεν μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τείσει
Κτείνῃς, ἠὲ δόλῳ, ἢ ἀμφαδόν. ἐσθλὰ τί σε χρὴ
Νηπιάας ὀχέειν, ἐπεὶ οὐκ ἔτι τηλίκος ἐσσί.
Ἦ οὐκ ἀΐεις οἷον κλέος ἔλαβε δῖος Ὀρέστης
Πᾶσιν ἐπ' ἀνθρώποις, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφόνῆα
Αἴγισθον δολόμητιν, ὃς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα;
Καὶ σὺ φίλος (μάλα γάρ σ' ὁρόω καλόν τε μέγαν τε)
Ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.
Αὐτὰρ ἐγὼν οἶκόν δὲ νέα θοὴν κατιόσομαι ἠδὲ,
Ἡ δ' ἑτάροις, οἵ μοι μάλ' ἀχαλόωσι μένοντες.
Σοὶ δ' αὖτῳ μελέτω, καὶ ἐμῶν ἐμπάζεο μύθων.

Τλω

Τὴν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος αὐτίον ηὔδα,
Ξεῖν' ἦτοι μὲν ταῦτα φίλα φρονέων ἀγορεύεις,
Ὡς τε πατὴρ ᾧ παιδὶ, καὶ ἄσπετα λήσεσθαι αὐτῶν·
Ἀλλ' ἄγε νῦν ἔτι μεῖνον, ἐπεὶ μάλα τηλόθεν ἐσσί,
Ὄφρα λοεσσάμενός τε, τεταρπόμενός τε φίλον κῆρ,
Δῶρον ἔχων ἔλθῃ νῆα κίης, χαίρων ἐνὶ θυμῷ,
Τιμῆεν, μάλα καλὸν, ὅ τοι κειμήλιον ἔσται
Ἐξ ἐμεῦ· οἷά φίλοι ξεινοδόκοι ξείνοισι δίδωσι.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Μή μ' ἔτι νῦν κατέρυκε, λιλαιόμενον περ ὁδοῖο·
Δῶρον δ', ὅ τι κέ μοι δῶναι φίλον ἦτορ ἀνώγῃ,
Αὖθις ἀνερχομένῳ δόμεναι οἰκόνδε φέρεσθαι,
Καὶ μάλα καλὸν ἑλὼν· σοὶ δ' ἄξιον ἔσται ἀμοιβῆς.

Hanc rursus Telemachus prudẽs cõtra allocutus est,
Hospes profectò hæc amicè sentien dicis,
Perinde atq; pater suo filio: & nunq̃ obliuiscar illorum.
Sed age nunc expecta, accelerans licet iter.
Vt & lotus & oblectatus amicum pectus
Donum habens ad nauem eas gaudens in animo,
Precioſum, ualdè eximiũ, qd̃ tibi recõditi muneris loco
Ex me, qualia amici hoſpitibus dant. (erit
Huic reſpondebat deinde dea caſia Minerua,
Ne me amplius detine cupidum nimirum itineris.
Donum. a. quodcunq; mihi dare charum pectus iubet.
Rurſus redeunti da ut domum feram,
Etiã eximio accepto. tibi. v. dignũ erit remuneratione.

COMMENTARIVS.

μάλιστα μέν ποτε) Cùm hoſpes à Telemacho peteret, quid ſibi uellet tam tumultuarium cõuiuium, uidetur Telemachus minus appoſitè reſpondere. Nam repetit adhuc incommoda, quæ ob abſentiam Vlyſsis ſibi contigerunt: deinde conqueritur de patris fato, quòd ingloria morte occubuerit. Sed Homerus nouit ingenia calamitoſorum hominum, qui miſerias ſuas omni occaſione ſem per ſolent obtrudere. In fine autem reſpondebit quæſtioni Telemachus.

ἅρπυιαι ἀνηρέψαντο) Quod ab Harpyis Vlyſſem diſcerptum ait, id puto prouerbiali quadam ratione dictum, pro eo qui incerta & incognita morte perijt. Vel cùm redeunti Vlyſsi iter eſſet per mare, fintq̃; Harpyiæ uolucres inſulas habitantes: conijcit Telemachus, ab ijs eum potuiſſe diſcerpi, quod illa animalia hominibus infeſta eſſent, ideoq̃; & Furiæ dicuntur. Vnde Virg. 3. Aeneid.

Triſtius haud illa monſtrum, nec ſæuior ulla *Peſtis & ira Deûm Stygijs ſeſe extulit undis, &c.*

φάρμακα οὐδροφόνα) Non poſſumus expreſſè diuinare, quo tempore hæc uenena quæſierit Vlyſſes: tamen exiſtimo hoc ante bellum Troianum contigiſſe, uel etiam ſub ipſius expeditionis tempus. Euſtathius tamen dicit ſagittis apud Troiam non eſſe uſum Vlyſſem, qui cùm illic ſagitta indigeret, illam Merionæ accepit. Hic autem Ilus (filius Mermeri, filij Pheretis, filij Iaſonis & Medeæ) à quo uenenum Vlyſſes petijt, ea parabat in Ephyre urbe Theſprotiorum, uenenis abundantiſsima. Quidam tamen Ephyren Corinthiorum intelligunt, in qua eſt Selleis fluuius, quæ uenena etiam tulerit olim propter Medeæ in illis locis habitationem: unde filia Augeæ regis Epeorum, ut eſt in Iliade, dicta Agamede, uenefica erat. Noluit autem Ilus, illa uenena Vlyſsi concedere: quia, inquit Poeta, Deos timebat. Exiſtimauit uir bonus non eſſe illa homini committenda, cuius ille exploratam non haberet probitatem, ut illis abuti non poſſet. Contrà uerò Anchialus, qui non ſolùm Vlyſsi amicus erat, ſed eius mentem perſpectam habebat, ea illi præbet: quòd etiam ſciret, inquit Euſtathius, eum illa ad uenationem deſiderare, non ad ἀνδροφονίαν. Quod ego ut dubium relinquo.

αἰ δὲ γάμον πύθωσι) Oratio uidetur eſſe σολοικοφανὴς. nam cum de uno patre præmiſerit, ſubiungit de multis relatiuè: cùm hæc etiam ſequentia de ſolo patre debuiſſent enunciari, cuius eſt dotem filiæ conſtituere. Euſtathius hoc ſoluens, ait: ὁ δὲ ποιητὴς, inquit, ἀφεὼς εἶπε τὸν πατέρα τῶν σωπτέων ἀπ. δωκεν, ἀλλὰ φεὼς ἅπαντας πολλοὺς τοὺς ἀμφὶ τὸν πατέρα, οἱ ἦσαν, ὡς ἂν τοῖς ἐξῆς ἰσοφαρίσῃ τῷ Ἰλιτλοπην οἰκιδιον γήμασθαι. id eſt: Poeta conſtructionem retulit non ad ſolum patrem, ſed ad multos alios qui cum patre erant, quiq; ut in ſequentibus dicetur, Penelopen iuſſerunt nubere. Vide infrà lib. 19.

ἦτε μάλιστα φίλει) Famam uulgarem ex Ioue dicit eſſe, illam nimirum pro re diuina agnoſcens. Vnde Martialis:

Crede mihi uerum dicere fama ſolet. Heſiodus lib. 2. Operum:

φήμη δ' ἔστε πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα πολλοὶ λαοὶ φημίζουσι· θεός νύπερ ἐσσὶ καὶ αὐτή.

id eſt: Non planè nulla eſt fama multorum ſermone agitata: cum Dea quædam & ipſa ſit. Hinc etiam inualuit, ut uox populi, uox Dei diceretur. Solet tamen illa ſæpiſsimè mendacijs commiſceri. Apud Ouid. 9. Metam. ——*fama loquax peruenit ad aures*
Deianira tuas, quæ ueris addere ſuiſa *Gaudet, & à minimo ſua per mendacia creſcit.*

Virgil. 4. Aeneid. Tam ficti prauiq; tenacem, quàm ueri nunciam appellauit. Silius lib. 6. *Vera ac ficta ſimul ſpargebat fama per urbes*

ἀλλ' εἰσὶν καὶ πάντες) Dubias proponit Telemacho conditiones Minerua, cùm tamen rem certiſsimã eſſe ſciret, uidelicet Vlyſſem eſſe adhuc ſuperſtitẽ. Sed hæc ambiguè propoſuit, ne ſi aliter feciſſet, aliud uideretur quã homo, cuius animo omnia certò nõ cõſtant.

ἢ τόν κεν ἄλεις) Ab exemplo Oreſtis, Telemachum ad ſe ipſum ab iniurijs procorum ulindicandum excitat. Cùm enim ille ob Aegiſthum, qui Agamemnonem perfidè interfecerat, occiſum tãtùm ſibi laudis comparauerit: non eſt dubitandũ Telemacho, quin eandem gloriã cõſequatur, ſi ſe ſtrenuè ac fortiter in procis necãdis geſſerit, quò eũ maximè Pallas exhortatur, addita ipſius Telemachi non uulgari laude præſtantis & eximij corporis. Quod autem Minerua ſuadet ei, ut procos ſiue dolo ſeu ui aperta ulciſcatur: conſilium eſt ſalutare, ſi hoc ſpectes, ut te hoſtibus tuis quàm celerrimè expedias. de dolo loquor (Nam de ui aperta, dubium non eſt eam non prohiberi) ſi uerò fidem hoſpitij attendas, culpari omnino debet: niſi omnino ita iniurioſi tibi ſint hoſpites, ut à te premoniti, moleſti tibi eſſe non deſinant. Itaque uerbis prius experiundum eſt negotium, quod etiam anteà prudenter Minerua ſuaſit.

Iam uerò hæc ſciunt dij & omnes Græci.
Sed agè mihi date nauem celerem, & uiginti ſocios,
Qui mihi hinc atq; hinc ſecent uiam maris.
Ibo enim in Spartam & Pylum arenoſam,
Reditum interrogaturus patris diu abſentis.
Si aliquis mihi dicat mortalium, aut famam audiam
Ex Ioue, quæ potiſſimum fert gloriam hominibus,
Siquidem patris uitam & reditum audiuero,
Sanè quantumuis afflictus adhuc ſuſtineam annum:
Si uerò mortuum audiuero, neq; amplius ſuperſtitem,
Reuerſus poſteà charam ad patriam terram,
Sepulchrum illi condam & parentalia celebrabo
Eximia, qualia conuenit, & uiro matrem dabo.

COMMENTARIVS.

πῆ δ' αὐτώ) Hoc augurium repentinum futurá demonſtrant, ut paulò pòſt docebit Halitherſes. Aquilæ enim iſtæ duæ Vlyſſem & Telemachum ſignificant, qui breui uenturi ſunt ad procorum excidium, ut in ſequentibus uidebitur.

οὐκ ἀδαὴς ἁλιθερσὴς) Iſtud Halitherſis uaticinium potuit eſſe Penelopæ perſpectum longè anteà, unde de Vlyſſis reditu ſemper bene ſpera-

sperauit: quod miror ab Homero non dictum, quin ita ipsum Telemachum dubitasse de illius statu, ut nihil certi unquam pronũciarit, cùm tamen hoc uaticinio posset confirmari. Saltem hoc intellecto deinceps potuit securior fieri, & meliore spe fulciri, quàm anteà.

ὦ γέρον, ἐπεὶ ἄρα) Qui sibi sceleris alicuius sunt conscij, soleant prædictiones sibi factas repudiare ac contemnere, ubi præcipuè de illorum agitur periculo. Sic Agamemnon in Iliade Calchantem obiurgauit, quòd aduersum se esset uaticinatus: neq; potuit persuaderi hæc ita esse, ut ille affirmabat, quin ex eius erga se maleuolentia illa proficisci existimauit. Eodem pacto Eurymachus hoc Halitherſis uaticinium eleuat, contraq; asserit temerè, Vlyssem iam è uiuis excessisse, adiecta comminatione aduersus uatem, si talia proferat, ut Telemachum alioqui satis indignatum magis exasperet: & quæ sequuntur.

ὄρνιθες δέ τε πολλοὶ) Vocem istam sine dubio impiam Homerus credidit. nam apud ueteres illos auguria diuina existimata sunt, proinde qui illa contemneret, non potuit impius non censeri. Nos uerò illud deliramentum cum Mose repudiamus: Gentes, inquit ille, ad populum uerba faciens, augures & diuinos audiunt, tu autem à Domino tuo aliter es institutus. & alibi: Non augurabimini. & rursus: Non inueniatur in te qui obseruet auguria. Malignus autem Dæmon, inquit Picus Mirandula de Rerum præno. lib. 6. cap. 4, cùm aliqua ex auibus capi conspiceret, ex quibus coniecturam de futuris texere homines possent natura duce, quemadmodum tertio libro docuimus, cùm de naturali prænotione uerba faceremus, immiscuit se fallacijs innumeris, ut ex uera coniectura naturæ innoxiam superstitionis fraudem, curiosum hominum genus præcipitaret: cùm aliquid imminere aduersi uel regionibus, uel urbibus, uel principibus deprehenderet. Nam hoc ille prænosse ante homines potest, ut supra monstratum, impingere aues, uel inconsuetis uolatibus, uel tetris garritibus, uel stridulis crocitationibus consuescit, ut obseruatis his quæ auibus insolita contigerant, collatisq; postea uel ad exorta bella, uel secutas cædes: colligi posset ars, uel hac obseruatione, ut quotiescunq; id auibus eueniret, consequi uel bellum, uel pernicies expectaretur, tanquam hoc ex illo portenderetur, & ueluti effectus ex sua causa penderet. Decepit olim Gentes hac noxia uanitate, &c. Hæc ille. ubi etiam pluribus augurandi artem refutat. Eam etiam Hector contempsit in Iliade, ut hic Eurymachus: qui tamen non omnes aues excludit ab augurio, sed ut rem incertam conuellit.

Εὐρύμαχ' ἦ τοι κ' ἄλλοι) Cùm irritos suos omnes conatus Telemachus esse animaduertat, neq; flecti posse precibus aut comminationibus procos, miserorum more, quibus nullum est refugij solatium, omnia in Deorum & hominum medio relinquit, quos testes ueluti suæ actionis aduocat, & sermonis cum procis habiti, ut præmoniti cùm sint, nullus excusationi locus eis relinquatur. Hunc enim locum sic interpretor. Perit ergo ad nauigationem subsidia per annum integrum, quo elapso, si nihil de patre audierit, nuptias matris alicui illorum pollicetur.

Certè illic sic loquutus consedit, his autem surrexit
Mentor, qui Vlyssis inculpati erat socius,
Et illi cum proficisceretur commisit totam familiam,
Obediregq; seni, & securè omnia custodire,
Qui inter eos benè sapiens concionatus est & dixit,
Audite certè me nunc Ithacenses quodcunq; dixero.
Nec quisquã amplius beneuolus, mãsuetus & mitis sit
Sceptriger rex, neq; in mente pia opera cogitans.
Sed semper infestus sit & iniusta perpetret.
Vt nullus recordatur Vlyssis diuini
Populorũ quib. præfuit, ut uelut pater mãsuetus erat.
Verum enimuerò procos superbos nequaquam inuideo
Committere facinora uiolenta malis consilijs mentis,
Suis enim obiectantes capitibus consument uiolenter
Domum Vlyssis, quẽ non amplius putant redirurũ esse.
Nunc autem aly populo succenseo, ut omnes
Sedetis muti, porrò nullo pacto redarguentes uerbis,
Pauciores procos compescitis cùm sitis plures.
Hunc Euenorides Liocritus contra alloquebatur,
Mentor conuiciator, ingenio stolide, ut loquutus es,
Nos adhortans quiescere, difficile autem erit
Cum uiris pluribus pugnare de conuiuio,
Etiamsi Vlysses Ithacensis ipse aduenies
Conuiuantes per domum suam procos eximios
Expellere è domo cogitauerit in animo,
Non sanè illo latabitur uxor, quãtumuis ualdè egens,
Veniente, sed ibi sxuam mortem inuenerit,
Si pluribus pugnârit. tu uerò nõ ex officio loquutus es.
Sed agè populi qdẽ dispergamini ad opera unusquisq;
Huic autem disponat Mentor uiam & Halitherses,
Qui illi à principio paterni sunt amici.
Sed (puto) & diu sedens, nuncios
Audiet in Ithaca, perficiet uiam nunquam hanc.
Sic certè loquutus soluit concionem celerem
Hi quidem dispergebantur ad domum quisq; suam:
Proci autem ad domum ibant diuini Vlyssis,
Telemachus autẽ seorsum profectus est ad littus maris
Manus lauans è cano mari, supplicauit Palladi,
Audi me qui heri deus aduenisti ad domum meam,

Ἦ τοι ὅγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο· τοῖσι δ' αὖτε
Μέντωρ, ὅς ῥ' Ὀδυσῆϊ ἀμύμονι ἦεν ἑταῖρος,
Καί οἱ ἰὼν ἐν νηυσὶν ἐπέτρεπε οἶκον ἅπαντα,
Πείθεσθαί τε γέροντι, καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν.
Ὅ σφιν ἐὺ φρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπε,
Κέκλυτε δή μευ ἔπειτα Ἰθακήσιοι, ἅ, τι κεν εἴπω.
Μήλοις ἔπι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἵππιος ἔστω
Σκηπτοῦχος βασιλεύς, μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδὼς,
Ἀλλὰ ἀεὶ χαλεπός τ' εἴη, καὶ αἴσυλα ῥέζοι.
Ὡς ὄφρα μέμνηται Ὀδυσῆος θείοιο
Λαῶν οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.
Ἀλλ' ἤτοι μνηστῆρας ἀγηνόρας οὔτι μεγαίρω
Ἔρδειν ἔργα βίαια, κακὴν ἀφίησι νόον·
Σφὰς γὰρ παρὰ ἐμοὶ κεφαλὰς, κατὰ δώματα βιαίως
Οἶκον Ὀδυσῆος, τὸν δ' οὐκ ἔτι φασὶ νέεσθαι·
Νῶϊ δ' ἄλλῳ δήμῳ νεμεσίζομαι οἷον ἅπαντες
Ἧστ' ἀνέω, ἀτὰρ ὔτι καθαπτόμενοι ἐπέεστιν,
Παῦρους μνηστῆρας κατερύκετε πολλοὶ ἐόντες.
Τὸν δ' Εὐηνορίδης Λειώκριτος αὐτίον ηὔδα,
Μέντορ ἀταρτηρὲ, φρεσίας ἠλεὲ, ποῖον ἔειπες,
Ἡμέας ὀτρύνων κατὰ πάντα μεμυζαρχαλέον δέ
Ἀνδράσι καὶ πλέοσι μαχήσασθαι περὶ δαιτί.
Εἴπερ γάρ κ' Ὀδυσεὺς Ἰθακήσιος αὐτὸς ἐπελθὼν
Δαινυμένους κῆ' δῶμα ἑὸν μνηστῆρας ἀγαυὺς
Ἐξελάσαι μεγάροιο μενοινήσῃ ἑῇσι θυμῷ,
Οὐ κεί οἱ κεχάροιτο γυνὴ, μάλα περ χατέουσα,
Ἐλθόντ' ἀλλά κεν αὐτοῦ ἀεικέα πότμον ὀπάσσοι,
Εἰ πλέοσι μάχοιτο· σὺ δ' οὐ κῆ' μοῖραν ἔειπες.
Ἀλλ' ἄγε, λαοὶ μὲν σκίδνασθ' ὅπῃ ἔργα ἕκαστος
Τύπτῳ δ' ὀτρύνει Μέντωρ ὀδὸν ἠδ' Ἀλιθέρσης,
Οἵ τοι οἱ ἐξ ἀρχῆς πατρώϊοί εἰσιν ἑταῖροι.
Ἀλλ' (οἴω) καὶ δηρὸν καθήμενος, ἀγγελιάων
Πεύσεται ἐν Ἰθάκῃ, πλέεϊ δ' ὁδὸν οὔποτε ταύτην.
Ὣς ἄρ' ἐφώνησεν. λῦσεν δ' ἀγορὴν ἀΐψηρόν.
Οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὰ πρὸς δώματ' ἕκαστος·
Μνηστῆρες δ' αὖθ' ἅμα δώματ' ἴσαν θείοι Ὀδυσῆος.
Τηλέμαχος δ' † ἀπαὼ ὀλυθεν ἰὼν ὀπὶ θῖνα θαλάσσης, χ. ἀπαὼ δ' ἰὼν
Χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλὸς εὔχετ' Ἀθήνῃ,
Κλῦθί μοι * ὃ χθιζὸς θεὸς ἦλυθες ἡμέτερον δῶ, χ. ὃς

Καὶ

Καί μ' ἐν νηῒ κέλσασ' ἐπ' ἠεροειδέα πόντον
Νόσφι νοστήσαντα πατρὸς δηΐου οἰχομένοιο,
Ἔρχεσθαι τὰ ἕκαστα μάλ' ἐξείρεσθαι Ἀχαιούς,
Μνηστῆρας ὑβρίσαντας ἐνὶ μεγάροισι ἐμοῖσι.
Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· ἀγχοῦ δέ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη,
Μέντορι εἰδομένη ἠμὲν δέμας ἠδὲ καὶ αὐδήν,
Καί μιν φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.
Τηλέμαχ', ἦ δή ὄπιθεν κακὸς ἔσσεαι, ἠδ' ἀεσήμων·
Εἰ δή τοι σῷ πατρὸς ἐνέστακται μένος ἥῦ,
Οἷός κεῖν' ἔλεν πλέονά τ' ἔργον τε ἔπος τε,
Οὔ τοι ἔπειθ' ἁλίη ὁδὸς ἔσσεται, ἠδὲ ἀτέλεστος·
Εἰ δὲ ἀκείνου γ' ἐστὶ γόνος καὶ Πηνελοπείης,
Οὔ σ' ἔτ' ἔπειτα ἔολπα πεπαυτήσειν ἀμενοινάς.
Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται·
Οἱ πλέονες, κακιοῦς παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους·
Ἀλλ' ἐπεὶ ἦδη ὄπιθεν κακὸς ἔσσεαι, ἠδὲ ἀνοήμων,
Οὐδέ σε πάγχυ γε μοῖρα ὀΐω δυσηχέα πεπρέλοιπεν,
Ἐλπωρή τοι ἔπειτα πεπαυτῆσθαι τάδε ἔργα.
Τῷ νῦν μνηστήρων μὲν ἔα βαλέειν τε νόον τε
Ἀφραδέων, ἐπεὶ οὔτι νοήμονες, ἠδὲ δίκαιοι·
Οὐδέ τι ἴσασιν θανάτου, καὶ κῆρα μέλαιναν,
Ὅς δή σφιν ἀχεδόν ἐστιν ἐπ' ἤματι παύτας ὀλέσθαι.
Σοὶ δ' ὁδὸς οὐκέτι δηρὸν ἀπέσσεται οὐδ' ἀμενοινάς·
Τοῖός γάρ τοι ἑταῖρος ἐγὼ πατρώϊός εἰμι,
Ὅς τοι νῆα θοὴν στελέω, καὶ ἅμ' ἕψομαι αὐτός.
Ἀλλὰ σὺ μὲν πρὸς δῶμα ἰὼν μνηστῆρσιν ὁμίλει,
Ὄφρα τοι ἠῖα, καὶ ἄγγεσιν ἄρσον ἅπαντα,
Οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι, καὶ ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν,
Δέρμασιν ἐν πυκινοῖσιν· ἐγὼ δ' αὐτίκα δῆμον ἑταίρους
Αἰψ' ἐθελοντῆρας συλλέξομαι εἰσὶ γὰρ νῆες
Πολλαὶ ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ νέαι ἠδὲ παλαιαί.
Τάων μέν τοι ἐγὼν ὀπτιοψόμαι ἥτις ἀρίστη·
Ὧκα δ' ἐφοπλίσαντες ἐνήσομεν εὐρέϊ πόντῳ.
Ὣς ἔφατ' Ἀθηναίη κούρη Διός· αὐτὰρ ἔπειτα
Τηλέμαχος παρέμιμνεν, ἐπεὶ θεοῦ ἔκλυεν αὐδήν.
Βῆ δ' ἴμεναι πρὸς δῶμα, φίλον πένθει κατάρ'
Εὗρε δ' ἄρα μνηστῆρας ἀγακλυτοὺς ἐν μεγάροισιν
Αἶγας ἀπημοσύνας, σιάλους θ' εὑόντας ἐν αὐλῇ.
Ἀντίνοος δ' ἰδὺς γελάσας κίε Τηλεμάχοιο,
Εἶντ' ἄρα οἱ φῦ χειρί, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε,
Τηλέμαχ' ὑψαγόρη, μενεπτόλεμε, μήτι τοι ἄλλο
Ἐν στήθεσι κακὸν μελέτω ἔργον τε ἔπος τε,
† Ἀλλὰ μάλ' ἐσθιέμεν καὶ πίνεμεν, ὡς τὸ πάρος περ·
Ταῦτα δέ τοι μάλα πάντα πεπαυμένα ἔσσονται Ἀχαιοί,
Νῆα καὶ ἐξαίτους ἑτάρους, ἵνα θᾶσσον ἵκηαι
Ἐς Πύλον ἠγαθέην μετ' ἀγαυοῦ πατρὸς ἀκουήν.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα,
Ἀντίνο', οὔπως ἔστιν ὑπερφιάλοισι μεθ' ὑμῖν
Δαίνυσθαί τ' ἀέκοντα, καὶ οὐφραίνεσθαι ἑκόντα.
Ἦ ἄχ ἄλις ὡς τὸ πάροιθεν ἐκείρεο πολλὰ καὶ ἐσθλὰ
Κτήματ' ἐμὰ μνηστῆρες, ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα;
Νῦν δ' ὅτι δὴ μέγας εἰμὶ, καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων
Πωφάσκω, καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός,
Πειρήσω ὥς κ' ὔμμι κακὰς ὀπὶ κῆρας ἐπείρω,
Ἦ ἐς Πύλον δ' ἐλθὼν, ἢ αὖτ' αὐτοῦ τῷδ' ἐνὶ δήμῳ·
(Εἶμι μὲν, ἠδ' ἀλίη ὁδὸς ἔσσεται οὐδ' ἀγορεύω)
Εἴ μοι πορὼν ἀδινὸς ἐπήετον ἠδ' ἐρετάων
Γίνομαι, ὡς νύ περ ὔμμιν ἐείσατο κέρδιον εἶναι.

Et me in naui insististi per obscurum pontum
Reditum interrogaturum patris diu absentis
Ire: haec autem omnia impediunt Achiui,
Proci autem potissimùm male superbientes.
Sic ait precatus: prope autem illum uenit Pallas,
Mentori similis facta, tum corpore, tum etiam uoce,
Et ipsum compellans uerba alata dixit.
Telemache, neq; in posterũ ignauus eris neq; stolidus,
Siquidem tibi tui patris instillata est indoles bona,
Qualis ille erat ad perficiendum opusq; dictumq;,
Non sanè cõtinuò uanum iter erit, neq; imperfectum:
Si uerò non illius esses filius & Penelopes,
Non sanè praterea sperarẽ te perfecturũ esse quae moli-
Pauci enim filij similes patri sunt: (ris.
Pleriq; peiores: pauci uerò parentibus meliores,
Sed quoniã neq; in posterũ ignauus eris, neq; stolidus.
Neq; te penitus intelligentia Vlyssis reliquit,
Spes tibi deinceps est te perfecturum esse haec opera.
Ideò nunc procorum sine consiliumq; mentemq;
Insipientiũ, quoniã neutiquã prudẽtes neq; iusti sunt,
Neq; ullo pacto sciunt mortem & fatum nigrum,
Quae illis imminet die uno omnes perire.
Tibi uerò uia non amplius aberit quam tu cupis.
Talis enim tibi socius ego paternus sum,
Qui tibi nauem celerem parabo, & simul sequar ipse,
Sed tu quidem domum uadens, procis conuersare.
Apparaq; uiatica, & uasis accommoda singula,
Vinum in amphoris, & farinam medullam hominum,
Vtribus in densis, ego autem per populum socios
Statim uoluntarios colligam: sunt autem naues
Multa in circumflua Ithaca noua & ueteres.
Harum quidem ego dispiciam quaecunq; optima est,
Statim armatam deducamus in latum mare.
Sic ait Pallas filia Iouis, neq; amplius diu
Telemachus immoratur, postquã dea audiuit uocem,
Festinabat ad domum ire suo tristatus corde:
Inuenit autem procos superbos in aedibus,
Capras excoriantes, porcosq; assantes in aula.
Antinous autem ridens obuiam ueniebat Telemacho,
Illũq; manu apprehensũ affatus est, et nomine cõpellauit:
Telemache magniloque, animo indomite, ne tibi aliud
In praecordijs malum sit curae uel opus uel uerbum.
Sed egregiè comede, & bibe ut anteà:
Ista enim omninò omnia perficient tibi Achiui,
Nauem, & electos remiges, ut ocyus uenias
Ad Pylum diuinam, ad inclyti parentis famam.
Hũc. a. rursus Telemach. prudẽs cõtrà alloquutus est:
Antinoe neutiquam licet cum uobis superbis
Conuiuari inuitum, & latari quietum.
An nõ satis est quòd antea quidẽ absumpsistis eximia
Bona mea proci, ego autem infans eram?
Nũc. a. quãdo grãdior sum, & aliorũ orationẽ audiens
Percipio, & sanè mihi intus auget animus,
Tentabo ut uobis malum fatum inferam,
Siue in Pylum profectus, aut hìc in populo.
(Ibo sanè, neq; inutilis uia erit quam dico)
Vel naue conducta, neq; n. nauis compos neq; remigum
Sum, sic sanè uobis uidetur conducibilius esse.

Dixit,

Dixit, & ex manu manum auulsit Antinoi
Facilè, proci aũt per domum conuiuium apparabant,
Hi uerò cauillabantur & conuiciabantur uerbis.
Tum uerò aliquis dicebat iuuenum ſuperborum,
Enimuerò Telemachus cædem nobis molitur:
Aut quoſdam ex Pylo ducet auxiliatores arenoſa,
Aut ipſe etiã ex Sparta: quandoquidẽ ſanè cupit uehe-
Aut & in Ephyram uult pinguem terram. (menter:
Proficiſci, ut inde mortifera uenena afferat,
Inijciat uerò crateri, & nos omnes perdat.
Alius rurſus dicebat iuuenum ſuperborum,
Quis ſcit, ſi etiam ipſe profectus cæca in naue
Longè ab amicis peribit, errans ut Vlyſſes?
Sic & magis augere poterit nobis laborem.
Bona uerò omnia diuideremus, domum uerò
Illius matri daremus habendã, atq; ei qui illã duxiſſet.
Sic aiebant. ille. v. in excelſum thalamũ aſcẽdit pa-
Latum, ubi cumulatum aurum & æs iacebat, (tris
Veſtiſq; & in ciſtis, abundeq; odoriferum oleum.
Ibi uerò dolia uini ueteris dulcis
Stabant, purum diuinum potum intus habentia,
Ordine ad murum aptat, ſi quando Vlyſſes
In patriam reuerteretur, etiam dolores multos paſſus.
Obſerata uerò erant fores accuratè aptata,
Duplici claue, intus autẽ mulier cuſtos noctesq; dies q;
Erat, quæ omnia aſſeruabat mentis multa ſolertia,
Euryclea Opis filia Piſenoridæ,
Hanc tũc Telemachus alloquutus eſt in thalamũ uoca-
Nutrix agè mihi uinum in amphoris hauri (tam,
Suaue, quod quidẽ poſt illud dulcius eſt quod tu ſeruas
Illum expectans infeliciſſimum, ſi quando uenerit
Generoſus Vlyſſes, mortem & fatũ poſtquã euitauerit.
Duodecim uerò imple & operculis apta omnia:
Mihi uerò farinam infunde benè conſutis utribus.
Viginti autem ſint menſuræ molitæ farinæ.
Ipſa uerò ſola ſcias: hæc autem congregata omnia ſint.
Sub noctem enim accipiam, quando certè iam
Mater ad cœnaculũ conſcenderit, lecti curã habuerit.
Vado enim ad Spartam & Pylum arenoſam,
Reditum interrogaturus patris chari ſi cubi audiero.
Sic dixit, eiulauit uerò chara nutrix Euryclea,
Et quidem lugens, uerba alata dixit,
Cur uerò tibi, chare fili, in mente hæc ſententia
Eſt? quónam uis ire multam per terram,
Solus cùm ſis dilectus? is. v. peryt longè à patria terra
Generoſus Vlyſſes, ignoto in populo:
Illi. v. tibi ſtatim, pfectò mala machinabuntur poſthac
Vt dolo pereas, hæc uerò ipſi omnia diuidant.
Sed manè hîc apud tuos ſedens, neutiquam te oportet
Per pontum indomitum mala pati, neq; errare.
Hãc uerò rurſus Telemachus prudẽs cõtrà loquut⁹ eſt,
Confide nutrix: quia non abſq; deo hoc conſilium eſt.
Sed iura ne matri charæ hæc dixeris,
Priuſquam undecimaq; duodecimaq; dies aderit,
Aut ipſa deſideret, & me ſoluiſſe reſciuerit,
Videlicet ne flens pulchrum corpus lædat.
Sic loquuta anus deorũ magnũ iuramentũ iurauit.

Ἦ ῥα, καὶ ὲκ χειρὸς χεῖρα πάσσυ Ἀντινόοιο
Ῥεῖα μνηστῆρες ἦ δόμον κῆ᾽ ἀλᾶτο πρίονο,
Οἱ δ᾽ ἐπελώβεον καὶ κερτόμεον ἐπέεσσιν,
Ὧδε δέ τις εἴπεσκε νέων ὑπερηνορεόντων,
Ἦ μάλα Τηλέμαχος, φόνον ἡμῖν μερμηρίζει·
Ἦ πινας ὲκ Πύλυ ἄξει ἀμυμώτορας ἡμαθόεντος,
Ἦ ὄγε καὶ Σπάρτηθεν· ἐπεὶ νύ περ ἴεται αἰνῶς.
Ἦ ὲ καὶ εἰς Ἐφύρην ἐθέλει πείραν ἀρέσθαι
Ἐλθεῖν, ὄφρ᾽ ὲνθεῦτο φερ ἰοὺς θυμοφθόρα φάρμακ᾽ ὲνείκη,
Ἐν δ᾽ ὴ βάλῃ κρητῆρι, καὶ ἡμέας πάντας ὀλέσσῃ.
Ἄλλο δέ τ᾽ αὖτ᾽ ἔπεσκε νέων ὑπερηνορεόντων,
Τίς δ᾽ οἶδ᾽ εἴ κε καὶ αὐτὸς ἰὼν κοίλης ὑπὶ νηὸς,
Τῆλε φίλων ἀπόληται, ἀλώμενο ὥσπερ Ὀδυσεύς;
Οὕτω κεν καὶ μᾶλλον ὀφέλλειεν πόνον ἄμμι.
Κτήματα γάρ κεν πάντα διασσαίμεθα, οἰκία δ᾽ αὖτε
Τέκνῳ μητέρι δοῖμεν ἔχειν, ἠδ᾽ ὅτεῳ ὀπάοι.
Ὣς φάν. ὁ δ᾽ ὑψόροφον θάλαμον καλεβήσατο πατρὸς
Εὐρὺν, ὅθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο,
Ἐσθής τ᾽ ἐν κηλοῖσιν, ἅλις τ᾽ εὐώδες ἔλαιον.
Ἐν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο
Ἕατο, ἄκρητον θεῖον ποτὸν ἐντὸς ἔχοντες,
Ἑξείης ποτὶ τοῖχον ἀρηρότες, εἴποτ᾽ Ὀδυσεὺς
Οἴκαδε νοστήσαι, καὶ ἄλγεα πολλὰ μογήσας.
Κληῖσαι δ᾽ ἔπεσαν σανίδες πυκινῶς ἀραρυῖαι,
Δικλίδες· ἐν δὲ γυνὴ ταμίη νύκτας τε καὶ ἦμαρ
Ἔσκε φυλάσσουσ᾽ ἐπιειμένη ὄφρα πολυϊδρείησιν,
Εὐρύκλει᾽, Ὦπα Πεισηνορίδαο·
Τὴν ῥ᾽ ὅτε Τηλέμαχος προσεφώνεε θάλαμόνδε καλέσσας,
Μαῖ᾽, ἄγε δή μοι οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσον
Ἡδὺν, ὅς μετὰ τὸν τλαρώτερος ὃν σὺ φυλάσσεις,
Κεῖνον ὀϊομένη τὸν κάμμορον, εἴποθεν ἔλθοι
Διογενὴς Ὀδυσεὺς, θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξας.
Δώδεκα δ᾽ ἔμπλησον, καὶ ὠμάσσαι ἄρσεν ἅπαντας,
Ἓν δέ μοι ἄλφιτα χεῦον ἐϋρραφέεσσι δοροῖσιν·
Εἴκοσι δ᾽ ἔστω μέτρα μυληφάτα ἀλφίτα ἀκτῆς.
Αὐτὴ δ᾽ οἵη ἴσθι τὰ δ᾽ ἀθρόα πάντα τετύχθω.
Ἑσπέριος γὰρ ἐγὼν αἰρήσομαι, ὁππότε κεν δὴ
Μήτηρ εἰς ὑπερῷ᾽ ἀνάβῃ, κοίτοιό τε μέδηται,
Εἶμι γὰρ ἐς Σπάρτην τε καὶ ἐς Πύλον ἡμαθόεντα,
Νόστον πευσόμενο πατρὸς φίλου ἤν πω ἀκούσω,
Ὣς φάτο. κώκυσεν δὲ φίλη τροφὸς Εὐρύκλεια,
Καί ῥ᾽ ὀλοφυρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.
Τίπτε δέ τοι, φίλε τέκνον, ἐνὶ φρεσὶ τόγε νόημα
Ἔβλετο; πῆ δ᾽ ἐθέλεις ἰοῦσαι πολλὸν ὑπὶ γαῖαν,
Μοῦνο ἐὸν ἀγαπητόν; ὁ δ᾽ ὤλετο τηλόθι πάτρης
Διογενὴς Ὀδυσεὺς, ἀλλογνώτῳ ἐνὶ δήμῳ·
Οἱ δέ τοι αὐτίκ᾽ ἰόντι κακὰ φράζονται ὀπίσσω,
Ὡς κε δόλῳ φθίσῃς, πάσδε δ᾽ αὐτοὶ πάντα δάσωνται.
Ἀλλὰ μὲν αὖθ᾽ ὑπὸ * σοῖσι καθήμενος ἠδὲ πέ σε χρὴ
Πόντον ἐπ᾽ ἀτρύγετον κακὰ πάσχειν, ἠδ᾽ ἀλάλησθαι.
Τὴν δ᾽ αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένο ἀντίον ηὔδα,
Θάρσει, μαῖ· ἐπεὶ οὔτι ἄνευθ᾽ θεοῦ ἥδε γε βουλή·
Ἀλλ᾽ ὄμοσον μὴ μητρὶ φίλῃ τάδε μυθήσασθαι
Πρίν γ᾽ ὅτ᾽ αὐ ἑνδεκάτη τι δυωδεκάτη τε γένηται,
Ἢ αὐτὴ πεύθεσθαι, καὶ ἀφορμηθέντο ἀκούσαι·
Ὡς ἂν μὴ κλαίουσα κατ᾽ ὠρέα καλὸν ἰάπτῃ.
Ὣς ἄρ᾽ ἔφη· γρηῢς δὲ θεῶν μέγαν ὅρκον ἀπώμνυ.

Αὐτὰρ

Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὅμοσέν τε τελεύτησάν τε τὸν ὅρκον,
Αὐτίκ' ἔπειτ' οἱ οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσε,
Ἐν δ' ἄλφιτα χεῦεν ἐϋῤῥαφέεσσι δοροῖσιν.
Τηλέμαχος δ' ἐς δῶματ' ἰὼν μνηστῆρσιν ὁμίλει.
Ἔνθ' αὖ ἄλλ' ἐνόησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Τηλεμάχῳ δ' ἐκύδα κῆ' πόλιν ὤχετο πᾶσιν,
Καί ῥα ἑκάστῳ φωτὶ παρισταμένη φάτο μῦθον,
Ἔσπερχές δ' ἅμα νῆα θοὴν ἀγέρεσθαι ἀνώγει.
Ἧ δ' αὖτε Φρονίοιο Νοήμονα Φαίδιμον υἱὸν
Ἧπτε νῆα θοὴν ὁτρύνειν ὑπέδεκτο.
Δύσετο δ' ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί·
Καὶ τότε νῆα θοὴν ἄλαδε ἕρυσε, πᾶάτα δ' ἐν αὐτῇ
Ὅπλ' ἐτίθει τά τε νῆες ἐϋστελμοι φορέεσσιν.
Στῆσε δ' ἐπ' ἐσχαλιῆς λιμένος· περὶ δ' ἐθλοὶ ἑταῖροι
Ἀθρόοι ἠγερέθοντο· θεὰ δ' ὤτρυνεν ἕκαστον.
Ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Βῆ δ' ἴμεν' ἀμφὶ δόμους δ' Ὀδυσῆος θείοιο·
Ἔνθα μνηστῆρσιν ὕπνον γλυκὺν ὕπνον ἔχυσεν,
Πλάζε δὲ πίνοντας· χειρῶν δ' ἔκβαλλε κύπελλα.
Οἱ δ' οὐδέτι ἄρνυτο κῆ' πόλιν ἀλλ' ἄρ' ἔπι δηρὸν
Εἵατ', ἐπεί σφισιν ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτεν.
Αὐτὰρ Τηλέμαχον προσέφη γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Ἐκ προκαλεσαμένη μεγάρων δύσιν εἰσαΐοντος,
Μέντορι εἰδομένη ἠμὲν δέμας ἠδὲ καὶ αὐδήν·
Τηλέμαχ', ἤδη μοί τοι ἐΰκνήμιδες ἑταῖροι
Εἵατ' ἐπήρετμοι, πλῶ σὺν πολιὴν ἁλὶ δεγμενοι ὁρμιήν,
Ἀλλ' ἴομεν, μὴ δηθὰ διατρίβωμεν ὁδοῖο.
Ὣς ἄρα φωνήσασ' ἡγήσατο Παλλὰς Ἀθήνη
Καρπαλίμως· ὁ δ' ἔπειτα μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἵκανε νῆα κατήλυθον ἠδὲ θάλασσαν,
Εὗρον ἔπειτ' ἔνδον θηνὶ καρηκομόωντας ἑταίρους·
Τοῖσι δ' κῆ μετέφη ἱερὴ Τηλεμάχοιο,
Δεῦτε φίλοι, ἤια φερώμεθα πάντα γὰρ ἤδη
Ἀθρόα· ἐνὶ μεγάρῳ μήτηρ δ' ἐμὴ οὔτι πέπυσται,
Οὐδ' ἄλλαι δμωαὶ μία δ' οἴη μῦθον ἄκουσεν.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἡγήσατο· τοὶ δ' ἅμ' ἕποντο.
Οἱ δ' ἅμα πάντα φέροντες, ἐϋστέλμῳ ἐνὶ νηΐ
Κάθεσαν· ὡς ἐκέλευσε δ' Ὀδυσῆος φίλος υἱός.
Ἂν δ' ἄρα Τηλέμαχος νηὸς βαῖν', ἦρχε δ' Ἀθήνη.
Νηῒ δ' ἐνὶ πρύμνῃ κατ' ἄρ' ἕζετο· ἄγχι δ' ἄρ' αὐτῆς
Ἕζετο Τηλέμαχος· τοὶ δ' πρυμνήσι' ἔλυσαν.
Ἂν δ' κῆ αὐτοὶ βάντες, ἐνὶ κληῖσι κάθιζον·
Τοῖσιν δ' ἴκμενον ὦρσε θοὴν γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Ἀκρην Ζέφυρον, κελάδοντ' ἐνὶ οἴνοπα πόντον.
Τηλέμαχος δ' ἑτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσεν
Οἰήων ἅπτεσθαι· τοὶ δ' ὀτρυνόντος ἄκουσαν,
Ἵστὸν δ' εἰλάτινον κοίλης ἐντοσθε μεσόδμης
Στῆσαν ἀείραντες· κὰδ δ' ἔστοσαν, ἐν δ' ἐτάνυσσαν,
Ἕλκον δ' ἱστία λευκὰ εὐτρέπισιν βοέῃσιν.
Ἔπεσεν δ' ἄρεμος μέσον ἱστίον· ἀμφὶ δὲ κῦμα
Στείρῃ πορφύρεον μεγάλ' ἴαχε νηὸς ἰούσης·
Ἡ δ' ἔθεεν κατὰ κῦμα διαπρήσσουσα κέλευθον.
Δησάμενοι δ' ἄρα πάντα θοὴν ἀνὰ νῆα μέλαιναν,
Στήσαντο κρητῆρας ὑπερπλέας οἴνοιο.
Λείβον δ' ἀθανάτοισι θεοῖς αἰειγενέτῃσιν·
Ἐκ πάντων δὲ μάλιστα Διὸς γλαυκώπιδι κούρῃ,
Παννυχίη μετὰ δ' ἦγε καὶ ἠῶ εἶρε κέλευθον.

Cæterùm poſtquàm iurauit perfecitq́ iuſiurandum,
Statim poſtea illi uinum in amphoris hauſit:
Farinam autem illi infudit benè conſutis in utribus.
Telemachus a. domum ingreſſus cũ procis uerſabatur.
Tum rurſus alia cogitauit dea caſia Minerua,
Telemacho autem aſſimulata urbem obibat,
Et ſingulis uiris aſtans dicebat ſermonem:
Sub noctem uerò ad naucm celerem congregari iuſſit.
Ipſa rurſus Phronÿ Noemonem clarum filium
Rogabat nauem celerem, ille uerò ipſi ultrò promiſit.
Occiditq́ ſol, obumbrabanturq́ omnes uiæ.
Et tunc nauem celerẽ in mare protraxit, omnia in ipſa
Arma poſuit, quæ naues bene tabulatæ ferunt.
Statuit in extremitate portus, circùm aũt eximÿ ſocÿ
Frequentes cõgregabãtur, dea. v. concitabat ſingulos.
Tunc alia cogitauit dea cæſia Minerua,
Feſtinauit ire ad domum Vlyſſis diuini.
Hîc procis dulcem ſomnum infudit.
Diſturbauit. a. bibẽtes, è manibus uerò excuſſit pocula.
Hi uerò dormitum feſtinabãt in urbem, neq́ amplius
Sedebant, poſtquam ipſis ſomnus palpebris incidit.
Cæterùm Telemachum alloquuta eſt cæſia Minerua,
Euocatum ex ædibus benè habitatis,
Mentori ſimilis facta tum corpore tum uoce,
Telemache, iam ſanè bellicoſi ſocÿ
Aſſident remigio tuam expectantes alacritatem:
Sed eamus, ne diuitiùs differamus iter.
Sic certè locuta præceſſit Pallas Minerua
Subitò, ille autem cõtinuò ad ueſtigia ſequutus eſt deæ.
Cæterùm poſtquam ad nauem peruenerunt atq́ mare,
Inuenerunt poſtea ad littus comatos ſocios.
Hos uerò interfatus eſt diuus Telemachus,
Venite amici, uiatica feramus, omnia enim iam
Cõgregata ſunt in ædibus, mater uerò neutiquam ſcit,
Neq́ alia ancilla, unica ſola rem audiuit.
Sic certè loquutus præceſſit, hi ſimul ſequebantur.
Ipſi. v. ſimul omnia ferentes benè tabulatam in nauem
Depoſuerũt, quãdoquidẽ præcepit Vlyſſis charus filius:
Telemachus. v. nauem conſcendit, duxit aũt Minerua,
Nauis autem in puppe conſedit, prope autem eam
Sedebat Telemachus: ipſi uerò oram ſoluebant,
Etiam ipſi aſcendentes per tranſtra ſederunt.
His. v. ferentem ſecundum uentũ miſit cæſia Minerua
Haud miſcentẽ Zephyrũ reſonantẽ per obſcurũ põtum:
Telemachus autem ſocios hortatus iuſſit
Arma aptare, hi uerò adhortantem audiuerunt.
Malum autem abiegnum cauam intra baſem
Conſtituerunt eleuantes, rudentibus aũt colligarunt,
Traxerunt autem uela alba benè tortis loris.
Impleuit aũt uentus medium uelum, circa. a. fluctus
Carinam purpureus inſonabat naue eunte.
Illa currebat perfluctus, ſulcans uadum.
Ligantes autem arma celerem per nauem nigram,
Conſtituerunt crateras plenos uini.
Libabant autem dÿs immortalibus ſempiternis:
Ex omnibus autẽ potiſſimùm Iouis glaucis oculis filia,
Per totam noctẽ quidem illa & diem traÿciebat iter.

COM-

COMMENTARIVS.

μήτης ἐπ᾽ ἀφέρων)Mentor fidi & ſtudioſi amici officiò fungitur, cùm Telemachum protegit, ut hac oratione ſe facere profitetur: quæ eò tendit, ut cæteris pudorem inijciat, qui hæc patiuntur à procis Telemacho fieri, cum tamen illis ſint longè fortiores. Sic autem ait: Ecquis eſt impoſterum, quiſe clementem Regem exhibeat ſuo populo, ſi tamen apud eum tantum gratiæ non conſequitur, ut eum inuicem populus ab iniurijs protegat & tueatur? Quid prodeſt Regi, ſi ſubditis ſuis inſtar manſueti patris præſit, ut ab illis tandem in rerum anguſtia deſeratur? Nam hoc Regi fuit propoſitum, ut tam placato & miti regimine animos ſubditorum & beneuolentiam ſibi conciliaret: qualis fuit Vlyſſes noſter, qui tam humaniter Ithacenſes ſuos moderatus eſt. Nunc uerò quid hoc illi attulit emolumenti, ſi iam à uobis res illius tam perfidè ſine præſidio derelinquuntur? Hæc eſt obiurgatio probi illius Mentoris.

μέντορ ἀπειρονέϊ)Hic Liocritus unus è procorum numero dicitur Mentori reſpondiſſe, oratione contumelioſa: quod procis nouum non eſt, ut qui ſemel uerecundiæ limites tranſiuerint, ac proinde gnauiter impudentes ſint, qui nullo humanitatis aut honeſtatis iure moueantur. Ait igitur confidenter hic Eueneorides, malè & ſtolidè ſuadere Mentorem procis ut deſiſtant: quod ipſi minimè facturi ſint, ne ipſo quidem ædium domino Vlyſſe ſuperueniente: cui mortem etiam, ſi acceſſerit, minitatur, ſuorum multitudine numeroſa confiſus, cum qua ſoli cuipiam tutum non ſit congredi.

ἐλθεῖν νέ κε φάσθαι)Quaſi dicat, Scio Penelopen læto animo Vlyſſem excepturam: ſed ſi uenerit, & nobis mortis periculum creauerit, faciemus ut breuis ſit illa Penelopæ lætitia ac quaſi momentanea, quia ſtatim noſtra manu periturus eſt.

ἀλλ᾽ ἄγε, λαοὶ μὲν)Hic homo proteruus ac petulans concionem ſoluit. Vnde dicas rectè, quod Euſtathius ſcribit, alias quidem cõciones ſecundum Poetam à Themide cogi & dimitti. ἀλλὰ τὴν πρέφερον ὑπὸ Ἰθάκῃ ταύτην θέμις μὲν συναθροίσαι, ἀλλ᾽ ἐμέσαι δὲ αὐθὶς ὕδατος ἴλυν: id eſt: Hanc Ithacenſem Themis quidem conuocauit ac conſtituit, iniqui autem hominis proteruia diſſoluit ac diſrupit.

ἀλλ᾽ ἴον)Reuocat quod anteà dixerat, cum permitteret ut Mentor & Halitherſes Telemacho omnia quæ ad hoc iter ſuſcipiendũ faciebant, inſtruerent: nunc enim contrarium iubet, & nolle ſe teſtatur ut hanc uiam Telemachus perficiat: ideò hoc paulò pòſt Telemachus apud Mineruam conqueritur, obſtaculo ſibi eſſe procos, quo minus ſe itineri committat.

χέρνιβα δὲ νιψάμενοι)Mos eſt antiquus, ut ante preces manus aqua perfunderent, ut in Iliade docuimus. Sic Priamus in fine Iliadis, ſic poſteà Penelope: ὑδρηναμένη καθαρὰ χροὶ εἵματα ἑσσαμένη ἐν οἷς θεῖος χορὸς ἦν, inquit Euſtathius.

πλήμυχ᾽ ἐσ᾽ ὄπιθεν)Minerua commodè Mentoris ſpeciem hoc loco accipit, quia iam Mentor is erat, cui multum fideret Telemachus, deinde ea illi demandata erat prouincia, ut Telemacho neceſſaria ad iter inſtrueret cum Halitherſe.

παῖδοι γάρ τοι παῖδες) Hanc ἀπολογίαν ego ſanè non complector, neque ſcio cur hoc loco ſit poſita. Attende enim propius. Sic ait Minerua: Telemache, ſi non eſſes filius Vlyſsis & Penelopes, non ſperarem te ea effecturum, quæ moliris. Ratio. Pauci enim filij patris ſunt ſimiles. Imò dicendum fuit: Quanquã ſis Vlyſsis filius, tamen dubito an hoc perficias, quia non ſolent ſæpe filij patrum uirtutem referre. Vlyſsis autem uirtus erat ea conſummare, quæ aggrederetur, ut paulò antè præmiſit. Porrò hoc fateor ingenuè me non intelligere, niſi hunc uerſum, ἀ δ᾽ ἀ κάκτ᾽ ἐοικὼς γόνῳ, ſic interpreteris: Si illius Vlyſsis ut genere, ita uirtute eſſes filius: quod fortaſſe uidetur faciendum. Nam ſic anteà dixit, ἀ δή τοι ἐῢ παπτὸς ἐνίσκιμμαι μένος ἦνῦ. Integrum locum Euſtathius noſter ſic enarrauit, ἐπὶ δὴ inquit, τὸ σαφὲς ὀρθὸν τῆς ὅλης τοῦ χωρίου φράσεται ζήτημα. εἰ δή σοι, ὦ τηλεμαχε μένος ἔνεστι τοῦ ὑπερμενέτου πατρὸς ὀδυσσέως, ὅσον ὡς τὸ μέτριον ἰσοῦσθαι, ὑδὲ ἀτελὴς τελεύσεις, ὦ μὴ ὁμόνους τὸ πηνελόπης ἐξίφυς, ἤγουν ἐλπὶς ἐπὶ σοὶ ἀγαθὴ. αἴτιον δὲ μηδὲν ὅσον ἀπεικὸς ἔχειν ἐπὶ τῇ σῇ ἡλικίᾳ τοὺς ἀγαθοὺς γονέας ὁμοιοῦσθαι, τὸ πολύσημον ὑφίσκειν παῖδας ὁμοίους τῇ πατρικῇ ἀρετῇ. ἐπεὶ δὲ ὡς ἡ δημηγορία συνέληξεν, ἀ πάντ᾽ ἐσθλοὶ πάντ᾽ ἐσθλοὶ τῷ πατρὶ ἀρετὴ καὶ λόγῳ τοῦτο ὑδὲ κακὸς καὶ ἀσύμφωνος ἴσῃ, ἐλπὶ: πολλὰ τηδήναι σοι τὰ τοῦ σοφοῦ, καὶ ἐσῖν ὡς οὐ ἐπίτομα ἀπὸ τὸ παῖδ᾽ τὸ ἀνόμου ἐσθλοὶ πάντ᾽ ἐσθλοὶ, εἰ πολὺ ἐζήσῃς, ἀγαθὸς ἴσῃ, καὶ ἀ μάτην ὀδύσσεος. μὴ τοίνυν ὃ ἐν σοὶ ἀνύσεις ἀ θέλοις. ἀλλὰ μὴν παῖζοις μὴ κακὸς ὢν μὴ δὲ αὐσηρὸς ἴσῃ, ἐμοὶ ἐπὶ σοὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ. id eſt: Perſpicuè autem totius huius loci ſenſus talis eſt. Siquidem tibi, ô Telemache, ineſt robur patris tui Vlyſsis ſtrenui uiri ac ſoliti finem negotijs ſuis imponere (hoc enim eſt ὑπερμενέτου ἄνακτος) non eris in futurum ignauus, neque re infecta nauigabis. Sin uerò neque ex illo ac Penelope natus es, nihil de te optimi ſpero. De te autem dubitandi quod ad parentum bonorum ſimilitudinem attinet, cauſam habeo non omnino ineptam, quòd maxima pars liberorum paternam fortitudinem non referant. Cùm autem oratio quam in concione paulo antè habuiſti, ſatis teſtatum fecerit te omnino patris uirtute non eſſe deſtitutum, ideò ignauus aut inſipiens ac inconſultus non eris, ſperandum q; eſt te inſtituti tui finem aſſequuturum. Et ut breui complectar, ſi patriſſas, ſtrenuus eris, neq; fruſtra te itineri commiſeris: Si uerò talis non fueris, non perficies quæ uoles. Atqui patriſſas, neque ignauus exiſtens neq; inſipiens ac mente deſtitutus. Optimè ergo de te ſperandum eſt. Hæc ille. Sed paulò pòſt rurſus locum interpretatur breuius quidẽ, ſed dilucidius: τηλεμαχε εἴ σοι ὑπερμενὴς ἀνὴρ πατρικὴς ἀρίστης οἷος ἐκεῖνος ἦν ἠδὲ τέλεσε, ὅσον ὡς ἐς κενὸν ὀδύσσῃ ἄρτι. εἰ δ᾽ ψεύδῃ τὸ ἐξ ὀδυσσέως καὶ πηνελόπης ἐὼν, κακὸς ὡστ᾽ ὧν καὶ μὴ κατ᾽ ἐκείνους ἀγαθὸς ἔ᾽ ἢ πολλοὶ τῶν παίδων πάσχουσιν, ὅσον εἶδα ἀ πλοῦτήσεις ἄπρ ἐθέλοις. ἀλλά μὴν παῖζοις πάντ᾽ ἄλλο κ᾽ πρὸς ἐς νόημ᾽, ὅσον ἐλπυρὴ ἐσ πλούτησαι πάνυ ἐσχα. id eſt: Telemache ſi tibi aliquid paternæ uirtutis inſtillatum eſt, ut ſis, qualis ipſe erat, nimirum ualidus perfector eorũ quæ uolebat, non incaſſum hoc iter ſuſcipies: Sin uerò natum te Vlyſſe & Penelope mentiris, ignauus exiſtens, & non ſecundum illos bonus ac fortis, quod multi liberorum faciunt, neſcio an ea quæ uis ad ſuum finem ſis perductorus. Sed iam patriſſas, tum in cæteris tum ſecundum mentem. Quare te hæc perfecturum ſperandum eſt. De hac autem filiorum cum parentibus uulgari diſſimilitudine aliàs in Iliade ſatis diximus.

ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν)Appellat ἄλφιτα μυελὸν quaſi medullã facientia, id eſt γεννητικὰ & nutrientia. Quod dixit, ut ait Euſtathius, eorum gratia, qui negant oſſa facultatis alicuius animalis uiuificantis participia fieri: ideò alibi quoque dixit, λιπὸν ὀστέα θυμός. Et uidetur, inquit, ut totum corpus χρῶν & χροΐην appellauit à parte, nimirum ſpeciei corporis apparentis: ſic hoc loco per internam medullam, totam alendi facultatem ſignificare. Sic cum dicit, λιπὸν ὀστέα θυμὸς, ex parte corporis, quæ ſunt oſſa totum corpus innuit: ut quemadmodum illud totius corporis interitum, ſic eius conſtitutionem integram demonſtret, hominum medulla. Ego uerò addo, quod Plato docet, oſſibus, carni, & cæteris medullæ generationem initium præbuiſſe: uincula enim uitæ illius, quã anima corpori iuncta ducit, applicata medullæ, ex eaq; per omne diducta uinciunt fulciuntq; corporis noſtri conſtructionẽ. Quin etiam oſſa mortalis animæ receptacula appellauit, quorum princeps ſit caput, in quo continetur pars illa medullæ, in quam ueluti in agrum quendam, diuinum iaciundum erat ſemen (nimirum ratio) & appellatur cerebrum. Cùm primas ergo partes medullæ tribuat Plato, conſtat quàm rectè Poeta farinam medullam hominibus facere, pro nutrire, dixerit. Locus Platonis eſt in Timæo. Qui cùm elegans ſit, & huc maximè pertinens, non pigebit eum deſcribere. Τὸ δὴ ὀστοῦν, inquit, καὶ σαρκίον καὶ τῆς ζωτικῆς φυσεως πᾶσα πάσης ὧδε ἔχει. ζώοις ξυμπασιν ἀρχὴ μὲν ἡ τοῦ μυελοῦ γένεσις. γὰρ τοῦ βίου δεσμοὶ, τῆς ψυχῆς περὶ σῶμα ἐμπεφυκυίας, ὃν τοῦτο ἀθροισθὲν καὶ περιζῶν τὸ θνητὸν γένος. αὐτὸς δὲ ὁ μυελὸς γόνιμος ἐξ ἀλλων. τῶν γὰρ περὶ ὧν ὅσα περὶ σπέρμα ἢ καὶ λίπα ὁπόσα, ὧν τε καὶ ὕδωρ καὶ ἄσπερ καὶ γῆν. δὲ ἀκέφαλος μαλιστὰ ἐκ παρεφεῖν δυνατὰ, ταῦτα ὁ θεὸς ἀπὸ τῶν ἐσώτων ἐκφυσᾷ γονὰς ἀσπείρων, μιζήσας δὲ ἀλλήλοις σύμμετρα, πεὶ ἀστρομίαν παντὶ θνητῷ γένει μεταχειρίζων δυνατὰ, ταῦτα ὁ θεὸς ἀπὸ τῶν ἐσώτων ἐκφυσᾷ γονὰς ἀσπείρων, μιζήσας δὲ ἀλλήλοις σύμμετρα, πεὶ ἀστρομίαν παντὶ θνητῷ γένει μεταχειρίζων δυνατὰ, τὸν μυελὸν ἐξ αὐτῶν ἀπεργάσατο. καὶ μετὰ ταῦτα δὴ φυτεύων εἰς αὐτὰ, καθάπερ ἐν τοῖς ψυχῆς γένη. χρήματα τόσα ἐμμελὲς ἕως χρόνου οἷά τε καθ᾽ ἕκαστα ἕδη τὸν μυελὸν αὐτὸν, τοσοῦτα καὶ τοιαῦτα διηρέτο καθ᾽ εἴδη τοὺς εἰς τὴν ἀνθρωπὴν τὴν κατ᾽ ἀρχὰς καὶ τὸν μὲν, τὸ θεῖον σπέρμα, οἷον ἄρουραν, μέλλουσαν ἔχειν εἰς αὐτὴν, σφαιροῦσθαι παντοίαν πάλασαν, ἐπονομάσαι τὰ μυελὰ ταύτην τὴν μοῖραν, ἐγκέφαλον, ὡς ἀποπλησθέντος ἀκάρα ζώου, τὸ σφὲ τοῦτο ἀγγεῖον περιλάβοι καθαρὸν, ἐ δὲ καὶ τὸν λοιπὸν καὶ θνητὸν τῆς ψυχῆς ἐμέλλε καθέξειν, ἅμα προσῴκιζε καὶ σφαιρικὴν διηρεῖτο σχήματα. μυελὸν δὲ πάντα ἐπιφήμισε καθάπερ ἐξ ἀγκυρῶν, βαλόμενος εἰς τοῦτον πάσης ψυχῆς δεσμὸς, σφᾶς αὐτὸ ξυμπαν ἤδη τὸ σῶμα ἡμῶν ἀπειργάζετο. id eſt: Oſſium uerò, carnis, cæterorumq; huiuſmodi ſic eſt natura comparata. His omnibus quidem primordium eſt medullæ generatio. Illius enim uitæ, qua anima cum corpore copulatur, uincula ſic conſtituta, generis humani radices & fundamentum fuerunt: ipſa uerò medulla ex alijs nata eſt. Sunt nimirum trianguli primi quidam & indeflexi atque læues, ad ignis & aquæ & aëris & terræ exactiſſimam generationem præſtandam maximè idonei: è quorum generibus ſingulis Deus ſecernens ſingulos, & inuicem miſcendo cõ temperans, uniuerſo mortalium animantum generi ſeminationis uim moliens, medullam ex ipſis effecit: & poſt hæc in eo inſeminans, animarum genera colligauit. Porrò figuras quotcunq; & qualescunque habitura eſſet medulla per ſingulas ſpecies, tot penitus & tales in illa diſtributione initiò diſtinxit. Et illam quidem medullæ partem, in quam ueluti in agrum quendam, diuinum iaciundum erat ſemen, globoſam & undique teretem efformauit, tamq; Cerebrum appellauit: & quidem idcirco, quòd unoquoq; animali abſoluto hoc uas cerebri capax, præcipua capitis pars eſſet. Quod uerò reliquas mortalis animæ partes comprehenſurum erat, rotundis ſimul oblongisq; figuris diſtinxit, totumq; Medullam uoluit nominari: atque ex his, ueluti ex ancoris, iaciens omnia animæ uincula, circà illas uniuerſum noſtrum corpus abſoluebat, &c. Hæc ille.

ἀλφιτα δὲ πυρίνων)Solebant illi ueteres farinam pellibus concludere, prudentiùs ni fallor ijs qui ſaccis lineis ad eam rem abu-

tũ tuntur,

tuntur, ex quibus multum deperit, quia loco tam foraminoso res adeò subtilis non potest contineri. In patria mea, prope Cantabros, ueterem morem sequuntur: nam utribus eam de loco ad locum transferunt.

αἰχας αὐτιμένης) Notandum est, hic etiam principes hos uiros ἀστοδιακονεῖν pro candido antiquorum more, qui seruilia tractare non dedignabantur.

τηλέμαχ' ὑψαγορη) Venientem Telemachum Antinous humaniter excipit, sed credo ironiam sub hac specie beneuolentiæ latitare: quod etiam Telemachus subodoratus est, ideoq; tam acerbè illi respõdet in sequentibus. Illius tamẽ comminationes proci nihili fecêre, & illi sannas & ludubria repẽderunt, eius ætatem iuuenilem negligentes, cæteraq; proinde consilia, quibus ille aduersus eos tam audacter insurgebat.

ἡ ὁπ χειρὸς χάρᾳ) Dexteram in amicitiæ signum porrigebat Antinous, pro ueterum more: sed Telemachus non existimauit sincerè hoc ab eo factum, qui sub amici larua in inferenda illi iniuria nihilominus pergit.

δικλίδες) Hæc omnia sic diligenter seruabantur, ne procorum, etiam rapinis paterent, quæ uidebatur Euryclea seorsim condidisse: ne, si forsan Vlysses rediret, uacuas omnino ædes offenderet, cùm cætera tam miserè dissipari animaduerteret.

ὁ δ' ὤλετο) Hæc ab Euryclea ut certa pronunciantur, ut Telemachum à suscepto itinere deterreret: cùm tamen ipsamet dubitarit, an Vlysses uel mortuus, uel rediturus esset, ut constat ex eo quod in eius aduentum ea accuratè & studiosè seruaret recondita, quæ suprà enumerauit Poeta.

οἱ δὲ τοι) Aliud est argumentum, quo utitur Euryclea, ut Telemachum à uia suscepta reuocet: urgens, si ipse discedat, eò liberius insidias ei mortis structuros procos, ut hærede bonorum, quibus ipsi tantopere inhiant, sublato, ipsi melius illa inuadant, & inter se partiantur. Res autem speciem ueri habebant. nam in medio Ithacensium regno non audebant proci Telemachum interficere, populi furorem subueriti: iam uerò à patrijs finibus remoto facilius erat nocere, minorque contra procos suspicio. Sed ea omnia conuellit Telemachus eo solo, quod hæc non sine Dei consilio suscipi respondit.

Finis libri secundi.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Γ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Οδυσσείας

ΤΗΛΕΜΑΧΟΝ ἐλθόντα σὺν Ἀθηνᾷ ξενίζει Νέστωρ, καὶ διηγεῖται αὐτῷ τὰ συμβεβηκότα τοῖς Ἕλλησι, καὶ τὸν ἐν Τροίᾳ ἀπόπλουν. συθέρμῳ δὲ τὰς ἑκατὸν τῆς μνηστῆρας, καὶ γνωρίσας τὸν Ἀθηνᾶν ἀπιόντα, θυσίαν αὐτῇ ἐπιτελεῖ. λαβὼν δὲ ὁ Τηλέμαχος ἅρμα σὺν Πεισιστράτῳ Νέστορος υἱῷ, εἰς Σπάρτην ἀπέρχει. νυκτὸς δὲ ἐπιφοιτήσης ξενίζονται παρὰ Διοκλεῖ ἐν Φεραῖς.

ARGVMENTVM TERTII LIBRI *Odyssea.*

TELEMACHVM uenientem cum Pallade hospitio suscepit Nestor, & enarrat illi quæ acciderint Græcis, & ex Troia nauigationem: ut autem audiuit ea quæ de procis dixit, & cognoscens Palladem discedentem, sacrificium illi facit: ut accepit autem Telemachus currum cum Pisistrato Nestoris filio in Sparten discedit, nocta autem facta hospitio excipitur apud Dioclem in Pheris.

Ἄλλη.

Γάμε, ὑπὸ Νέστωρ δέκτο σαωσάτο δ' ὃς ἰφθὰ δ' ἵκητο.

Aliud.

Γ. Nestor susceptit, abijt ipse cum filio. dea euolauit.

ΗΕΛΙΟΣ δ' ἀόρτο, λιπὼν περικαλλέα λίμνην,
Οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον, ἵν' ἀθανάτοισι φαείνῃ,
Καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ἀπὶ ζείδωρον ἄρουραν.
Οἱ δὲ Πύλον, Νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
Ἵξον· τοὶ δ' ἀπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον,
Ταύρους παμμέλανας Ἐνοσίχθονι κυανοχαίτῃ.
Ἐννέα δ' ἕδραι ἔσαν, πεντηκόσιοι δ' ἐν ἑκάστῃ
Εἵατο, καὶ πεφύχοντο ἑκάστοθι ἐννέα ταύρως.
κ. εὖθ' οἱ ἀπλάγχνα ἐπάσαντο, θεῷ δ' ὀπὶ μηρία καῖον,
* Ἐνθ' οἱ ἀπλάγχνα ἐπάσαντο
Οἱ δ' ἰθὺς κατέγοντο, ἰδ' ἱστία νηὸς ἔϊσης
Στεῖλαν ἀείραντες, τῇ δ' ὥρμισαν· ἐκ δ' ἔβαν αὐτοί,
Ἐκ δ' ἄρα Τηλέμαχος νηὸς βαῖν'· ἦρχε δ' Ἀθήνη.
Τὸν πρότερη πρόσειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Τηλέμαχ', ἐ μή σε χρὴ ἔτ' αἰδῆς ἠδ' ἠϊθέου·
Τοὔνεκα γὰ κἠ πόντον ἐπέπλως ὄφρα πύθηαι
Πατρὸς, ὅππῃ κύθε γαῖα, κἠ ὁππῃ μοῖρα πότμον ἐπέσπεν.
Ἀλλ' ἄγε νῦν ἰθὺς κίε Νέστορα ἱπποδάμοιο·
Εἴδομεν δὲ καὶ ἔνδα μῆτιν ἐνὶ φρεσὶ κέκλυθε.
Λίσσεσθαι δέ μιν αὐτὸν ὅπως νημερτέα εἴπῃ.
Ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει· μάλα γὰ πεπνυμένος ἐστί.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα,
Μέντορ, πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἀρ προσπτύξομαι αὐτόν;
Οὐδέ πω μύθοισι πεπείρημαι πυκινοῖσιν·
Αἰδὼς δ' αὖ νέον ἄνδρα γεραίτερον ἐξερέεσθαι.

SOL Lucrò surrexit relicto pulchro lacu
Cælum ad firmum, ut immortalibus
illuceſceret,
Et mortalibus hominibus ſuper fertilem terram.
Illi uerò ad Pylum Nelei bene ædificatum oppidum
Peruenerunt: ipſi uerò in littore maris ſacra faciebãt,
Tauros omnino nigros Neptuno cærulea cæſarie:
Nouem autem ſedilia erant, quingenti in ſingulis
Sedebant, & prabebant ſingulis nouem boues.
Hîc illi uiſcera guſtarunt, deo aũt coxas incendebant.
Ipſi. v. rectà portum ſubeunt, atq; uela nauis aquatæ
Contrahũt tollentes, illã q̃ firmarũt, ipſi. v. egreſſi ſunt.
E uerò Telemachus naue eximit, ducebat uerò Pallas.
Illum prior alloquuta eſt dea cæſia Minerua,
Telemache, non quidem te decet amplius pudor.
Eius enim gratia & pontum pernauigaſti, ut audires,
Patrem ubi occultet terra, quódnam fatum conſeq. ſit:
Sed agè nunc rectà uade ad Neſt. equorũ domitorem,
Videamus ſi quod conſilium in præcordijs celat:
Precare uerò ipſum ut uera dicat.
Mendacium enim non dicet: ualdè enim prudens eſt.
Hæc rurſus Telemachus prudẽs cõtrà alloquutus eſt:
Mentor, quo pacto accedam, quo pacto ſalutabo ipſum?
Neq; unquã ſermonũ experimentũ habeo prudẽtium.
Pudor enim iuuenem uirum ſeniorem interrogare.

Hunc

Hunc autẽ rursus alloquuta est dea cæsia Minerua,
Telemache, alia quidem in mente tua perspicies,
Alia uerò & deus suggeret: non enim puto
Te dijs inuitis natumq; esse, nutritumq;.
Sic quidem loquuta præcessit Pallas Minerua
Celeriter: ille uerò cõtinuò post uestigia incedebat dee.
Venerũt. a. in Pyliorũ uirorũ congregationẽ & cõsessũ.
Hic sanè Nestor sedebat cum filijs, circùm. a. socij
Conuiuiũ apparãtes carnes assabãt, aliaq; trayciebãt.
Illi. v. ut igitur hospites uiderũt, cõglobati uenerũt oẽs
Manibusq; prehensabant, & consedere iusserunt.
Primus Nestorides Pisistratus propè accedens,
Virorumq; prehendit manum, & collocauit ad epulum
Pellibus in mollibus ad arenas marinas,
Iuxtaq; fratrem Thrasymedem, & patrem suum.
Prabuit autem uiscerum partes, infundebatq; uinum
Aureo in poculo, propinans autem allocutus est
Palladem Mineruam filiam Iouis egidem habentis:
Supplica nunc ô hospes Neptuno regi,
Huius enim dapium participes fuistis huc uenientes.
Caterùm postq̃ libaueris & supplicaueris ut decẽs est,
Da & huic deinde poculum dulcis uini
Libare, quoniam etiam hunc puto immortalibus
Supplicare: omnes uerò dijs indigent homines,
Sed iunior est, ætate similis mihi ipsi.
Propterea tibi priori dabo aureum poculum.
Sic loquutus in manibus ponit poculum dulcis uini.
Gauisa est. a. Pallas propter prudentem uirum iustum,
Eò quòd ipsi priori præbuerit aureum poculum.
Statim supplicauit multa Neptuno regi,
Audi Neptune terrã continens, non autem inuideas
Nobis supplicantibus perficere hæc opera.
Nestori quidem primò & filijs gloriam præbe.
Caterùm posteà alijs da gratam remunerationem,
Cum omnibus Pylijs ob inclytam Hecatombam,
Da insuper Telemachum & me re confecta redire,
Cuius gratia huc uenimus celeri cum naue nigra.
Sic certè deinde precabatur, & ipsa omnia perficiebat.
Dedit uerò Telemacho pulchrius poculum rotundum.
Vt uerò sic supplicauit Vlyssis charus filius,
Hi postquam assarunt, carnes superiores abstraxerũt
Partibus distributis, celebrarunt splendidũ cõuiuium.

Τὸν δ' αὖτε πρόσεειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Τηλέμαχ', ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,
Ἄλλα δ' ὑποθήσεται. οὐ γὰρ οἴω
Οὔ σε θεῶν ἀέκητι γεγάμεν * πατρὸς φέρτερον εἶναι. πατρὸς φίλου
Ὣς ἄρα φωνήσασ' ἡγήσατο Παλλὰς Ἀθήνη
Καρπαλίμως· ὁ δ' ἔπειτα μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο.
Ἵκανον δ' ἐς Πυλίων αἰδρῶν ἀγυιάς τε καὶ ἕδρας.
Ἔνθ' ἄρα Νέστωρ ἧστο σὺν υἱάσιν ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Δαῖτ' ἐντυνόμενοι † κρέα ὤπτων, ἄλλα δ' ἔπειρον. κρέ' ἀείρων, ἄλλα
Οἱ δ' ὡς οὖν ξείνους ἴδον, ἀθρόοι ἦλθον ἅπαντες,
Χερσίν τ' ἠσπάζοντο, καὶ ἑδριάασθαι ἄνωγον.
Πρῶτος Νεστορίδης Πεισίστρατος ἐγγύθεν ἐλθὼν
Ἀμφοτέρων ἕλε χεῖρα, καὶ ἵδρυσεν παρὰ δαιτὶ
Κώεσιν ἐν μαλακοῖσιν, ἐπὶ ψαμάθοις ἁλίῃσι,
Πάρ τε κασιγνήτῳ Θρασυμήδεϊ καὶ πατρὶ ᾧ.
Δῶκε δ' ἄρα σπλάγχνων μοίρας, ἐν δ' οἶνον ἔχυσε
Χρυσέῳ ἐν δέπαϊ· δειδισκόμενον δ' ἔπος ηὔδα
Παλλάδ' Ἀθηναίῃ κούρῃ Διὸς αἰγιόχοιο,
Εὔχεο νῦν ὦ ξεῖνε Ποσειδάωνι ἀνακτι·
Τῷ γὰρ καὶ δαίτης ἐπιβήσεαι ἣν ἐπέτελλες.
Αὐτὰρ ἐπὴν σπείσῃς τε καὶ εὔξεαι ἣ θέμις ἐστί,
Δὸς καὶ τῷ ἔπειτα δέπας μελιηδέος οἴνου
Σπεῖσαι· ἐπεὶ καὶ τῷγε ἐοικέ ἀθανάτοισιν
Εὔχεσθαι. πάντες γὰρ θεῶν χατίζουσ' ἀνθρωποι.
Ἀλλὰ νεώτερός ἐσσιν, ὁμηλικίη δ' ἐμοὶ αἰτῷ·
Τώνεκά τοι πρότερος δώσω χρύσεον ἄλεισον.
Ὣς εἰπὼν, ἐν χερσὶ τίθει δέπας ἡδέος οἴνου,
Χαῖρε δ' Ἀθηναίη πεπνυμένον ἀνδρὶ δικαίῳ,
Οὕνεκά οἱ πρότερος δῶκε χρύσεον ἄλεισον·
Αὐτίκα δ' εὔχετο πολλὰ Ποσειδάωνι ἀνακτι,
Κλῦθι Ποσείδαον γαιήοχε, μηδὲ μεγήρῃς
Ἡμῖν εὐχομένοισι τελευτῆσαι τάδε ἔργα.
Νέστορι μὲν πρώτιστα καὶ υἱάσι κῦδος ὄπαζε,
Αὐτὰρ ἔπειτ' ἄλλοισι δίδου χαρίεσσαν ἀμοιβὴν,
Σύμπασι Πυλίοισιν, ἀγακλειτῆς ἑκατόμβης.
Δὸς δ' ἔτι Τηλέμαχον καὶ ἐμὲ πρήξαντα νέεσθαι
Οὗνεκα δεῦρ' ἱκόμεσθα θοῇ σὺν νηῒ μελαίνῃ.
Ὣς ἄρ' ἔπειτ' ἠρᾶτο, καὶ αὐτὴ πάντα τελεύτα,
Δῶκε δὲ Τηλεμάχῳ καλὸν δέπας ἀμφικύπελλον.
Ὣς δ' αὖτως ἠρᾶτο ὁ δυαοῆος φίλος υἱός,
Οἱ δ' ἐπεὶ ὤπτησαν κρέ' ὑπέρτερα καὶ ἐρύσαντο,
Μοίρας δασσάμενοι, δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα.

COMMENTARIVS.

ἠέλιος δ' ἀνόρουσε) Vsitata est hæc periphrasis Poetæ, qua ortum diei significat. Per λίμνην δὲ περικαλλέα autem Oceanum intelligit, qui melius lacus quàm fluuius appellari potest: quia fluuiorum necessariò ostendimus fontes & ostia, ut de Nilo, Tyberi, & alijs constat. Sed Oceanus illa non habet, sicut neque lacus: qui, ut ita loquar, indigenas habent aquas. Sed neque Oceanus aut lacus profluunt, sed stant in loco, ut sunt Asphaltites, Lucrinus, Auernus & alij. At fontes labuntur in flumina, flumina in freta discurrunt: ut Araxis in Caspium mare, Iordanes in mare Mortuum iuxta Iericho, Eusis in Euxinum, Mæander in sinum qui Miletum & Prienem diuidit, Tanais in Pontum, Padus in Adriaticum mare, & sic de reliquis: at Oceanus & lacus aliò non defluunt, sed in eo solùm loco manent, ubi primùm exorti sunt.

ἐν' ἀθανάτοισι φαείνῃ) Memini nos in Iliade hunc loquèndi modum castigasse, quòd dicatur Sol lucem etiam Dijs immortalibus afferre, quasi sine eo in tenebris uersentur. Sed quia in cœlis uersatur illud Solis lumen, & ibidem Dij, potest excusari hæc formula: non ut intelligamus existimasse Poetam Deos illo indigere, sed propter cursum illius per medium cœlorum, quos illi inhabitãt.

τοὶ δ' ἐπὶ δῆνι) Hoc de Pylijs est intelligendum, qui Neptuno sacrificia ista celebrarunt eodem numero hominum, quo erant milites, quos in expeditionem Troianam Nestor secum adduxerat, referunt. Sedilia sunt nouem, secundum numerum urbium Nestoris. forsan etiam aliquantulum numerum nauium referunt, quæ erant numero nonaginta: cui respondet simpliciter consideratus nouenarius. Et ut in singulis nauibus quingenti erant milites, sic quingenti etiam hic in sedilibus illis consident. Et hoc ex ueterum obseruatione refert Eustathius. Strabo autem lib. 8. dicit inter Lepreum & Anium esse Samij Neptuni templum: hoc est illud, inquit, in quo Pylios sacris operantes Telemachus apud Poetam offendisse scribitur. addit tamen, licuisse etiam Poetæ fingere, quæ nusquam essent.

ταύρους πεμπολιάσας) Tauri per se Neptuno olim sacrificabantur, quia furiosum est animal, & ipsius maris agitati motus quodãmodo refert, ut alibi diximus. Quòd autem hîc nigri immolantur, id fit propter similitudinem, quam habet nigror ad mare, quod πορφύρεον, μέλαν, ἠεροειδὲς, & ἠερόεις appellatur propter intimos maris recessus, qui ob densitatem aëri lucido non patentem nigri sunt. Quòd autem apud Pindarum λευκᾶντες ταῦροι, id est candidi Neptuno immolantur, ut refert Eustathius, id potest etiam fieri

propter ſpumam maris albam. Quanquam ueteres candidos tauros ibi interpretantur, propter album pinguedinis tolorem, ut κεκελεσμένα λιπαρᾶ dicuntur candida. Giraldus ueloces intelligit. Vide illius Hiſt. deorum, ſyntag. 17.

τηλίμαχ' ἁ μεν σε χρὴ) Imbecilla Telemachi ætas & pauca rerum experientia diuini indiguit auxilij, ut audacior in inſtituto ſuo exequendo fieret. Verecundia enim iuuenilis timori cõiuncta prohibebant cum, quo minus ſeſe negotijs ſuis explicaret, ut res ipſa poſtulabat. Hoc cùm noſſet Minerua, ſuam adhibuit exhortationem, qua illius animos excitaret, & pudorem illum ſubruſticum, quo audaciam iuuenis uelari intelligebat, conuelleret. Monet ergo, ut Neſtorem liberè de Vlyſsis ſtatu percunctaretur.

ψεῦδός σ' οὐκ ἐρέει) Ex eorum numero demit Neſtorem, qui de rebus interrogati uel ſimulant uel diſſimulant ueritatem. Simulant, cum ad gratiam interrogantis reſpondent, ut cùm ſciunt aliquid ei auditu gratum eſſe, id ſolùm etiamſi non acciderit, referant: diſſimulant autem, cùm rem triſtem & iniucundam interroganti futuram ſciunt, eam tegunt. Neſtor itaque, ut qui prudentiſsimus ſit, hoc non eſt præſtiturus: rem enim, quatenus illi explorata eſt, candidè & ſincerè exponet. Quaſi ſic argumentetur Minerua: Vir prudens odit mendacium: At Neſtor prudentiſsimus eſt: Ergo non eſt timendum cum mẽdacia pro ueris relaturum. Vnde uidetur innuere uates, alienum eſſe mendacium à prudenti uiro, futilisq; eſſe hominis potiùs: cùm tamen ſolers etiam aliquã do illo non incommodè utatur, & non ſine laude, ut de Vlyſſe in ſequentibus uidebitur. Nos etiam aliàs ex Herodoto illud dictũ Darij adduximus, ἐνθα χρὴ ψεῦδος λέγειν, λεγέτω, &c. Sed aliud eſt, ubi ſeriò res agitur, & mendacium nulli prodeſſe, alicui autem obeſſe poteſt.

ἀλλὰ μὲν αὐτὸς) Giphanius ad hæc uerba in ſuis Scholijs: Sentẽtia, inquit, præclara etiam in ſacris libris expreſſa. Ego uerò pace uiri doctiſsimi dixerim, nihil tale exiſtimo in ſacris paginis contineri. Nam (quod illum innuere arbitror) aliud eſt quod Chriſtus Apoſtolos iuſsit non eſſe ſollicitos, cùm ad ſynagogas uenerint, quid ſint loquuturi, quia ſatis ueborum ſuppeditaturus ſit Spiritus Sanctus: aliud quod hic ait Minerua Telemacho dubitanti, quid ſit Neſtori dicturus, nimirum ipſum partem mente propria perſpecturum, partem Deum illi ſuggeſturum. Nam ibi nihil iubentur Apoſtoli meditari, hîc contrà Telemachus. Et proculdubio intellexit ſeparatam aliquatenus hominis facultatẽ à diuina, hoc eſt, ut per ſe homo aliquid in rebus huiuſmodi præſtare poſsit ſeor ſim à Deo. Telemachus autem propter ætatis imbecillitatem id perfectè exequi non poterat, ideo diuina ope indiguit, quæ annorum defectum repararet. Deniq; omnino diuerſum eſt dicere, Omnia uobis ſuggeret Deus, quæ dicenda erunt: & aliud, Tu ex propria ingenij tui dexteritate loquêris, aliud tibi Deus inſpirabit. Hoc pacto relinquitur homini ſuum poſſe, illo denegatur, ut alium de petendum auxilium eſſe intelligat.

οἱ δ' ὡς οὖν ξένιος) Exemplum eſt liberalis illius ueteris hoſpitalitatis, qualem etiam primo libro obſeruauimus. Ecce enim ignotos ac peregrinos quàm humaniter Neſtor & Piſiſtratus excipiant, ut lugenda ſint noſtra ſæcula, quæ tantum candorem animi non referunt.

εὐχετόωντο δὲ ξεῖνοι) Adeò fuit pietatis cultrix illa ætas, ut nequidem nouis his hoſpitibus licuerit ſacro illo ſupplicandi ac libandi pocula Dijs abſtinere. Qui mos in officio ueteres illos mirificè continuit, ut cùm Deorum meminiſſent, eò ſe modeſtius ac temperãtius in illa lubrica ad luxum uia ſe gererent. Cur autem primùm Mentori huic (id eſt Mineruæ Mentoris ſpeciem referenti) poculũ obtulerit Piſiſtratus, ratio ſtatim ab eodem ſubiungitur, nimirum ætatis prouectioris reſpectu. Quod erga hominem ignotũ tutius eſt, quia uidetur conſentaneum ut ſenioribus magis ſit deferendum, quàm iunioribus: quanquam dignitas ſemper ætatem nõ ſequitur, quæ tamen non niſi in eo qui notus ſit, diſtingui poteſt.

ἐπεὶ κ' ἐν τῶνδε) Videtur ex hoc loco ueteres illos intellexiſſe, non eſſe omnium gentium conſuetudinem Dijs ſupplicandi, quòd eos omnino non noſſent. Ideò Piſiſtrato dubitandi fuit occaſio, an Telemachus etiam ex eorum eſſet numero.

Telemachum charum filium Vlyssis diuini,
Tessellatis in lectis sub porticu sonanti,
Iuxta eum uerò bellicosum Pisistratum ducẽ uirorum,
Qui ei adhuc cælebs filiorum erat in regia.
Ipse uerò reuersus dormiuit in secessu domus excelsæ.
Huic uerò hera lectum præparauerat & cubile.

COMMENTARIVS.

ἀλλ' ἄγε πέμπετε γλώσσας) Peracto sacrificio cùm somni tempus instaret, linguæ etiam adolebantur in honorem Deorum, ut inquit uetus interpres Didymus, quibus sermones curæ sunt. ἦσαν δέ, inquit, τρόπον τινὰ τοῖς κρείττοσι τὰς γλώσσας ἀνατίθεναι καθάπερ τοῖς θεοῖς τὰς λοιβὰς ἐπιμελούμενοι. Intelligitur autem ab alijs & ab Eustathio nostro Mercurius, quẽ omnes orationis præsidem ex Poetarum libris intelligunt. Eum autem fuisse Ionum uel Atticorum morem aiunt, rationesq; huius rei afferunt uarias: quas collegit Rhodig. Lect. antiq. lib. 13. cap. 5. uel quia inter membra reliqua, bonitate lingua præstet: optima uerò Dijs reddi par sit: uel quòd linguæ & uerbis parcant somnum petentes: uel quia in conuiuijs prolata, silentio sint obruenda (unde est illud, μισῶ μναμοσύνα συμποτικήν· Odi memorem compotorem) uel quoniam linguas amburendo (amburi autem solebant, ut docent sequentia, γλώσσας δὲ ἐν πυρὶ βάλλον.) perperam dictorum labes inustas expurgarent. Addo hoc fieri solitum in fine conuiuij, quia post multas confabulationes significabatur tunc illis esse finem imponendum: nec poterat melius ullum silentij symbolum usurpari, quàm ista linguarum adustio, cum lingua sit orationis instrumentum. Athenæus lib. primo utrumque ritum, qui hic à Poeta proponitur, libationis & linguarum adustionis, enarrauit his uerbis: κατεύδουσι δὲ ἀπὸ τῶν δείπνων αἱ καλούντες, καὶ τὰς ἄκρας ἀπούσιν. Ε'ρμῆ, καὶ ὑγὶς ὡς ὕστερον Διὶ τελεῖν. δεῖ δὲ Ε'ρμοῦ ὕπνου αἰτήσαντος ἕκαστον σπένδειν καὶ ἀπὸ τῶν γλώσσων ὧν τῶν δείπνων ἀπάρχεσθαι. καθαίρουσι δὲ αὐτὰς αἱ γλῶσσαι, διὰ τὴν ἑρμηνείαν. id est: Libabant uerò à cœnis discedentes, quæ libationes fiebant Mercurio: & non, ut postea, Ioui adulto. Videtur enim Mercurius somni præses esse. Libant autem & super linguas ex cœnis abeuntes. Attribuuntur uerò illi linguæ, propter interpretationem. Sed apud Aristophanem in Pluto ad hæc uerba, ἢ γλῶτταν τῷ κήρυκι τάττειν τίμιον τινα: Interpres refert, Calliphratũ tradere olim in sacrificijs linguam exectam præconibus dari solitam. Vnde forsan colligi possit, linguam Mercurij ob illius præconiũ, quo Dijs inseruit, debern. Vide Erasmum Adag. Chil. 3. cent. 7. adag. 42. Illud autem, πέμπειν γλώσσας hoc loco, malè Gyraldus Histor. deor. syntag. 17. pro, fauere linguis accipit, quasi etiam ad præcones dictum sit. Vide Apollonij Interpr. lib. 1.

ἐπιλείβον) Ex hoc uocabulo collegi, unum libari solitum super linguas, in ignem coniectas. Et hoc docuit manifestè Athenæus loco antè citato, cum ait, ὅτι δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐπὶ τῶν γλώσσων. quod est ἐπιλείβον. Et hoc non intellexit Interpres Athenæi Natalis.

ξῶς τε καὶ ἀλεξήσειε) Qui dimidiata beneficia conferunt, ij amicitiam integram non habent: proinde boni uiri cauent, nequid in benevolentia exhibẽda quippiam desideretur. Quod etiam obseruat Nestor, qui cùm hos peregrinos humaniter hospitio excepit, communicato illis sacrificij uictu: tamen pergit in hac sua humanitate & facilitate hospitali, cùm eos ad naues noctem transigere non patitur, sed in ædibus suis retinere conatur. Et reuerà Telemachũ retinuit, sed Minerua quæsita discessus specie abijt: quia postera die noluit cum Telemacho ad Menelaum proficisci, quòd Menelaus filij & filiæ nuptias celebraret, quibus interesse Pallas nõ solet propter uirginitatem, quam illa studiosissimè colit.

ἀσκὸς τοῦ ἐ παρῇ) Duo sunt quæ Nestorem impediant, quo minus Telemachum dimittat. primùm, quòd eius facultates adeò profligatæ non sunt, ut satis uestium & stragulorum illi non suppetat ad sternendos lectos, in quibus hospites illi recubent. Deinde, quòd filium tanti herois Vlyssis honestè dimittere non possit, cui amicitiæ patẽrnæ nomine hospitium suũ pateat: proinde in hac officij particula commissurus non sit, ut ipse de sua in eum amicitia (quę olim etiam fuit hæreditaria) quippiam remisisse uideatur.

χλαῖναι τε ῥήγεα) Abundantiam uestium & stragulorum suorum iactat Nestor, ut doceat rei domesticæ angustijs se ab hoc beneficio conferendo non præcludi. Sed Nestor in hac copia uincitur, ni fallor, à Tellia illo Acragantino, de quo apud Athenæum lib. 1. Is quingentos hospites aliquando hyemis tempestate cùm excepisset, singulis tunicam & pallium exhibuisse dicitur.

ἐπεσσὶ δὲ πάιδε) Hospitalitatis huius obligationem ad posteros quoq; suos deriuat Nestor, quia solebat sanctissimum illud ius hæredibus hospitum etiam communicari, honesta & liberali quadam animi propensione: ut in Iliade de Glauco & Diomede exemplum uidimus.

ἵνα πιστώσῃ) Confirmari oportebat reliquos Telemachi comites ob illius absentiam, quæ sinistri quippiam ipsis incussisset, nisi de illius statu certiores fuissent facti. Mirum est autem, solum Telemachum ac nullo comite, ex eorum numero, quos ex Ithaca secum adduxerat, Spartam uersus contendere.

μετὰ Καύκωνας) Qui sint hi Cauconas, dicendum erit in Lexicõ ex Strabone, qui huius loci lib. 8. meminit. Hic autẽ prætextus Minerue potuit esse uerus, ut mirum dicamus, apud Cauconas postera die celebratum iri sacrificium ac festum, cui ipsa interesse, pro ueterum deorum more, debeat. Sed Minerua quandiu cum hominibus loquitur, sermones humanos usurpandos esse putat, ne se Deam prodat.

φὴν ἀδμήτην) Minerua discedens ossi frago (sic enim uertendum esse φλοιὸν docebitur in Lexico) assimilata est, non sine cau-

licet & uatum interpretibus diuinare. Sciendum est igitur, Osifragum siue Osifragam, auem esse, quæ non solùm suos pullos, sed etiã quos aquila nutriendi tedio eijcit, studiosè alere solet, ut refertur Aristoteles & Plinius. tam uerò Minerua quam electi huc Telemachum, ac omni parentum ope destitutum suscepit: ac proinde hac assimilatione ostendere uoluit, quid illa in hac re præstitisset. Addit Eustathius noster, φιλίαν denominatam esse παρὰ τὸ φαίνειν: esse autem Mineruam φωσφόρον, id est luciferam. Sed mihi prior sententia arridet.

θάμβησε δ' ἴλις) Subita illa me tamorphosis attonitos spectatores istos fecit, & suspicari Deam: unde autem Mineruam esse intellexerint nescio, nisi hæc prudentissimi Nestoris coniectura fuit. Nam cùm Vlyssem à Pallade tam obnixè adamari sciret, potuit & hoc colligere, eandem Deam filio illius adesse.

ὅ τι ἐολπε) Qui Deum non solùm propitium, sed præsentem habent, de suis rebus bene sperare possunt. Eos enim sine dubio magni facit, quales fuerunt olim quidam Patriarchæ: ut Abrahamus, Lothus, Iacobus & cæteri qui Deum (sed humana indutum specie) hospitem, comitem & familiarem habuerunt. Nolo tamen profanis sacra componere: nisi ut intelligamus, absurdã nõ esse omnia quæ ab Homero proponuntur. Quicquid sit, ijs maximè fauet Numen, quibus se ita humanitùs exhibet: & hoc intelligens Nestor, Telemachum fortem futurum pronunciat: hoc est, præ ter iuuenilis ætatis captum euenturum, ut ipse propter hanc Mineruæ præsentiam imposterum res suas bene gerat. Fortitudinis autem meminit, quia eã aduersus superbam procorum gentẽ indigebat.

ὄδι ἦσι) Pluralitatem istam sequenti uersu corrigit: nam eam ad Mineruam restringit. Et est uulgaris loquẽdi formula, cùm primò rem generaliter, deinde specialiter enunciamus.

ἀδμήτην) Victima Deo conuenit: nam & Pallas uirginitatem coluit perpetuam, proinde teneras adhuc boues sacrificari illi par fuit, quæ nondum iugum subijssent. Eadem ratione agna quoq; ipsi litabatur. Iuuenalis:

——Niueam reginæ ducimus agnam, Par uitulus dabitur pugnis Gorgone Maura.

Sed & tauris ei sacrificabant, nimirum quatenus armis præest: alioqui furiosum illud & uir armenti, uirgini Deæ non congrueret.

χρυσὸν κέρασι) De modo hoc ueteri inaurandi uictimarum cornua, dicemus in sequentibus.

Quando.a. manè genita apparuit roseis digitis aurora
Surrexit quidem ex lecto Gerenius eques Nestor.
Egressus autem sedit super politos lapides,
Qui illi erant ante fores excelsas
Albi, resplendentes unguẽti instar, quib. quidem antea
Neleus sedebat dys consiliarius æquiparandus.
At ille quidem tam fato domitus ad inferos descẽdit.
Nestor autem tum insidebat Gerenius custos Græcorũ
Sceptrũ habens, undiq;.a. filij frequentes cõgregabãtur
Ex thalamis egressi, Echephronq;, Stratiusq;,
Perseusq;, Aretusq;, & diuinus Thrasymedes.
His uerò deinceps sextus Pisistratus uenit heros.
Iuxta uerò Telemachũ deo similẽ collocarunt ducẽtes.
Illis uerò loqui cæpit Gerenius eques Nestor,
E uestigio mihi, filij chari, perficite desiderium,
Vt certè primam deorum placem Palladem,
Quæ mihi palàm uenit dei ad conuiuium celebre.
Sed alius quidem rus causa bouis eat, ut celerrimè
Veniat, adducat autem bouem bubulcus uir.
Vnus ad Telemachi magnanimi nauem nigram
Omnes profect⁹ socios adducat, relinquat.a. duos solos.
Vnus iterum aurificem Laërceum huc iubeat
Venire, ut bouis aurum cornibus circumfundat.
Vos uerò alij manete illic sedulò, dicite autem intus
Ancillis per domum celebre conuiuium apparare,
Sediliaq;, lignaq; undiq; & limpidam afferre aquam.
Sic ait: illi certè oës administrabãt: uenit quidem bos
Ex agro, uenerunt etiam celeri à naue æquata
Telemachi socij magnanimi: uenit autem faber
Arma in manibus tenens fabrilia administra artis,
Incudemq; malleumq; benefactamq; forcipem,
Quibus scilicet aurum faciebat: uenit autem Minerua
Sacris potitura. senex autem eques Nestor
Aurũ dedit: ille.v. deinde bouis cornibus circumfudit
Aptans, ut simulachrum dea gauderet uidens:
Bouẽ.a. ducebat cornib. Stratius & diuus Echephron:
Lotionem manuum ipsis Aretus in florido lebete
Venit ex thalamo ferens: alterâ gestabat molas
In caniſtro: securim autem bellicosus Thrasymedes
Acutam gestans in manu astabat, bouem cæsurus.
Perse⁹.a. uas sanguini recipiẽdo tenebat: senex.a. eques
Aquamq; molasq; accepit: multis.a. Minerua (Nestor

Ἦμος δ' ἠελίοιο φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς,
Ὤρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆφι Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ.
Ἐκ δ' ἐλθὼν, κατ' ἄρ' ἕζετ' ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοισιν,
Οἵ οἱ ἔσαν πρόπαροιθε θυράων ὑψηλάων,
Λευκοὶ, ἀποστίλβοντες ἀλείφατι· οἷς ἐπὶ μοῖραν
Νηλεὺς ἵζεσκεν, θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος·
Αὐτὰρ ὁ μοῖραν ἤδη κιχὼν Ἀϊδόσδε βεβήκει,
Νέστωρ αὖ τότ' ἔφιζε Γερήνιος, ἕρκος Ἀχαιῶν,
Σκῆπτρον ἔχων. τοὶ δ' υἷες ἀολλέες ἠγερέθοντο,
Ἐκ θαλάμων ἐλθόντες, Ἐχέφρων τε, Στρατίός τε,
Περσεύς τ', Ἄρητός τε, καὶ ἀντίθεος Θρασυμήδης·
Τοῖσι δ' ἔπειθ' ἕκτος Πεισίστρατος ἦλυθεν ἥρως·
Παὶ δ' ἄρα Τηλέμαχον θεοείκελον εἶσαν * ἄγοντες.
Τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ,
Καρπαλίμως μοι τέκνα φίλα κρηήνατ' ἐέλδωρ,
Οὔρ' ἤπιοι πρώτιστα θεῶν ἱλάασθαι Ἀθήνῃ,
Ἥ μοι ἐναργὴς ἦλθε θεὸς ἐς δαῖτα θάλειαν.
Ἀλλά γ' ὁ μὲν πεδίον δ' ἐπὶ βουῶν ἴτω, ὄφρα τάχιστα
Ἐλθησιν, ἐλάσῃ δὲ βοῶν ἐπιβουκόλος αἰπύ·
Εἷς δ' ἐπὶ Τηλεμάχου μεγαθύμου νῆα μέλαιναν
Πάντας ἰὼν ἑτάρους ἀγέτω, λιπέτω δ' ἓν οἶον·
Εἷς δ' αὖ χρυσοχόον Λαέρκεα δεῦρο κελεύθω
Ἐλθεῖν, ὄφρα βοὸς χρυσὸν κέρασιν περιχεύῃ.
Οἱ δ' ἄλλοι μένετ' αὐτοῦ ἀολλέες, εἴπατε δ' ἔνδον
Δμωῇσιν κατὰ δώματ' ἀγακλυτὰ δαῖτα πένεσθαι,
Ἕδρας τε ξύλα τ' ἀμφὶ καὶ ἀγλαὸν οἰσέμεν ὕδωρ.
Ὣς ἔφατ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἐποίπνυον· ἦλθε μὲν ἀρ
Ἐκ πεδίου. ἦλθον δ' ὁθοὶ νηὸς εἰσης (βᾶσ
Τηλεμάχου ἕταροι μεγαλήτορος· ἦλθε δ' χαλκεὺς,
Ὅ' ῥα τ' ἐν χερσὶν ἔχων χαλκήια, τεύχεα τέχνης,
Ἄκμονά τε, σφῦράν τ', ἐϋποίητόν τε πυράγρελον,
Οἵσίν τε χρυσὸν ἐργάζετο. ἦλθε δ' Ἀθήνη
Ἱερῶν αἰτιόωσα. γέρων δ' ἱππόλαπα Νέστωρ
Χρυσὸν ἔδωκ'· ὁ δ' ἔπειτα βοὸς κέρασιν περιχεῦσε
Ἀσκήσας, ἵν' ἄγαλμα θεὰ κεχάροιτο ἰδοῦσα·
Βοῦν δ' ἀγέτην κεράων Στρατίος Ἐχέφρων τε δίος τε Ἐχέφρων·
Χέρνιβα δὲ σφ' Ἄρητος ἐν αὐθεμόεντι λέβητι
Ἦλυθεν ἐκ θαλάμοιο φέρων· ἑτέρη δ' ἔχεν ἄλφας
Ἐν κανέῳ. πέλεκυν δ' ἄρα μεν ἐπιθόλεμος Θρασυμήδης
Ὀξὺν ἔχων ἐν χειρὶ παρίστατο, βοῦν ἁπολέψων.
Περσεὺς δ' ἄμνιον εἶχε· γέρων δ' ἱππηλάτα Νέστωρ
Χέρνιβά τ' ἀλοχύτας τε κατήρχετο· πολλὰ δ' Ἀθήνῃ

ἀρ. ἄρητος.
Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἤγερθεν, ὁμηγερεῖς τ' ἐγένοντο, Τοῖ σπ μ.

Εὔχετ' ἀπαρχόμενος, κὶ φαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων
Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' εὔξαντο, καὶ ἀλοχύτας προβάλοντο,
Αὐτίκα Νέστορος υἱὸς ὑπέρθυμος Θρασυμήδης
Ἤλασεν ἄγχι στὰς· πέλεκυς δ' ἀπέκοψε τένοντας
Αὐχενίους, λῦσεν δὲ βοὸς μένος. αἰ δ' ὀλόλυξαν
Θυγατέρες τε νυοί τε, καὶ αἰδοίη παράκοιτις
Νέστορος Εὐρυδίκη, πρέσβα Κλυμένοιο θυγατρῶν.
Οἱ μὲν ἔπειτ' ἀνελόντες ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
Εἶλον· ἀτὰρ σφάξεν Πεισίστρατος ὄρχαμος ἀνδρῶν.
Τῆς δ' ἐπεὶ ἐκ μέλαν αἷμα ῥύη, λίπε δ' ὀστέα θυμός,
Αἶψα δ' ἄρα μιν δίεχθαν· ἄφαρ δ' ἐκ μηρία τάμνον
Πάντα κατ' μοῖραν, κατά τε κνίσῃ σκάλυψαν,
Δίπλυχα ποιήσαντες ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν,
Καῖε δ' ἐπὶ σχίζης ὁ γέρων, ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον
Λεῖβε. νέοι δ' παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ κατ' μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο,
Μίσυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα, ἐ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν,
Ὤπτων δ', ἀκροτάτοις ὀβελοὺς ἐν χερσὶν ἔχοντες.
Τόφρα δ' Τηλέμαχον λοῦσεν καλὴ Πολυκάστη,
Νέστορος ὀαροτάτη θυγάτηρ Νηληιάδαο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ λοῦσέν τε, καὶ ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ,
Ἀμφὶ δὲ μιν φᾶρος καλὸν βάλεν ἠδὲ χιτῶνα,
Ἐκ ῥ' ἀσαμίνθου βῆ δέμας ἀθανάτοισιν ὁμοῖος·
πρ. δ' ὄγε Παρ * δ' ἄρα Νέστορ' ἰὼν κατ' ἄρ' ἕζετο ποιμένι λαῶν.
Οἱ δ' ἐπεὶ ὤπησαν κρέ' ὑπαΐρτερα, καὶ ἐρύσαντο,
Δαίνυθ' ἑζόμενοι· τοῖσι δ' ἀνέρες ἐσθλοὶ ὄρουτο
Οἶνον ἐποινοχοεῦντες ἐνὶ χρυσέοις δεπάεσσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο,
Τοῖσι δ' μύθων ἦρχε Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ,
Παῖδες ἐμοί, ἄγε Τηλεμάχῳ καλλίτριχας ἵππους
πρ. πείσαν- Ζεύξαθ' ὑφ' ἅρματ' ἄγοντες, ἵνα * πρήσσῃσιν ὁδοῖο.
σιν Ὣς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα ᾧ μάλα μὲν κλύον ἠδ' ἐπίθοντο·
Καρπαλίμως δ' ἔζευξαν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους.
πρ. ἴχδιν Ἐν δ' γυνὴ ταμίη σῖτον καὶ οἶνον † ἔθηκεν,
Οἷά τε οἷα ἔδῃσι διοτρεφέες βασιλῆες.
Αὐτὰρ Τηλέμαχος θεοειδὴς βήσατο δίφρου·
Παρ δ' ἄρα Νεστορίδης Πεισίστρατος ὄρχαμος ἀνδρῶν
Ἐς δίφρον τ' ἀνέβαινε, καὶ ἰῶνα λάζετο χερσί·
πρ. μάστιξαν Μάστιξεν δ' ἐλάαν· τὼ δ' οὐκ * ἄκοντε πετέσθην
Ἐς πεδίον, λιπέτην δὲ Πύλον αἰπὺ πολίεθρον.
Οἱ δὲ παημέριοι σεῖον ζυγὸν ἀμφὶς ἔχοντες·
Δύσετό τ' ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.
Ἐς Φηρὰς δ' ἵκοντο, Διοκλῆος πότι δῶμα
Υἱέος Ὀρτιλόχοιο, τὸν Ἀλφειὸς τέκε παῖδα.
πρ. ὁ δ' ἄρα ξεινίῃ δὲ- κεν Ἔνθα δὴ νύκτ' ἄεσαν † ὁ δὲ τοῖς παρὰ ξείνια θῆκεν.
Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Ἵππους τ' ἐζεύγνυτ', αἰὰ δ' ἅρματα ποικίλ' ἔβαινον·
Ἐκ δ' ἔλασαν προθύροιο καὶ αἰθούσης ἐριδούπου.
πρ. μάστιξεν Μάστιξεν δ' ἐλάαν· τὼ δ' οὐκ † ἄκοντε πετέσθην.
Ἵξον δ' ἐς πεδίον πυρηφόρον· ἔνθα δ' ἔπειτα
Ἦνον ὁδόν, τοῖον γὰρ ὑπέφερον ὠκέες ἵπποι.
Δύσετό τ' ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.

Supplicauit initia faciẽs ex capite pila in ignẽ iacien
Caterùm postquam precati sunt, & molas porrexerũ
Statim Nestoris filius generosus Thrasymedes,
Impulit propè stans: securis autem abscidit neruos
Ceruicales: soluit.a. bouis robur, ipsa uerò ululabant
Filiaq; nurusq;, & pudica uxor
Nestoris Eurydice maxima natu Clymeni è filiabus.
Hi quidem deinde corripientes à terra spacioſa
Tenebant: caterũ iugulauit Pisistratus dux uirorum.
Ex illa postq; niger sanguis fluxit, reliquit ossa animus,
Celeriter uerò ipsam diuiserunt: statim.a. coxas excide
Omnia ritè, insuper omento cooperuerunt, (runt
Bifariam facientes, super ea uerò cruda imposuerunt,
Torrebat a sup ligna, senex.v. nigrũ uinũ (q; cuspidũ.
Libauit: iuuenes.v. iuxta eũ tenebãt manib. uerua qn
Caterum postq; coxa cõbussisse sunt, & uiscera gustarũt,
Minutatim q; dissecuerũt, aliaq; uerubus transfixerũt,
Assarunt. a. acuta uerua in manibus tenentes.
Interea uerò Telemachum lauit pulchra Polycaste,
Nestoris minima natu filia Nelei filij.
Porrò postquam lauit, & unxit pingui oleo,
Circa ipsum.a. indusium pulchrum iecit atq; tunicam
E lauacro exijt corpore immortalibus similis:
Apud Nestorẽ uerò profectus resedit pastor populorum.
Hi.v. postq; assarunt carnes exteriores & detraxerunt,
Epulabantur sedentes, deinde uiri fortes surgebant
Vinum infundentes in aureis poculis.
Caterùm postquam potus & cibi desideriũ amouerunt
Inter illos sermonem cœpit Gerenius eques Nestor,
Filij mei, agite Telemacho pulchros pilos habẽtes e-
Coniungite sub currũ ducentes, ut cõficiat iter. (quos
Sic ait, hi certè illũ statim audierũt atq; paruerunt:
Celeriter. a. iunxerunt sub currum celeres equos.
Custos uerò ancilla panem & uinum infudit,
Obsoniaq; qualia edunt à Ioue nutriti reges,
Telemachus certè perpulchrum conscendit currum:
Iuxta eum uerò Nestorides Pisistratus dux uirorum
In currumq; conscendit, & habenas cepit manu:
Verberauit ad impellendũ, illi uerò non inuiti uolabãt
Ad campum, reliquerunt autem Pyli arduam urbem,
Illi uerò tota die quatiebant iugum utriusq; tenentes:
Occidit tum sol, obumbranturq; omnes uiæ,
Ad Pheras autem uenerunt Dioclei ad domum
Filij Ortilochi, quem Alpheus genuit puerum
Vbi per noctẽ quieuerũt: ille.v. illis hospitalia apposuit.
Quãdo.v. mane genita apparuit roseis digitis aurora,
Equosq; iunxerunt, currusq; pulchros conscenderunt:
Eq; uestibulo agitarunt & è porticu resonanti:
Flagellauit autem ut irent: illi uerò non inuiti uolabãt
Venerunt. a. in campum frugiferũ: hinc autem deinde
Perficiebant iter: huiusmodi strenuè currebant ueloces
Occidit q; sol, inumbranturq; omnes uiæ. (equi.

COMMENTARIVS.

ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη) Persoluturus Nestor Mineruæ promissum sacrificium, id matutino tempore faciendum intelligit, quia superis Dijs tunc sacrificabatur: contrà uerò inferis sole occidente, ut ait Callixenus Rhodius in ijs quæ scripsit de Alexandria, his uerbis, quæ refert Natalis Mythol. 1. cap. 10. τοῖς μὲν οὖν κατοιχομένοις περὶ τὴν δύσιν τοῦ ἡλίου θυσιάζομεν, τοῖς δὲ ἐπουρανίοις κατὰ τὴν ἕω τοῦ ἡλίου ἀνατολὴν ἱερεύομεν. id est: Vita defunctis sanè circa occasum solis parentamus, at cœlestibus Dijs auroræ tempore sub exortum solis sacrificamus,

ἦλθε δ' Ἀθήνη) Quòd Mineruam huic sacrificio interfuisse dicit, non fit sine causa, quam exponit Athenæus lib. 8. sub finem his uerbis (quæ nunc correctiora referam quàm in uulgatis legantur) οἱ δ' ἀρχαῖοι τῆς θεοῦ ἀνθρωποειδῆς οὐκ ἐνόμιζον, καὶ τοῦτο δηλοῖ τὸ ἐν τῇ Ἰλιάδι εἰρημένον

διὰπεξῶν. ὁρῶντες γὰρ ὡς τῆς μὲν ἐπὶ ταῖς ἀπολαύσεσι ὁρμῆς οὐχ οἷόν τε τὰς ἀνθρώπους ἀπόπαυσιν, χρήσιμον δὲ καὶ συμφέρον τοῖς τοιούτοις εὐπαίδευτον καὶ κοσμίως ἐθίζειν χρῆσθαι, χρόνον ἀφορίσαντες καὶ τοῖς θεοῖς ἀποδόντες ὕστερον μεθ' ἡδονῆς ἑαυτοὺς ἐπὶ ταῦτα, ὡς ἐκεῖνοι ἡγοῦντο· ἦκον τοὺς θεοὺς ἐπὶ τὰς ἀπεχθεῖς καὶ τοὺς ταφεοδάκας μετὰ ἀδείας τῶν συνουσίων ποιῆται. Ὅμηρος γοῦν φησὶν, ἦλθε δὲ Ἀθήνη Γῶν ἀντόσυσα. καὶ ὁ Ποσειδῶν, Αἰθίοπας μετιὼν ἅλοδ' ἴοντας Ἀντόων τ' ἀγέρων τε καὶ ὄρνιθῶν ἑκατόμβης· καὶ ὁ Ζεὺς, ἐδὴ μετὰ δαῖτα θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο. Καὶ ἄνθρωπος δέ πω παρὴ σχεδὸν τῆς, καὶ τῇ σωφρονέστερα συνδαῖνα· ἀιδοῦσίτω λέγειν τί τῶν ἀχημόνων ἢ καὶ πρᾶττειν, ὡς καὶ Ἐπίχαρμός πω φησὶν, ἀλλὰ καὶ σιγῆν ἀγαθὸν ὅκκα πλείονα κἀρίονες. ὥστε λαμβάνοντες ἐν τοῖς θεοῖς πλησίον αὐτῶν ἄναν, τοῖς ἑορτὰς κοσμίως καὶ σωφρόνως διῆγον, &c, id est: Veteres autem & Deos humana specie cõstituentes, hæc etiam circa festa ordinarunt. Cùm enim uiderent ab impetu ad fruitiones (uoluptatum) homines abstinere nõ posse, utile autem intelligerent illis moderatè & compositè uti assuescere: tempus distribuentes, & primùm Dijs sacrificantes, sic se ad relaxationem dimiserunt, ut quilibet existimans uenire Deos ad primitias & libationes, cum uerecundia conuentus suos celebrarẽt. Itaq; Homerus dicit, Venit Minerua sacris potitura, & Neptunus ad Aethiopas transijt longè remotos, potiturus taurorũ & agnorum hecatomba. & Iupiter, Heri iuit ad conuiuium, Dei autem simul omnes sequuti sunt. Iam uerò siquis homo senior, & instituto uitæ prudentior adsit, uerentur quippiam turpe dicere aut facere, ut etiam Ephicarmus alicubi dicit: sed & tacere bonum uirum oportet, cum adsunt meliores. Cùm itaque arbitrantur Deos sibi esse proximos, festa modestè & temperanter celebrabant, &c.

χρυσὸν ἰδωχ')Hostia si maior erat, inquit Gyrald. Hist. Deorum, Syntag. 17. auratis cornibus plerunque immolabatur. S. C. extat de ludis Apollinaribus primùm faciendis, quod Macrobius recitat primo Saturn. in quo Decemuiris præceptum fuit, ut Græco ritu hostijs sacrum facerent, Apollini boue aurato, & capris duabus albis auratis: Latonæ boue fœmina aurata. Hinc Ouidius:

——indutaq; cornibus auro Victima, uota facit. & alibi:
——Blandus indutæ cornibus aurum Conciderant ictæ nuuea ceruice iuuencæ. Iuuenalis: ——frontemq; coruscat,

dixit propter cornua aurata. Ascanius in decimo Aeneid. apud Virgil.

Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum Candentem pariterq; caput cum matre ferentem.

Si minor autem hostia esset immolanda, illius de fronde coronabatur, cui sacra fiebant, &c. Porrò accuratè descripsit hoc sacrificiũ Homerus, ubi obseruanda est filiorum Nestoris & ipsiusmet αὐτοδιακονία, quam sæpius obtrudit Poeta.

λιπὲ δ' ὁσίας ἑμὲς)Quomodo hoc sit intelligendum, docuimus lib. 3. ubi Poeta ἁλφιτα μυελὸν αἰόλῳ appellat.

κρὴ δὲ Πολυκάστην)Antiquorum fuit consuetudo, ut hospites à mulieribus ac puellis lauarentur, quasi temperantes illius sæculi homines libidine propterea non inflammarentur. Quod Athenæus lib. 1. sic exponit, ποιεῖ δὲ Ὅμηρος, inquit, κ' τὰς κόρας κ' τὰς γυναῖκας λούσας τοὺς ξένους, ὡς ἂν φλεγμονὴν ἢ ἀκρασίαν παρέχοντας τῶν εὐδιαιωτήτων, κ' σωφρόνως ἀπολαύσας. ἀρχαῖον δὲ τοῦτο ἔθος λέγει γοῦν κ' ἡ Καλὰ θυγατέρες, ὡς νενομισμένον, τὸν Μίνω παραγίνεσθαι εἰς Σικελίαν. id est: Introducit autẽ Homerus puellas & mulieres, quæ lauant hospites: quasi neque inflammationem neque intemperantiam patiantur, quæ bene uixerunt, eaſque temperanter attingentes. Antiqua est autem hæc consuetudo. Lauant itaque Cocali filiæ (ut moris erat) Minoa, cùm Siciliam peruenisset. Hæc ille. Exemplũ habes hic etiam in Polycaste Nestoris filia, quæ patris iussu (ut conijcit Eustathius) Telemachum lauat: ut item ab ancillis Menelai libro sequenti idem lauabitur.

Finis libri tertij.

ARGVMENTVM QVARTI LIBRI *Odysseæ.*

APVD Menelaum hospitio susceptus cum Pisistrato Telemachus, nũciat ea quæ à procis in Ithaca fiebant. Dein de narrat ipsi Menelaus de reditu Græcorum, & Protei uaticinio, per quod agnouit Agamemnonis mortem, & quo pacto Vlysses apud Calipso esset. consilium autem habetur à procis de Telemacho occidendo. Consolatur autem Pallas per somnium Penelopen de filij profectione grauiter tristatam per simulachrum, similis facta Iphthimæ Penelopes sorori.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Δ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Ὀδυσσείας.

ΠΑΡΑ Μενελάῳ ξεινοδοκὲς σοὶ Πεισιστράτῳ Τηλέμαχος, ἀπαγγέλλει τὰ κ' τῷ Ἰθάκῃ γινόμενα ὑπὸ τῶν μνηστήρων παρατίθεται ἐξηγεῖται δὲ αὐτῷ ὁ Μενέλαος περὶ τῆς νόστου τῶν Ἑλλήνων, κ' τῆς Πρωτέως μαντείας, δι' ἧς ἔγνω τὸν Ἀγαμέμνονος θάνατον, κ' ὡς Ὀδυσσεὺς παρὰ Καλυψοῖ ἔστι. βουλὴ δὲ γίνεται τῶν μνηστήρων περὶ τοῦ τὸν Τηλέμαχον ἀνελεῖν. παραμυθεῖται δὲ ἡ Ἀθηνᾶ δι' ὀνείρου τὴν Πηνελόπην, ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς ἀποδημίᾳ δυσχεραίνουσαν, ἀφ' ἑαυτῆς ὁμοιωθεῖσα Ἰφθίμῃ τῇ τῆς Πηνελόπης ἀδελφῇ.

Aliud.

Δ, discit de patre ab Atrida insidijs circundatus filius.

Ἄλλη.

Δίλπε, μαθὼν ἀμφὶ πατρὸς πατρὸς Ἀτρείδαο λοχώμενος.

Iuerò uenerunt cauam Spartam amplam.
Ad domum autem diuerterunt Menelai glorioſi.
Hunc inuenerunt exhibentem nuptias multis ſodalibus.
Filij atque filiæ inculpata, ſua in domo.
Hanc quidem Achillis bellicoſi filio mittebat:
(In Troia quidem primùm ſpoponderat atq; annuerat
Dare, illis uerò dÿ nuptias perficiebant:
Eam certè ipſe illuc cũ equis & curribus mittebat ire,
Myrmidonum ad urbem inclytam, quibus imperabat.)
Filio autem ex Sparta Alectoris tradidit filiam,
Qui ei in ſenectute natus erat fortis Megapenthes
E ſerua: Helenæ autem dÿ prolem non amplius dabãt,
Ex quo femel genuit filiam amabilem
Hermionem, quæ ſpeciem habebat aureæ Veneris.
Sic hic quidẽ epulabãtur per ſublimẽ magnã domum,

Ἦ δ' ἵξον κοίλῃ Λακεδαίμονα κητώεσσαν.
Πρὸς δ' ἄρα δώματ' ἔλων Μενελάου κυδαλίμοιο.
Τὸν δ' εὗρον δαινύτα γάμον πολλοῖσιν ἑτῆσιν,
Τίεος ἠδὲ θυγατρὸς ἀμύμονος, ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.
Τῷ μὲν Ἀχιλλῆος ῥηξήνορος υἱὲϊ πέμπειν·
(Ἐν Τροίῃ γὰρ πρῶτον ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν
Δώσεμεναι τοῖσιν ἦ θεοὶ γάμον ἐξετέλειον.
Τῷ ἄρ' ὄγ' αὐτὸ ἵπποισι καὶ ἅρμασι πέμπε νέεσθαι
Μυρμιδόνων πρὸς ἄστυ τοῖς κλυτὸν, οἷσιν ἄνασσεν.)
Τέκτι δὲ Σπάρτηθεν Ἀλέκτορος ἤγετο κούρῃ,
Ὅς οἱ τηλύγετος γένετο κρατερὸς Μεγαπένθης
Ἐκ δμῳῆς· Ἑλένῃ δὲ θεοὶ γόνον οὐκ ἔτ' ἔφαινον,
Ἐπεὶ τέκε τοπρῶτον ἐγείνατο παῖδ' ἐρατεινὴν
Ἑρμιόνην, ἣ εἶδος ἔχε χρυσέης Ἀφροδίτης.
Ὣς οἱ μὲν δαίνυντο κατ' ὑψερεφὲς μέγα δῶμα

Γείτονες ἠδὲ ἕταῖ Μενελάϣ κυδαλίμοιο,
Τερπόμενοι. μετὰ δὲ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς,
Φορμίζων· δοιὼ δ' ὀρχηστῆρε κατ' αὐτὰς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνεον ἐν μέσον.
Τὼ δ' αὖτ' ἐν προθύροισι δόμων αὐτώ τε καὶ ἵππω,
Τηλέμαχος θ' ἥρως καὶ Νέστορος ἀγλαὸς υἱὸς
Στῆσαν· ὁ δὲ προμολὼν ἴδετο κρείων Ἐτεωνεύς,
Ὀτρηρὸς θεράπων Μενελάϣ κυδαλίμοιο·
Βῆ δ' ἴμεν ἀγγελέων Διὶ δώματα πιμπλάνι λαῶν·
Ἀγχοῦ δ' ἰσάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,

χ. τώγε χ. ἵκτην Ξείνω δὴ τίνε † τώδε, Διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε,
Ἄνδρε δύω, γενεῇ γε Διὸς μεγάλοιο * ἔοικον·
Ἀλλ' εἶπ' ἐ σφῶϊν καταλύσομεν ὠκέας ἵππους,
Ἦ ἄλλον πέμψωμεν ἰκανέμεν ὅς κε φιλήσῃ
Τὸν γε μέγ' ὀχθήσας προσέφη ξανθὸς Μενέλαος,
Οὐ μὲν νήπιος ἦθα Βοηθοίδη Ἐτεωνεῦ
Τοπρίν, ἀτὰρ μὲν νῦν γε πάϊς ὣς νήπια βάζεις.
Ἦ μὲν δὴ νῶϊ ξεινήϊα πολλὰ φαγόντε
Ἄλλων ἀνθρώπων δεῦρ' ἰκόμεθ', αἴκέ ποθι Ζεὺς
Ἐξοπίσω περ πάσῃ ὀϊζύϊ· ἀλλὰ λύ' ἵππους
Ξείνων, ἐς δ' αὐτὰς προτέρω ἄγε δοινηθῆναι.
Ὣς φάτ'· ὁ δ' οὐκ μεγάροιο δίεσυτο, κέκλετο δ' ἄλλους
χ. ἄμμασι- Ὀτρηρὸς θεράποντας † ἅμ' ἑσπέσθαι ἑοῖ αὐτῷ.
ν Οἱ δ' ἵππους μὲν ἔλυσαν ὑπὸ ζυγῶ ἱδρώοντας·
Καὶ τὰς μὲν κατέδησαν ἐφ' ἵππειοισι κάπῃσι,
Πᾶρ δ' ἔβαλον ζειὰς, ἀνὰ δ' ὄκρῖ λευκὸν ἔμιξαν·
Ἅρματα δ' ἔκλιναν πρὸς οὐδόν παμφανόωντα,
Αὐτοὺς δ' εἰσῆγον θεῖον δόμον· οἱ δ' ἰδόντες
Θαύμαζον κατὰ δῶμα Διοτρεφέος βασιλῆος.
Ὡς δὲ σελήνῃ αἴγλη πέλει ἠὲ σελήνης
Δῶμα καθ' ὑψερεφὲς Μενελάϣ κυδαλίμοιο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τέρποντο ὁρώμενοι ὀφθαλμοῖσιν,
Ἐς ῥ' ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέας λόεσσαντο.
Τοὺς δ' ἐπεὶ οὖν δμῳαὶ λόεσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ,
Ἀμφὶ δ' ἄρα χλαίνας ἕλας βάλον ἠδὲ χιτῶνας,
Ἕζοντο θρόνους ἐζόντο παρ' Ἀτρεΐδην Μενέλαον.
Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι· παρὰ δ' ἕξεσσὶ τάνυσσε τραπέζαν.
Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
Εἴδατα πολλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων·
Δαιτὸς δ' κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας
Παντοίων· παρὰ δὲ σφι πίθει χρύσεα κύπελλα.
Τὼ καὶ δεικνύμενος προσέφη ξανθὸς Μενέλαος,

χ. Σίτου ἅμ' ἄπτ χ. πασσα- μένω, εἰρησό μεθ' ὅπτιες χ. γένος Σίτου δ' ἅπτεσθον, καὶ χαίρετον. αὐτὰρ ἐπὴν
Δείπνου * πασσαμένω, εἰρησόμεθ' οἵ τινες ἐσσὸν
Ἀνδρῶν. ἐκ γὰρ σφῶν γε * γόνος θρέπτλοιο τοκήων,
Ἀλλ' αὐδρῶν γόνος ἐστὲ Διοτρεφέων βασιλήων,
Σκηπτούχων· ἐπεὶ οὔκε κακοὶ τοιόνδε τέκοιεν.
Ὣς φάτο· καὶ σφιν νῶτα βοὸς παρὰ πίονα θῆκεν
Ὃν πρὶν ἐν χερσὶν ἑλών, τὰ ῥά οἱ γέρα πάρθεσαν αὐτῷ.
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.

Vicini autem & socij Menelai glorioſi
Oblectati, inter eos autem cantabat diuinus cantor,
Citharam pulſans, duo autem ſaltatores inter eos
Cantum auſpicantes ſaltabant in medium.
Porrò in ueſtibulo ædium ipſiꝰ & equi,
Telemachus heros, & Neſtoris inclytus filius
Steterunt. ipſe uerò procurrens uidit præſtãs Eteoneus,
Sedulus famulus Menelai glorioſi:
Iuit celeriter annuncians per domos paſtori populorũ
Propè autem ſtans uerba alata dixit,
Hoſpites iam quidam à Ioue nutrite Menelaë,
Viri duo, generatione uerò Iouis magni ſimiles ſunt:
Sed dic ſi ipſis ſoluere debeamus ueloces equos,
Aut ad alium mittamus ire, qui eos amet.
Hunc grauiter ingemiſcẽs alloquutus eſt flauus Me-
Non quidem ſtultus eras Boetides Eteoneu (nelaus,
Antea, cæterùm nunc quidem puer ueluti puerilia lo-
Profectò iã nos hoſpitalia multa ubi edimus (quaris.
Aliorum uirorum, huc uenimus, ſi alicubi Iupiter
In poſterũ ſaltẽ liberaret ab æruma: ſed ſoluite equos
Hoſpitum, ipſos uerò deinde introduc ad epulandum.
Sic ait, ille uerò ex ædibus proruit, uocabat aũt alios
Fidos famulos unà ſequi ſeipſum.
Hi ucrò equos quidem ſoluerunt ſub iugo ſudantes:
Et hos quidem alligarunt ad equina præſepia,
Apponebãt. a. ſpeltas & ordeum album commiſcuerũt:
Currus uerò poſuerunt ad parietem pellucidum.
Ipſos. a. duxerunt in diuinam domum, hi aũt uidentes
Admirabantur per domum à Ioue nutriti regis.
Inſtar enim ſolis ſplendor erat atq; lunæ
Domum per excelſam Menelai glorioſi.
Cæterùm poſtquam ſaturati ſunt uidendo oculis,
Ad labra deſcendentes perpolita lauabant.
Hos poſtquam igitur ancillæ lauarunt & unxerũt oleo,
Circa uerò chlanas uilloſas poſuerant atq; tunicas.
In thronos collocarunt ponè Atriden Menelaum.
Aquam ancilla in gutturnio fudit ferens,
Pulchro, aureo, ſuper argenteo lebete,
Lauare: iuxta uerò politam extendit menſam,
Cibum uerò ueneranda cuſtos apposuit ferens,
Fercula multa imponẽs de rebus præſentibus largiens:
Coquus autem carnium lances propoſuit ſublatas
Diuerſarum: ipſis autem apposuit aurea pocula.
Hos etiã data dextra alloquutus eſt flauus Menelaus,
Cibumq; guſtate & gaudete: cæterùm deinde
Cibo ſaturati, interrogabimus quinam ſitis
Virorum: nõ enim ueſtrorũ utiq; genus periit parentũ,
Sed uirorum genus eſtis à Ioue nutritorum regum
Sceptriferorũ: quoniã neutiq; ignaui huiuſmodi parere
Sic ait, & ipſis terga bouis pinguia apposuit (poſſunt.
Aſſatũ in manib. capiẽs, quæ ſibi dona apposuerãt ipſi.
Hi uerò ad cibos paratos appoſitos manus extendebãt.

COMMENTARIVS.

ἠδὲ γαμηρίοις) Menelaum offendunt Telemachus & Piſiſtratus filij Megapenthis & filiæ Hermiones nuptias celebrãtem, hoc eſt ſolennitatem conuiuij, quod exhiberi eo tempore ſolet: nam alioqui Pyrrhus, cui deſpondebatur Hermione, non erat præſens aderat tamen Alectoris filia, quæ Megapenthæ iungebatur: itaque Menelaus uno eodemque die utramque celebrationem confudit, quòd fortaſſe gaudium, quod inde percipiebat, ſeparare noluit, & in diuerſa differre tempora. An hoc autem ita fit intelligendum, docebitur mox ex Alcide.

εὖ γὰρ ἤδη πρόσθεν) Sophocles in Hermione tradidit, referente Euſtathio, eo tempore quo ad Troiam bellum gereret Menelaus, deſponſatam fuiſſe Oreſti Hermionem à Tyndareo auo materno. Eodem etiam tempore Menelaum filiam ſuam Pyrrho pollicitum

tum esse, itaq; in patriam reuersum eam ipsi tradidisse. Eo autem sublato, in templo Apollinis à Machæreo, cùm is Apollini gratias acturus esset, ac honores exhibiturus ob uindicatam patris mortem, Hermionem rursus Oresti restitutam: ex qua Tisamenum filium suscepit, sic appellatum, quòd pater Orestes patris Agamemnonis homicidas ultus esset. Sed quidam dicunt Pyrrhum ab Oreste ipso interfectum. Pyrrhus autem cùm Andromachen priùs haberet, eam Heleno tradidit, cùm Hermionem ducturus esset. Hæc ipsa narrat Andromache apud Virg. lib. 3. Aeneid.

Nos patria incensa diuersa per æquora uectæ
Stirpis Achillea fastus, iuuenemq; superbum
Seruitio enixæ tulimus: qui deinde secundum
Ledæam Hermionem Lacedæmoniosq; hymenæos
Me famulam famuloq; Heleno transmisit habendam.
Aſt illum ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & scelerum furijs agitatus Oreſtes
Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras,

Dictys Cretensis lib. 5. illa etiam commemorat, quæ nos in Lexico referemus loco opportuniore. Hermione apud Ouidium facta istud de nuptijs sic exponit Oresti suo:

Me ubi Tyndareus uita grauis author, & annis
Tradidit: arbitrium neptis habebat auus.
At pater Æacidæ promiserat insciis actis:
Pius quoq;, qui prior est, ordine posset auus.

At Homerus noster uidetur noluisse hanc secundam maculam Menelai familiæ inurere.

οὐκ ἀέκητι) Athenæus refert lib. 13. circa initium, mirari Aristotelem quòd Homerus nullam concubinam Menelao tribuat, cùm ceteris tamen heroibus non deneget, etiam senioribus, ut Nestori & Phœnici: hanc q; rationem affert, ἐοικεν οὖν, inquit, ὁ ἀπαιτῆσαι αὐδήσασθαι γαμετὴν ὅσον τῷ ἀλείτῃ, ὑπὲρ ἧς καὶ τὴν στρατείαν ἠγήσατο, διότι φυλάττειν τῷ ἄνδρι ἀκόλουθον ἡγεμονίαν. id est, Videtur igitur Spartianus (Menelaus) ob uxorem Helenam uerecundari, cuius gratia etiam exercitum contraxit, ideoq; ab alterius consortio abstinuisse. Hæc ille. Sed uidetur mihi hic locus obstare, ubi manifeste dicitur Menelaus ex serua concubina filium Megapenthem suscepisse, nimirũ absente ipsa Helena (ut ait Eustathius) unde etiam nomen filio imposuerit à magno luctu ac dolore, qui ob raptum Helenæ Menelai domum inuasit. Tamen Aristotelica illa dubitatio manebit, si intelligas in Iliade, ut ipse ait, nullam Menelao concubinã tribui. Pausanias autem in Corinthiacis, Nicostratum etiam filium Menelai ex serua præter hunc Megapenthem commemorat, ubi dicit, Lacedæmonijs haud inuitis Orestem imperasse. illi enim Tyndari nepotem, cui parerent digniorem putarunt, quàm Nicostratum & Megapenthem, quos Menelaus è serua susceperat. Δάλλω porrò quidam dicunt esse nomen proprium.

ἐπειδὴ ζητεῖται) Eustathius dicit denegatam fuisse Helenæ pluralitatẽ partus, quia solet illa deformiores mulieres reddere, ideoq; ut celebris illa forma in Helena permaneret, solam Hermionem peperisse non amplius. Peperit autem etiam, quia sterilitas pro re infausta censetur. Sunt tamen qui dicant, eam ex Menelao Nicostratum peperisse: quem tamen, ut suprà uidimus, Pausanias ex serua natum asserit. Eadem dicitur Paridi Corithum siue Helenum peperisse. Qua de re in Iliade quoq; dictum est.

ὡς οἱ μὲν ᾄειδον) Alcides Musicus apud Athenæum lib. 4. longa oratione hunc locum discutit, docetq; insertos esse hos uersus ab Aristarcho, incipientes ab, ὡς οἱ μὲν ἀείδωσι, & desinentes in illo, μολπῆς ἐξάρχοντες, &c. deceptumq; eum esse ex superiore uersu, qui est initio huius libri, τὸν δ' ὑὸν Δαναΐτας χαμάδις πάσσοντι ἕκηται. Iam enim finisse, ait Alcides, nuptias Megapenthis, solosq; in ædibus restare Menelaum & Helenam. Porrò translatos hos uersus ex armorum Achillis in Iliade à Vulcano fabricatorum descriptione, ubi Creticus chorus ijsdem uerbis describitur. Deinde illud ἐξάρχοντες malè ad saltatores referri (ad cantorem autem non potest tum propter interuallum tum propter numeri diuersitatem) cùm proprium sit citharæ cantum incipere, saltatorum uerò inchoato cantu saltationem auspicari. Prætered arguit Aristarchum inscitiæ, quia hoc pacto tribuit Laconibus modum saltationis ipsis minimè usitatum. Nam, ut Timæus scripsit, illi οὐ τετραγώνοις χοροῖς ᾖδον in quadratis choris cantabant: proinde ab eorum institutione alienum genus chori introduxit Aristarchus. Insuper neque cantoris neq; cantus nomen exprimitur: sed neq; Telemachus aures illis præbuit, immò totum conuiuium sermonibus & confabulationibus peragitur, & in ipso initio Telemachus Pisistrato in aurem quippiam insusurrauit: quod tamen facturus non erat, si cantores affuissent, quibus alioquì solet præstari audientia, ut ab ipso Vlysse infrà Odyss. 8. quanquam uarijs curis impedito, qui Phæacenses cantores audiuit: cùm posset dicere, κάδηλα μοι ἢ μᾶλλον ἐνὶ φρεσὶν, ἅπερ ἀοιδαί. Itaque rusticitas fuisset & ἀδιλπεία in Telemacho, si cantores illos spreuisset, potiusq; in admiranda ædium Menelai ornamentis occuparetur. His argumentis moti poteramus hos uersus expungere: sed quia iam longo usu recepti sunt, piaculũ censuimus tam diuini Poetæ scripta luxari. Iudicium tamen sagacis lectoris esto.

μολπῆς ἐξάρχοντες) Cùm hoc etiam alibi scriptum reperiatur, ut præmonuimus: factum est, ut mihi persuaserim, saltatores motu suo indicasse cantori, quo genere cantus saltaturi forent.

ἀμὲν νήπιος ἦσθα) Reprehendit Eteoneum seruum Menelaus, quòd ita difficilem & tardum ad hospites istos excipiendos se præbeat. Videtur tamen seruus officio suo rectè defungi hac in parte, quòd non priùs nouos homines in domini ædes introducat, quã illius uoluntatem exploratam habeat: alioqui nimium authoritatis sibi arrogasse putandus esset, qui eo inscio, tam facilem se illis præbuisset. Itaque aut immeritò seruum uerbis castigat Menelaus, aut docet expressam de re aliqua domini uoluntatem non desiderandam: ubi ea alioqui conijci potest, ut hoc loco. Poterat enim Eteoneus intelligere rem gratam se domino facturum, si hos, illo etiam inconsulto, hospites recepisset, cùm ad hospitalitatem Menelaum procliuem esse consentaneum uideretur, ut qui eius beneficio apud exteras gentes sæpius affectus esset. Et hoc innuit, meo iudicio, cum illud statim refert, ἦ μὲν δὴ νῦν ξεινίτα πολλὰ φαγόντε, &c. Itaq; eò magis displicuit Menelao serui officium, quòd eo pacto de eius ad hospitalitatem propẽsione dubitaret, illudq; officium pro inofficioso censuit: qualis solet esse plerunque seruorum exacta & accurata nimis diligentia & officij rigida obseruatio, ut iniussi nihil aggredi ausint, etiamsi rem in commodum domini se facturos intelligant. Eos ergo hoc loco Menelaus prudenter castigabit.

αἰεί ποθι ζεύς) ἔοικε γὰρ, inquit Eustathius, ἕως ἂν ὑπολάβῃς ἕως τῷ ἀλείτῃ ἔχει. Videtur Menelaus, donec Helenam habebit, securum se fatis non arbitrari, nimirum ueritus simile periculum, quod antea in ea expertus est.

ὁ δ' οὐ μεγάροιο) Hoc ad seruum est referendum: nam Menelaus in ædibus remansit.

πὰρ δ' ἔβαλον ζειάς) Pollux equorum nutrimenta enumerat, hordeum, zeam, olyram, fœnum, & ex Homero, triticum, lotum, àpium syluestre: sed & ex Homero poterat, hordeum & zeam, enumerare, ut ex hoc loco patet. Addam Camerarium, ut hordeũ equis apponatur, maximè probare, quòd alat magis, sitq; minus crudum: id est, ἄπεπτον, & sanguinem gignat tenuiorem.

αὐτὰρ δ' ἀνήγαγον) Apud Athenæum lib. 4. legitur αὐτοὶ δ' ἀνῆλθον, Ipsi uerò ingressi sunt: ubi etiam dicitur obseruasse Poetam decorum, quod ab ijs oportet obseruari, qui alienas domos inuitati ingrediuntur: nimirum non statim esse ad epulas prorumpendũ, sed aliquid uidendi studio tribuendum, ut ædes putà & earum ornatum contemplentur admirabũdi. Et hoc est quod puer ille senì rustico, quem ad politiorem deducit uitam, præcipere fingitur apud Aristophanem in Vespis.

ἱερὰ ἀσυμπότους) Audiendus est etiam in hunc locum Athenæus eodem libro, his uerbis: πάντα δ' ὧν ἀκριβὴς Ὅμηρος, καὶ τὸ μικρὸν τοῦτο ἐκ παρέλιπε τὸ δεῖν ἡσυχιάσαντα τὸ σωμάτιον καὶ λουσάμενον εἶναι πρὸς τὸ δεῖπνον. ἔφασκεν οὖν τὸν Ὀδυσσέως υἱὸν πρὸς φαιακὴν ἰόντα, Αὐτὰρ ὅλον δ' ἄρα μιν περὶ λούσασθαι ἄνωγα. ἐπὶ δὲ Πισίστρατος καὶ Τηλέμαχος (sic enim corrigo) ἐπὶ ῥ' ἀσυμπότους βάντες ἐϋξέστας λούσασθε, Ἀργείπης γὰρ ὧδ' φησὶν Ἀριστοτέλης, ἥκειν ἐπὶ τὸ συμπόσιον σὺν ἱδρῶτι πολλῷ καὶ κονιορτῷ. δεῖ γὰρ τὸν χαρίεντα μήτε ῥυπᾶν, μήτε αὐχμεῖν, μήτε βορβόρῳ χαίρειν καθ' Ἡράκλειτον. id est: Cùm autem Homerus accuratus sit, hoc etiam quamuis exiguum non prætermisit, oportere curato corpusculo & loto ad cœnam accedere. Itaq; de Vlysse dixit ante conuiuium apud Phæacas, è uestigio igitur illum Proma lauari iussit: prætereà Pisistratus & Telemachus, Ad labra descendentes perpolita lauabant. Non decebat enim, ait Aristoteles, accedere ad conuiuium cum sudore multo, & puluere. Oportet siquidem hominem elegantem neque sordidum esse, neque squallere, neque cœno delectari secundum Heraclitum.

σίτου, θ' ἅπλισθον) Iam docuimus libro primo, antiquum hunc suscipiendi hospites morem, ut demum post epulas quinam ipsi essent, rogarentur.

ἐκ γὰρ σφῶϊν γε γόοιο) Benè de hospitibus suis ominatur Menelaus, quasi animo iam peruideat, aut in eorum facie legat, obscuro genere eos non esse oriundos. Quin & statim ab primo impetu uidetur diuinatoria quadam facultate Telemachum, quasi eum iam pernouerit, de ipsius parentis uita certiorem facere. ait enim, ἐκ γὰρ σφῶϊν γε γόοιο ἀπόλλυται πατήρ. Et quanquam aliter potest intelligi, ut dicat Menelaus, existimare se hos uiros non adeò uideri ignobiles, ut eorum parentes ignorentur, ut ignorari solent, quos iam mors absumpsit: tamen hoc quod præmisi, uoluisse Homerum ausim contendere, nimirum obliquò quodammodo sensu. Nam alioqui sequentia pro posteriore sententia faciunt.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο,
Δὴ τότε Τηλέμαχον πρὸς Φώνεε Νέστορος υἱὸν,
Ἄγχι κάρη κεφαλὰς, ἵνα μὴ πύθοιατο οἱ ἄλλοι,
Φράζεο Νεστορίδη τῷ μῷ κεχαρισμένε θυμῷ,
Χαλκὸν τε στεροπὴν καὶ ἠλέκτρου, καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος.
Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίῳ ἔνδοθεν αὐλή.
Ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλὰ σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα.
Τὸν δ' ἀγερεύοντος ξανθὸς Μενέλαος,
Καί σφεας φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Τέκνα φίλ', ἦτοι Ζηνὶ βροτῶν οὐκ ἂν τις ἐρίζοι·
(Ἀθάνατοι γὰρ τῷ γε δόμοι καὶ κτήματ' ἔασιν)
Ἀνδρῶν δ' ἤ κεν τίς μοι ἐρίσσεται, ἠὲ καὶ οὐκί,
Κτήμασιν· ἢ γὰρ πολλὰ παθὼν καὶ πολλ' ἐπαληθεὶς
Ἦγαγόμην ἐν νηυσὶ, καὶ ὀγδοάτῳ ἔτει ἦλθον
Κύπρον, Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαλήθεις,
Αἰθιοπάς θ' ἱκόμην, καὶ Σιδονίους, καὶ Ἐρεμβούς,
Καὶ Λιβύην, ἵνα τ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι.
Τρὶς γὰρ τίκτει μῆλα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν·
Ἔνθα μὲν οὔτε ἄναξ ὀπιδεύεται, οὔτέ τι μιμνὶ,
Τυρῷ καὶ κρειῶν, ἠὲ γλυκεροῖο γάλακτος·
Ἀλλ' αἰεὶ παρέχουσιν ἐπητανὸν γάλα θηλάων.
Ἕως ἐγὼ ταῦτ' κεῖνα πολὺν βίοτον συναγείρων
Ἠλώμην, τείως μοι ἀδελφεὸν ἄλλος ἔπεφνε,
Λάθρη, αὐωῖσι, δόλῳ ἁλομένης ἀλόχοιο·
Ὥς ἔστοι κάρων τοῖσδε κλεάτεσσιν ἀνάσσω.
Καὶ πατέρων τάδε μέλλετ' ἀκουέμεν, οἵ τινες ὔμμιν
Εἰσὶν ἐπεὶ μάλα πολλὰ ἔπαθον, καὶ ἀπώλεσα οἶκον,
Εὖ μάλα ναιετάοντα, κεχανδότα πολλὰ καὶ ἐσθλά.
Ὤν ὄφελον τριτάτῳ περ ἔχων ἐν δόμῳσι μοῖραν
Ναίειν, οἱ δ' αὖθρες σῶοι ἔμμεναι οἱ τότ' ὄλοντο
Τροίῃ ἐν εὐρείῃ, ἐκὰς Ἄργεος ἱπποβότοιο.
Ἀλλ' ἔμπης πάντας μὲν ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων,
Πολλάκις ἐν μεγάροισι καθήμενος ἠμετέροισιν,
Ἄλλοτε μέν τε γόῳ φρένα τέρπομαι, ἄλλοτε δ' αὖτε
Παύομαι· αἶψηρὸς δὲ κόρος κραιπνοῖο γόοιο,
Τῶν πάντων ἅ τόσσον ὀδύρεται, ἀχνύμενός περ,
Ὥς ἑνός, ὅστε μοι ὕπνον ἀπέχθαίρει καὶ ἐδωδὴν
Μνωομένῳ· ἐπεὶ οὔτις Ἀχαιῶν τόσσ' ἐμόγησεν
Ὅσσ' Ὀδυσεὺς ἐμόγησε καὶ ἤρατο· τῷ δέ οἱ ἔμελλεν
Αὐτῷ κήδε' ἔσεσθαι, ἐμοὶ δ' ἄχος αἰὲν ἀλάλκει
Κείνου, ὅττεο δὴ δηρὸν ἀποίχεται· οὐδέ τι ἴδμεν
Ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκεν· ὀδύρονται νύ τοι αὐτὸν
Λαέρτης θ' ὁ γέρων καὶ ἐχέφρων Πηνελόπεια,
Τηλέμαχός θ', ὃν ἔλειπε νέον γεγαῶτ' ἐνὶ οἴκῳ.
Ὣς φάτο· τῷ δ' ἄρα παντὸς ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο.
Δάκρυ δ' ἀπὸ βλεφάρων χαμάδις βάλε παπτὸς ἀκού-
Χλαῖναν πορφυρέην αὖτ' ὀφθαλμοῖϊν ἀνασχών (σας
Ἀμφοτέρῃσι χερσὶ νόησε δέ μιν Μενέλαος·
Μερμήριξε δ' ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατ' θυμὸν,
Ἦ ἑ μὲν αὐτὸν παντὸς ἐάσας μνηθλῆσαι,
Ἦ πρῶτ' ἐξερέοιτο, ἕκαστά τε μυθήσαιτο.

Caterùm postquã potus & cibi desiderium ademerũt,
Iam tum Telemachus alloquutus est Nestoris filium,
Propè admouens caput, ut ne audirent alij,
Considera Nestoride meo gratissime animo,
Aerusq; splendorem & domum sonantem:
Auroq; electroq; & argento atq; ebore.
Iouis nimirum talis est Olympy intus aula,
Quãta hæc infinita multa, admiratio capit inspicientẽ
Hunc itaq; alloquentem intellexit flauus Menelaus,
Et ipsos compellans uerba alata dixit,
Fily chari haud sanè cũ Ioue mortal. ullus cõtenderit:
(Immortalia enim huius habitacula & bona sunt.)
Hominũ. v. siue aliquis mihi contendere possit siue mi-
Rebus certè plurima passus & multùm errans (nus,
Vectus in nauibus, & octauo demum anno ueni
Cyprum, Phœnicemq;: & Aegyptios oberrans,
Aethiopesq;. adij, & Sidonios, & Eremb⟨o⟩s,
Et Libyam, ubi agni protinus cornuti sunt.
Ter enim pariunt oues per annum perfectum:
Vbi enim neq; herus inaigens est neq; pastor
Casei & carnium, neq; dulcis lactis:
Sed semper præbẽt per totum annum lac mulgendum.
Interea dum ego circa loca multum uictũ congregans
Errabam, interea mihi fratrem alius interfecit,
Clam insperatò, dolo pernicioso uxoris:
Sic non gaudens istis facultatibus impero,
Et ex patrib. ista debebatis audiuisse siqdẽ uobis (mẽ
Sũt, quadoquidẽ ualdè multa passus sum, & pdidi do-
Perqua benè habitatã, continentẽ multa, & pretiosa.
Quorũ utinã debuissẽ uel tertiã habens in domo partẽ
Habitare, illi uerò uiri salui essent: qui tum perierunt
Troia in lata, longè ab Argis pulchros equos pascente.
Sed tamen omnes quidem lugens & desiens,
Crebrò domi desidens nostra,
Interdũ quidem luctu mentẽ oblector, interdũ rursus
Quiesco. breuis uerò satietas molesti luctus.
Horum omnium non tantum lugeo, tametsi tristis,
Vt unius gratia, quiq; mihi somnũ inuisũ facit & cibũ
Recordauit, quonia nullus Gracorũ tanta elaborauit,
Quot Vlysses elaborauit & sustulit: huic futuri sunt
Ipsi dolores pueri, mihi uerò tristitia semper incessabilis
Ob illum, quoniam diu longè abest, neq; scimus
An uiuat ille, an mortuus sit, deflent illius gratia
Laertisq; senex, & prudens Penelope,
Telemachusq; quem reliquit recens natum in domo.
Sic ait, huic certè ob patrẽ desideriũ excitauit luctus.
Lacrymas uerò à palpebris humi fudit de patre audiẽs
Chlanam purpuream oculis obtendens
Vtraq; manu. animaduertit autem Menelaus ipsum:
Cogitauit uerò deinde in mente & in animo,
An ipsum eum patris sineret memoriam inducere,
An prior interrogaret, singulaq; diceret.

φ. Φίλα ζηνὶ μὴ βροτῶν.
φ. ὔμμιν πολλὰ πάθον
φ. ἰάσσ' ἐπιμνηθῆναι, φ. πειρήσαιτο

COMMENTARIVS.

Φράζεο νεστορίδη) Non fuit satis Telemacho, ante quam balneum intraret, splendorem ædium Menelai cum admiratione summa contemplatum esse, quin etiam post conuiuium iubet Pisistratum earundem uaria & egregia ornamenta obseruare. Quod Poeta fingit duabus de causis. Primùm, ut magnificentiam Menelai describeret, quæ notatu etiam digna est, ut mox dicemus: deinde ut ex oratione Telemachi occasio Menelao loquendi porrigeretur, ut Vlyssis mentionem ipse sua sponte induceret, & sic cætero colloquio campus pateret apertissimus. Quod ad ædes Menelai attinet, sanè admirationem merebantur, sed ab eo qui pluris hæc superflua quàm utilia & necessaria facit: ut fecisse Telemachum obseruat Plutarchus in comm. de cupiditate diuitiarum: οἱ δὲ πολλοὶ, inquit, τὸ τῦ Τηλεμάχυ πάχομεν. ἢ γὰρ οἰκῶν ὑπὸ ἀπειρίας μᾶλλον δὲ ἀπειροκαλίας, τὴν μὲν Νέστορος ἰδὼν οἰκίαν πλουσίαν ἐχουσαν, πραπίζας, ἐμά-

πη.

τὰ, τρώμασι, οἶνον ἡδύν, ὃν ἐμιξαμέθα ἐν τῷ κρατῆρι τῶν αὐταρκέων ἢ ἐν χρηστοῖσιν, παρὰ δὲ τῷ Μενελάῳ θησαύρῳ. Ἐλέφαντι καὶ χρυσῷ καὶ ἠλέκτρῳ, ἐξαστράπτῃ, καὶ ἄπτι ζυνός τις τοιῆδε γ' ὀλυμπίῳ ἐνδοθι αὐλῇ. ὅσσα τὰ δ' ἄσπετα πολλά, σεσᾶσι μ' ἔχει ἐσορόωντα. Σωκράτης δ' ἂν εἶπεν ἢ καὶ Διογένης, ὅσσα τάδ' ἄθλια πολλὰ (καὶ ἄχρηστα καὶ μάταια) γέλως μ' ἔχει ἐσορόωντα. Τί λέγεις ἀσελτέρε τὴν γυναικὸς ἀφίλων παιζειν τῷ Πηφύκει καὶ τὸν κόσμον ἵνα πωύσηται τεῦχῶσα καὶ ξενομανῦσα, τῷ οἰκίων πάλιν κἀκωπίζεις ὡς ἥκιστα ἢ ἡμελλῷ πῖς ἀσιῶσι; id est: Cæterùm plerisque nostrûm illud Telemachi usuenit. Ille ut erat imprudens, immò ineptus, Nestoris domum cùm uidisset lectis, mensis, uestibus, stragulis, suaui uino instructam: non gratulatus est rerum necessariarum uel utilium compoti. Sed cùm apud Menelaum ebur, aurum, electrum spectasset, obstupefactus ait,

Iouis nimirum talis Olympij intus est aula Quanta hæc infinita multæ admiratio capit aspicientem.

Socrates dixisset, uel etiam Diogenes, Quanta hæc misera multa, (inutiliaque & uana) risisset me capit aspicientem. Quid ais, inepte, cùm uxori detrahere purpuram & mundum debeas, ut luxui & rerum exoticarum æstui salutem dicat: tu contra ædes in theatri uel scenæ modum ingressuris mangonizas? Hæc ille. Sed tamen cùm aliud sit regia, aliud pauperis tuguriolum: oportet singula suis ornamentis inuicem distingui, hocque opulentis (diuitiæ autem donum etiam sunt Dei) concedendum est, ut opes suas & gazas ostentent, non ad abusum, sed ad ornatum. Proinde nihil est quòd Menelai regia tam magnifica culpemus, & ut culpanda sit, quemadmodum uult etiam Alexander ille apud Dionem Prusæum, orat. 2. de regno: tamen illam meritò admiratus est noster Telemachus, tum propter rei ipsius dignitatem, quæ intuentium animos solet obstupefacere, tum propter insolentiam eius, cui talia ob oculos nunquam erant obuersata. Deinde decuit etiam maximè hospitis tam beneuoli ac humani bona suspicere, quod speciem interdum gratitudinis exhibet.

ζηνός τις τοιῆδε) Quanquam hic uersus cõstantissimè sic in omnibus exemplaribus legatur, tamen Athenæus scribit lib. 5. Seleucũ aliter legisse: nimirum, ζηνὸς τε τοιαῦτα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται. id est: Tales res sunt in Iouis ædibus. Aristarchum autem, ut uulgò scribitur, sed malè. Nam non solius domus elegantiam demiratur Telemachus. Quomodo enim electrum, argẽtum ac ebur essent in parietibus? De ædibus autem dixerunt, eas esse θάλαμα ἠχήεντα, sonãtes ædes: qualia sunt excelsa & uasta palatia. Sed de uasis hoc protulerunt, χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλεφάντου: quibus bene subsecutiuè adjicitur, ζηνός τε τοιαῦτα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται Ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλά, &c. In lectione autẽ Aristarchi non rectè sequitur, ὅσσα τεῖδ' ἄσπετα πολλὰ: cùm hîc in plurali dicatur, quod præcedit dictum in singulari. Deniq; contendit, αὐλὴ non dici de domo apud Homerum, qui αὐλὴ semper locum subdialem appellat, cuius rei exempla sunt ibi. Hodie tamen τὰ βασίλεια dicit uocari αὐλάς.

τέκνα φίλ' ἦτοι ζηνί) Quanquam Telemachus in aurem Pisistrato laudes illas insusurraret, placuit tamen Poetæ fingere eas à Menelao exauditas: quòd fortasse Telemachus dum assentatoris crimen fugit, ideoq; simulat se illa de Menelao dicere uelle, ne Menelaus exaudiret, quod ex habitu corporis significauit. nam dicitur Pisistratum alloquutus, ἄγχι γὰρ κεφαλῶ ἵνα μὴ πυθοίατο οἱ ἄλλοι: tamen ea uoce loquutus est, ut non esset Menelao difficile attendenti uerba illius obseruare. Quæ illi commoda fuit oblata loquendi occasio. Nam quod postremum erat in sermone Telemachi arripiens, cùm audiat suas ædes aut ædium ornamenta cum illis Iouis conferri: modestè respondet, se sua tanti non facere, ut ea diuinis longè inferiora nõ existimet, uel sola immortalitatis prærogatiua, quâ diuinæ illæ opes mortalia ista antecellunt. Tum uerò non negat hominum aliorum comparatione sua quoque admirationi esse posse: neque tamen id expressè pronunciat, sed dubitanter & ancipiti oratione, unde excurrit ilarim in suos errores: deinde Agamemnonis fratris sui casum perstringit: tum eorum qui uel ad Troiam perierunt, uel in reditu uarijs agitantur laboribus, ubi opportunè Vlysis mentio, & cætera, quæ quàm artificiosè contexantur, facile est cuiuis iudicare, perpetuam orationem intuenti.

κὴ λιτύλω) Herodotus in Melpomene causam huius rei caliditati regionis tribuit, ut contra in Scythia boues sine cornibus nasci propter frigora dicit, his uerbis: δοκέει δέ μοι κὴ τὸ γλῶ τῶν βοῶν τοιῷδε λόγῳ τοῦτο ἐκ φύσιος κέρεα οὐτῶδε μαχητυρεῖν ὁ μὲν ἠπ. εὖ Ὁ δυνατώτερη ἐχει ὧδε. Καὶ λιτύλω, οἱδὲ τ' ἄρκτος ἄφαρ κεραοί πέλεθσι. Ὀρθῶς ἐρεμένον, ἐν τοισι ἐπεμοίσι τοῦτο παραγενόμενα τὰ κέρεα. ἐν δὲ τοῖσι ἰχνεσσιν ψύχεσι ἢ φύσιν κέρεα τὰ κτήνεα ἀρχήν, ἢ φύοντα, φύειν μόνα. ἐν τοῦτῳ μὲν νυν ἀπὸ τὰ ψύχεα γίνεται τοῦτο id est: Et hæc mihi uidetur esse causa (nimirum frigus Scythiæ, de quo anteà loquutus est) cur omnino cornua bouino generi non succrescant: astipulãte sententiæ meæ Homeri carmine in Odyssea, quod ita habet, *Et Libyen ubi sunt cornuti protinus agni.*

Quod rectè dictum est, in locis calidis maturè cornua existere, at in uehementibus frigoribus aut non oriuntur statim pecoribus cornua: aut si oriuntur, uix oriuntur. In Scythia itaq; hoc propter frigora contingit. Hæc ille. Vbi nota, Herodotum molliùs dixisse, παχὺ quàm Homerum ἄφαρ, quod est hyperbolicum. Quod ad Cyprum, Phœnicem, & cætera nomina gentium, de ijs dicetur in Lexico.

ὡς ἦτοι χαίρων) Hoc ad mortem fratris refert Menelaus, nimirum se adeò molestè tulisse & adhuc ferre, ut nulla cum uoluptate tanta bonorum copia, quam Telemachus admirabatur, perfruj possit: adeò nulli ferè mortalium, sine calamitatum acerbitate aliqua, uita transacta est. Et solet Numen sic fausta infaustis temperare, ut norint homines qualis sit eorum cõditio, quæ in media bonorum affluentia malis carere non possit. Dixi autem, non sine causa de morte fratris hæc Menelaum intelligere, quia alioqui post tot errores non poterat non lætitia perfundi, cùm eorum recordatus iam se in tranquillitate collocatum intelligebat. Præteritorũ enim malorum iucunda solet esse secura recordatio.

ὧν ὀφίλον πρῖτάτην) Artificiosissimè subnectit memoriam eorum, qui apud Troiam perierunt, tum transit ad ipsum Vlyssem, de cuius absentia se maximoperè esse sollicitum testatur, adeò ut plus ob eum solum quàm ob reliquos omnes dolore afficiatur. Quòd autem se tertia bonorum suorum parte priuatum optaret pro reliquorum, qui in expeditione Troiana interierunt, uita: docet quàm id ægrè tulerit, nec ingratum se ipsorum etiam cineribus exhibere uelit, cùm illi eius causa occubuerint, quin & hæc grata & iucunda uidetur mortuorum proli superstiti facta retributio. τὸς ὦ οὗ, inquit Athenæus, τῶν ὀκτὼ ὀκτίνων ὀκτίνων τῶν τὰς τῆ ζίωτε τὸ θηνε τὸ ἐστιν ὡς ὅτι ἂν αὐτὰς ἐν δόξειεν τῶν ἐπὶ τῇ στρατιᾷ λύπην τῇ τῆ πατρὸς εὐχερέστερ μνήμη διοξεμένων; id est: Quilnam est ex posteris eorum qui huius gratia (nimirum Menelai) mortui sunt non pro retributione censeat, quod eorum dolor de parentis priuatione, tam grata & officiosa parentis memoria, dirigatur, hoc est leniatur & mitigetur? Sic enim hunc locum uerti præter Natalem.

πώσομαι) Nullus est ferè dolor, qui temporis diuturnitate non minuatur & relaxetur: si quis autem interuallum non admittit, is demum est grauissimus. Proinde cùm Menelaus dicat se à cæterorum luctu interdum quiescere, ab Vlysis uerò infortunio deflendo cessare nunquam: facilè conijci potest, quanto amicitiæ uinculo illi deuinctus sit. Et ita docet, uirum bonum erga amicos non æqualiter affici: sed in alios propensiore, in alios remissiore esse beneuolentia, quæ in eorũ casibus lugendis maximè apparet. Quin etiam ego facile existimarim cum Aristotele, amicum neminem multis esse posse: adeo quæ amicitiæ exempla proponuntur, ea de duobus tantùm meminerunt, ut Orestis & Pyladis, Damonis & Pythiæ, Nisi & Euryali, &c. Qui uerò multos amicos habent, & omnibus sese familiariter offerunt, ij nemini sunt amici, nisi ciuiliter, quos δρέσκους appellant. Vide Philotophum Ethicorum Nicomachiorum lib. 9. cap. 10. Itaque Menelaus cùm multis amicus fuerit, tamen uni maximè omnium fuit talis, nimirum Vlysis, hoc est uerè & integrè amicus: quod docet aliorum casus interdum obliuiscendo, Vlysis nunquam.

νόησε δέ μιν) Ex lacrymis Telemachi suspicatus est Menelaus eum esse filium Vlysis, ut dicet in sequentibus. Quod tacitè innui etiam per hoc uerbum, νόησε, existimo.

Interim dum ille ista deliberabat in mẽte & in animo,
Helena uerò ex thalamo odorifero excelso
Egressa est, Dianæ aureum arcum habenti similis:
Huic statim Adresta sellam bene factam apposuit:
Alcippe uerò tapeta ferebat mollis lanæ:
Phylo. a. argenteum talarum ferebat, quem illi dedit
Alcandre Polybij uxor, qui habitabat in Thebis

Ἐ ὡς ὁ τὼ ὧρμαινε κὴ φρεσὶ καὶ κὴ θυμῷ,
Ἑ ἡ δὲ Ἑ λένη θαλάμοιο θυώδεος ὑψορόφοιο
Ἦ λυθεν, Ἀ ρτέμιδι χρυσηλακάτῳ εἰκυῖα·
Τῇ δὲ ἄρ' ἄμ' Ἀ δρηστη κλισίην ἐὐτυκτον ἔθηκεν·
Ἀ λκίπη ἡ τάπητα φέρε μαλακῆς ἐριοιο·
Φυλὼ δὲ ἀργύρεον τάλαρον φέρε, τὸν οἱ ἔδωκε
Ἀ λκάνδρη Πολύβοιο δάμαρ, ὃς ἔναι' ἐνὶ Θήβῃς

Αἰγυπτίης, ὅθι πλεῖστα φάρμακα ἐνὶ κλήμασι κεῖται.
Ὅς Μενελάῳ δῶκε δύω ἀργύρεα ἀσαμίνθους,
Δοιοὺς δὲ τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα·
Χωρὶς δ' αὖθ' Ἑλένη ἄλοχος καλὰ πορε κάλλιμα δῶρα,
Χρυσῆν τ' ἠλακάτην, καὶ ἀργυρέην τροχιὴν ὑπάουρον,
Ἀργύρεον, χρυσῷ δὲ τὸ χείλεα κεκρύφαται·
Τὴν ῥα οἱ ἀμφιπόλη Φυλὼ παρέθηκε φέρουσα,
Νήματος ἀσκητοῖο βεβυσμένον· αὐτὰρ ἐπ' αὐτῇ
Ἠλακάτη τέταται ἰοδνεφὲς ἔριον ἔχουσα.
Ἕζετο δ' ἐν κλισμῷ, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν·
Αὐτίκα δ' ἣγ' ἐπέεσσι πόσιν ἐρέεινε ἑκαστα,
Ἴδρις δὴ Μενέλαε διοτρεφὲς οἵ τινες οἵδε
Ἀνδρῶν εὐχετόωνται ἱκανέμεν ἡμέτερον δῶ;
Ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω· κέλεται δέ με θυμός.
Οὐ γάρ πω τοίνυν φημὶ ἐοικότα ὧδε ἰδέσθαι
Οὔτ' ἀνδρ', οὔτε γυναῖκα (σέβας μ' ἔχει εἰσορόωσαν)
Ὡς ἔοικε τόδ' υἱὸν ὑπερμενεῖ μεγαλήτορι γείνασθαι
Τηλεμάχῳ, τὸν ἔλειπε νέον γεγαῶτ' ἐνὶ οἴκῳ
Κεῖνος ἀνήρ, ὅτ' ἐμεῖο κυνώπιδος εἵνεκ' Ἀχαιοὶ
Ἦλθεθ' ὑπὸ Τροίην, πόλεμον θρασὺν ὀρμαίνοντες.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη ξανθὸς Μενέλαος,
Οὕτω νῦν κἀγὼ ἐγὼ νοέω γυναῖκα ὡς σὺ εἰσκεις.
Κεῖνος γὰρ τοιόσδε πόδας, τοιάδε τε χεῖρας,
Ὀφθαλμῶν τε δολαί, κεφαλήν τ', ἐφύπερθέ τε χαίτην.
Καὶ νῦν ἦτοι ἐγὼ μεμνημένος ἀμφ' Ὀδυσῆι,
Μυθεόμην ὅσα κεῖνος ὀϊζύσας ἐμόγησεν
Ἀμφ' ἐμοί· αὐτὰρ ὁ πικρὸν ὑπὸ βλεφάρων δάκρυον εἶβε,
Χλαῖναν πορφυρέην αὖτ' ὀφθαλμοῖιν ἀνασχών.
Τὸν δ' αὖ Νεστορίδης Πεισίστρατος ἀντίον ηὔδα,
Ἀτρεϊδη Μενέλαε διοτρεφὲς, ὄρχαμε λαῶν,
Κεῖνος μὲν τοι ὅδ' υἱὸς ἐτήτυμον, ὡς ἀγορεύεις·
Ἀλλὰ σαόφρων ἐστὶ, νεμεσσᾶται δ' ἐνὶ θυμῷ,
ἐπιμιξ Ὡς δ' ἐλθὼν τοπέτοιον, † ἐπεσσολίας ἀναφαίνειν
Ἄντα σέθεν, τῷ νῶϊ θεῷ ὡς περ μιν αὐδᾷ.
Αὐτάρ ἐμὲ πρόεηκε Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ
χ. πομπὸν Τῷ ἅμα † πομπὸν ἕπεσθαι. ἐέλδετο γάρ σε ἰδέσθαι,
Ὅ φρά οἱ ἢ πὲπ ἔπεσσι παρασταθήσεαι, ἠὲ καὶ ἔργῳ.
Πολλὰ γὰρ ἄλγε' ἔχει πατρὸς πάϊς οἰχομένοιο,
χ. ἄλλοι Ἔν μεγάροις, ᾧ μὴ † πολλοὶ ἀοσσητῆρες ἔωσιν·
Ὣς νῦν Τηλεμάχῳ ὁ μὲν οἴχεται, ἐδέασι δ' ἄλλοι
Εἰσὶ οἵ κεν κῆρ ὄλεσσιν καὶ πήματα.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη ξανθὸς Μενέλαος,
Ὦ πόποι, ἦ μάλα δὴ φίλης αὐτὲρ ὑὸς ἐμὸν δῶ
Ἵκετ', ὃς εἵνεκ' ἐμεῖο πολεῖς ἐμόγησεν ἀέθλους.
Καί μιν ἔφην, ἐλθόντα φιλησέμεν ἔξοχον ἄλλων
Ἀργείων, εἰ νῶϊν ὑπεὶρ ἅλα νόστον ἔδωκε
Νηυσὶ θοῇσι νέεσθαι· Ὀλύμπιος ὑψόθι Ζεύς·
Καί κεν οἱ Ἄργεϊ ναῖσα πόλιν, καὶ δώματ' ἔτυξα,
Ἐξελθόντ' Ἰθάκης ἀγαγὼν σὺν κτήμασι καὶ υἱῷ,
Καὶ πᾶσιν λαοῖσι, μίαν πόλιν ἐξαλαπάξας,
Αἵ κεν ἐμοὶ ναιετάωσιν, ἀπόαστον τὴν ἐμοὶ αὐτῷ·
Καί κε θαμὰ συνέοντες ἐόντες ἐμισγόμεθ' ἠδέ κεν ἡμέας
Ἄλλο διέκρινε φιλέοντέ περ μῦθον ἢ ἔπος εἰπεῖν,
Πρίν γ' ὅτι δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.
Ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν μέλλει ἀχαίρεσθαι θεὸς αὐτὸς;
Ὃς κεῖνον δύστηνον ἀνόστιμον οἷον ἔθηκεν.
Ὣς φάτο· τοῖσι δὴ πᾶσιν ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο.
Κλαῖε μὲν Ἀργείη Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα,

Aegyptiacis, ubi plurima in ædibus bona iacent,
Qui Menelao dedit duo argentea labra,
Geminos uerò tripodas, decem uerò auri talenta:
Seorsim.v. rursus Helena uxor dederat pulchra dona,
Aureamq; colum, talarumq; rotundum præbuit
Argenteum, auro uerò labia immixta erant:
Hunc sanè ei ancilla Phylo, apposuit ferens,
Filo elaborato repletum: caterùm super eum
Colus extensa erat uiolaceam lanam habens.
Sedit uerò in sella, scabellum uerò sub pedibus erat:
Continuò.a.illa uerbis maritum interrogabat singula,
Scimúsne Menelae rex quínam hi
Viri gloriantur uenisse nostram domum?
Mentiar, an uerum dicam: iubet me animus.
Nullum enim unquam puto similiter adeò uidisse
Neq; uirũ neq; mulierẽ (admiratio me tenet aspicientẽ)
Vt iste Vlyssis magnanimi filio similis
Telemacho, quem reliquit recens natum domi sua
Ille uir, quando mei impudicæ gratia Graci
Venerunt ad Troiam, bellum audax excitantes.
Hãc uicissim respandẽs alloquutus est flauus Menelaus
Sic nunc ego cognosco uxor ut tu putas.
Illius enim eiusmodi pedes eiusmodiq; manus,
Oculorumq; iactus caputq; & superna coma.
Et nunc sanè ego recordatus de Vlysse,
Loquebar quantas ille ærumnas patiens tolerauit
Pro me: caterũ hic amaras à palpebris lacrymas stillat,
Chlænam purpuream oculis obtendens.
Hũc rursus Nestorides Pisistratus contrà alloquutus
Atrida Menelaë à Ioue nutrite dux populorum, (est,
Illius quidẽ certè hic filius est, uerè quemadmodũ dicis:
Sed modestus est. indignum putat in animo,
Hunc ueniens primùm, iactationes uerborum ostẽtare
Coram te, cuius nos dei tanquam delectamur uoce.
Cæterùm mè præmisit Gerenius eques Nestor
Hunc simul comes sequerer, cupit enim te uidere,
Vt ei aut uerbis consulas, siue reipsa.
Plurimos enim dolores patitur ob patrẽ filius absentẽ:
Domi sua, cui non multi auxiliatores sunt:
Sic nunc Telemacho est: hic quidem abest, neq; alij
Sunt, qui per populum auertere possent calamitatem.
Hũc.a uicissim respõd. alloquu. est flauus Menelaus,
Papè, quàm certè amici uiri filius meam domum
Peruenit, qui mei gratia plurima subijt certamina.
Atq; ipsum statuebã reuersum amaturũ esse præcipuè
Græcorum, si nobis super mare reditum dedisset
Nauibus uelocibus fieri Olympius latè tonans Iupiter:
Et sanè ei in Argo erexissẽ urbẽ & ædes ædificassem,
Ex Ithaca ferens cum facultatibus & filio suo,
Et omni populo, una urbe euacuata earum,
Quæ circum habitabantur, imperantur.a.à meipso:
Et sanè crebrò hic unà fuissemus uersati: neq; nos
Aliud diremisset amantes q; oblectantes q;,
Antequam mortis nigra nebula obruisset.
Sed hæc quidem fortè erat ut inuideret deus ipse,
Qui illum infelicem absq; reditu solùm reddidit.
Sic ait, his uerò omnibus desideriũ excitauit luctum.
Flebat quidem Argiua Helena ex Ioue nata.

Flebat

Flebat etiam Telemachusq; & Atrides Menelaus:
Neq; sanè Nestoris filius absq; lacrymis habebat oculos.
Recordabatur enim in animo inculpati Antilochi,
Quẽ sanè Aurorae interfecit splendidae inclytus filius:
Huius ille recordatus uerba uolatilia dixit,
Atride supra alios immortales te prudentem esse
Nestor dicebat ille senex, quando recordaremur tui
Suis in domibus, & nos mutuò alloqueremur.
Quare nunc si fortè licet, pareas mihi: non enim ego
Delector flens post cœnam, sed cùm aurora
Erit manè genita neq; quicquam molestè feram
Flere, quicunq; mortuus fuerit mortaliũ & fatũ cõseq.
Illud certè munus sũlũ est miserorũ mortaliũ (fuerit.
Tondereq; comas, profundereq; lacrymas à genis.
Etenim meus mortuus est frater neutiquam ignauus
Graecorum: scies autem tu, non enim ego
Obuiam fui neq; uidi: supra alios ferunt fuisse
Antilochũ, supra alios quidẽ currendo uelocẽ bellatorẽ.
Hũc mutuis uerbis excipiẽs alloq. est flauus Menelaus:
Amice, quandoquidẽ talia dixisti quaecunq; prudẽs uir
Diceret & faceret, & qui maior natu esset:
(Eius etenim patris qui etiam prudentia loqueris:
Faciliter insignis proles uiri cui Saturnius
Honorem dedit, & dum nuberet nasceretur q;:
Quemadmodũ nũc Nestori dedit aßiduè dieb. omnib.
Ipsum quidem molliter senescere domi suae,
Filios rursus prudentes, & hasta esse optimos)
Nos uerò fletum relinquamus qui prius incidit:
Cœna. a. rursus memores simus, manibus uerò aquam
Profundant: sermones. a. etiam manè erunt
Telemacho & mihi ad colloquendum inuicem.

Κλαῖε δ' Τηλέμαχός τε καὶ Ἀτρεΐδης Μενέλαος·
Οὐδ' ἄρα Νέστορος υἱὸς ἀδακρύτω ἔχεν ὄσσε.
Μνήσατο γὰρ κῆρ' θυμὸν ἀμύμονα Ἀντιλόχοιο,
Τὸν ῥ' Ἠοῦς ἔκλεινε φαεινῆς ἀγλαὸς υἱός·
Τῷ ὅγ' ὑπομνηθεὶς ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευσεν,
Ἀτρεΐδη, περὶ μέν σε βροτῶν πεπνυμένον εἶναι
Νέστωρ φάσκ' ὁ γέρων ὅτ' ὑπομνησαίμεθα σεῖο
Οἷσιν ἐνὶ μεγάροισι, καὶ ἀλλήλους ἐρέοιμεν.
Καὶ νῦν εἴπερ πως ἐστὶ, πίθοιό μοι· ἐκ γὰρ ἔγωγε
Τέρπομ' ὀδυρόμενος· μετὰ δόρπον· ἀλλὰ καὶ ἠὼς
Ἐσσεται ἠερίγενεια· νεμεσσῶμαί γε μὲν ἐδὲν
Κλαίειν, ὅς κε θάνῃσι βροτῶν καὶ πότμον ὀπίσσῃ.
Τοῦτό νυ καὶ γέρας οἷον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι,
Κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν·
Καὶ γὰρ ἐμὸς τέθνηκεν ἀδελφεὸς, οὔτι κάκιστος·
Ἀργείων· μέλλεις δ' οὐ ἴδμεναι· ἐκ γὰρ ἔγωγε
Ἤντησ', οὐδὲ ἴδον· πέρι δ' ἄλλων φασὶ γνώεσθαι
Ἀντίλοχον, θοὸν μὲν θείειν ταχυὼ, ἠδὲ μαχητήν.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη ξανθὸς Μενέλαος·
Ὦ φίλ', ἐπεὶ τόσα εἶπες ὅσ' ἂν πεπνυμένος ἀνὴρ
Εἴποι καὶ ῥέξειε, καὶ ὃς πρεσβύτερος γένῃ·
(Τοίη γὰρ καὶ πατρὸς ὁ καὶ πεπνυμένα βάζεις·
Ῥεῖα δ' † ἐρίγνωτος γόνος ἀνέρος ὧ τε Κρονίων
Ὄλβον ὀπιπλώσῃ γαμέοντί τε γινομένῳ τε·
Ὡς νῦν Νέστορ' ὅλῳκε διαμπερὲς ἤματα πάντα,
Αὐτὸν μὲν λιπαρῶς γηράσκειν ἐν μεγάροισιν,
Παῖδας δ' εὖ πινυτούς τε καὶ ἐγχέσπαλα φῦσαι)
Ἡμεῖς δ' κλαυθμὸν μὲν ἐάσομεν, ὃς πρὶν ἐτύχθη·
Δόρπα δ' ἐξαῦτις μνησώμεθα, χερσὶ δ' ἐφ' ὕδωρ
Χεύαιτων· μῦθοι δ' καὶ ἠῶθέν περ ἔσονται
Τηλεμάχῳ καὶ ἐμοὶ, διαμπερὲς ἀλλήλοισιν.

COMMENTARIVS.

ὧν δ' ἐλένη) Quanquam ea quæ excidium Troianum subsecuta sunt, Homerus non scripsit: tamen hoc constat, credidisse illũ Menelaum Helenam in pristinum coniugij statum recepisse. Cui assentitur Dictys Cretensis lib. 5. Quin & suadentibus multis, Helenã esse interimendam, dicitur Menelaus amorem coniugij etiamnum rẽtinens, intercessu Vlyssis perfeciſſe, ut illa sibi incolumis traderetur. Eam nunc Homerus nobis proponit cum ornatu, qui mulieres frugi maximè deceat, nimirum lanificio occupatam. Iis enim instructa, quæ ad illud opus pertinent, thalamũm in quo hospites consederant, ingreditur, comitantibus ancillis, quarum singula instrumentum illius operis dominæ præcedenti gestat. Notandum est autem, non easdem ancillas hîc Helenæ tribui, quas in Iliade: quia non uidebatur consentaneum honestum, eas quæ facinoris illius fuerant participes, adhuc dominæ inseruire, ut refert ex ueterum sententia Eustathius. Ego potiùs dixerim, potentissimæ Reginæ Helenæ multas affuisse famulas, ideoq; hîc alias exhiberi propter diuersitatem, & ad copiam designandam.

ὡς Μενελάῳ) Duo hîc notanda esse arbitror. Primùm, dona à uiro offerri, à muliere mulieri. Deinde utrique conuenientia. Menelao, quæ ad domus ornamenta & sumptus necessarios pertinent: Helenæ, quæ ad lanificium, nimirum colum, & talarum: utraque non uilia, sed aurea & argentea, quòd talia etiam dignitati Helenæ maximè congruebant, & donantis etiam magnificentiã cũ liberalitate coniunctam testabantur.

ἐς γ' δ' ὃν κλισμῷ) Hoc etiam prætereundum non esse cẽseo, non prius Helenam ornatione auspicatam, quàm cõsedisset: siue hoc maiestati regiæ conueniret, siue quod aliter lanificij opus non posset aggredi. Verisimile est autem, eam antequam operi manũ admouisset, Menelaum allocutam, uel paulò pòst.

τέλεται δέ μι θυμός) Hoc ij propriè dicunt, qui aliquid animo uersantes ambiguum, tandem quod illis possus uidetur, enuntiant: quod animi est officium, effingentis ea quæ ipse meliora iudicat, in quo acquiescit, ulteriusq; dubitandum esse non censet. Sic Helena aspecto Telemacho, quanquam eum similem Vlyssi iudicet, non ausa tamen id pro certo & indubitato pronunciare: id se dicturam dicit, quod ipsa animo concipit, & ut negocium imaginata est. Sed & uidetur Poeta intellexisse, esse in homine primos motus, in quibus rarum sit sagaces nimirum & instructos prudẽtia allucinari. Vnde audacior facta est Helena ad ea dicenda, quæ se primùm animo illius obtulerunt: quasi se non aberrare aut decipi à cogitatione intelligeret. Quòd autem à similitudine Telemachi cum Vlysse eum huius filium esse, conijcit, id prudenter facit: quia hoc pacto mulierum generi patrocinatur, cuius maximè interest, filios parentum imaginem referre, ut abſit adulterij suspicio. Et hoc mihi uidetur uoluisse Athenæus, in hunc locum sic dicens, πάνυ γὰρ αἱ γυναῖκες ἀεὶ τὸ παρατηρεῖσθαι πρὸς ἀλλήλας σωφρονοῦσι, δεινὰς τὰς ὁμοιότητας τῶν παίδων ποιοῦσι τοὺς γονέας ἐλέγχειν. id est: Omnino enim mulieres quòd suam inuicem continentiam obseruent, possunt similitudines liberorum ad parentes arguere.

ἐμεῖο κυωόπιδος) Sæpissimè hæc uerba Helenæ tribuit Poeta, de quibus nos in Iliade aliquando diximus. Dio Prusæus autem, qui historiam Troianæ expeditionis ex Aegyptijs retulit, negat hoc adulterium Helenæ: sed eam Paridi legitimo coniugio à parentibus traditam peruincit, ut nos in Prolegomenis Iliados memorauimus.

κείνῳ γὰρ τοιαδὶ πόδες) De his coniecturis diximus supra lib. 1. ubi & huius loci meminimus. Duo sunt, ex quibus hũc esse Vlyssis filium arguit Menelaus. Primùm, corporis habitus similis, quoad pedes, manus, oculorum iactus, caput, & comas: deinde, quòd ad Vlyssis mentionem lacrymas profuderit, quod facturus non fit, nisi ei arctissimo sanguinis uinculo coniunctus. Alium autem non posse hunc existimari quàm filium, ex præcedentibus signis confirmatur: nam alioquin poterat & alius Vlyssis cõsanguineus in fletum effundi. Vtrumq; ergo ad certissimum argumentum concurrere oportet.

ἐκφέρῃ μανίλας) Noluit Poeta Pisistratũ quasi κακόηθες σόφισμα inducere, sed illi etiam loquendi suas partes tribuit opportunè. Nã cùm illi duo Menelaus & Helena super Telemacho ambigerent, oportuit eos in sententia confirmari, & id propriè ab ipso Telemacho præstandum esse uidebatur: sed tum dolor tum iuuenilis etiam uerecũdia fauces illi præcludebant, ut ne hiscere quidem auderet:

deret: uel, ut Pisistratus dicit, quòd non honestum existimaret, se iactantia odiosa pro Vlyssis filio uenditare: ideò Pisistratus officio ueri socij, cuius est sodali qualibet occasione adesse, functus, rem, ut est, coniugibus exponit, pariterq; Telemachum; ficta, ni fallor, causa tuetur & excusat à silentij culpa. Tum uerò ipse etiam de se pauca, dotetq; non rogatus, quis ipse sit, ac susceptæ peregrinationis huius causas explicat ipsius Telemachi homine: cuius in fine orationis perstringit casum domesticum, quòd illius bona à procis tam miserè dilapidentur.

τῷ νοί ῥ' ὦ) Intelligit Pisistratus, noluisse Telemachum sui commemoratione egregios Menelai sermones interturbare, ideoq; tãdiu ab ea sese compescuisse, ne statim molestus esset tam humano hospiti ac morosus: quod futurum uidebatur, si sui iniecta mentione orationis illius contextum abrupisset. Nam repetatur memoria series peracti iam negotij. Ingrediuntur ædes noui isti hospites, admirantur earum splendorem, lauacris utuntur, ad Menelaum accedentes mensæ assident, ibi epulantur nullo habito sermone: post remotas dapes obstupefactus Telemachus in tam magnifico ornatu eius laudes Pisistrato insusurrat, hinc data loquendi ansa Menelao, ille sub finem Vlyssis meminit, Telemachus patris nomen exaudiens lacrymatur: prodit Helena, quæ eum filium Vlyssis conijcit, ut & Menelaus. Itaq; nusquam locus Telemacho de se uerba faciendi, nisi importunè. Nam in ipso initio id fieri iã docuimus, habitum fuisse olim pro indecoro: exinde uerò sermonũ series nullum ei loquendi interuallum reliquit. Præterea quòd Telemachum & se uocem Menelai ut dei esse admiratos, & ea proinde delectatos dicit Pisistratus, modestè laudauit Menelaũ: hoc est, non prolixa oratione, sed ea quæ multùm complectitur. Et id fecit nouitas inaudita rerum, quas Menelaus suæ narrationi inseruit: quæ iuuenum animos sic perculit, ut nõ iam reliquis hominibus comparandum eum censerent, cui tam uaria essent cognita, sed ipsi Deo. Qui loquendi modus uulgaris est ac usitatus. Adde quod apud Homerum eloquentiæ laude Menelaus bene audit, qua historiæ recensio non parum exornari solet, & in sui attentionem mirificè animos audientium attrahere non sine dicentis admiratione.

ὦ πόποι) Rursus oblata occasione refricat Menalaus amicitiæ mentionem, qua in Vlyssem affectus est, ut se non leui lætitia perfundi testetur, qui tanti amici filium hospitio exceperit. Quod ut magis confirmet, ea commemorat, quæ Vlyssi, si redijsset, præstiturus fuerat in gratiam tot laborũ, quos ipse sui gratia in expeditione Troiana pertulerat. Vbi se pro rege Argi uenditat, quod tamẽ pernegat sacerdos ille Aegyptius apud Dionem Prusæum.

μνήσατο γάρ) Causa lacrymarum Pisistrati tribuitur recordationi mortui fratris Antilochi. Atqui Vlyssis tantùm facta erat à Menelao mẽtio, mirumq; uideri possit, cur non illius gratia fleuisse dicatur. Sed cùm Pisistratus neque Vlyssem alioqui nosset, nisi de nomine, neque illi ullo beneficij aut amicitiæ uinculo deuinctus esset, non potuit ad eius memoriam commoueri, nec satis grauis causa erat, cur ille ob eum lacrymaretur. Quod cùm Poeta intelligeret, aliud finxit, quod illi fletum ciêret: nimirum quòd recordatus sit Antilochi, quem ante Troiam Memnon interfecit. De illo ergo id dici potest, quod simili in casu de puellis illis in Iliade dictum est, quæ πάτροκλον ὠδύφασθαι lugebant: id est, sub Patrocli specie suos casus, id est cùm prætexerent ac simularent se Patroclum deflere. Sic etiam Pisistratus ὀδυσσέα ὠδύφασθαι luxit. Nam qui aderant, nihil aliud eius lacrymis causæ esse arbitrabantur, quàm cæteris, nimirum Vlyssem: sed Poeta in animorum abdita penetrat. Tamen leuis fuit proculdubio Pisistrati luctus, ut qui reliquos primùm consolari potuerit: itaque de eo Homerus non dixit, ἴκλαιεν ut de cæteris, quos affatim lacrymatos par est: sed, οὐκ ἐὼ ἀδακρυτ@ simpliciter.

ἀτρεΐδη) Artificiosè exordiur ab ipsius Menelai laude, ut eius animum sibi conciliet. Laudat autem illius prudentiam: quæ cùm in eo maximè uersetur, non solùm ut per nos ipsi prudenter nos geramus, sed ut etiam rectè monentibus obtemperemus: ideò petit Pisistratus, ut qui alioqui prudens est Menelaus, quod se à patre intellexisse testatur, talem se nunc exhibeat in audiẽdo ipsius cõsilio. Quod quàm rectum sit, ipsius Menelai uerba sequentia demonstrabunt.

πῖθοιο μοι) Quid? senex Menelaus iuueni Pisistrato monenti auscultet? Videretur sanè temerè sic loqui Pisistratus, qui tantum sibi arroget, ut senem ad suam sententiam trahat, quem ætatis ratione longè prudentiorem fuisse consentaneum est. Sed intelligit etiã Poeta, non esse animaduertendam in iuuene loquente ætatem, sed ea quæ dicit, adeò ut ne seniores quidem illius monita aspernari possint. Itaq; non est catholicum illud quod est infrà Odys. 7. ἀεὶ γάρ τε νεώτεροι ἀφραδέουσι. Iuuenes semper stulteſcunt. Sed aliquando illud Menandri quibusdã competit, μὴ τὴν βλέψης, ὦ νεώτερ@ λέγω, ἀλλ' ὦ φρονοῦντ@ τοὺς ἀνδρὸς λόγους ἐμοῦ. id est: Ne respicias ad iunior ætate dicam, sed an prudentis uiri sermones proferam.

ὡς ἐγὼ γε) Post cœnam lacrymis se non delectari dicit Pisistratus, uerecundatus dicere id decorum non esse: quia posset dici, eos ubi uino se satis ingurgitârunt, præ copia humoris ex ebrietate contracti in lacrymas erumpere, quod ueritus ipse Vlysses dicitur infrà Odys. 19. Ne me cogas flere, inquit ad Penelopen, mei generis commemoratione, μή τις μοι δμωῶν ἡμεσήσαντι, ἢ σύ γ' αὐτὴ φῇς ὀδυρομένῳ βεβαρῆσθαι μοι φρένας οἴνῳ. id est, Ne aliqua mihi ancillarum iraſcatur, uel tu ipsa. Dicat autem lacrymas spargere grauatum me mentibus uino.

ἀλλὰ καὶ ἠοῖ) Ne uideatur Pisistratus omnem exuisse humanitatem, qua ad lugendos mortuos nullus est qui non afficiatur: docet se non omnino recusare hoc officium lacrymandi, sed in tempns commodius differre, nimirum in auroram, ubi ieiunus cum nulla ebrietatis suspicione meliùs lacrymari poterit. Adde quòd saturatis iam conuiuio tristitia & luctus non parum detrimenti afferunt. Quò etiam respexisse Pisistratum facilè crediderim.

κείρασθαί τε κόμω) De hoc more tondendi comas, & lugendi mortuos, satis diximus anteà in Iliade.

ὅτι κάκιστος) Hoc modestum fratris encomium paulò pòst amplificat, cum dicit, πέρι δ' ἄλλων φασὶ γεγάσθαι Ἀντίλοχον, ἐξὸν μὲν θέειν ταχὺν, ἐσθλὸν μαχητήν.

ὦ φίλ' ἐπεὶ τόσα) Probat Menelaus Pisistrati consilium, illudq; Menandri, quod anteà memorabamus, sequutus est: tantumq; abest ut ob eius ætatem iuuenilem uerba eius aspernetur, ut ea potiùs talia esse affirmet, qualia & à seniore proferri possint. Itaque de Pisistrato illud Euripidis dici potest, νεανίας σοφὸς δ' ἅμα τῶν· ὅς τ' ἐν ἔλθοντ' ἄξι' ἐνθυμήσεται: Cùm iuuentus & prudentia in unum conCurrunt, res est admiratione digna.

τοῖς γὰρ κ' πατρὸς) Nihil est parentes optimos compore referre, si eos animo non repræsentamus, eorumq; uirtutes imitamur. Nã si ex Therſite optamus Achillem fieri potius q[illegible] Achille Therſitem, meritò ex Achille Achillem optabimus, & ex Nestore prudente prudentem Pisistratum natum esse laus [illegible] exigua, tum quòd per se illud amabile, tum quòd etiam rarum est. πάντες γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ φίλονται, ut diximus suprà lib. 2.

ἦσιν ἀπ' πινυτὸς) Beatum iurè Menelaus pronunciat in rebus humanis, duabus de causis. primùm, quod in priuatis ædibus senectutem pacatè & suauiter transigat: deinde, quòd filios suos tum prudentes tum fortes habeat. Prudentes dixit, propter hunc Pisistratum: fortes, propter Antilochum. Est autem non leue parentibus solatium, cùm in decrepita iam ætate filijs eiusmodi fruũtur, quales hîc describit Menelaus. Et hoc Menander sic dixit:

οὐκ ἔστι μείζων ἡδονὴ τούτης πατρὶ	*Non potest ulla maior esse patri uoluptas*
ἢ σωφρονοῦντα κ' φρονοῦντ' ἰδεῖν τινα	*Quàm temperantem & prudentem uidere aliquem*
τῶν ἐξ ἑαυτοῦ. id est:	*Eorum qui ex se prognati sunt.*

Et alibi, εὐδαιμονία τοῦτ' ἐστι, γέρων ὃν ἔχειν: *Felicitas est filium prudentem patri.* Et Euripides in Ione,

ἐμοὶ μὲν πλοῦτος τε πάρ@	*Mihi quidem & diuitiæ præsentes*
βασιλικῶν θαλάμων τ' εἶεν	*Et regij thalami*
τροφὴ κηδεστὰς κεδνοὺς τίκτων.	*Educatrones propriæ inclytorum filiorum.*

δόρπα δ' ἐξαῦτις) Eustathius noster in hunc locũ sic ait: δοκοῦσι οἱ παλαιοὶ κ' μετ' κλαυθμὸν δαινυσθαί ἐς δεῖπνα τοὺς μόνους ἵνα. id est: Videntur ueteres etiam post luctum lauisse in expiationem quandam. Sed ego amplius quæro, qualis sit huiusmodi cœna, quæ tã citò post illam priorem exhibita est. Athenæus lib. 1. ubi quatuor nomina ueterum cœnarum (Per cœnas hîc tẽpora intelligi uolo uaria, quibus cibi in die capiuntur) nimirum ἀκράτισμα, ἄριστον, ἐπιέλασμα, δεῖπνον recensuit: tandem cùm uideret hæc ad nullum referri posse, dixit peculiare fuisse hoc Menelai conuiuium; nimirum alio modo institutum, quàm reliqua. Siquidẽ licet paulò antè à cibis quieuerint, nunc tamen pauco interiecto tempore ad eos capiendos se componunt.

Ὡς ἔφατ'. Ἀσφαλίων δ' ἄρ' ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευεν,	*Sic ait, Asphalion uerò aquam manibus infudit*
Θ' τεροὸς θεράπων Μενελάου κυδαλίμοιο.	*Sedulus famulus Menelai glorioſi.*

Hi

Hi uerò ad cibos paratos appositos manus mittebant.
Ibi tum alia excogitauit Helena è Ioue nata.
Protinus ſanè in uinũ miſit pharmacũ unde bibebãt,
Abſq; dolore & ira, malorum obliuionem inducens,
Qui illud deglutierit poſtquam crateri mixtum erit:
Non utiq; tota die pfundere poterit lacrymas à palpe-
Neq; ſi ei mortui fuerint materq; paterq;, (bris
Neq; ſi ei coràm fratrem aut charum filium
Ferro trucidarent, ipſe uerò oculis uideret.
Talia Iouis filia habebat pharmaca utilia
Bona, quæ illi Polydamna præbuit Thonis uxor
Aegyptia, qua plurima producit fertilis terra
Pharmaca plurima qdẽ ſalubria mixta, multa letha-
Medicus uerò unuſquiſq; peritus ſupra omnes (lia,
Homines: ſanè enim Paeonis ſunt ex generatione.
Caterũ poſtquã ſane immiſit, iuſſitq; uinũ infundere,
Denuò uerbis excipiens alloquutus eſt,
Atride Menelaë à Ioue nutrite, atq; etiam hi
Virorum fortiũ filij (porrò Deus alterum poſt alterum
Iupiter bonumq; malumq; tribuit, poteſt.n. omnia)
Quare nunc conuiuamini ſedentes in domibus,
Et ſermonibus delectamini: decentia.n. ordine dicam.
Omnia quidem nõ ego enarrare queam, neq; nominare
Quot Vlyſſis patientis ſunt certamina:
Sed qualiter iſtud fecit & ſuſtinuit fortis uir
Populo in Troianorum, ibi paſſi eſtis erumnas Graeci:
Seipſum plagis indecentibus domando,
Vilibus pannis circumiectis ad humeros ſeruo ſimilis,
Virorum hoſtium ingreſſus eſt urbem latam:
Alteri uerò ſeipſum uiro diſſimulans aſſimulauit
Mẽdico, qui neutiquã talis erat apud naues Graecorum
Huic ſimilis ingreſſus eſt Troianorũ urbẽ, illi. v. ignora
Omnes: ego uerò ipſum ſola agnoui talem, (bant
Et ipſum interrogabã: ille. v. aſtutia tergiuerſabatur.
Sed quando certò ipſum laui & unxi oleo,
Veſtibus autem indui & iuraui ualidũ iuramentum,
Non ante Vlyſſem Troianis me editurum,
Quàm ipſe ad naues celeres tentoriaq; perueniſſet:
Et tandem mihi omnem rem aperuit Graecorum.
Plurimos aũt Troianorũ cùm interfeciſſet longo ferro,
Venit ad Graecos: aſtutiam uerò induxit multam,
Ibi alię Troianæ ſtridulè eiulabant: ſed meum pectus
Gaudebat. nam iam mihi corde uerſum erat redire
Rurſus domum: damnum uerò deflebam quod Venus
Dederat, quando me duxit hinc chara à patria terra,
Filiamq; meam defraudans, thalamumq; mariturumq;,
Nullius rei indigentẽ, neq; mente, neq; pulchritudine,
Hãc uerò dictis excipiẽs alloquu. eſt flauus Menelaus,
Et certè hæc omnia uxor ut decet dixiſti:
Iam quidem multorum cognoui cõſiliumq; mentemq;
Virorum heroum, multamq; peragraui terram:
Sed nondum talem ego uidi oculis,
Qualis Vlyſſis patientis erat gratum pectus,
Quale etiam illud fecit & ſuſtinuit fortis uir,
Equo in polito, ubi inſidebamus omnes optimates
Graecorum, Troianis cædem & fatum inferentes,
Veniſti deinde illuc: iuſſiſſe autem te debuit
Deus, qui Troianis uoluit gloriam prabuiſſe,

Οἱ δ' ἐπ' ὀνείατ' ἐτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.
Ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε Διὸς κυγερὴ θυγάτηρ.
Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ᾧθι πεπόσθει,
Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ὑπεμνήσαντο ἁπάντων.
Ὃς τὸ καταβρόξειεν ἐπὶ κρητῆρι μιγείη,
Οὐκ ἂν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν,
Οὐδ' εἰ οἱ κατὰ τεθναίη μήτηρ τε πατήρ τε,
Οὐδ' εἰ οἱ πρὸ πάροιθεν ἀδελφεὸν ἢ φίλον υἱὸν
Χαλκῷ δηϊόωσιν, ὁ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῴτο.
Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόωντα
Ἐσθλὰ, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶν' παράκοιτις
Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' ὀλε-
Ἰητρὸς δ' ἔκας ἐστὶν ὀπιζάμενος περὶ πάντων (θρα
Ἀνθρώπων· ἦ γὰρ Παιήονός εἰσι γενέθλης.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἐνέηκε, κέλευσέ τε οἰνοχοῆσαι,
Ἐξαῦτις μύθοισιν ἀμειβόμενον περοσέειπεν,
Ἀτρεΐδη Μενέλαε διοτρεφὲς, ἠδὲ καὶ αἵδε
Ἀνδρῶν ἐσθλῶν παῖδες (ἀτὰρ Θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ
Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε δίδοι· δύναται γὰρ ἅπαντα)
Ἧ τοι νῦν δαίνυσθε καθήμενοι ἐν μεγάροισι,
Καὶ μύθοις τέρπεσθε· ἐοικότα γὰρ καταλέξω.
Πάντα μὲν οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω
Ὅσσοι Ὀδυσῆος παλασίφρονος εἰσὶν ἄεθλοι·
Ἀλλ' οἷον τόδε ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς αἰνὴρ
Δήμῳ ἐνὶ Τρώων, ὅθι πάσχετε πήματ' Ἀχαιοί·
Αὐτὸν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσας,
Σακέσπαρα κακὰ ἀμφ' ὤμοισι βαλὼν, οἰκῆϊ ἐοικὼς,
Ἀνδρῶν δυσμενέων κατὰ δῦ πτόλιν εὐρυάγυιαν·
Ἄλλῳ δ' αὖτὸν φωτὶ κατακρύπτων ἤϊσκε
Δέκτῃ, ὃς ἀδδὲ τοῖος ἐὼν ὑπὸ νηυσὶν Ἀχαιῶν·
Τῷ ἴκελος κατὰ δῦ Τρώων πτόλιν. οἱ δ' ἀβάκησαν
Πάντες· ἐγὼ δέ μιν οἴη ἀνέγνων τοῖον ἐόντα,
Καί μιν αἰνῴτων ὁ δ' ἀκερδοσύνῃ ἀλέεινεν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ μιν ἐγὼν ἐλόουν καὶ χεῖον ἐλαίῳ,
Ἀμφὶ δ' εἵματα ἔσσα, καὶ ὤμοσα καρτερὸν ὅρκον,
Μή μοι πρὶν Ὀδυσῆα μετὰ Τρώεσσ' ἀναφῆναι
Πρίν γε τὸν ἐς νῆάς τε θοὰς κλυσίας τ' ἀφικέσθαι·
Καὶ τότε δή μοι πάντα νόον κατέλεξεν Ἀχαιῶν.
Πολλοὺς δ' Τρώων κλεινὰς ταναηκέϊ χαλκῷ,
Ἦλθε μετ' Ἀργείους δ' φρόνιν ἤγαγε πολλήν.
Ἔνθ' ἄλλα Τρωαὶ λίγ' ὀκώκυον, αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ
Χαῖρ', ἐπεὶ ἤδη μοι κραδίη τέτραπτο νέεσθαι
Αὖ ψ οἰκόνδ'· ἄτλην δ' μετέτισσεν, λῦ Ἀφροδίτη
Δῶχ' ὅτε μ' ἤγαγε κεῖσε φίλης ἄπο πατρίδος αἴης,
Παῖδά τ' ἐμὴν * νοσφισαμένην, θάλαμόν τε, πόσιν τε, *κ. νοσφιζα-
Οὔτ' ὀλιγώμενον, οὔτ' ἄρ φρεσίας, οὔτέ τι εἶδος. σαμένην
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη ξανθὸς Μενέλαος,
Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα γύναι κατὰ μοῖραν ἔειπες·
Ἤδη μὲν πολέων ἐδάην βουλήν τε νόον τε
Ἀνδρῶν ἡρώων, πολλὴν δ' ἐπελήλυθα γαῖαν·
Ἀλλ' οὔπω τοιῆδε ἐγὼν ἴδον ὀφθαλμοῖσιν
Οἷον Ὀδυσῆος παλασίφρονος † ἔσκε φίλον κῆρ. κ. ἦν
Οἷον καὶ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς αἰνὴρ,
Ἵππῳ ἐνὶ ξεστῷ, ἵν' ἐνήμεθα πάντες ἄριστοι
Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
Ἦλθες ἔπειτα σὺ κεῖσε· κελεύσεμεν δέ σ' ἔμελλε
Δαίμων, ὃς Τρώεσσιν ἐθέλετο κῦδος ὀρέξαι,

Καὶ

	Καί τε Δηΐφοβος θεοείκελος ἕσπετ' ἰοῦσα.	*Et te Deiphobus deo similis ſequebatur profectam,*
	Τρὶς μὲν περίστειξας κοῖλον λόχον ἀμφαφόωσα,	*Ter autem circumluſtrati cauas inſidias attrectans,*
	Ἐκ δ' ὀνομακλήδην Δαναῶν ὀνόμαζες ἀρίστους,	*Nominatim uerò Græcorum nominabas optimates,*
	Πάντων Ἀργείων φωνὴν ἴσκουσ' ἀλόχοισιν.	*Omnium Græcorum uoce aſſimulata uxoribus:*
	Αὐτὰρ ἐγὼ καὶ Τυδείδης καὶ δῖος Ὀδυσεὺς	*Cæterùm ego & Diomedes & diuus Vlyſſes*
	Ἥμενοι ἐν μέσοισιν, ἀκούσαμεν ὡς ἐβόησας.	*Sedentes inter medios, audiuimus ut uocabas.*
	Νῶϊ μὲν ἀμφοτέρω μενεήναμεν ὀρμηθέντε	*Nos quidem ambo promptieramus facto impetu*
	Ἠ ἐξελθέμεναι, ἢ ἔνδοθεν αὖψ' ὑπακοῦσαι·	*Potius exire quàm intus rurſus audire:*
ἐμείνετο	Ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε καὶ ἔσχεθεν * ἱεμένω περ.	*Sed Vlyſſes prohibuit & continuit quantũuis cupidos.*
	Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἀκὴν ἔσαν ἡῶες Ἀχαιῶν·	*Ibi alij quidem omnes abſq; uoce filij Græcorum:*
	Ἀντίκλος δ' ἤ σ' οἷος ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν	*Anticlus uerò te ſolus conuenire uerbis*
	Ἤθελεν· ἀλλ' Ὀδυσεὺς ὄπα μάσσατο χερσὶ πίεζε	*Voluit: ſed Vlyſſes os manibus compreſſit*
	Νωλεμέως κρατερῇσι, σάωσε δὲ πάντας Ἀχαιούς·	*Indeſinenter fortibus, ſeruauit uerò oẽs Græcos:* (uã.
	Τόφρα δ' ἔχ' ὄφρά σε νόσφιν ἀπήγαγε Παλλὰς Ἀθήνη.	*Tã diu detinuit, donec te ſeorſim adduxit Pallas Miner*
	Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπυμένος αὐτίον ηὔδα,	*Hũc rurſus Telemachus prudẽs cõtrà alloquutus eſt,*
	Ἀτρεΐδη Μενέλαε διοτρεφὲς, ὄρχαμε λαῶν,	*Atride Menelaë à Ioue nutrite, dux populorum,*
	Ἄλγιον· ἦ γάρ οἱ τι τάγ' ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον,	*Durũ eſt: non enim ei iſta depulerunt triſtem mortem,*
	Οὐδ' εἴ οἱ κραδίη γε σιδηρέη ἔνδοθεν ἦεν.	*Neq; ſi ei cor ferreum intus eſſet.*
ὄφρα κεν ἐπάμε	Ἀλλ' ἄγετ', εἰς εὐνὴν τρέπεθ' ἡμέας, † ὄφρά κεν ἤδη	*Sed agite ad cubile ducite nos, ut iam*
δω	Ὕπνῳ † παρπώμεθα χειμηθέντες.	*Somno à dulci delectemur dormientes.*
	Ὣς ἔφατ'. Ἀργείη δ' Ἑλένη δμωῇσι κέλευσε	*Sic ait, Argiua autem Helena ancillis præcepit*
	Δέμνι' ὑπ' αἰθούσῃ θέμεναι, καὶ ῥήγεα καλὰ	*Cubilia ſub porticu ponere, & ſtragula pulchra*
	Πορφύρε' ἐμβαλέειν, στορέσαι τ' ἐφύπερθε τάπητας,	*Purpurea injicere, ſternereq; ſupernè tapetas,*
	Χλαίνας τ' ἐνθέμεναι οὔλας καθύπερθεν ἑσασθαι.	*Lanasq; imponere uilloſas ad ſuprà cooperiendum.*
	Αἱ δ' ἴσαν ἐκ μεγάροιο, δάλα δμῳὴ χερσὶν ἔχουσαι·	*Illæ ibant ex ædibus facem in manibus geſtantes.*
	Δέμνια δὲ στόρεσαν. ἐκ δ' ξείνους ἄγε κήρυξ.	*Cubilia uerò ſtrauerunt, hoſpites autem eduxit præco.*
	Οἱ μὲν ἄρ' ἐν προδόμῳ δόμου αὐτόθι καιμήσαντο	*Hi quidem in ueſtibulo domus illic dormiebant*
	Τηλέμαχός θ' ἥρως καὶ Νέστορος ἀγλαὸς υἱός·	*Telemachuſq; heros & Neſtoris inclytus filius:*
	Ἀτρεΐδης δ' ἐκάθευδε μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο,	*Atrides uerò dormiuit in receſſu domus excelſæ,*
	Παρ δὲ Ἑλένη ταναὸπεπλος ἐλέξατο δῖα γυναικῶν.	*Iuxta enim Helena lato peplo cubabat p̃ſtant. mulierũ.*

COMMENTARIVS.

νηπενθὲς τ' ἀχολόν τε) In Lexico exponemus quid ſit νηπενθὲς: nunc mihi dicendum eſt, non poſſe me perſuaderi hîc aliud eſſe quàm adiectiuum τὸ φαρμάκον illius, quod Helena uino immiſcuit. An uerò hoc uerum ſit pharmacum, an quippiã allegoricum, multi diſputant. Plutarchus & Macrobius de narratione Helenæ intelligunt, quæ mœrorem ac dolorem auditorum diſcuſſerit. Vtriuſque locos tum propter huius rei pleniorem illuſtrationem, tum ob utriuſq; inter ſe ſimilitudinem placet huc deſcribere. Sic ergo Plut. Sympoſ. lib. 1. Quæſt. 1. οἱ μὲν ἐν τῷ βάγλωσσα κρατεμιγνῦντες ἐς τὸν οἶνον, καὶ τοῖς λαμπρίσμασι τῶν θριαμβεύων, καὶ ἀδιάντων τὴν ἰδέαν ῥαίνοντες, ὡς τέρπειν δοκοῦσι τοῖς εἰσιοῦσιν εὐθυμίαν καὶ φιλοφροσύνην εὐδιάθετον ἐμποιοῦντα τῷ Ὁμηρικῷ Ἑλένῃ πανφάρμακον ἐπιτιθέντι τὸν ἄκρατον, ὑπὸ σπουδῆς ὄντι καὶ πάθους ἀκατέλεκτον ὄντ' Αἰγύπτιόν μοι δοκεῖ μακρὸν ὁδὸν ἐς λόγους ἐπεισκέας, καὶ πρέποντας ἐπελεύσεσθαι. ἡ γὰρ Ἑλένη πίνουσι αὐτοῖς δικαίαν τὴν ὀδυσσέως——οἷον ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ αὐτόν, μὴ πληγῆσι δαμάσας. τοῦτο γὰρ ὡς ἔοικε τὸ νηπενθὲς φάρμακον καὶ ἀνώδυνον, λόγους ἔχον καιροὺς ἁρμόζοντα τοῖς παροῦσι πάθεσι καὶ πράγμασιν. id eſt: Ac nonnulli quidem bugloſſa uinum permiſcentes, & uerbenacarum uel adiantorum aſpergine pauimenta irrorant: quaſi hæc quandam conuiuis lætitiam atque hilaritatem concilient, ad exẽplum illius Homericæ Helenæ, quæ uinum nõ nihil medicatum propinabat: non conſiderãt etiam illam fabulam longo itinere ex Aegypto uſq; circumuagantem in ſermones euaſiſſe urbanos & congruos. Namq; commemorat illis potantibus Helena de Vlyſſe, quid fecerit & paſſus ſit fortiſsimus uir, ſeipſum plagis fœdis affligens. Id ſcilicet mœrorem & dolorem diſcutiens pharmacum, oratio erat tempeſtiua & accommodata præſentibus animorũ motibus & negotijs. Hæc ille. à quo deſumpſit Macrobius Satur. lib. 7. cap. 1. his uerbis: Nam ſi Homeri latentem prudentiam inſcruteris altius, delimentum illud quod Helena uino miſcuit, νηπενθὲς τ' ἄλοχόντε κακῶν τ' ἐπίληθες ἁπάντων, non herba fuit, non ex India ſuccus: ſed narrandi opportunitas, quæ hoſpitem mœroris oblitũ flexit ad gaudium. Vlyſis enim præclara facinora filio præſente narrabat. Ergo paternam gloriam & ſingula eius fortia facta dicẽdo, animum filij fecit alacriorem, & ita credita eſt contra mœrorem uino remedium miſcuiſſe. Huc uſque Macrobius. Sed hæc allegorica interpretatio mihi non placet, neq; ullus probabit, ſi propius Homerica uerba intueatur. Siquidem expreſsè Homerus narrationem Helenæ ab hoc pharmaco diſtinguit. Quinimò ſiquidem ita ſit intelligendum, ut ipſi uolunt, cur hoc illi pharmacum à Polydamna Thonis medici uxore datum obſeruaſſet? cur eo nomine Aegyptum pharmaca omnigena ferentem laudaſſet? Deinde cur has uires huic pharmaco tribueret lacrymas omnibus ſiſtendi, qui eo uſi fuerint? An illa narratio ſola Vlyſsis adeò potens & efficax erit? Porrò aliud ſtatuendum eſt, & cùm Aegyptus inter cætera hoc habeat ſingulare, quòd pharmacorum ſit feraciſsima, ut ipſe Poeta paulò pòſt pronunciabit, & reliqui teſtantur hiſtorici: hoc reuera fuiſſe aliquod pharmacum ex herbis quibuſdam compoſitum, aut ex ſimplici, ut nonnulli uolunt, & nos paulò poſt dicemus. Cæterum abijt in prouerbium Helenæ crater (ut notant Rhodiginus uariarum lectionum libro 19. cap. 2. & Iunius in Adagijs) cuius exemplum eſt apud Philoſtratum in Sophiſtis, καὶ τὸ φρόντισμα τοῦτο ἄρεσκε πᾶσιν, καὶ τὸ ἀχθῆναι σοι καθεῖσε τῆς γνώμης, ὥσπερ ὁ κρατὴρ τῆς ἑλένης τοῖς αὐτοπτοις φαρμάκοις. De hoc loquutus eſt Plinius lib. 25. Homerus (inquit) primus doctrinarum & antiquitatis parens gloriam herbarum Aegypto tribuit, herbasq; Aegyptias à regis uxore traditas ſuæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud Nepenthes obliuionem triſtitiæ afferẽs, & ab Helena utiq; omnibus mortalibus propinandum. Porrò, inquit Cœlius, ſunt ex diligentioribus, qui rimati exactius cuiuſnám modi foret pharmacum id, ex quibuſq; concinnaretur, ſuſpicati ſint eſſe bugloſſam: propterea quòd de ea ſic prodiderit Galenus, καὶ τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενον εὐφροσύνης αἴτιον γίνεται: id eſt, Vino iniecta hilaritatem inducit. Scribunt medicorum ſcientiſsimi euentus mirabilis eam cenſeri rationem, quòd ſanguis inde clarior fiat, expurgatioráq;: porrò & cor confoueatur, à quo mox & hepar: id autem ſic affectum, laudabilem ſanguinem producere, unde cooriatur lætitia. Medicamenta uerò hoc genus dicebant πηγὰ, iuxta Aeſchylum, quòd ebiberentur uelut ποτὰ uel πόσιμα, &c. Hæc Cœlius loco memorato. Quod autem reuerà pharmacum fuerit, teſtatur Athenæus lib. 5. ait enim de Helena, ὡς τὸν οἶνον ἐμβαλοῦσα πάντας πρὸς ὑγίειαν φάρμακον: id eſt, In uinum injicit ſalutare ad omnes morbos reuerà pharmacum.

πρὸς Πολύδαμναν) Conijcio Menelaũ, cùm in Aegypto eſſet, ab hoc Thoni rege hoſpitio fuiſſe exceptum, & pro more uſitato hoſpitalitatis ab eodem muneribus donatum, & Helenam ab eius uxore Polydamna. Tamen legiſſe me apud Aelianum de Animal. lib. 9. cap. 21.

cap. 21. memini, cùm Thônis Aegyptiorum rex custodiendam accepisset Helenam à Menelao, per superiora Africæ circa Aegyptum & Aethiopiam oberrante, inq; eius amorem incidisset, & uim illi inferre conaretur, famam esse, illam uxori Thonidis Polydamnæ rem omnem aperuisse. Polydamnam uerò & metuentem, ne propter formam sibi aliquando præferretur Helena, & simul miseran tem in Pharum (quæ insula est diuersis & multis serpentibus plena) eam exposuisse, & donauisse illi herbam serpentibus illic abun dantibus aduersariam: cuius sensus (ut ferunt) quàm primùm perceptus est à serpentibus, illi passim in terram sese abdiderũt. Helena uerò herbam plantauit, quæ suo tempore semen serpentibus inimicum protulit, Helenium q; appellatur. Ea si uera sunt, dicemus Homerum, cùm hæc intellexisset, potuisse fingere Helenæ à Polydamna donata quoq; alia fuisse pharmaca, eodem planè animo, quo herbam illam serpentalem. Quanquam malim priori meæ coniecturæ adhærere, cùm rem tam memorandam de proiecta in illam insulam Helena alioqui non esset prætermissurus.

ἰητρὸς δὲ ἵκανος) Laudat Aegyptios à rei medicæ peritia, quam *πανδοξότερον* omnibus tribuit, nimirum ut medicorum pluralitas intelligatur. Vel etiam cùm adeò fœcundam pharmacis Aegyptum proponat, potuit etiam fingere omnes illic esse medicos, ut faci lius credatur eadem pharmaca dignosci, ut ait Eustathius. Sed Herodotus in Euterpe hoc idem quod de pluralitate medicorum in ea regione diximus, confirmat. Nam ibi medicinam in hunc modum distributam esse ait, ut singulorum morborum sint medi ci, non plurium, itaq; omnia referta esse medicis. Alij enim sunt oculorum, alij dentium, alij alui & uicinarum partium, alij morbo rum occultorum, &c. Itaq; non sine causa Aegyptijs omnibus medicinæ facultatem tribuit propter innumerabiles eius gentis me dicos, quò respiciens hyperbolicè loquutus est.

αὐτίκ' ἐκὰς ἦ' ὀΐνυσε) Ex his uerbis manifestè constat, reuerà pharmacum ab Helena conuiuarum poculis immixtum fuisse, neq; il lud de narratione esse intelligendum: siquidem expresè dicit Poeta, post immissum pharmacum demum esse sermonem exor sam Helenam.

ἀγαθὴ Μενέλαε) Obseruat apprimè decorum: oportuit enim Helenam, pro reuerentia, qua uxores uiros prosequi par est, primũ Menelaum affari, deinde cæteros conuiuas.

κρήθεμνοι) Ex hoc loco apparet, ueteres illos mensis assedisse, non uerò accubuisse, ut posteriore seculo factum est, præcipuè a pud Romanos.

πάντα μὲν οὖν κε καὶ ἐγώ) Duplici figura utitur, inquit Eustathius. Primùm Præteritione, cùm se non omnia Vlyssis facta memorare posse dicit: deinde Admiratione in illis uerbis, *ἀλλ' οἷον τὸ δὴ ἔρεξε*, &c. quod sine dubio attentiores fecit auditores. Et sanè factum illud Vlyssis, quod narratura est Helena, egregium est adeò, ut nesciam an ullum inter cætera quæ illi attribuuntur, maiore sit admiratione dignũ. Nam dicitur se ipsum plagis ac uulneribus defœdasse, ac pannosus Troiã ingressus hostilia castra exploraturus. Vbi satis testatum fecit, quàm Græcorum utilitati uelificaretur, ut qui illius gratia ne corpori ac uitæ suæ pepercerit, cùm se ita miserè afflixisset, & in periculum mortis se coniecisset. De corporis sui defœdatione exemplum etiam extat apud Herodotum de Zopyro, sed historia huic est dissimilis.

ἐγὼ δέ μιν) Helena Vlyssem dicitur agnouisse, quia nimirũ sæpe anteà illum in Græcia uiderat, putà Lacedæmone, ubi fuerit Vlysses, aut uisitandi Icarij patris Penelopes gratia, aut etiam tum cum Penelopen duceret. Imò & inter Helenæ procos numeratur. Norat etiam illa prætereà cæteros Græcorum proceres, ut testatur liber tertius Iliadis, ubi ea ipsos Priamo roganti designat.

ἐλέαιρε) Agnitum Vlyssem Helena excepit occultè, ut credo, uel sub humanitatis prætextu, qua in pauperem & miserum hominẽ, qualis ille apparebat, affecta sit. Dicitur autem ipsamet eum lauisse, ac oleo unxisse, quod argumentum est, probans id olim mulie rum fuisse officium, ut anteà quoq; annotauimus. Cùm autem hoc illa ancillis suis posset demandare, tamen non potuit ipsa regi Vlysi, licet in illa calamitate alius uideretur, non præstare, tum ut facilius de rebus Græcorum ipsum percunctaretur. Vtebantur autem ueteres post aquæ balneum, olei unctione, qua partes per lotionem asperiores factæ mollescebant, ut est apud Athenæũ libro primo Dipnosoph.

ἐκὰ ἠδὴ) Talem nobis Helenam effingit Poeta, ut sæpe monuimus, nimirum quæ sponte Troiam cum Paride nauigarit (quod i psa tamen nunc Veneri tribuit: quasi dicat, non potuisse se Numini ita iubenti resistere) deinde uerò facti pœnitentia commota fit. Sed qui Helenam nunquam Troiæ fuisse tradunt, ut Euripides, qui eam in Aegyptum à Mercurio translatã dicit, hoc negabũt. Sed nos omnia in Prolegomenis Iliadis attigimus.

ἤδη μὲν πολίων) Pergit in laudando Vlysse Menelaus, eũq; primùm generaliter reliquis omnibus anteponens, quos ipse nouit (no uit autem multos in tam longa & uaria peregrinatione) deinde factum eius commemorat, ex quo summa illius prudentia appa rebit. Cùm Græci in equo illo Troiano laterent, compellante Helena singulos Heroas, reliqui duo Diomedes & Menelaus ueriti ne fraus eorum detegeretur, parati erant exire, ac potiùs impetum facere, quàm si denuò se uocari paterentur: at Vlysses cum rẽ fo re irritam intelligeret, cõpresisse eos dicitur: quæ summa fuit prudentia. Detecto enim dolo, metus erat ne uel ipsi à Troianis op primerentur, uel sibi imposterum ab huiusmodi insidijs Troiani præcauerent, & ita elusi expectatione Græci in patriam re infe cta reuerterẽtur. Vt & hoc ad ea quæ primo libro dicebamus, addi possit, deberi Vlysi Troiæ excidium hoc etiam nomine, quòd eius beneficio hic dolus equi Troiani felicem exitum sortitus sit.

ἵππῳ εἰκυῖα ξεστῷ) Equus iste Troianus celeberrimus est, de quo infrà lib. 8. dicitur quippiam à Demodoco. Vulgaris fama est, sub finem decennalis belli suasu uatis Helenifabricatum equum ab Epeo, quem, fœdere sophistico cum Troianis de pace ac discessu cõtracto, simularunt se Mineruæ dicasse, ut Troiæ in illius Deæ templo collocaretur. In eius utero concluſi proceres Græcorum fuerunt, admisso tandem intra mœnia equo, illi media nocte erupisse dicuntur, & Troianos uino & somno obrutos (nimirum in illa festi celebritate) profligasse. Sed Dictys Cretensis lib. 5. ait, Græcos discessum simulantes ad Sigæum secessisse, ibi noctem operien tes: qua ueniente datoq; signo à Sinone, ad eam rem clàm posito, eos ad Troiam nauigasse multo silentio, Barbaros q; propter se curitatem pacis uino & somno fessos oppressisse, diuisis inter se ciuitatis locis: anteà tamen admissum in urbem equum illum scri bit. Sed sacerdos ille Aegyptius apud Dionem hoc quidem munus à Græcis Mineruæ oblatum dicit, sed Troiam captam ullo mo do negat. Ait ergo fessos longo bello Græcos pacem à Troianis petijsse, quã Priamus illis concesserit: petens tamen & ipse ut Gre ci mulctam præstarent aliquam, quòd nulla læsi iniuria bellum intulissent. Quam Vlysses Græcorum legatus concedens dixit se re licturos pulcherrimum & maximum Mineruæ donum, & inscripturos, Propitiatorium hoc donum dederunt Achiui Mineruæ Li lienſi: hoc illis magno futurum honori, & aduersus se testimonium, quòd essent uicti. Facta ergo esse fœdera inter Troianos & A chiuos: tandem equum perfectum esse ab Achiuis, magnum opus, Troianos q; sursum eum traxisse ad ciuitatem: quem cum portæ suscipere non possent, partem mœniorum diruisse. Vnde ridiculè dictum est, inquit, quòd ciuitas ab equo capta sit. Hinc recessisse exercitum, hunc in modum fœderi illigatum. Hæc ille. Cæterùm Durateus est equus ille appellatus à Lucretio lib. 1.

Nec clam Durateus Troiai Pergama partu Inflammasset equus nocturno Graiugenarum.

Vbi uox Partu indicat, eum uulgarem opinionem sequutum esse. Dicitur & Durius *ἀπὸ τῶν δρυφάτων*, hoc est lignis seu trabibus, ut canit Poeta, *sectaq; intexunt abiete costas*. Et Apollonio lib. 2. Argon. lignea turris uocatur: ab Horatio Carm. lib. 4. Od. 6. Equus Miner uæ, ubi de Achille loquens sic ait:

Ille non inclusus equo Mineruæ Troas, & latam Priami choreis
Sacra mentito, male feriatos Falleret aulam.

A M. Tullio Equus Troianus dicitur. Abijt autem in prouerbium Durateus equus, de clandestinis insidijs: aut ubi repentè complu res apparent, qui latebant anteà. Vide Erasmum Adag. chil. 4. cent. 2. prou. 1. Clemẽs etiam Alexandrinus lib. 2. Stromatum ex eo a liud prouerbium fecit, Durei equi speciem præfert, quod obseruauit Iunius. *τοῦτο δέ*, inquit, *τὸ μῦθον παρεσημήνατο, ὡς δυρείᾳ πρὸς ὄψιν ἱππικὴ τὸν ποιητὴν μῦθον εἰκάσαι σώζει ὁ κατὰ βασιλέα δὴ ἄνθρωπος, ᾧ ἐν σώματι ποικίλων πνευμάτων ἀλλοφύλου στρατὸν ἐγκυκλιομένων*. id est: Id solùm nunc obseruandum, quòd Durei equi speciem quandam obtinet, iuxta Poetarum fabulam, Basilidæ homo uno in cor pore tot diuersorum spirituum exercitum in aluo incluſum habens. Pausanias lib. 1. in Athenienſium arce Durium ex ære positum dicit, quem machinam fuisse bellicam, inquit, ab Epeo factam ad muros deijciendos, fateatur necesse est, qui Troianos nolit stupo ris ac stultitiæ condemnare. Verùm, quoniam traditum est, Græcorum fortissimum quenque in equum illum se abdidisse, conue nit equi ænei forma cum ijs, quæ de Troiano memoriæ prodita sunt. Menestheus enim Teucer, Thesei etiã filij ex equo erumpũt. Sed de hoc equo etiam in Lexico.

κελεύσειμμι δέ σ' ἔμμεναι) Cùm dixisset anteà Helena, mutatum sibi iam animum fuisse ad reditum, pœnituisse q; illam tam turpis facti, quod Menelaum credidisse par est, noluit proinde Menelaus uxori mendacij aut inconstantiæ labem aspergere: quod facturus

nidebatur, ſi eam proprio motu ad equum Durium acceſsiſſe pronunciaret. Itaq; maluit eius rei cauſam Numini aſsignare, alicui nimirum ex ijs qui Græcorum partibus aduerſabantur, à quo Helena coacta ſit ad explorandos ea uocum ſimulatione Græcos. Nequis autem miretur Poetam ſibi non conſtare, cùm aliàs malorum cauſam hominibus ipſis tribuat: ſolet enim ipſe pro ratione perſonarum loquentium ſermones fingere. Deinde hic locus non agit expreſsè de ea malorum cauſa, de qua anteà Iupiter egit. Porrò cùm auſus ſit Poeta Deos inter ſe opponere, alios Græcis, alios Troianis affingendo: potuit etiam liberè pronunciare, hoc periculum Menelao & cæteris Græcis à Deo aduerſario creatum fuiſſe.

πάντων ἀρχέων) Veteres hoc Poetæ figmentum uituperarunt, quòd incredibile ſit Helenam ſic uocem pro libito commutaſſe. Deinde quî fieri potuiſſet, inquiunt, ut quæ paulò antè mentem ad reditum conuerterat, ſic doloſè uocem conſuderit, ut ea ratione Græcos detegeret, & pauco tempore maius illis damnum, quàm per integrum decennium ſubierint, compararet? Sed ſatis uidetur reſpondiſſe Poeta, cùm hoc ui diuina peractum fuiſſe dicit. Addunt tamen ualidius argumentum, quomodo eſſent creditura Græci ſuas uxores adeſſe? Itaque ridicula eſt illa uaria uocum ſimulatio, quæ Helenæ affingitur. Neq; hoc ſuperiore reſpõſo ſoluì arbitror, ut Euſtathius tamen exiſtimat. Ego dixerim licuiſſe hoc Poetæ, ut & infinita alia. Cæterùm fabula fert, Helenam fuiſſe φωνήμονα, uocumque imitatricem, unde & ipſam Echo dictam aiunt. Et hoc munus illi à Venere oblatum, cùm Menelao nupſit, ut ſiquando uir alij ſe iungeret, hac uocis eius, quæ amaretut, ſimulatione illũ poſſet facti arguere. Et hoc refert Euſtathius, quod me alibi nuſquam legiſſe memini.

αἶας μὲν) Hoc conciſè dictum poſtea figillatim explicatur, cuius rei hæc ſumma eſt: Aiacem Pallas, propter raptum Caſſandræ in eius templo ab eo perpetratum (ut quidam uolunt) redeuntem in patriam acriter perſequuta eſt uſque ad excidium: quod illi tamen ideò non potuit contingere, ſalutem illi Neptuno procurante. Sed, ut ſolent homines rebus ſecundis efferri, temerarius ille heros pro felici nauigationis ſucceſſu, ſui ipſius oblitus, & beneficij à Dijs accepti immemor, auſus eſt impiè ſibi ipſi hoc tribuere, ſe inuitis Dijs periculo naufragij ereptum. At Neptunus uoce iſta exaudita, ut honoris & gloriæ ſuæ zelotypum eſt Numen, eum in ſcopulos impulit, confractaq; naui in mare demerſit, ubi animam expirare miſerè coactus eſt. Vbi elegans eſt exemplum diuinæ uindictæ, quæ in impios exercetur. Hoc Aiacis naufragium narrauit etiam Dictys lib. 5. ſtatim circa principium, idque ſine Palladis aut Neptuni mentione, his uerbis: Poſtquam impoſitis, quæ ſinguli (Græci) bello quæſierant, aſcendere ipſi, ſolutiſque ancoralibus nauigant. Dein à puppi ſecundante uento, paucis diebus peruenêre ad Aegæum marc: ubi multa imbribus uentiſque, & ob id ſæuiente mari indigna experti, paſsim ut ſors tulerat, diſpalantur. In quîs Locrorum claſsis, perturbatis per tempeſtatem officijs nautarum, & inter ſe implicatis, ad poſtremum fulmine comminuta & incenſa eſt. At rex Locrorũ Aiax, poſtquam natando euadere naufragium eniſus eſt, reliqui per noctem tabulis aut reliquo ex naufragio leuamine fluitantes, ubi ad Euboeam deuenêre, Chæradibus ſcopulis appulſi pereunt. Eos namque re cognita Nauplius ultum ire cupiens Palamedis necem, per noctem igni elato ad ea loca deflectere, tanquam ad portum coegerat, &c. Hæc contuliſſe non erit ſtudioſo, ut opinor, infructuoſum. Porrò Aiax à Poetis ἀλάζων & Deorum contemptor nobis proponitur.

ἐπεὶ πάϊν ἀλαμενὲς ἦδυε) Hunc uerſum nullius pretij exiſtimatum olim ueteres tradiderunt, ut refert Euſtathius, propter illius uidelicet ſimplicitatem: ideò mirari ipſos quomodo ab Ariſtarcho prætermiſſus ſit ſine obeli ſigno. Simplicitas illius autem non ex mente, ſed ex uerbis ponderatur, quæ ſpeciem habent ſcurrilitatis in re ſeria, & triſti minimè conuenientis.

σὸς δή πω ἰκφυγε) Hanc hiſtoriam de Agamemnonis interitu uariè narrari uideo ab ipſis Poetis. Vide argumentum tragœdiæ Agamemnonis Aeſchyli. Noſter autem Proteus ita ſentit, Agamemnonem, cùm ad Malearum montem ueniſſet, primùm abreptum uento, & ad eam partem appuliſſe, ubi Aegiſthus habitaret: Agamemnonis aduentum cùm obſeruaſſet, is quem in ſpecula ad eam rem Aegiſthus collocarat ſub ſpe mercedis, Aegiſtho diligenter renunciauit: qui humaniter exceptum Agamemnonem cõiuio doloſè tandem interfecit, non tamen ſine ſuorum quoque iactura. Hæc ſummatim ex Protei narratione colliguntur. Dictys Cretenſis

sis lib. 5. factum secius proposuit. Ait enim, audito Græcorum reditu, Oeacem Nauplij filium, Palamedis fratrem, Argos uenisse. Ibi Aegialem atq; Clytæmnestram falsis nuncijs aduersum maritos armasse, prædicto ducere eos secum uxores Troia his prælatas: præterea addidisse ea, quibus mobile suapte natura ingenium muliebre magis aduersum suos incenderentur. Ita Aegialem aduenientem Diomedem per ciues aditu prohibuisse. Clytæmnestram per Aegisthum adulterio sibi cognitum, Agamemnonem insidijs cepisse, eumq; interfecisse, &c.

ἄψ δὲ θεοὶ) Id est, cessauit uela inflare uentus: quod finitæ nauigationis fuit argumentum. Nam ueti, ut anteà dicebat noster Menelaus, πομπῆς χάριν ἐστὶ ἐφ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.

ἐς πατρίδα γαῖαν ἀπόρνυμι) Patriam terram Agamemnon deosculatur, superstitione quadam ueterum post diuturnam peregrinationem domos redeuntium, ni fallor. Mirari hoc quispiam poterit, sed illi non minùs solum illud deosculari uoluerũt, quàm proprios parentes, cùm se illi non minùs etiam debere, quàm parentibus agnoscerent: itaq; non minore reuerentia eam prosequuti sunt, quin etiam illam cæteris rebus omnibus communi consensu anteposuerũt, ut aliàs à nobis dictum est. Porrò generaliter pro Dea est habita Terra, quæ etiam ab Homero in hymnis Θεῶν μήτηρ appellatur, & ἐυρυόδειης ἄλοχος, cœli stellantis coniux.

θάλπεα θερμὰ) Xenophon de rebus gestis Græcorum lib. 7. memorat, cùm Spartæ auditum esset Messenios ab Archidamo Lacedæmoniorum duce deuictos fuisse, ab Agesilao seniores ac Ephoros cunctos lacrymari cœpisse, ὥστε ἡδίστου τινὸς χαρᾶς τὴν λύπην δάκρυα εἶναι, adeò gaudio & tristitiæ lacrymæ communes sunt. Res uulgaris est, & quæ an uerè accidat, amplius quærendum non fit. Ratio eius tamen reddenda est. Expositor noni libri Almansoris, inquit Rhodiginus Lect. antiq. lib. 12. cap. 4. lacrymas quasdam esse uoluntarias dicit: aut ex tristitia, dum fit cerebri constrictio, & inde humecti aquosi expressio: aut ex lætitia, per quam fit cerebri laxatio, & meatuum, indeq; humoris effusio, dum uidelicet circumfunditur calor ad totius circumferentiam, & potissimum cerebrum scandit. Alexander etiam in sua problemata hoc retulit, Cur mœrentes & lætius ridentes lacrymantur. sic autem soluit, Mœrentes utiq; (inquit) meatuum siue pororum densitate extrudunt, quod in ipsis est humectum: tristitia enim frigiditatem facit, & pororũ densitatem. Gaudentes uerò ratione diuersa, raritate atque laxitate eorundem humida effundunt. Ego uerò hæc distinguenda sic arbitror. Qui gaudent, aut effusè gaudent, id est cum risu largiore, qui poros rarefaciens & laxans humidum illud cerebri resoluit: aut cum mœstitia, hoc est (uerbi gratia) ne à nostro proposito discedamus, cùm post longam peregrinationem & infinita pericula, quæ effugeris, tandem in patriam tutus reuerteris. Tunc enim exprimi lacrymas arbitror non solùm propter lætitiam recuperatæ patriæ, sed etiam propter recordationem tam diuturnæ ab illa absentiæ, qua tu re tam charissima tamdiu priuatus fis: itaque hoc gaudium habet nescio quid mœroris ac doloris sibi coniunctum, ut non tam illi quàm his lacrymæ tribui possint. Sed quid Xenophonti respondebimus? Ibi uidelicet fuisse etiam permixtam mœstitiam pro recordatione ingentis periculi, quod Archidamus effugerat.

δειπνίσσας) Eustathius monet, quod etiam ab Adriano Iunio in Adagiorum Centuria 6. prouerb. 34 obseruatũ est, hinc posse pro uerbialiter enunciari, ἀγαμεμνόνειον δεῖπνον, ἢ τράπεζα, id est, Agamemnonia mensa: de ijs qui in extriali mensa epulantur, ultimamq; cœnam sumunt. Talis erat ab Alexandro sexto Pontifice instructa, in qua tamen ipse, errore pincernæ, interijt: quanquam alij aliter scribant. Iunius ait idem quod Agamemnoni, multis ex collegio purpuratorum contigisse, qui ab Alexandro pontifice eius nominis sexto, oppiparè excepti Agamemnonia mensa paulò pòst interierunt. Sed tamen modus est diuersus: quia hîc ueneno est usus, Aegisthus uerò armis. Quod si prouerbialiter ad aliud quoq; genus mortis referri possit, exemplũ eius cœnæ suppetet nobis Nero, qui Britannicum hoc pacto sustulit, ut est apud Suetonium in uita Neronis. At apud Sophoclẽ ἀγαμεμνόνειοι δαῖτες, pro anniuersario interfecti Agamemnonis epulo usurpatur.

βῶν ἐπὶ φάτνῃ) Non uult Eustathius noster hoc perinde scommaticè dictum, ut superius illud, ἐπὶ πίειν ἀλμυρὸν ὕδωρ: sed potiùs grauissimam esse comparationem, qua non potuerit grauior ulla adhiberi ad exprimendam Regis fortissimi mortem in cõuiuio. Nã ut in Iliade Agamemnon heroibus stipatus tauro armentum ductanti comparatur, nunc boui, quem non audens aliquis aggredi, dolosè ad præsepe statuit, ut ibi eum mactet, comparari absurdum non est. Mihi tamen uidetur aliquid hîc σκωμματικὸν, & iocus Protei, ut anteà.

ἤτοι μὲν ζωὸν) Aegisthum intelligit, quem Orestes ex oraculi monitu ante Menelai aduẽtum interfecit, unaq; matrem Clytæmnestram. Videndi sunt Græci Tragici, in Electra, & in Oreste.

οὐδὲν ἐνὶ φρεσὶν) Non est doloris acceptæ iniuriæ leue solatium, cùm eam esse ultam intelligimus: ideò uix est ut cessemus, donec illud accidat. Itaque ubi audit Menelaus uel spem sibi supereſſe, interfectum iri Aegisthum parricidam illum nefarium, uel iam Orestis beneficio interijsse: quantumuis mœstus, tamen erigitur & gaudet, inultam fratris sibi charissimi necem non futuram.

ἡδὺς λαίφεσιν) Hic est totius narrationis scopus, in quo tamen minus immoratur, quàm in reliquis duobus: quod à Poeta de industria factum est, ne quòd aliàs copiosè dicturus est, nunc Proteus præstaret.

σοὶ δ' ὦ θέσφατον) Hoc corollarium addit sponte sua Proteus, non interrogatus à Menelao, ut ei spem de suo statu futuro optimam relinqueret. Hîc autem, ut etiam frequenter alibi, docet Poeta se uitam aliam post præsentem credidisse, contra impiã & stupidam fanatici Epicuri sententiam, qui animam cum corpore interire putauit. Ait ergo Proteus Menelao, ipsum in Argo non moriturum: quid ergo? ad Elysios campos migraturum. Sed nunquid eum mori priùs oportet, quàm eò deueniat, hoc est animã à corpore dissolui lege cæteris mortalibus communi & ineuitabili? Existimo intellexisse Homerum peculiari Deorum fauore, & præcipuè ipsius Iouis, cuius gener Menelaus hic appellatur, Menelaum non moriturum omnino, sed in campos Elysios cum uita transiturum. Res non est noua, ne apud ipsos quidem ueteres. Sic Elias, sic Henoch in cœlum uiui à Deo assumpti sunt, ut testantur sacræ paginæ. Quod mihi intellexisse non uidetur Dio Prusæus, qui oratione undecima Homerum dixisse ait, Menelaum à morte in campum Elysium à Dijs missum. Non enim dicit Homerus à morte, sed sine morte nam eum planè non moriturum ait. Hoc autẽ idem Prusæus de Aegypto interpretatur, nimirum obscurè fassum esse Homerum, Menelaum in Aegypto mortuum: quia Aegyptus talis est regio, qualis campus Elysius, quem Homerus describit. Sed hoc nullo modo uoluit Poeta, & ita distorqueri illius mentem non possum pati: non enim cætera omnia conuenient, si hoc admittamus, quod sagaci lectori subodorari facile est.

γαμβρὸς Διὸς) Helenam ex Leda suscepit Iupiter: itaq; fit, ut ducta Helena, Menelaus Iouis gener dici possit. Mirum autẽ est, cur, re ita se habente, tamen in Iliade Iupiter potiùs Troianorum partibus faucat, quàm ipsi Menelao, cui huius affinitatis nomine magis uidebatur alligatus, ut hanc ipsi illatam iniuriam ulciscereturᵐ.

χεῦ' ἀγαμέμνονι) Hæc etiam inter ueterum superstitiones numeranda est. Solebant enim mortuos parentes aut cognatos hoc honore post fata prosequi, nimirum sepulchro imaginario (quem honorarium tumulum appellat Suetonius in uita Claudij Cæsaris circa initium) quod se fratri constituisse dicit Menelaus, ut illius gloriam illustriorem efficeret, uidelicet in tam longinqua regione, ubi tanti uiri monumentum relinquendum esse arbitratus est, ut post mortẽ peregrinis & exteris gentibus etiã notus esset.

αἰδὼς) Modestè se excusat Telemachus erga Menelaum, à quo ut diutius apud se remaneret, rogabatur. Primùm docet, se nõ discessum parare, quòd odiosa aut molesta fit cum eo familiaritas & conuersatio, qui tam elegantibus colloquijs auditores suos demulceat, quibus se mirificè delectatum testatur: sed cùm natura in res domesticas propensiores simus, eas inani illi uoluptati, quam ex sermonibus Menelai percipiebat, anteponit: petitq; à Menelao, ut sibi liceat ad socios redire, quos in Pylo reliquerat, nempe mœstos ac sollicitos pro ducis sui reditu. Quod ad oblata sibi à Menelao munera, quomodo illa, ac quæ ex illis accipiat, iã uidebimus.

ἵππους δ' ἐς Ἰθάκην) Duo offerebat Telemacho Menelaus: equos cum curru (nam ista simul coniungo) & poculum ad libationes. Primùm recusat Telemachus, facetè respondens, Ithacam suam equis curribusq; non esse aptam propter loci asperitatem, quæ equorum pascua non admittit: ne tamen ut insulam nihili proponat, ait eam αἰγίβοτον esse, caprisque pascendis fertilem, quod ipse pluris quàm equorum pascua æstimat: immò solam Ithacam cæteris omnibus anteponit, siue id εὐήθως à iuuene dictum est, siue per iocum, ut anteà monebamus. Vtut fit, non minus patriam diligit Telemachus, quàm Vlysses pater, qui apud Plutarchum in Dialogo περὶ τῶ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι, alienas terras se admirari quidem fatetur, suam uerò Ithacam præ cæteris amare. Colloquium inter Gryllum & Vlyssem est huiusmodi. Γρύ. ἀπόκρισαι δή μοι σοφώτατε ἀνδρῶν. ἤκουσα γάρ σε ποτὲ διηγουμένου τῇ Κίρκῃ περὶ τῆς τῶν Κυκλώπων γῆς, ὡς ἄρα μένοντα ὁπωσοῦν ἂν πολὺ ἐκ αὐτῆς φυτεύσαντα ἂν πόας ἐκ ἀρότου, ἡπίως ἐχούσης ἀγαθῆς καὶ ὑγρᾶς τὴν φύσιν, ὥστε ἀπαντᾶν εὐφόρους τὰς καρπὰς ἀπ' αὐτῆς. πότερον οὖν ταύτην ἐπαινεῖς μᾶλλον, ἢ τὴν αἰγίβοτον Ἰθάκην; καὶ τραχεῖαν, ἢ μόλις ἀπ' ἐργου τι πολλῶν καὶ ἀλφ. πόνων μαλακὴν, μικρὰν καὶ γλίχρᾳ καὶ μηδένὸς ἄξιαν τοῖς γαμψῶσιν αἰδοῖδωσι, καὶ ὅπως κ χαλκᾶς οἴσεις παρὰ τὸ φιλοκόμον, εὐνόας τῆς πατρίδος ἀποκρινόμενον. Odv. ἀλλ' ὦ δεῖ ψεύδεσθαι φιλῶ μὲν γὰρ κ ἀσπάζομαι τὴν ἐμαυτῶ πατρίδα κ χάριν μᾶλλον, ἐπαινῶ δὲ κ γαμαίζηλον τὴν ἐκείνην. id est: Iam mihi responde homo sapientissime: Audiui enim, cùm aliquando Circæ Cyclopum regionem commemorares, nemine prorsus arante uel quicquam plantante, us-

te, uſque adeò bona eſſe ac generoſa indole, omnes ut ſponte ſua fundat fructus. Hanccine igitur cõmendas potiùs, an montoſam aſperamq; Ithacam, quæ ægrè multa opera & labore ingenti exigua & uilia malignè cultoribus reddit? Sed caue moleſtum ſit præter animi ſententiam charitate patriæ reſpondere. Vly. Sed mentiendum non eſt. Amo quidem & amplector patriam meam & regionem impenſius: laudo tamen & admiror illorum. Hæc ille. Quæ proculdubio dicturus etiam eſſet Telemachus, ſi à Grullo aut alio quopiam pariter interrogaretur. Notandum eſt autem, non diſcedere Poetam à ſua conſuetudine iocoſa ſerijs intertexendi: cuius rei exempla in Iliade uidimus. Adducor tamen ut hæc reuerâ ita à Telemacho pronunciari exiſtimem. Hũc locum porrò exprimit Horat. Epiſt. lib. 1. Ep. 6. in hæc uerba:

Haud malè Telemachus, proles patientis Vlyſſis, *Porrectus ſpatijs, nec multæ prodigus herbæ.*
Non eſt aptus equis Ithacæ locus: ut neq; planus *Aſtride, magis apta tibi tua dona relinquam.*

ἀμφοτερ ἄς Quanquam peccatum fuiſſe à Telemacho uideatur, qui oblatum ſibi donum ab hoſpite munifico recuſarit (nam nõ minor eſt ruſticitas beneficentiam grati hominis aſpernari, quàm flagitando nimium eſſe importunum) tamen prudenter Menelaus ad reſponſum Telemachi arridens, eius animum æqui boniq; conſuluit, eaq; ſe illi daturum pollicetur, non ſolùm quæ illi in uia non eſſent oneri, ſed quæ ille pretioſiſsima inter ſuas gazas recondita ſeruat. Fuit autem hoc poculum Menelao à rege Sidonio rum datũm, ad quem ille in ſua peregrinatione tanquam ab hoſpite diuerterat. Porrò antea uidimus de hac egregia hoſpitũ apud ueteres benetuolentia. Riſit autem Menelaus adoleſcentis Telemachi ſimplicitatem, qui horridulam Ithacam cæteris locis anteponebat: quod ab ijs fieri ſolet, qui uillas aut tuguriola, in quibus aſſueuerunt, longè pluris quàm regum palatia faciunt.

Sic hi quidem huiuſcemodi inter ſe loquebantur.
Cõuiuij inſtructores. v. in domum ierant regis diuini:
Illi v. adducebant oues, afferebantq; animoſum uinũ.
Cibum uerò ipſis uxores pulchris uittis intulerunt.
Sic illi quidem circa cænam in domo laborabant:
Proci autem ante Vlyſſis domum
Diſcis delectabantur & tragulas torquentes
In ornato pauimento, ubi anteà inſolentiã exercebant.
Antinous. v. cõſederat, & Eurymach. deo forma ſimilis,
Duces procorum, uirtute enim erant longè optimi.
His filius Phronij Noëmon propè accedens,
Antinoum uerbis interrogans alloquebatur,
Antinoe, an quid ſcimus in mente noſtra, an non?
Quando Telemachus redit ex Pylo arenoſa,
Nauem mihi abijt abducens, mihi uerò opus eſt illius,
Vt Elidem in ſpacioſam trajjciam, ubi mihi equæ
Duodecim fœminæ, ſubtus autem muli patiẽtes operis
Indomiti, ex quibus aliquem adigens ſubiugarem.
Sic ait: hi. v. in animo obſtupeſcebãt, non. n. putabant
Pylum abijſſe Neleiam, ſed alicubi in ipſius
Agris aut ouibus adeſſe aut ſubulco.
Hunc ſtatim Antinous alloquutus eſt Eupithei filius,
Verè mihi dic quando abijt, & quinam illum
Iuuenes ſequuntur ex Ithaca electi: an ſuijpſius
Mercenarij q; mancipiaq; ? poterant hoc etiã perficere?
Et mihi hoc dic uerè, ut benè ſciam,
An te per uim inuitum priuauit naue nigra,
An ſponte ei dediſti, poſtquã conuenit te ſermone?
Hunc. a. filius Phronij Noëmon cõtrà alloquutus eſt,
Ipſe ſponte ei dedi, quid faceret etiam alius,
Quando uir talis habens curas in animo
Peteret? difficile ſanè negare munus foret.
Iuuenes autem qui in populo optimates apud nos.
Illi eum ſequuntur, ducẽ uerò ego conſcendentẽ agnoui
Mentorẽ, aut deum. huic. n. ipſi omnimodo ſimilis erat.
Sed hoc admiror, uidi hîc Mentorem diuinum
Heri ſub aurora, tum tamẽ conſcẽdit nauẽ ad Pylum,
Sic certè loquutus abijt ad domum patris.
His uerò utriſq; perculſus eſt animus generoſus.
Proci uerò ſimul ſederunt & quieuerunt à certaminib.
His uerò Antinous interfatus eſt Eupithei filius
Triſtatus: furore uerò multum præcordia nigra
Implebantur, oculi uerò ei igni ſplendẽti ſimiles erant.
Papè, quàm ingens facinus ſuperbè commiſſum eſt.
Telem. profectio iſthac: dixerimus non perfectum iri.
Tot uerò inuitis iuuenculus puer abijt temerè

Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.
Δαιτυμόνες δ' ἐς δῶμα τ' ἴσαν θείοι βασιλῆος.
Οἱ δ' ἦγον μὲν μῆλα, φέρον δ' ἐλίωρα οἶνον·
Σῖτον δέ σφ' ἄλοχοι καλλικρήδεμνοι † ἔνεικαν. ἤνεικαν
Ὣς οἱ μὲν ῥα δόμοισι δαὶ μεγάροισι πένοντο.
Μνηστῆρες δ' ἄρα πρόσθεν Ὀδυσῆος μεγάροιο
Δίσκοισι τέρποντο καὶ αἰχμοσύνῃσιν ἰέντες,
Ἐν τυκτῷ δαπέδῳ, ὅθι περ πάρος ὕβριν ἔχεσκον.
Ἀντίνοος δ' ἧστο καὶ Εὐρύμαχος θεοειδὴς,
Ἀρχοὶ μνηστήρων, ἀρετῇ δ' ἔσαν ἔξοχ' ἄριστοι·
Τοῖς δ' ἰὼν Φρονίοιο Νοήμονος ἐγγύθεν ἦλθεν,
Ἀντίνοον μύθοισιν ἀειρόμενος προσέειπε,
Ἀντίνο', ἦ ῥά ποι δόμεν ἐν φρεσὶν ἠὲ καὶ οὐκί,
Ὁππότε Τηλέμαχος νέετ' ἐκ Πύλου ἠμαθόεντος;
Νῆά μοι οἴχετ' ἄγων· ἐμὲ γὰρ χρεὼ γίνετ' αὐτῆς
Ἠλιβάτ' ἐς βρύχορον διαβήμεναι· εὖθά μοι ἵππους
Δώδεκα θήλειαι, ὑπὸ δ' ἡμίονοι ταλαεργοὶ
Ἀδμῆτες, τῶν κέν τιν' ἐλαυνάμενος δαμασαίμην.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα θυμὸν ἐθάμβεον· ἐκ γὰρ ἔφαντο
Ἐς Πήλον οἴχεσθαι Νηλήϊον, ἀλλά που αὐτοῦ
Ἀρῶν ἢ μήλοισι παρέμμεναι, ἠὲ συβώτῃ.
Τὸν δ' αὖτ' Ἀντίνοος προσέφη Εὐπείθεος υἱός,
Νημερτὲς μοι εἶπον ὅτ' ὤχετο, καὶ τίνες αὐτῷ
Κῆροι ἕποντ' Ἰθάκης ἐξαίρετοι, ἢ οἱ αὐτοῦ
Θῆτές τε δμῳῶές τε, δμῳαὶ γε καὶ τό κε πολλὸν ἄεσαν.
Καί μοι τῶν' ἀγόρευσον ἐτήτυμον, ὄφρ' εὖ εἰδέω,
Ἦ ῥα βίῃ ἀέκοντος ἀπηύρατο νῆα μέλαιναν,
Ἦ ἑκὼν οἱ δῶκας, ἐπεὶ προσπύθετο μύθῳ.
Τὸν δ' αὖ υἱὸς Φρονίοιο Νοήμονος αὐτίον ἤυδα,
Αὐτὸς ἑκὼν οἱ δῶκα. τίκτει γάρ κε καὶ ἄλλον,
Ὅππότ' ἀνὴρ τοιοῦτος ἔχων μελεδήματα θυμῷ
Αἰτίζῃ· χαλεπὸν κεν ἀνώιστον θέμεν εἶναι.
Κῆροι δ' οἱ κεν ἕποντ' ἐσθλὸν ἀριστεύοντα μεθ' ἡμέας
Οἵ οἱ ἕποντ'· ἐν δ' ἔρχον ἐγὼ βαίνοντ' ἐνόησα
Μέντορα, ἢε θεὸν, τῷ δ' αὖτως πάντα ἐῴκει.
Ἀλλὰ τὸ θαυμάζω· ἴδον ἐνθάδε Μέντορα δῖον
Χθιζὸν ὑπ' ἠοῖον, τότε δ' ἔμβη νηὶ Πύλονδε.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἀπέβη πρὸς δώματα πατρός.
Τοῖσιν δ' ἀμφοτέροισιν ἀγάσσατο θυμὸς ἀγλαΐηφι.
Μνηστῆρες δ' ἄμυδις κάθισαν, καὶ παῦσαν ἀέθλων·
Τοῖσιν δ' Ἀντίνοος μετέφη Εὐπείθεος υἱός,
Ἀχνύμενος· μενέτω δὴ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι
Πίμπλαντ', ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐίκτην·
Ὢ πόποι, ἦ μέγα ἔργον ὑπερφιάλως ἐπιβήτη
Τηλεμάχῳ· ὁδὸς ἥδε· φάμεν δέ οἱ ἐκ πολέεσθαι.
Ἐκ γὰρ δὴ σφ' ἀέκητι νέες θοαὶ οἷας ἄνωγεν

Νῆες

Νῆα ἐρυσσάμενον, κρίνας τ' αὐτὰ δῆμον ἀρίστους. *Naue deducta, electisq; per populum optimis.*
Ἄρξει καὶ πρότερος κακὸν ἔμμεναι· ἀλλά οἱ αὖτῳ *Incipiet & ulterius malum esse: sed illi ipsi*
χ. ἠοιάᾳ Ζεὺς ὀλέσσῃ βίλαι πρὶν ἡμῖν πῆμα * φυτεῦσαι. *Iupiter perdat uim, antequam nobis malum ferat.*
Ἀλλ' ἄγε μοι δότε νῆα θοὴν καὶ εἴκοσ' ἑταίρους, *Sed agite mihi date nauem celerem & uiginti socios,*
Ὄφρά μιν αὐτὸν ἰόντα λοχήσομαι ἠδὲ φυλάξω *Vt eum ipsum redeuntē insidijs excipiā, atq; obseruem*
Ἐν πορθμῷ Ἰθάκης τε Σάμοιό τε παιπαλοέσσης· *In freto Ithacæq; Samiq; aspera,*
Ὡς αὖ ὀπισμυγερῶς νωΐτεραι εἵνεκα πατρός. *Vt cum sua pernicie nauiget propter patrem.*

COMMENTARIVS.

ἀμφιπόλους) Peracto Menelai & Telemachi colloquio redintegrat Poeta procorum memoriam. Eos itaq; interea describit in Vlyssis ædibus epulantes, posteà uerò certiores de Telemachi profectione factos ipsi rediturō insidias struentes. Per ἀμφιπόλους autē instructores conuiuij intelligimus, ut docebimus in Lexico: unde apparet error uulgaris, qui, *Comites*, interpretatur.

σύνεσχε οἶνος) Hoc uini epitheto uidetur Poeta innuere, uinum moderatè sumptum tales habere effectus, ut uiros animosiores ac fortiores reddat. Nā alioqui ignauiores fiunt, roburq; totum dissoluitur & labascit. De illo etiam uidetur intellexisse Horatius in Epistola 5. ad Torquatum lib. 1. cum ait:

Quid non ebrietas designat? operta recludit: Spes iubet esse ratas, ad prælia trudit inermem, &c.

quod postremum est huius loci.

δίσκοισιν παίσοντε) In telligo alios è procis sese hac discorum iactatione exercuisse, alios uerò tela illa leuia, quæ ἀκόντια appellantur. Vbi nota, non fingi ociosos procos etiam in medio libidinosæ rabiei æstu, adeò antiquitas illa ferè quietem sordidam & ignauiam non amauit. Erant autem huiusmodi exercitia planè uirilia: tamen Eustathius de procis ita sē exercentibus, sic ait, ἄκαιρον καὶ ἀνάδαῖον αὐτὸν ἐχρῆμεν οἱ μνηστῆρες ἔστω γυμναζόμενοι, ἀλλὰ ἰμάσιον μόνῳ ἐοικέναι τὰ παρ' αὐτοῖς γυμνάζεσθαι. id est: Nō statim fortes proci uel studiosi uirtutis sunt existimandi, quòd ita se exerceant: sed prætextam solum uirilium & heroicorum exercitiorum obtendebāt: uidelicet, ne prorsus libidine molliores effici à plebe putarentur, hanc ideo generositatis umbram exhibentes. Mihi uerò uidetur reuerà docuisse Poeta, quàm fuerit olim res odiosa ocium, ut quod gens ista alioqui effœminata maximè effugere tentauerit.

ἔχει μνηστῆρας) Obserua, ne ignauam quoque istam gentem ducibus caruisse, propter periculum ἀναρχίας: quæ ubicunq; fit, excidium & perniciem parit. Sed neque solùm duces habent, sed præstantissimos è suis Antinoum & Eurymachum, qui reliquos uir tutis opinione antecellere credebantur. Quod etiam docet, qui iurè possint hoc præfecturæ officio defungi, & ad quos maximè pertineat.

τοῖς δ' ὄρος φρονέοντο) Hoc accidisse post tertium aut quartum diem à Telemachi profectione, uerisimile est. Sperauit nimirum Noēmon, citius eum rediturum: uel hoc ita fictum est à Poeta, ut hac ratione proci de Telemachi discessu audirent, unde sequuntur insidiæ, quas illi postmodùm struent. Nam hoc uerè ignorabant proci, & quod absentem eum uidebant id eius occupationi in re familiari, putà agris aut gregibus inuisendis assignabant: prout uidelicet de more antea semper habuerat, alioqui nullus erat huiusmodi suspicioni locus. Fuit ergo Telemachus, non secus atque Laërtes auus, rei domesticæ, ipsiusq; adeò agriculturæ & rei pastoritiæ cultor diligens.

αὐτὸς ἰκάνει) Tria quærebat Antinous. Primùm, quando Telemachus discessisset. Deinde, quis esset illi comitatus. Tertiò, an Noēmon sponte uel coactus ac inuitus nauem illi concessisset. Sed Noēmon ad duo capita tantùm respondet, & pro consuetudine respondentium apud Homerum: ultimo prius satisfacit, deinde uerò secundo. Ait ergo, se non coactum, sed sponte nauem Telemacho suppeditasse. Odit nimirum & Poeta mendaces, amatq; ueritatis cādorem. Nam poterat Noēmon sibi à procis metuere, si hoc fateretur, à quibus sciebat iam prohibitum, ne res Telemacho ad iter necessarias suggererētur. Maluit tamen cum eorum inuidia, ingenuè rem, ut se habet, confiteri, quàm ueritati aliquid detrahere: quin etiam se ipsius esse misertum dicit, proinde non potuisse ei hoc munus denegare. Quod ad Telemachi comitatum attinet, exponit eadem libertate, quisnam ille sit.

μέντορα δὲ θεὸν) Vt eum fuisse Mentorem crediderit, faciebat speciei similis: ut autem Deum, quòd cùm hesterna die uerum Mentorem uiderit: tamen eum nauem Telemachi simul conscendisse tunc, cùm proficisceretur, obseruarit.

φρένες ἀμφιμέλαιναι) Cur præcordia iratis nigra sint, & oculi rubicundi & micantes, docuimus, ni fallor, in Iliade.

ὦ πόποι) Antinous cæteris procis renunciat, quæ à Noëmone de discessu Telemachi intellexit: docetq;, quàm ipsis sit indecorum, tot uiros à iuuenculo tam astutè delusos, ut ipsis inuitis institutum iter suum, de quo nuper in concione egerat, perfecerit. Cùm igitur res ad eorum perniciem dispositæ sint, crescenti periculo, antequam adolescat, occurrendum statuit: proinde redeunti Telemacho insidias faciendas, quo sublato, de salute sua optimè sperandum sit. Prudenter autem faciūt quidem proci, qui maturo cōsilio sibi imposterum prouident: sed prudentia illa in sceleris subiecto uersatur, quo præcedētia cumulant, & se magis ac magis Vlyssēæ familiæ odiosos propinant: adeò difficile est, ubi semel prauam uiam insistas, ab ea deflectere.

Ὣς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπήνεον, ἠδ' ἐκέλευον. *Sic ait, hi certè omnes laudabant atq; iubebant.*
Αὐτίκ' ἔπειτ' ἀναστὰς εἶσαν δόμον εἰς Ὀδυσῆος. *Statim deinde ubi surrexissent, ibant in domū Vlyssis.*
Οὐδ' ἄρα Πηνελόπεια πολὺν χρόνον ἦεν ἄπυστος *Neq; sanè Penelope longo tempore fuit insciа*
Μύθων οὓς μνηστῆρες ἐνὶ φρεσὶ βυασοδόμευον. *Sermonum, quos proci in mente profundè cogitabant.*
Κῆρυξ γάρ οἱ ἔειπε Μέδων, ὃς ἐπύθετο βουλάς, *Præco enim ille dixit Medon, qui audierat consilia*
Αὐλῆς ἐκτὸς ἐών· οἱ δ' ἔνδοθι μῆτιν ὕφαινον. *Cùm extra aulā esset, illi. v. interitus consiliū texebāt.*
Βῆ δ' ἴμεν ἀγγελέων Δι. δώματα Πηνελοπείης· *Festinabat. v. ire annūciaturus per domum Penelopæ.*
Τὸν δ' κατ' ἀδῦν βαίνοντα προσηύδα Πηνελόπεια, *Hunc autem à limine euntem alloquebatur Penelope,*
Κῆρυξ, τίπτε δέ σε πρόεσαν μνηστῆρες ἀγαυοί; *Præco, cur te præmiserunt proci inclyti?*
Ἦ ἐπέμεσσαι δμωῇσιν Ὀδυσῆος θείοιο *An dicere ancillis Vlyssis diuini*
Ἔργων παύσασθαι, σφίσι δ' αὐτοῖς δαῖτα πένεσθαι; *Vt à labore cessent, ipsis autem conuiuium apparent,*
Μὴ μνηστεύοντες, μηδ' ἄλλοθ' ὁμιλήσαντες, *Ne ambientes nec usquàm aliò decedentes,*
Τῦτε καὶ ὕστατα νῦν ἐνθάδε δειπνήσειαν. *Vltimò & postremò nunc hîc cœnent,*
χ. οἳ θάμ' ἀμ. † Οἳ θάμ' ἀγειρόμενοι, βίοτον κατακείρετε πολλόν, *Quiq; simul congregati, uictum absumitis multum,*
Κτῆσιν Τηλεμάχοιο δαΐφρονος· ἠδὲ τι πατρῶν *Facultatē Telemachi prudētis: nunquā ne à patribus*
Ὑμετέρων τὸ πρόσθεν ἀκούετε παῖδες ἐόντες *Vestris antea audistis pueri cum essetis,*
Οἷος Ὀδυσεὺς ἔσκε μεθ' ὑμετέροισι τοκεῦσιν· *Qualis Vlysses erat inter uestros parentes?*
Οὔτέ τινα ῥέξας ἐξαίσιον, οὔτε τι εἰπὼν *Neq; ullum tractans iniquè, neq; quicquam loquutus*
Ἐν δήμῳ· ἦτ' ἐστὶ δίκη θείων βασιλήων, *Publicè, quod tum ius est diuinorum regum,*

Aliam

Alium uicinum odio habuit, alium autem amet:
Ille uerò nunquam prorsus improbum uirum egit,
Sed quidem uester animus, & indigna facinora
Apparent, neq; ulla est gratia post beneficia accepta.
Hanc rursus alloquutus est Medon prudẽtia doctus,
Vtinam sanè ô regina, hoc maximum malum esset,
Sed multò maiusq; & perniciosius aliud
Proci tentant, quod non perficiat Saturnius.
Telemachum cupiunt interficere acuto ferro
Domũ reuertentem: ille.v. profectus est ad patris famã
Ad Pylum sacram, atq; ad Lacedæmona diuinam.
Sic ait: huius illic soluta sunt genua & amicũ pectus.
Diu ipsam silentium uerborum cœpit, ipsius uerò oculi
Lacrymis impleti sunt, tenella aũt ei detenta est uox:
Tandem uerò ipsum uerbis excipiens alloquuta est,
Præco, cur mihi filius abÿit: neq; ipsum necessitas erat
Naues celeres conscendere, quæ in mari equi
Hominib. sunt, penetrãt. a. immensum humidũ mare,
An ut ne quidẽ nomẽ eius inter homines relinquatur?
Hãc. v. alloquutus est deinde Medon prudẽtia doctꝰ,
Haud scio, an aliquis ipsum impulit, & ipsius
Animus impulsus est ire ad Pylum, ut audiat
Patris sui, aut reditum, aut quonam fato interÿt.
Sic certè loquutus abÿt ad domum Vlyssis.
Hãc. a. dolor circũfudit animũ cruciãs, neq; amplius su
In sella sedere, licet multi in domo essent: (stinuit
Verùm super limen sedebat elaborati thalami,
Miserabiliter lugens, undiq; autem ancillæ eius labant.
Omnes quotquot in domo erant iuuenes atq; uetulæ.
Illas assiduò lugens alloquebatur Penelope,
Audite amicæ, sup. modũ mihi cœlites dolores dederũt
Ex omnib. quæcunq; unà mecũ nutritæ, atq; natæ sunt.
Quæ antea quidem maritũ bonum amisi animosum,
Omnibus uirtutibus ornatum inter Græcos
Eximiũ, cuius gloria lata per Græciã & mediũ Argos.
Nunc rursus filium dilectum perdiderunt procellæ
Inglorium ex ædibus, neq; abeuntem audiui.
Infelices, neq; uos quidem in mente induxistis singulæ
E lectulo me suscitare, scientes manifestè in animo,
Quando ille conscendit cauam ad nauem nigram.
Si enim ego sciuissem istã profectionem expedientem,
Sanè statim aut mãsisset, quantũuis festinans ad iter,
Aut me mortuam in domo reliquisset.
Sed aliquis famulus Dolium uocaret senem
Mancipium meum, quem mihi dedit pater huc eunti,
Et mihi hortũ seruat multis arboribus consitũ, ut celer
Lærtæ hæc omnia assidens indicet, (rimè
Si fortasse aliquod ille in mẽte consilium commentus,
Progressus apud populum deploraret, qui cupit
Suam & Vlyssis perdere prolem diuini.
Hanc rursus alloquuta est chara nutrix Euryclea,
Domina chara, tu quidem me interfice crudeli ferro,
Siue relinquas in ædibus: sermonem certè non celabo.
Noui ego ista omnia, præbui. a. illi quæcunq; postulauit
Panẽ & uinũ dulce: à me exegit magnũ iuramentum,
Non prius tibi dicerẽ, quàm duodecimaq; adesset dies,
Vel tu ipsa desiderares, & abÿsse resciscere:
Ne flens corpus uulchrum lederes,

Ἄλλον κ' ἐχθαίρῃσι βροτῶν, ἄλλον κε φιλοίη.
Κεῖνος δ' οὔποτε πάμπαν ἀτάσθαλον ἄνδρα ἐώργει.
Ἀλλ' ὁ μὲν ὑμέτερ@ θυμὸς καὶ ἀεικέα ἔργα
φαίνετ', οὐδέ τις εἰ χάρις μετόπισθ' εὐεργέων.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε Μέδων πεπνυμένα εἰδώς,
*Αἰ γὰρ δὴ βασίλεια τόδε πλεῖον κακὸν εἴη· κ. ἀ γὰ
Ἀλλὰ πολὺ μεῖζόν τε καὶ ἀργαλεώτερον ἄλλο
Μνηστῆρες φράζονται, ὀ μὴ τελέσθε Κρονίων·
Τηλέμαχον μεμάασι κατακτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ,
Οἴκαδε νεισόμενον· ὁ δ' ἔβη μετὰ πατρὸς ἀκουὴν
Ἐς Πύλον ἠγαθέην, ἠδ' ἐς Λακεδαίμονα δῖαν.
Ὣς φάτ'· τὴν δ' αὖτε λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ·
Δηρὸν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε, τὼ δέ οἱ ὄσσε
Δακρυόφιν πλήσθην, θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνή·
Ὀψὲ δ' ἔπειτ' ἀνένισπε, προσείπε δὲ μιν χρεὼ
Κῆρυξ, τίπτε δέ μοι τῶδε οἴχεται; ἠδέ νυ μιν χρειὼ
Νηῶν ὠκυπόδων ἐπιβαινέμεν, αἵθ' ἅλὸς ἵππους
Ἀνδράσι γίγνονται, περόωσι δ' ἀπείρονα γαῖαν;
Ἦ ἵνα μηδ' ὄνομ' αὖτε κιὼν ἀνθρώποισι λίπηται;
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Μέδων πεπνυμένα εἰδώς,
Οὐκ οἶδ', εἴτις μιν θεὸς ὤρορεν, ἠὲ καὶ αὐτὸς
Θυμὸς ἐφορμήθη ἴμεν ἐς Πύλον, ὄφρα πύθηται
Πατρὸς ἑοῦ ἠὲ νόστον, ἢ ὄν τινα πότμον ἐπέσπεν.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἀπέβη κλῆῖ' δι' ὁμῶ· Ο' δυσῆ@·
Τὼ δ' ἄχος ἀμφεχύθη θυμοφθόρον, οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἔτλη
Δίφρῳ ἐφέζεσθαι, πολλῶν κλῆῖ' οἴκοθεν ἐόντων·
Ἀλλ' ἄρ' ἐπ' οὐδοῦ ἷζε πολυκμήτου θαλάμοιο,
Οἴκτῳ ὀλοφυρομένη. περὶ δ' ὁμωαὶ μινύριζον
Πᾶσαι ὅσαι κλῆῖ' ὁμῶαι ἔσαν ἔνδον ἠδὲ παλαιαί.
Τῆς ἀδινὸν γοόωσα μετηύδα Πηνελόπεια,
Κλῦτε φίλαι. περί μοι ὀλύμποιο ἄλγε' ἔδωκαν
Ἐκ πασέων ὅσαι μοι ὁμῷ τράφεν ἠδ' ἐγένοντο·
Ἦ πρίν μοι πόσιν ἐσθλὸν ἀπώλεσαν θυμολέοντα,
Παντοίης ἀρετῆσι κεκασμένον ἐν Δαναοῖσιν,
Ἐσθλόν, τοῦ κλέ@ εὐρὺ κατ' Ἑλλάδα ἠμὲν Ἄργος·
Νῦν δ' αὖ παῖδ' ἀγαπητὸν *ἀνηρείψαντο θύελλαι κ. λάπρῃσιν μεμάασιν
Ἀκλέα σκ μεγάρων· ἀδ' ὁρμηθεὶς τ@ ἄκουσα.
Σχέτλιαι, ἀδ' ὑμεῖς περ ἐνὶ φρεσὶ θέσθε ἑκάστη
Ἐκ λεχέων μ' ἀνεγεῖραι, ὀπιζόμεναι σάφα θυμῷ,
Ὅ' πῶτ' ἐκεῖν@ ἔβη κοίλῃ ἐπὶ νῆα μέλαιναν.
Εἰ γὰ ἐγὼ πυθόμην τὼτῇ ὁδὸν ὁρμαίνοντα,
Τῷ κε μάλ' ἢ κεν ἔμεινε, καὶ εἰ σύμενός περ ὁδοῖο,
Ἢ κέ με τεθνηκυῖαν ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπεν.
Ἀλλά τις ὀτρηρὸς Δολίον καλέσθω γέροντα,
Δμῶ' ἐμὸν (ὅν μοι ἔδωκε πατὴρ ἔτι σεῦρο κιόντι,
Καί μοι κῆπον ἔχει πολυδένδρεον) ὄφρα τάχιστα
Λαέρτῃ τάδε πάντα παρεζόμεν@ κατὰ λέξῃ,
Εἰ δή πῃ τινὰ κέν@ ἐνὶ φρεσὶ μῆλον ὑφήνας,
Ἐξελθὼν λαοῖσιν ὀδύρεται, οἳ μεμάασιν
Οὐ καὶ Ὀ δυσῆ@ φθίσαι γόνον αὐτιθέοιο.
Τὴν δ' αὖτε προσέειπε φίλη τροφὸς Εὐρύκλεια,
Νύμφα φίλη, σὺ μὲν ἄρ με κατάκτανε νηλεῖ χαλκῷ,
Ἢ ἔα ἐν μεγάρῳ· μῦθον δέ τι σὸν ὀπίκευσα.
Ἤδη ἐγὼ τάδε πάντα πόρον δέ οἱ ὅσ' † ἐκέλευσε, κ. οἰκέλευσε
Σῖτον καὶ μέθυ ἡδύ· ἐμεῦ δ' ἔλετο μέγαν ὅρκον,
Μὴ πρίν σοι ἐρέειν πρὶν δωδεκάτην * τε γενέσθαι, κ. δε
Ἢ σ' αὐτὴν πυθέσθαι, καὶ ἀφορμηθεὶς@ ἀκοῦσαι·
Ὡς αὖ μὴ κλαίουσα κατ' χρόα καλὸν ἰάπτῃς·

Ἀλλ' ὑδρηναμένη, καθαρὰ χροῒ εἵματ' ἑλοῦσα,
Εἰς ὑπερῷ' ἀναβᾶσα σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξὶν,
Εὔχε' Ἀθηναίῃ κούρῃ Διὸς αἰγιόχοιο·
Ἣ νύ κεν ἤπια ἴδοι καὶ ὀκνήσειε θανάτοιο. * σαώσειν.
Μηδὲ γέροντα κάκ' ἔχειν κεκακωμένον· ἐκ γὰρ ἔοιγε
Πάγχυ θεοῖς μακάρεσσι γονὴ Ἀρκεισιάδαο
Ἔκφατ'· ἀλλ' ἔπι τῇ γε καὶ ἐπιόντι πόρσε θανέσθαι
Δώματά θ' ὑψερεφέα καὶ δήμιον ἀμφιπένεσθαι πίονας ἀγρούς.
Ὣς φάτο· τῆς δ' εὖνησε νόον, ἐκίετο δ' ὅππως γήρασ.
Ἣ δ' ὑδρηναμένη, καθαρὰ χροῒ εἵματ' ἑλοῦσα,
Εἰς ὑπερῷ' ἀνέβαινε σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν.
Ἔνθ' ἄρα τοὶ κανέοισιν ἐπηρήσαντο θύραζε,
Κλυθί μοι αἰγιόχοιο Διὸς τέκος ἀτρυτώνη·
Εἴποτ' ἐμοί γε πολύμηχος ἐνὶ μεγάροισιν Ὀδυσσεὺς
Ἢ βοὸς ἢ ὄϊος κῆ' ἢ οἴνατα μηρί' ἔκηε,
Τῶν νῦν μοι μνήσαι, καί μοι φίλον υἱὰ σάωσον,
Μνηστῆρας δ' ἀπάλαλκε κακῶς ὑπερηνορέοντας.

Sed lota puras corpori uestes induens
In cœnaculum conscendens cum ancillis mulieribus,
Supplica Palladi filiæ Iouis à capra nutriti.
Hæc enim ipsum deinde & à morte seruabit.
Ne autem senem malè affectum. non enim existimo
Penitus dijs beati sobolem Arcesiadæ
Inuisam esse, sed alicubi aliquis supererit, qui possideat
Domos excelsas, & porrectos fertiles agros.
Sic ait, huius a. sedauit luctũ, cohibuit et oculos à lac
Ipsa uerò lota puras corpori uestes induens, (crim.
In cœnaculum conscendit cum seruis ancillis,
Imposuit molas canistro, supplicauit autem Palladi,
Audi me à capra nutriti Iouis filia indomita,
Si unquam tibi uersutus in ædibus Vlysses
Aut bouis, aut ouis pingues coxas adoleuit,
Horum nunc memor sis, & mihi charum filium serua.
Procos uerò auerte malè superbientes.

COMMENTARIVS.

κῆρυξ πάλιν ἕζετο) Duo facit hac oratione Penelope. Primùm in procos inuehitur, qui non cessent bona Telemachi cõsumere: deinde conqueritur de Ithacensium ingratis animis. cùm enim olim ab Vlysse eorum rege non nisi humaniter excepti sint, omniq; amicitiæ & beneficiorum genere honestati: nunc tamen eorum omnium immemores, tot illi iniurias ac damna in bonis eius aut Telemachi hæredis à procis fieri patiantur. Sic Penelope nullius indignationem metuens, παῤῥησιαστικῶς loquuta est: quod etiam partim in concione populo Mentor exprobrauit suprà lib. 2.

ὕστατα ἢ νύμφατε) Vel optat ut hac cœna sumpta in Vlyssis ædibus, imposterum ab eius bonis diripiendis abstineant: uel ἀλληγορικῶς mortem procorum desiderat.

ἔστι τινά μέξαι) Boni & clementis regis typus est Vlysses, quem dicit Penelope neque re neque uerbis subditos suos læsisse: id est μέξαι, ἢ ἐπαῶν. Et hoc tamen præter Regum aliorum morem esse ait, qui alios amare, alios odisse solent, quod malè seruatæ æquitatis est indicium, cùm eodem & æquali iure erga subditos uti debeant Reges, qui beneuolentiam illorum captant, & animos sibi æqualiter deuincire studeant. Quod cùm Vlysses ad eorum exemplum non præstiterit, hoc uidetur promeruisse, ut hanc illi clementiam, exigente necessitate, in conseruandis eius bonis & coërcenda procorum petulantia Ithacenses rependerent.

ὠδίς τις ἐπὶ χάρεσι) Huic carmini similia sensu leguntur apud Menandrum, ἅμ' ἀλήπτῳ κῇ πέφυκεν ἡ χάρις, simul & misertum est, interijtq; gratia: ἐπιλαθάνονται πάντες οἱ παθόντες εὖ, Beneficij memor esse non quisquam solet, &c. Est autem uitium immensum ingratitudo (sic enim liceat per Latinitatem ἀχαριστίαν interpretari) adeò ut homine ingrato terram nihil peius creare dixerit ex Menandro Ausonius. & hominem ingratum ab ipsis quoq; malis culpari, Plautus in Bacchide, adeò res est detestabilis acceptorum beneficiorum se præstare immemorem. Proinde uituperandi sunt maximè Ithacenses, qui Vlyssi etiam absenti, aut illius saltem hæredibus auxilium in procos non exhibuerint, & tantam calamitatem à benefici & clementis Regis ædibus non arcuerint.

πλέμεναι μεμάασι) Duo narrauit Medon Penelopæ, consilium procorum de interimendo Telemacho, & illius discessum ad Pylũ & Lacedæmona. Quorum alterum ad consternandam Penelopem sufficiebat, proinde duo illa coniuncta proculdubio matris animum mirificè contristarunt: ut etiam sequentia docent, ubi penè exanimata est ad eorum narrationem. Sed hæc illius animi uulnera sanabunt postea Euryclea & Pallas.

αἳ δ' ἄλλοι ἵπποι) Hæc addita superfluè uidentur, & potiùs à Poeta proficisci, quàm à Penelope, cui tristi & mœstæ non potuit placere illa ἐπιχώρησις de nauibus. Nos tamen his relictis, attendamus quid Poeta doceat: nam nullus est discendo locus incommodus aut intempestiuus. Dicuntur ergo naues, hominum equi in mari: quia sicut ad terrestria itinera conficienda equis uti moris est, sic ad maritima nauibus. Cui respondet quod Euripides nauigium ἁπήλιον, id est currum appellat, nimirum similitudine. nam currus πτερόεις apud Homerum nauis Phæacum comparatur. Lilius de Nauig. cap. 3. obseruat, nauibus quosdã se uti dixisse, quasi aquatico quodam elephanto, quem suis frenis moderentur, & quò uelint, agant. Alij contrà, nauim affirmant esse haud aliud quippiã, quàm arcem quandam, per maris æquora ambulantem.

κατὰ δῶμ' ὀδυσῆος) Videtur mihi posse ex hoc loco & alijs colligi, domum Penelopæ ab Vlyssis domo separatam. Siquidem dicitur Medon iste, ubi hæc Penelopæ renunciauit, ad domum Vlyssis perrexisse: ergo oportuit eum in domo ipsius Penelopæ fuisse, cui hæc ei narraret: ubi etiam fuisse procos arbitror. Sed in hoc non sunt fitæ opes Græciæ.

κεφαλὴ δὲ δμῶας μινύεζον) Laborante capite cætera quoq; dolere membra, iactatum est uulgari paroemia. Id docet exemplũ totius familiæ Penelopeæ, quæ dominæ casum & luctum in se quoq; deriuent: quasi consentaneum sit principem domus mœrore conflictari, cæteros gaudere, aut earundem lacrymarum non fieri participes.

ὀλύμενοι) Calamitatem suam cœlitùs descẽdere dicit Penelope, non minùs uerè quàm piè. Nihil enim mortalibus accidit, quod diuina uoluntas non faciat aut permittat. Permittit homines labi & peccare: facit autem ipsis mala, nimirum pœnæ, ut uulgus nostrorum Theologorum dicit. Vide Annotationem nostram in oratione Iouis sup. lib. 1.

ἡ πτὶν μὲν πόσιν) Luget suos casus ob mortem Vlyssis, & ipsius Telemachi discessum. Nam fragilitas muliebris, & in rebus aduersis facilis consternatio, fecit ut illud de Vlysse sibi persuaserit. Ita derepentè orbitatem suam deplorat, quæ ut grauior existimetur, faciunt laudes ipsius mariti, quas commemorat: ut intelligatur se non uiro nullius pretij destitutam, sed omni genere uirtutũ ornato, & per Græciam ac Peloponnesum celeberrimo. Vbi nota quàm angustis locis Penelope famam Vlyssis coërceat: qua in re decorum mirè obseruat Poeta, quasi nondum de Vlyssis peregrinationibus, quibus remotissimis etiam gentibus innotuit, resciuisse quippiam potuerit. Quod etiam anteà lib. 1. obseruatum est.

χίτλιμεν) Nunc exprobrat ancillis suis, quòd cùm sciuerint (nã eas hoc sciuisse omnes existimat, cùm tamẽ unicæ Eurycleæ fuisset ab ipso Telemacho indicatum) Telemachum profectionem parare, id tamen ipsam celauerint. Nam, inquit, aut ego illius iter impedijssem, aut ipse me penitus exanimatam reliquisset. Ex quibus conijcere licet, prudenter feciisse Telemachum, qui matre insciã discesserit, ideoq; non sine causa Pallas prudentiæ Dea ipsi adfuisse fingitur.

νύμφα φίλη) Quanquam indignatam Penelopen uideat Euryclea, tamen noluit rei ueritatem dissimulare: adeò mendacium odit Poeta, ut anteà monuimus in persona Medonis. Itaq; obijcit se dominæ furori, promeritamq; se mortis pœnam fatetur, siquidem summo iure secum agat, proinde se illius arbitrio committit: affert tamen causam cur hoc fecerit, nimirum iuramentũ, quo se Telemacho alligauit de celanda illius profectione usque ad diem duodecimum, quo tempore elapso, liberum sibi esset illa promulgare ac indicare Penelopæ. Quærat tamen quispiam, cur ante illud tempus non obstante iuramento, rem ut euenit, nunc exponat? Respondeo, superstitiosam fuisse ab Euryclea existimatam illius obseruationẽ, ubi iã negotium ad aures Dominæ peruenisset, cuius rei gratia illo se obstrinxerat: itaq; se in culpa non futuram, etiam si rem patefaceret. Addo præterea, alteram partem iuramenti accidisse, qua liberatur eo Euryclea, quòd aliunde profectionem Telemachi intellexisset.

ἀλλ' ὑδρηναμένη) Solebant post luctum lauari, ut anteà uidimus de Menelao & Telemacho, quasi illo corpus fœdaretur. Deinde etiam

tiam ſolebant Dijs ſupplicaturi prius lauacro uti, ut hoc loco Penelope Mineruam oratura. Eódē pertinere puto ueſtes puras, quibus, ni fallor, talem habitum animi quoq; indicabant.

μιὴδὲ γέροντα) Habebat in animo Penelope Laërtem accerſere, ut ſibi deſolatæ tutum aliquod conſilium aduerſus procorum petulantiam ſuggereret. Sed quantò prudentius Eurycleaſquæ ad diuini auxilij implorationem recurrendum ſuadet, ſpreta ſenis ope, qui annis iam imbecillior factus non uideatur hoc negotio onerādus. A Dijs ergo pendere certam totius rei procurationē, eos adhuc non oblitos Arceſiadæ, id eſt Laërtis ſobolis: quibus uerbis afflictum & deiectum Penelopes animum erexit & recreauit.

ἅπαντα τοι) De hac pietatis commemoratione erga Deum aliàs diximus. Orat autem pro ſolo Telemacho, quia Vlyſſem iam è uiuis exceſsiſſe credidit. Petit uerò à Minerua, ut à procorum inſidijs filium ſeruet incolumem. Eadem enim de re ſunt hæc duo intelligenda, καί μοι φίλον υἱὸν σάωσον: & ſequens uerſus, Μνηστῆρες δ' ἀπάλαλτο, &c.

Sic loquuta, eiulauit, dea autē illius audiuit preces,
Proci autem tumultuabantur per atria obſcura.
Tum hic uerò aliquis dicebat iuuenum ſuperbiētium,
Profectò iā nuptias nobis à multis ambita regina (tur.
Apparat, neq; ullo pacto nouit q̄ ſuo cades filio ſuborna
Sic certè quiſpiam dicebat, ea aūt non erāt ſic acta.
Illis uerò Antinous concionatus eſt & fatus,
O miſeri, ſermones quidem arrogantes fugite
Omnes pariter, ne fortè quiſpiā annūciet etiam intus.
Sed agè ſilentio illis exurgentes perficiamus
Conſiliū, quod iam etiā omnib. in mente placuit nobis.
Sic loquutus, elegit uiginti uiros optimos,
Feſtinātes uerò profecti ad nauē uelocē & littus maris.
Nauem quidem principio maris in altum traxerunt,
Malum uerò impoſuerunt, & uela naui in nigra,
Aptabant uerò remos uertebris coriaceis.
Omnia ritè, ſurſum autem uela alba expanderunt.
Arma uerò ipſis tulerunt generoſi famuli,
Altè in humidū hanc traxerūt, ingreſsi ſunt etiam ipſi
Illinc cænā ſumpſerunt, expectarūt. a. heſperi aduentū.
In cœnaculo uerò illic prudens Penelope
Iacebat ſanè ieiuna, non guſtans cibum neq; potum,
Cogitans an eius mortem fugeret filius inculpatus,
An ipſe à procis impijs domitus eſſet.
Quam multa autem cogitat leo uirorum in turba,
Timens, cum ipſum doloſo in circulo agitant:
Tam uaria ipſam cogitantem corripuit dulcis ſomnus:
Dormiebat uerò recumbēs, ſolutæ ſunt ei compages oēs.
Ibi tum alia excogitauit dea cæſia Minerua,
Idolum effinxit, corpore. a. aſsimulatum erat mulieri
Iphthimæ filiæ magnanimi Icarij.
Hanc Eumelus duxerat Pheris in domo habitans.
Miſit uerò ipſam ad domum Vlyſsis diuini,
Si quo pacto Penelopen lamentantem, lugentem
Compeſceret à luctu fletuq́, lacrymoſo:
In thalamum uerò ingreſſa fera ad lorum.
Stetit. a. ſupra caput, & ipſam ſermone alloquuta eſt,
Dormis Penelope charo afflicta corde?
Nequaquam te ſinunt dij facilè uiuentes
Flere, neq; triſtem eſſe, quoniam adhuc rediturus eſt
Tuus filius, minimè enim quicquam deorū offenſor eſt.
Hanc uerò excipiens prudens Penelope,
Valdè ſuauiter dormiens in ſomniorum portis,
Cur ô ſoror huc ueniſti, non anteà quidem
Aderas, quando quidē ualdè multū lōgè domū habitas,
Et me iubes ceſsare arumna atq; doloribus
Plurimis, qui me irritant in mente & animo,
Quæ antè quidem maritū bonū amiſi magnanimum
Omnibus uirtutibus ornatum, inter Græcos
Eximiū, cuius gloria lata per Gracia & mediū Argos.
Nunc rurſus filius dilectiſsimus abyit, cauа in naue,

Ὣς ἐφάσθ' ὁλόλυξε. θεὰ δέ οἱ ἔκλυεν ἀρῆς.
Μνηστῆρες δ' ὁμάδησαν ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα·
Ὧδε δέ τις εἴπεσκε νέων ὑπερηνορεόντων,
Ἦ μάλα δὴ γάμον ἄμμι πολυμνήστη βασίλεια
Ἀρτύνει· ἀέθλοιο δὲ τοῦδε ὃ οἱ φόνος ἐγγύθι πάσσων.
Ὣς ἄρα τις εἴπεσκε. τὰ δ' οὐκ ἴσαν ὡς ἐτέτυκτο.
Τοῖσιν δ' Ἀντίνοος ἀγορήσατο καὶ μετέειπε,
Δαιμόνιοι, μύθοις μὲν ὑπερφιάλοις ἀλέασθε
Πάντας ὁμῶς, † μήπως τις ἐπαγγείλῃσι καὶ ἔσω. ℞. μήπου
Ἀλλ' ἄγε στῶ † τῆιον ἀναστάντες τελέωμεν
Μῦθον ὃ δὴ καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶν ἤρεσεν ἡμῖν. ℞. τοῖσιν
Ὣς εἰπὼν, σκέδασε· εἴκοσι φῶτας ἀρίστους·
Βαὶ δ' ἰέναι δίχα νῆα θοὴν καὶ θῖνα θαλάσσης.
Νῆα μὲν † ἂρ πάμπρωτον ἁλὸς βυθοῦδε ἔρυσαν· ℞. οὖ
Ἐν δ' ἱστόν τ' ἐπέθεντο καὶ ἱστία νηὶ μελαίνῃ·
Ἤρτυναν δ' ἐρετμὰ τροπῖς ἐν δερματίνοισι,
Πάντα κατ' μοῖραν. αὐτὰρ ἱστία λευκὰ ἐπέτασαν.
Τεύχεα δέ † σφιν ἔνεικαν ὑπέρθυμοι θεράποντες. ℞. σφ' ἔνεικαν
Τὴν μὲν δ' ἐν νοτίῳ τίθεν γ' ὥρμισαν· ἐν δ' ἔβαν αὐτοί,
Ἔνθα δὲ δόρπον ἔλοντο, μένον δ' ὄφρ' ἔτερον ἐλθεῖν.
Ἦ δ' † ὑπερῴ' ἀνέβαινε θεὶ Φερων Πηνελόπεια ℞. ὑπερώιον
Κεῖτ' ἄρ' ἄσιτος, ἄπαστος, ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος, αὐτοῦ πεῖφρ.
Ὀρμαίνουσ' εἴ οἱ θαίσει φύγοι υἱὸς ἀμύμων,
Ἦ ὅγ' ὑπὸ μνηστῆρσιν ὑπερφιάλοισι δαμείη.
Ὅσσα δὴ μερμήριξε λεὼν ἀνδρῶν ἐν ὁμίλῳ
Δείσας, ὁππότε μιν δόλιον περὶ κύκλον ἄγωσι·
Τόσσα μιν ὀρμαίνουσαν † ἐπέλλαβε νήδυμος ὕπνος· ℞. ἐπήλυθε
Εὗδε δ' ἀνακλιθεῖσα λύθεν δέ οἱ ἅψεα πάντα.
Ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
Εἴδωλον ποίησε, δέμας δ' ἤϊκτο γυναικὶ,
Ἰφθίμῃ κούρῃ μεγαλήτορος Ἰκαρίοιο,
Τὴν Εὔμηλος ὄπυιε Φερῆς ἔνι οἰκία ναίων.
Πέμπε δέ μιν πρὸς δῶμα τοῦ θείοιο,
Εἵπως Πηνελόπειαν ὀδυρομένην γοόωσαν
Παύσειε κλαυθμοῖο, γοώιό τε δακρυόεντος·
Ἐν θάλαμον δ' εἰσῆλθε παρὲξ κληῖδος ἰμάντα.
Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς, καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν,
Εὕδεις Πηνελόπεια φίλον τιθημένη ἦτορ;
Οὐ μέν σ' ἔδει ἐῶσι θεοὶ ῥεῖα ζώοντες
Κλαίειν, ἐδεῖ δ' ἀκάχησθαι, ἐπεὶ ῥ' ἔτι νόστιμός ἐστι
Σὸς παῖς· ἐ μὲν γάρ τι θεοῖς ἀλιτήμενός ἐστιν.
Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα περίφρων Πηνελόπεια.
Ἦ δὴ μάλα κνώσσω· ἐν ὀνειρείῃσι πύλῃσι,
Τίπτε κασιγνήτη ἐλεύῤ ἦλυθες; οὔτι πάρ γε
Πώλε', ἐπεὶ μάλα πολλὸν ἀπόπροθι δώματα ναίεις·
Καί με κέλῃ παύεσθαι ὀϊζύος, ἠδ' ὀδυνάων
Πολλέων, αἵ μ' ἐρέθουσι κατ' φρένα καὶ κατ' θυμόν.
Ἦ πρίν μὲν τόσσον ἐθλὸν ἀπώλεσα θυμολέοντα,
Παντοίης ἀρετῆσι κεκασμένον ἐν Δαναοῖσιν,
Εὐθλόν τε κλέος οὖρὺ κατ' Ἑλλάδα ἠμὲν Ἄργος
Νῶϊ δ' αὖ πάις ἀγαπητὸς ἔβη κοίλης ὑπὲ νηὸς

Νήπιος, οὔτε πόνων εὖ ἰδὼς, οὔτ' ἀγοράων.
Τῶ δή ἐγὼ καὶ μᾶλλον ὀδύρομαι ἢπερ ἐκείνω.
Τοῦ δ' ἀμφιτρομέω καὶ δείδια μήτι τ' ἀθῆσιν,
Ἢ ὅγε τῶν ἐνὶ δήμῳ ἴν' οἴχεται, ἢ ἐνὶ πόντῳ.
Δυσμενέες γὰρ πολλοὶ ἐπ' αὐτῷ μηχανόωνται,
Ἰθέμενοι κτεῖναι πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενον προσέφη εἴδωλον ἀμαυρὸν,
Θάρσει, μηδέ τι πάγχυ μετ' φρεσὶ δείδιθι λίην.
Τοίη γάρ τις πομπὸς ἅμ' * ἕρχεται, ἣν τε καὶ ἄλλοι
Ἀνέρες ἠήσαντο παρεστάμεναι (δύναται γὰρ)
Παλλὰς Ἀθηναίη· τὸ δ' ὀδύρομένω ἐλεαίρει·
Ἦ νῦ μοι προέηκε τάδε μυθησασθαι.
Τὴν δ' αὖτε προσέειπε περίφρων Πηνελόπεια,
Εἰ μὲν δὴ θεὸς ἐσσὶ, θεοῦ τε ἔκλυες αὐδῆς,
Εἰ δ' ἄγε μοι καὶ κεῖνον ὀϊζυρὸν κατάλεξον,
Εἴπως ἔτι ζώει, καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο,
Ἦ ἤδη τέθνηκε, καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενον προσέφη εἴδωλον ἀμαυρὸν,
Οὐ μέν τοι κεῖνόν γε διωκέως ἀγορεύσω,
Ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκε. κακὴν δ' ἀνεμώλια βάζειν.
Ὣς εἰπὼν, ἀσθμαίνοντι περὶ κληῖδα λιάσθη
Ἐς πνοιὰς ἀνέμων. ἡ δ' ἐξ ὕπνος ἀΐρετο
Κούρη Ἰκαρίοιο· φίλον δέ οἱ ἦτορ ἰαίνθη,
Ὡς οἱ ἐναργὲς ὄνειρον ἐπέστη νυκτὸς ἀμολγῷ.
Μνηστῆρες δ' ἀναβάντες ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα,
Τηλεμάχῳ φόνον αὖτε καὶ ἐνὶ φρεσὶν ὁρμαίνοντες.
Ἔστι δέ τις νῆσος μέσῃ ἁλὶ πετρήεσσα,
Μεσσηγὺς Ἰθάκης τε Σάμοιό τε παιπαλόεσσης,
Ἀστερὶς, ἡ μεγάλη· λιμένες δ' ἔνι ναύλοχοι αὐτῇ
Ἀμφίδυμοι· τῇ τόν γε μένον λοχόωντες Ἀχαιοί.

Stultus, neq; laborũ probè gnarus, neq; commerciorũ.
Huius causa iam ego etiam magis lugeo quàm illius,
Ob hoc undiq; tremisco & timeo ne quid patiatur
Aut ipse ab aliquo horũ in populo quò abyit, aut in pŏto,
Hostes enim multi in ipsum insidias struunt,
Cupientes occidere, antequã ad patriam terrã ueniat.
Hãc respondẽs alloquutus est simulachrũ obscurum,
Confide, neq; prorsus in mente timeas tantoperè,
Talis enim comes unà sequitur, quam etiam alij
Viri optarint adesse (potest enim)
Pallas Minerua, te uerò lamentantem miseratur,
Quæ nunc me præmisit tibi hæc dicere.
Hanc rursus alloquuta est prudens Penelope,
Siquidem tu dea es, deaq; audiuisti uocem,
Agè mihi & illumærumnosum enarra,
Num alicubi adhuc uiuat, & uideat lumen solis,
An iam mortuus est & in Plutonis ædibus.
Hanc respondens alloquutum est idolum obscurum,
Non quidem tibi illum identidem inculcabo
Viuat ille an mortuus est, turpe uerò uana loqui.
Sic dicens postium apud feram euanuit
In flatus uentorum: ipsa uerò ex somno excitata est
Filia Icarij, amicum autem illi pectus refloruit,
Quãdo ipsi euidẽs somniũ irruisset noctis in cõticinio.
Proci uerò conscendentes nauigabant humidas uias,
Telemacho cædem arduam in mente meditantes.
Est autem quædam insula medio mari petricosa,
Inter Ithacamq; Samumq; asperam
Asteris, nõ magna, portus .v. nauib. apti in ipsa (Achiu.
Ab utroq; latere introitũ habentes, ibi hũc expect. insi.

COMMENTARIVS.

ἢ μάλα δὴ γάμου)Intellexit hic quisquis fuit ex iuuenibus, Telemachum his insidijs, quas ipsi proci moliuntur, interceptũ iri, quo sublato minus futurum sit impedimentum ad impetrandum Penelopæ matrimonium. Itaq; subsannat reginam quasi istius doli nesciam. Quàm autem temerè faciat, docet statim Antinous, qui rem cum silentio & sine iactantia perficiendam esse admonet. Quæ non mediocris est prudentia in rebus gerendis, ubi taciturnitas maximè deliderat.

πίμπλη δέ μιν)Cùm multi de somnijs scribant, primus Homerus eorum causam uidetur ostendisse, prætereà quoq; rationem. Causam, cùm docet à quo mittantur: rationem, cùm modũ etiam indicat. Mittuntur autẽ à Deo (nam ὀνείρους διοπέμπειν tãtùm agnoscit Poeta) idq; per idola & imagines, quæ in hominum cerebro effinguntur: hocenim sibi uult, quod paulò pòst dicitur, hoc Iphthimę simulachrum supra Penelopes caput constitisse, ἐπὶ δὲ κεφαλῆς: quia in ea parte corporis uersatur homiuum φαντασία & omnium imaginum quasi conceptaculum. Sunt autem imagines, somniorum materia, ut cõmuni consensu scribunt Onirocritici. Cuius sententiæ princeps est Poeta noster, ut uidemus. Hinc sumpsisse opinionem suam Democritum ait hoc loco Eustathius, somnia ex extrinseca imaginum incidentia (ut ita loquar) id est ἐμπλώσει, fieri. Sed aut falsus est Eustathius, aut corrigendus est Laërtius in uita Democriti, ubi hoc de uisu dixisse Democritum ait his uerbis: ὁρᾶν δ' ἡμᾶς κατ' εἰδώλων ἐμπλώσεις (sup. δεχᾶ) Quod etiã secutus est Interpres: Intueri nos, incidentibus in nos rerum imaginibus (sup. opinatur) corrigendus, inquam, & pro ὁρᾶν substituendum, ὀνειρώττειν. Quod ego lectori discutiendum relinquo. Quoniam autem in somniorum causas incidimus, non est negligendum neq; ab hoc loco planè alienum, quod multi tradunt, referente Rhodigino Lect. antiq. lib. 27. cap. 7. Duas esse somniorum causas: intimam unam, extimam alteram. Intimam item duplicem. Vnam quidem, fortuitum in quiete phantasmatum motum, qui nihil præsagit: alteram ex corporis affectione, ut qui frigidioris sunt naturæ; glacie aut niuibus sibi uidentur obrui. Extimam item duplicẽ: Corpoream, & spiritalem. Ex quibus illa quidem ex cœlestibus profluit corporibus, & aëre nos ambiente. Sicuti enim illis influentibus, in corporali materia formæ producuntur diuersæ, ut plantarum & metallicorum, &c. sic & uirtute eadem in potentia phantastica, quæ organica est, phantasmata effingi ualent, cœlesti consentanea dispositioni, effectui cuipiam producendo. Ac propterea id quoq; genus somnia ueritatis opinionem sibi facilè conciliant. Spiritalis ex Deo est, item bifaria: nam uni quandoq; imaginaria modo ingeritur uisio, ut Pharaoni: alteri uerò eiusdem intellectus, ut Iosepho: interdum utrumq; uni soli, ut Danieli. Et hæc est una spiritalis ratio: altera est dæmonum commercio infamis, & magica insignitior uanitate. Hæc Rhodiginus ex theologicis, ut inquit, sanctarijs. Vbi uides semper regnare materiam somniorum, nimirum imagines. Spiritalem autem rationem primam hic intellexit Poeta: quo sensu ὀνειροπόμπους, ἀναξ διοπτιπλους, & θειαι ὀμφαι appellantur. Tenendum est ergo, imagines illas in hominis capite effingi. Sed in qua parte? in memoria, ut tradit Cardanus. Sed duplex est memoria: alia quidem ut actus primus, & est in corpore animato & cerebro seu illius parte: alia uerò, quæ est dum contẽplamur, & est uisio imaginis, à spiritibus eleuatæ, facta ab anima. Sed ista propriè pertinent ad extimam & corpoream somniorum causam, de qua anteà. Quæ omnia tamen non uidetur agnouisse Poeta, cùm à Dijs missorum somniorum tantùm meminerit: quia nimirum illa certiora sunt, & uix est ut fidem non mereantur. Neq; ignoro multos nobis succensuros, qui ita de somnijs scribamus, quæ illi uana existimant. Sed nõ moror maleuola & imperita (homine enim imperito nihil iniustius) eiusmodi ingenia, quæ peculiaribus opinionibns adhærescere delectant.

ῥεῖα ζώοντες)Quid per hoc Deorum epithetum intelligat, docuimus in Iliade ex Plutarchi sententia.

ἠ μὲν γάρ τ')Inter cætera quæ Homerus de uero hominum statu ignorauit, hoc non est inter postrema numerandum. Credit enim, ante prouectã ætatem Deos ab hominibus nõ offendi, & hoc de Telemacho Iphthima nunc pronunciat: offendi igitur Deos putauit ab hominibus sceleratis, quales sunt homicidæ, libidinosi, & siquod aliud est maleficiorum genus, quorum nullum in Telemachum cadit. Itaque bene sperare iubetur de salute illius Penelope, cùm eos qui uitæ integritate pollent, Dij soleant tutari & protegere. Vbi tamen uestigium est pietatis, quòd homines Dei tutelæ subijciantur, à quo tum salus, tum uitæ pericula dependent, in quæ ille cùm uoluerit, nos conijcit: & è quibus si item uolet, eripit. Quod autem ad Telemachum attinet, quem à uitio & crimine erga Deum perpetrato liberat, nos meliore doctrina usi uniuersum mortale genus ab ipsa conceptionis & ortus tempore peccato,

cato, & proinde iræ Dei obnoxios aſſerimus. Et hoc monitum uolo, nequis nos in ueterum erroribus hærere exiſtimet, quos diligenter, ni fallor, ſemper obſeruauimus, ne in Ethnicorum quidem nugis ſolidæ pietatis immemores.

τῆ δὴ ἐγὼ)Impenſus matris amor, quo filium proſequitur, hîc apparet. Nam ſe filij caſum dolere uehementiùs teſtatur, quàm Vlyſsis mariti. Forſan eo tempore non fuit tanta coniugum reuerentia, quantam inter nos eſſe Dei iuſſu conuenit: uel, quod potiùs mihi perſuadeo, iam temporis longinquitate dolor de Vlyſsis morte erat penè deletus, aut ita ſaltè imminutus, ut hic recès de Telemacho longè eſſet grauior.

κἄτνον οὐζυρὸν)Exiſtimo hîc Vlyſſem intelligi, non Telemachum. Voluit enim Penelope cum de hoc bene ſperare iuberetur, de illo quoque oblata loquentis huius occaſione, quam Deam eſſe ex tam certis reſponſis conijciebat, aliquid explorare: ſed hoc illi denegatum eſt, quia inſcia Penelope domum uenturus ſit Vlyſſes, ut poſteà uidebimus: rem ergo ab inſtituto ſuo alienam noluit facere Poeta.

Finis libri Quarti.

ARGVMENTVM QVINTI LIBRI *Odyſſeæ.*

CONCILIO deorum ſecundùm coacto, Iupiter Mercurium mittit ad Calypſo, iubens dimittere Vlyſſem. Ipſa uerò iuſſum facit. Decima uerò octaua die uidens eũ Neptunus, & indignatus, ſoluit ratem. Ino uerò ei dat uitã: præcipiens ut poſtquam terram appetiſſet, deijceret eam, & multa paſſus in Phæacum regionem uenit ſeruatus.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Ε. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Ο' ὈΔΥΣΣΕΙΑΣ.

ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ τῶν θεῶν δευτέρων ποιησάμενος ὁ Ζεὺς, Ἑρμῆν πέμπει ἐπὶ Καλυψὼ, κελεύων ἀπολύειν τὸν Ὀδυσσέα, ἡ δὲ τὸ κελευσθὲν ποιεῖ. τῇ δὲ ὀκτωκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ ἰδὼν αὐτὸν ὁ Ποσειδῶν, καὶ χαλεπήνας λύει τὸν σχεδίαν. Ἰνὼ δὲ αὐτῷ δίδωσι κρήδεμνον, σὺ τελαμῶνι ἐπιζώσῃ φησὶ τὸ στῆθος ἀποβρίψας αὐτό. καὶ πολλὰ παθὼν, εἰς τὴν τῶν Φαιάκων χώραν ἔρχεται διασωθείς.

Aliud.

E, nauigat in rate Vlyſſes diſciſſa mari.

Ἄλλη.

Ἑ, πλεῖ ἐπὶ σχεδίης Ὀδυσεὺς σχισθείσης πόντῳ.

AVRORA autem ex lecto ab generoſo Tithono
Surrexerat, ut immortalibus lumen ferret, atq; mortalibus.
Ipſi uerò dij ad conſeſſum conſederãt, inter illos ſanè
Iupiter altitonans, cuius potentia eſt maxima.
Illis autem Pallas recenſebat pericula multa Vlyſſis
Memor: curæ enim ei erat cùm eſſet in domo Nymphæ.
Iupiter pater atq; alij beati dij ſemper exiſtentes,
Nullus amplius benignus, mitis & manſuetus ſit
Sceptrifer rex, neq; mente pia opera cogitans,
Sed ſemper durus ſit, & iniuſta perpetret:
Ita nullus memor eſt Vlyſſis diuini
Ciuibus quibus præfuit, ut pater autem lenis erat.
Sed ille quidem in inſula iacet graues dolores patiens
Nymphæ in ædibus Calypſus, quæ ipſum neceſſitate
Detinet, hic. v. non poteſt ſuam in patriã terrã uenire.
Non enim ei adſunt naues remis inſtructæ & ſocij,
Qui ipſum comitentur ſuper lata dorſa maris.
Nunc rurſum filium dilectiſſimum occidere cupiunt
Domum reuertentem, ille uerò abijt ad patris famam
Ad Pylum diuinam, atq; ad Lacedæmona claram.
Hanc excipiens alloquutus eſt nubicola Iupiter,
Filia mea quale tibi dictum excidit ſepto dentium?
An' non iam hoc quidem conſultaſti mente tu ipſa,
Vt certè illos Vlyſſes ulciſcatur reuerſus?
Telemachum autem tu deduc accuratè (potes enim)
Vt illæſus ſuam in patriam terram ueniat.
Proci uerò in naue retro iter relegant.
Dixit ſanè, & Mercuriũ dilectũ filiũ alloquebatur,
Mercuri (tu enim in alijs nuncius es)
Nymphæ pulchricomæ dicito latum conſilium,
Reditum Vlyſſis patientis: ut redire queat,
Neq; deorum ductu neq; mortalium hominum,

ΩΣ δ' ὅτε δὴ ῥοδοδάκτυλος ἠριγένεια
Τιθωνοῖο
Ὄρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φέροι φάος ἠδὲ βροτοῖσιν·
Οἱ δ' ἧστο θεοὶ θώκωνδε καθίζανον, ἐν δὲ
ἄρχε τοῖσι
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὅ τε κρείσσων ἐστὶ μέγιστος.
Τοῖσι δ' Ἀθηναίη λέχε κήδεα πολλὰ Ὀδυσῆος
Μνησαμένη· μέλε γάρ οἱ ἐὼν ἐν δώμασι Νύμφης.
Ζεῦ πάτερ, ἠδ' ἄλλοι μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
Μήτις ἔτι σκήπτοῦχος ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω
Σκηπτοῦχος βασιλεύς, μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδὼς,
Ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' εἴη, καὶ αἴσυλα ῥέζοι·
Ὡς οὔτις μέμνηται Ὀδυσῆος θείοιο
Λαῶν οἵσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖται κρατέρ' ἄλγεα πάσχων,
Νύμφης ἐν μεγάροισι Καλυψοῦς, ἥ μιν ἀνάγκῃ
Ἴσχει, ὁ δ' ἐ δύναται λιὼ πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι.
Οὐ γάρ οἱ πάρα νῆες ἐπήρετμοι, καὶ ἑταῖροι,
Οἵ κέ μιν ὠπέμποιεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.
Νῶϊ δὲ καὶ παῖδ' ἀγαπητὸν ὀτλεῖναι μεμάασι,
Οἶκαδε νεισόμενον. ὁ δ' ἔβη μετὰ πατρὸς ἀκουὴν
Ἐς Πύλον ἠγαθέην δύ' ἐς Λακεδαίμονα δῖαν.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς,
Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγε ἕρκος ὀδόντων;
Οὐ γὰρ δὴ τόν γε μὲν ἐβάλλεο νόον αὐτή,
Ὡς ἥτοι κείνης Ὀδυσεὺς ἀποτίσεται ἐλθών;
Τηλέμαχον δὲ σὺ πέμψον ὀπιζομένως (δύναται γὰρ)
Ὡς κε μάλ' ἀσκηθὴς λιὼ πατρίδα γαῖαν ἵκηται,
Μνηστῆρες δ' ἐν νηῒ παλιμπετὲς ὀπονέωνται.
Ἦ ῥα, καὶ Ἑρμείαν φίλον υἱὸν αὐτίον ἠυδᾶ,
Ἑρμεία (σὺ γὰρ αὖτε τά τ' ἄλλα περ ἄγγελός ἐσσι)
Νύμφῃ ἐϋπλοκάμῳ εἰπεῖν νημερτέα βουλὴν,
Νόστον Ὀδυσῆος πολασίφρονος, ὥς κε νέηται,
Οὔτε θεῶν πομπῇ, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων·

Ἀλλ' ὅγ' ἀπὶ σχεδίης πολυδέσμου πήματα πάσχων
Ἤματί κ' εἰνοστῷ Σχερίῃ ἐρίβωλον ἵκοιτο,
Φαιήκων ἐς γαῖαν, οἱ ἀγχίθεοι γεγάασιν,
Οἱ κέν μιν θεὸν ὣς τιμήσουσιν·
Πέμψουσι δ' ἐν νηῒ φίλῃ ἐς πατρίδα γαῖαν,
Χαλκόν τε χρυσόν τε ἅλις ἐσθῆτά τε δόντες,
Πολλ' ὅσ' οὐ δὴ ἔπεστ' ἐκ Τροίης ἐξήρατ' Ὀδυσεύς,
Εἴπερ ἀπήμων ἦλθε, λαχὼν ἀπὸ κληῖδα θύρης αἴσης.
Ὣς γάρ οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν, καὶ ἱκέσθαι
Οἶκον ἐς ὑψόροφον καὶ ἐὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.

Ὣς ἔφατ'. ἐδδδ' ἀπίθησε Διάκτορος Ἀργειφόντης·
Αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,
Ἀμβρόσια, χρύσεια· τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν,
Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.
Εἵλετο δ' ῥάβδον τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Ὧν ἐθέλει. τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.
Τὴν μὲν χερσὶν ἔχων πέτετο κρατὺς Ἀργειφόντης.
Πιερίην δ' ἐλθὼν, ἐξ αἰθέρος ἔμπεσε πόντῳ.
Σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα, λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς,
Ὅς τε κατ' ἠεινὰς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
Ἰχθῦς ἀγρώστας, πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ·
Τῷ ἴκελος πολέεσσιν ὀχήσατο κύμασιν Ἑρμῆς.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἀφίκετο τηλόθ' ἐοῦσαν,
Ἔνθ' ἐκ πόντου βὰς ἰοειδέος, ἤιεν οὖδας,
Ἧος ὄφρα μέγα σπέος ἵκετο, τῷ ἔνι Νύμφη
Ναῖεν ἐϋπλόκαμος. τὴν δ' ἔνδοθι τέτμεν ἐοῦσαν·
χ. τηλόσε Πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, † τηλόθι δ' ὀδμὴ
Κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' αἰὲν νῆσον ὀδώδει,
Δαιομένων. ἡ δ' ἔνδον ἀοιδάων ὀπὶ καλῇ,
Ἰστὸν ἐποιχομένη, χρυσείῃ κερκίδι φαίνεν
Τηλεθόωσα, περιπρὸ δὲ ὕλη
Κλήθρη τ' αἴγειρός τε, καὶ εὐώδης κυπάρισσος,
Ἔνθαδέ τ' ὄρνιθες τανυσίπτεροι εὐνάζοντο,
χ. κῶπες † Σκῶπές τ' ἴρηκές τε, τανύγλωσσί τε κορῶναι
Εἰνάλιαι, τῇσίν τε θαλάσσια ἔργα μέμηλεν.
χ. ατειὴς Ἡ δ' αὐτὴ τετάνυστο περὶ σπείους γλαφυροῖο,
Ἱμερὶς ἠβώωσα, τιθήλει δὲ σταφυλῇσι·
Κρηῖδαι δ' ἐξείης τέσσυρες ῥέον ὕδατι λάβρῳ,
Πλησίαι ἀλλήλων τετραμμέναι ἄλλυδις ἄλλη·
χ. σίν Ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ ἴα ἠδὲ σελίνῳ
Θήλεον· κεν ἄθάνατός περ ἐπελθὼν
Θηήσαιτο ἰδὼν, καὶ περφθείη φρεσὶν ἧσιν·
Ἔνθα στὰς ἐθηεῖτο Διάκτορος Ἀργειφόντης.

Sed ipse in rate colligata dolores patiens
Die uicesima ad Scheriam fertilem perueniat,
Phæacum ad terram, qui propinqui dijs sunt,
Qui ipsum animo deum ueluti honorabunt:
Mittent autem in naui charam in patriam terram,
Aesq; aurumq; abunde ueste mq; exhibuerint,
Plurima quanta nunquã ex Troia sustulisset Vlysses,
Etiamsi illæsus uenisset, portionem ex præda sortitus.
Sic enim ei fatum est amicos q; uidere, & adire
Domum excelsam & suam patriam terram.
Sic ait, neq; renuit internuncius Mercurius,
Statim deinde pedibus subligauit pulchra talaria
Immortalia, aurea, quæ ipsum ferebant siue per mare
Siue per immẽsam terrã pariter cum flamine uenti:
Cepit autem uirgam, qua uirorum oculos demulcet,
Quorumcunq; uult, eos autem ipsos sopitos excitat.
Hanc in manibus tenens delabitur fortis Mercurius,
Ad Pieriam delapsus ex æthere incidit in mare.
Ruit autem deinde super fluctus laro aui similis,
Quæ circum magnos sinus maris indomiti
Pisces uenans densas alas mergit salsugine:
Huic similis plurimos superiectus est fluct⁹ Mercurius.
Sed quando iam in insulã peruenisset longè iacentem,
Tum ex ponto conscendens cæruleo, ad continentem
Ibat, donec ad ingentẽ specũ peruenit, in quo Nympha
Habitabat pulchricoma, hanc uerò intus inuenit:
Ignis quidem ad focum ingens ardebat, procul. v. odor
Cedri q; fissilis thuriq; per insulam redolebat,
Ardentium. ipsa uerò intus cantillans uoce pulchra,
Telam percurrens, aureo radio texebat.
Sylua autem specum circumtreuerat uirescens,
Alnus populusq; & bene odorata cypressus,
Ibi quoq; aues extensas alas habentes nidulabantur,
Bubones, accipitresq; latas linguas habentes cornices
Marinæ, quibusq; marina opera curæ sunt:
Atq; illic extensa erat circum speluncam cauam
Vitis pubescens, florebat uerò uuis.
Quatuor uerò serie fontes fluebant aqua lympida,
Vicini inter se uersi aliò atq; aliò.
Circùm uerò mollia prata uiolarum atq; apij
Virescebant: eò tametsi immortalis accedens,
Admiraretur uidens & oblectaretur mente sua.
Illic stans admirabatur fortis internũcius Mercurius.

COMMENTARIVS.

ἴν' ἀθανάτοισι) De hac loquendi formula Homerica diximus anteà lib. 3. circa principium.

μήτις ἔτι σκέφεω) Hi quinq; uersus repetiti sunt ex lib. 2. ubi à Mentore pronunciantur. Sed hîc alius est illorum usus. Exprobrat enim Ioui reliquisq; Dijs Minerua Vlysis manſuetudinem regiam & pietatem: quasi hac ratione debuerit sibi Deorum Numina conciliare, quæ tamen à se maximè alienata habeat, cùm ipsum tam longi tẽporis spatio à patrijs finibus arcẽat. Et hoc est quod superiore libro & alijs locis diximus. Non solùm homines Deos aliquando non offendunt, sed suis etiã meritis eos quasi sibi deuinciunt, ut cæca illa sæcula putauerunt.

ἀλλ' ὁ μὲν ὧν νήσῳ) Duo conqueritur Minerua. Primùm, quòd Vlysses in Calypsûs ædibus tãdiu detineatur: deinde, quòd proci Telemacho mortem insidiosè moliantur. Sed Iupiter utriq; sic prouidet. Quod ad Telemachum attinet, ipsimet Mineruæ dat negotium illius tutò domum reducendi: quod ad Vlysis reditum, mittitur Deorum nuncius Mercurius, qui Calypso Iouis uoluntatem ea de re exponet. Ita uoti sui compos Minerua fuit pro charissimorum sibi hominum incolumi reditu.

ἔ τι θεῶν πομπῇ) Hoc ex falsa illa ueterum doctrina pendet, posse aliquid homines sine Deorum auxilio: quod idcirco Vlysi non adesse uult Iupiter, nimirum in ipso nauigationis principio, ut submonet Eustathius. Nam nullus aut Deorum aut hominum dicitur Vlyssem à Calypsûs insula ad Phæacas transmisisse. Alioqui in media nauigatione Leucothea Vlysi affuit, & à Phæacibus ad Ithacam homines eum deduxerunt.

οἱ ἀγχίθεοι γεγάασιν) Cur Phæaces ἀγχίθεοι appellẽtur, docet Didymus. Vel, inquit, eorum generis habita ratione. Nam Phæax eorum parens filius erat Neptuni. Vel propter eorum soli fertilitatem & εὐδαιμονίαν: Vel propter studium hospitalitatis, quo gẽs illa bene audiuit, cæterasq; uirtutes. Quod postremum Eustathio magis placet: nam & ipse Alcinous in sequentibus dicet idem, se nimirum adeò uicinos Dijs esse, ut Cyclopes Gigantibus. Quod ibi explicabitur.

ἄλλοτε δὲ ῥάβδον) Virgilius copiosiùs de hac uirga sic scripsit Aeneid. 4.

Tum uirgam capit: hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit:
Dat somnos, adimitq; & lumina morte resignat.

His similia Statius Papinius lib. Theb. Horatius lib. Carm. Od. 10.

Tu

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus, virgaq; leuem coerces
Aurea turbam, superis Deorum
Gratus & imis.

Hæc uirga autem erat aurea, unde χρυσόῤῥαπις ἰγμῆς appellatur. Sed de hac uirga dicemus etiam inf. lib. ultimo. Nunc referemus tãtùm uerba Phornuti, qui in speculatione de Deorum natura exponit, cur huic uirgæ tribuatur facultas somni inducendi, & amouendi. Sic ergo ille. Adhæc animarum ducem, Mercurium esse fabulantur: innuentes, illi esse proprium, homines uoluptate delinire, obq; id uirgam ei dant in manus, qua uirorum demulceat oculos, mentis nimirum. Deinde iterum dormitantes excitat, & illi in manu est, facile impetum addere remissis ac hacce scentibus: atq; hos retrahere ac fistere, qui nimio ferebantur impetu. Hæc ille, ut Velareus est interpretatus: nam Græcus codex mihi ad manum non erat.

ἴμπεσε πόντῳ) Mirum est quod Mercurium ponto immergat, cùm uel citiùs uel facilius uolando eò esset peruenturus, quò contẽdebat. Sed hoc Poetæ placuit, & mihi non licet aliud diuinare. Nunc uerò illum laro comparat, nimirum laro marino, ut respondeat similitudo: quæ non est intelligenda de corpore, sed de solo impetu & incessu super mare, ut recte monet Didymus.

πῦρ μὲν ἐπ' ἰκριόφιν) Egregia est τοπογραφία Calypsûs ædium, quæ in profunda specu collocantur, quia Nympham uicina loca mari incolere oportuit. Interiora ergo domus primùm attingit, ignemq; describit. Non est enim leue indicium magnificæ domus, cùm in ea ingens ignis accenditur, habetq; hoc nescio quid illustris. Sed nec uulgaris quidem hic fuit ignis, sed qui Deam deceat, nimirum ex cedro, (quam odoratam Virgil. appellat. *Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum*) & thure, unde tantus odor emanat, ut totam insulam impleat. Quid uerò Calypso? Cantu laborem suum texendi solatur. Vbi notandum est, quàm oderit ociũ & desidiam Homerus, ut qui nec Deas ipsas à labore ac opere alienas fingat. Pergit deinde Poeta, & amœnitates specum illam circumiacentes describit. Eæ sunt, sylua arboribus cõstans eiusmodi, quæ riguis amant locis conseri: ut alnus, populus. Est & in illis cupressus arbor odoratissima. Sunt & aues, è quibus recensetur scopas (quarum meminit præter alios Aelianus Hist. anim. lib. 15. cap. 28. sunt qui bubones uertant nominenimis generali, cùm scops minor sit bubone, ut nos in Lexico docebimus) accipitres, cornices marinas: accedit uitis, quæ uuis onerata speluncam ambiebat. Insuper quatuor fontes ad inuicem oppositi. Quæ omnia pratis uirentibus circundantur uiolis (quidam σίυ legunt pro ἰσὶυ: uide Lexicon) & apio refertis. Ea tandem sic extollit, ut ipsis Dijs esse admirationi scribit: quasi dicat, ea non parui ab hominibus esse faciẽda, quæ Deos ipsos sic ad sui rapiant tum admirationem, tum etiam oblectationem. Quod generaliter præmisit, id in Mercurio specialiter demonstraturus. Sed quamuis hæc tam iucunda & amœna sint, tamen Momum suum quoque repererunt, nimirum Alexandrum, ut refert Dio Prusæus orat. 2. de Regno, ubi dicit: Omnia illa supra modùm amatoria & suauia moribus Deæ Calypsûs fuisse accommoda. Sed hoc tribuendum esse Alexandri ingenio puto, qui rebus bellicosis impensius intentus cætera omnia negligebat. Ibi enim quæstio est de ornatu Regiæ domus, ex qua ambitiosos & magnificos ornatus, quales sunt Alcinoi, Calypsûs, atque etiam Menelai exulare iubet, & in eorum locum exuuias & arma hostiũ, secundum Hectoris sententiam, substituit: cætera quæ his non respondet, Sardanapalo quodam aut stulta uirgine aut petulãte muliere digniora esse dicit. Nos tamen, si placet, has quoque honestas delicias cum Mercurio admiremur, & laudemus.

Cæterùm postquam omnia suo admiratus est animo,
Statim in latam speluncam perrexit, neq; ipsum cõtrà
Ignorauit conspicata Calypso diua dearum.
(Non enim ignoti utiq; dij inuicem sunt
Immortales: neq; siquis longè procul domos habiret.)
Neq; uerò Vlyssem magnanimum intus deprehendit,
Sed ipse ad litus flebat sedens, ubi antea etiam
Lachrymis & gemitibus & doloribus animũ macerãs
Pontum in irrequietũ prospiciebat, lachrymas stillans.
Mercurium autem interrogabat Calypso diua dearum
In throno collocata splendido, admirando:
Cur ad me Mercuri aurea uirga uenisti,
Venerãdus & charus? ante quidẽ neutiq; frequẽtabas,
Loquere quodcũq; cupis, perficere aũt animus iussit,
Si possum perficere, & si perficiendum est.
Sed sequere ulterius, ut tibi hospitalia apponam.
Sic certè loquuta dea apposuit mensam,
Ambrosia replendo, miscuit aũt nectar rubrum. (cur.
Cæterùm ipse bibebat & comedebat internũcius Mer-
Porrò postquã cœnatus est & cõfirmauit animum cibo,
Tum ipsam uerbis excipiens alloquutus est,
Interrogas me uenientẽ dea deum, cæterùm ego tibi
Verè sermonem enarrabo: iubes enim.
Iupiter me iussit huc ire inuitum,
Quis enim uolens tantam percurreret salsam aquam
Immensam, neq; ulla propè mortalium urbs, quiq; dijs
Sacra faciant, & legitimas Hecatombas.
Sed nullo modo fas est Iouis mentem Aegida habentis,
Neq; pratergredi alium deum, neq; irritam facere.
Ait tibi uirum adesse æruminosissimum aliorum
Virorum, qui circa urbem Priami pugnarunt (uem
Nouẽnio, decimo uerò urbẽ depopulati cõscenderũt na-
Domum: cæterùm in reditu Palladem offenderunt,
Quæ ipsis excitauit uẽtumq; malũ & fluctus ingẽtes.
Ibi alij quidem omnes perierunt boni socij.
Hunc certè huc uentusq; ferens & fluctus appulit.

Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τἀῤῥατα ἐῷ θυμήσατο θυμῷ,
Αὐτίκ' ἄρ' ἐς ὄῤῥὺ κατέβη· ἤλυθεν· ἐδέ μιν οἶτος
Ἤγνοιησε ἰδοῦσα Καλυψὼ δῖα θεάων.
(Οὐ γάρ τ' ἀγνῶτες γε θεοὶ ἀλλήλοισι τέλονται
Ἀθάνατοι, εἰδ' ἔπι δηθὰ νέσθι δόματα ναίει)
Οὐδ' ἄρ' Ὀδυσσῆα μεγαλήτορα κῦδος ἔπιτμος,
Ἀλλ' ὅγ' ἐπ' ἀκτῆς κλαῖε καθήμενος· ἔνθα πάρος* περ
Δάκρυσι καὶ στοναχῇσι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων,
Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον δεδρηκέσκετο δάκρυα λείβων.
Ἑρμείαν δ' ἐρέεινε Καλυψὼ δῖα θεάων,
Ἐν θρόνῳ ἱδρύσασα φαεινῷ σιγαλόεντι,
Τίπτε μοι Ἑρμία χρυσόῤῥαπι εἰλήλυθας,
Αἰδοῖός τε φίλος τε πάρος γέ μεν ὄττι ἰάμιζεις.
Αὔδα· τί φρονέεις· πέλεται δέ με θυμὸς ἄνωγεν,
Εἰ δυνάμαι πλέσσαί γε καὶ εἰ τὸ πλεσμένον ἐστίν.
Ἀλλ' ἕπεο σχετέρω, ἵνα τοι παρὰ ξείνια θείω.
Ὣς ἄρα φωνήσασα θεὰ παρέθηκε τραπέζαν,
Ἀμβροσίης πλήσασα κέρασσε δ' ἐρυθρὸν νέκταρ.
Αὐτὰρ ὃς πῖνε καὶ ἤσθιε διάκτορος Ἀργεϊφόντης.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δείπνησε, καὶ ἤρκεσε θυμὸν ἐδωδῇ,
Καὶ τότε δὴ μιν ἔπειτα προσηύδα κερδοσύνη,
Εἰρωτᾷς μ' ἐλθόντα θεὰ θεόν. αὐτὰρ ἐγώ τοι
Νημερτέως τὸν μῦθον ἀναστήσω· κέλεαι γάρ.
Ζεὺς ἔμ' ἰδὼν ἄεκόντα δεῦρ' ἐλάσασκε· τίς ἐθέλοντα
Τίς δ' ἂν ἑκὼν τοσόνδε ἁλαδράμοι ἀλμυρὸν ὕδωρ,
Ἄστεσιν· ἔνθα τις ἄγχι βροτῶν πόλις οἵτε θεοῖσιν
Ἱερά τε ῥέζουσι καὶ ἐξαίτους ἑκατόμβας.
Ἀλλὰ μάλ' ὅππως ἐσὶ διὸς νόος Αἰγιόχοιο
Οὔτι †παρὲξ ἑλθεῖν ἄλλον θεὸν, ὅθ' ἁλιῶσαι,
Φησί τοι αὖθρα παρεῖναι ὀϊζυρώτατον ἄλλων
Τῶν ἀνδρῶν οἳ ἄμυδις περὶ Πριαμοιο μάχοντο
Ἐνάτης, δεκάτῳ δὲ πόλιν περόσαντες ἔβησαν
Οἴκαδ'· ἀτὰρ ἐν νόσῳ Ἀθηναίῃ ἀλίτοντο,
Ἣ σφιν ἐπῶρσ' αἰπεμόν τε κακὸν καὶ κύματα μακρά.
Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἀπέφθιθον ἐσθλοὶ ἑταῖροι,
Τὸν δ' ἄρα δεῦρ' αἶψα πνοιή τε φέρων καὶ κῦμα πέλασσεν,

ff 4 Τὸν

χρ. παρεξελθεῖν

Τὸν νῦν σ' ἰθύνει ἀποπεμπέμεν ὄφρ', ἤι τάχιστα.
Οὐ γάρ οἱ τῆσδ' αἶσα φίλων ἄπο νόσφιν ὀλέσθαι,
Ἀλλ' ἔτι οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν, καὶ ἱκέσθαι
Οἶκον ἐς ὑψόροφον καὶ ἐὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ὣς φάτο. ῥίγησεν δ' Καλυψὼ δῖα θεάων,
Καί μιν φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
χ. δολόμονες Σχέτλιοι ἐστὲ θεοί,* ζηλήμονες ἔξοχον ἄλλων,
Ὅστε θεᾶς ἀγάασθε παρ' αὐδράσιν εὐνάζεσθαι
χ. λῶπε Ἀμφαδίην, † ἤ τις τε φίλον ποιήσετ' ἀκοίτην.
Ὣς μὲν ὅτ' Ὠρίωνα ἕλετο ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
Τόφρα οἱ ἠγάασθε θεοὶ ῥεῖα ζώοντες,
Εἰ ὡς μιν ἐν Ὀρτυγίῃ χρυσόθρονος Ἄρτεμις ἁγνὴ
Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐπιχομένη κατέπεφνεν·
Ὣς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ,
ὯΙ θυμῷ εἴξασα, μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ,
Νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ· οὐδὲ δηρὸν ἦεν ἄπυστος
Ζεύς, ὃς μιν κατέπεφνε βαλὼν ἀργῆτι κεραυνῷ.
Ὣς δ' αὖ νῦν μοι ἄγαθε θεοὶ βροτὸν ἄνδρα πάρεῖναι,
Τὸν μὲν ἐγὼν ἐσάωσα τῷ τρόπῳ βεβαῶτα
Οἶον· ἐπεί οἱ νῆα θοὴν ἀργῆτι κεραυνῷ
χ. ἰλάσσατο Ζεὺς † ἔλασας σκέασε μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.
Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἀπέφθιθον ἑσθλοὶ ἑταῖροι,
Τὸν δ' ἄρα δεῦρ' αἴνεμός τε φέρων ἐκ κῦμα πέλασσε.
Τὸν μὲν ἐγὼ φίλεόν τε καὶ ἔτρεφον, ἠδὲ ἔφασκον
Θήσειν ἀθάνατον καὶ ἀγήρεον ἤματα πάντα·
Ἀλλ' ἐτεὸν ὅπως ἐστὶ Διὸς νόον Αἰγιόχοιο
χ. παρεξελθεῖν Οὔτε † παρεξ ἐλθεῖν ἄλλον θεὸν, ὅστ' ἀλιῶσαι,
Εἴρεθ', εἴ μιν κεῖνος ἐποτρύει καὶ ἀνώγῃ
Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον· πέμψω δέ μιν ὅππα ἔγωγε.
Οὐ γάρ μοι πάρα νῆες ἐπήρετμοι, καὶ ἑταῖροι
Οἵ κέ μιν ἐμπέμψειαν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.
Αὐτάρ οἱ πρόφρων ὑποθήσομαι, ἠδ' ὀπίσσω,
Ὡς κε μάλ' ἀσκηθὴς ἣν πατρίδα γαῖαν ἵκηται.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε Διάκτορος Ἀργοφόντης,
Οὕτω νῦν ἀποπεμπε, Διὸς δ' ἐπιτέλλεο μῦθον,
Μήπως τοι μετόπισθε κοτοσσάμενος χαλεπήνῃ.

Hunc nunc te iubet dimittere quàm celerrimè.
Non enim ei hic fatum est ab amicis seorsim perire,
Sed adhuc illi fatum est amicos q; uidere & peruenire
Ad domum excelsam & suam ad patriam terram.
Sic ait, extimuit uerò Calypso diua dearum,
Et ipsum compellans uoce uerba alata dixit,
Improbi estis dij inuidi pra alijs,
Quiq; deabus inuidetis, ut cum uiris dormiant
Palam, si aliqua charum adepta fuerit maritum,
Sic quidem cùm Orionem cepit roseis digitis aurora,
Tamdiu illi inuidistis dij faciliter uiuentes,
Donec ipsum in Ortygia aurea sella Diana casta
Suis mitibus sagittis aggrediens occidit.
Sic etiam quando Iasioni pulchricoma Ceres
Suo animo cedens, commixta est in amicitia & lectu'o
Nouali in tertiato: neq; diu fuit ignarus
Iupiter, qui ipsum occidit fericns candenti fulmine.
Sic rursus nunc mihi inuidetis dij mortalē uirū adesse,
Illum quidem ego seruaui à carina susceptum
Solum, posteaquam illi nauem celerem coruscofulmine
Iupiter iaculando diffidit medio in nigro ponto.
Tum alij quidem omnes perierunt eximij socij.
Hunc certè huc uentusq; ferens & fluctus adegit,
Hunc ego amaui & enutrioi, atq; promiseram
Facere immortalē, & absq; senio diebus omnibus. (chi
Verū quādoquidē nullo pacto fas est Iouis mentē Aegio
Vel pratergredi alium deum, neq; irritam facere,
Valeat, si illum ipse excitat & iubet
Pontū per irrequietū, dimisero uerò ipsum nūquā ego.
Non.n.mihi prastò sunt naues remis instructa & socij,
Qui ipsum deducant per lata dorsa maris.
Caterùm ei lubens consulam neq; celabo,
Vt omninò incolumis suam in patriā terrā perueniat.
Hanc statim alloquutus est internūcius Mercurius,
Sic nunc dimitte, Iouis autem euita iram,
Ne fortassis tibi in posterum iratus succenseat.

COMMENTARIVS.

ὡς δ' εἰ μὲν αὕτως ἠγνόησεν) Cùm multis alijs partibus Deos ab hominibus satis distinguat Poeta, tamen hoc quoque addēdum est, quod hìc obseruatur: statim Calypso uisum Mercurium agnouisse, cùm soleant homines alios ad se uenientes interrogare qui sint. Tum uerò nequis repentinam istam agnitionem miretur, aut non credat, monet hoc esse Dijs familiare, ut etiā remotissimos quan tumuis cæteros agnoscant. Qua in re uidentur mihi illi ueteres non omnino malè de Deo sensisse, cùm in tanta pluralitate ac multi tudine Deorum, nihil tamen ita diuersum inter illos constituerunt, ut non sese inuicem agnoscerent, quasi ex una diuinitatis essentia constantes.

ὡς δ' ἄρ' Ὀδυσῆα) Cur absentem singat Vlyssem, explicat Eustathius: ἵνα, inquit, πρόφορος ᾖ τὸν ποιητὴν δόξῃ χαρίσασθαι αὐτῷ ἡ Καλυψὼ τὸν πλοῦν ἀφ' ἑαυτῆς καὶ ὀφλήσῃ σκῆψιν χάριν αὐτῇ. id est: Vt ipsa Calypso uideatur per se & sponte sua uentam & facultatem nauigandi Vlysi concessisse, & eum sibi hoc nomine deuinciret. Sed uidebimus in sequentibus ita fuisse institutam Vlyssis uitam, ut interdiu secederet in rupes & littora, ut seorsim doleret, noctu uerò in speluncam se cum Calypso reciperet.

αὐτὰρ ἐπεὶ δείπνησε) Vides inter Deos quoque obseruari, ut post cœnam demum causam aduentus sui exponant.

κίλλαι γδ) Sciebat Mercurius se rem ingratam Calypso indicaturum, ideò artificio sè hoc præmittit: quasi dicat, Referam tibi causam aduentus mei, quando quidem ita iubes, quam alioqui sponte mea non dixero: itaq; si ea tibi iniucunda fuerit, tu ipsa in culpa eris, quæ me sic interrogas atque adeò iubes, ut mihi fas non sit tibi non obtemperare.

οὐκ ἐθέλοντα) Cur inuitus hoc iter susceperit Mercurius, statim dicit, nimirū quòd is locus esset nō solùm remotissimus, sed quòd in uia nulli occurrerent populi: hoc est, nulla essent hospitia, in quæ solandi sui gratia posset diuertere. Has tamen molestias se deuorasse, quia Iouis mandata recusare non potuerit, utpote cui uniuersam Deorum turbam morigeram & obsequentem esse oporteat. Et hoc pacto istud officium suum magis probat & commendat, quòd non tantæ sit laudis facile, ac difficile negotium administrare: & solet in rebus arduis gratior esse nauata opera, quàm in tenuibus.

αὐδρὸς πελάσσαι) Maluit Mercurius circumloquutiuè Vlyssem indicare, quàm proprio eius expresso nomine: quod illud ἰμφαπτόμενον uideatur. deinde etiam commiserationem mouere Deæ instituerat, ut illa eo clementior em ac humaniorem illi sese exhiberet. Itaque eum ærumnosissimum omnium Græcorum, qui post dirutam Troiam in patriā reuersi sunt, appellat. Sed quia amore nimio, quo in Vlyssem flagrabat, fieri poterat ut ipsum Calypso nō dimitteret, quem potius spe immortalitatis illi oblata ad sui matrimonium pelliciebat: addit postremò hoc ita fato decretum esse, ut Vlysses in patriam rediret. Cui quidem fato cùm nulli Deorum liceat refragari, necessariò eò redacta est Calypso, quanquam inuita, ut sequens illius oratio docebit, ut tandem Vlyssem dimiserit.

κέτλιοι ἐστὲ θεοί) Vide quid faciant & amor & ira. Ille Dijs etiam aduersam Calypso constituit, ut pluris amasium suum faciat, quā ipsa Deorum mandata. Hæc uerò mentem de sua sede dimouet, insanamq; eam reddit, ut conuicijs ipsos Deos prosequatur. Quod non solùm temeritatis fuit, sed etiam impietatis. Docet igitur iniquos esse Deos & inuidos, qui uoluptatem Dearum, qua in hominū amorem feruntur, præripere illis soleant. Id exemplis duobus probat: quibus tamē plus in se ipsam uidetur agere. Nam exitus

Orio-

Orionis & Iaſonis, ſatis monent non eſſe hominum cum Deabus conſortium, & illud ſuperis Dijs non placere, itaq; aduerſum Calypſo illa potuerunt contorqueri.

οἷς ἀγανοῖς βελέεσσι) Alij diuerſa tradũt de Orionis morte. Aiunt enim eum auſum Dianæ pudicitiam tentare, eamq́ue indignatam ſerpentem immiſiſſe, à quo interemptus ſit, ut Euphorion ſcribit his uerbis: σωκωκυηχῶν δὴ ἅτος ἐρεπιδὶ ἐπιχέεσσιν αὐτῷ βιασαθέσ, ὀργισθεῖσα δὴ ἡ θεὸς ἀπέδωκεν ἐκ τῆς γῆς σκόρπιον, ὃς αὐτὸν πλήξας κ) τὸν ἀστράγαλον ἀπέκτεινε. id eſt: Cùm uerò unà cum Diana uenaretur, illi uim inferre conatus eſt: at Dea irata ſcorpiũ è terra excitauit, qui illius talũ percutiens interemit. Horatius ſagitta percuſſum ait

—— & integra Tentator Orion Diana Virginea domuus ſagitta.

Alij alia. Sed Homerus repentinæ eius mortis tantùm meminit. Hoc enim ſignificari ait Euſtathius his uerbis: οἷς ἀγανοῖς, &c. quibus dicitur Dianam ſuis telis Orionem confixiſſe, aliquid uidelicet in ſe peccantem: alioqui enim non ſoleat uiros Diana interficere, ut aliàs dictum, ſed Apollo. Qua de cauſa teſtis eſt idem Euſtathius, quoſdam hunc locum propter inſolitum Dianæ factum expũxiſſe. De Orione & Iaſione uide Lexicon Homericum.

ὡς δ' αὖ νῦν μοι ἀγαθὰ) Nunc rẽ de ſe ipſa interpretatur, docetq́; ſe duabus illis Deabus ſimilem in amore fuiſſe: non ſolùm quòd hominem mortalem adamarit, ſed quòd, ut illi amaſijs ſuis priuatæ ſint, ſic ſibi quoq; Vlyſſem iam ſuperi inuideant. Finis tamẽ inter ſe longè differt: nam illi morte perierunt, hic uerò uiuus tantùm illi adimitur. Sed Calypſo idem cenſet, ſui reſpectu nec minus grauis eſt illi hæc priuatio, quàm cæteris ſua fuerit: forſanq́; non minus exoptatura ſit Vlyſſis mortem, quàm perpetuam illius abſentiam. Vt autem melius doceat ſibi hac in parte à Dijs iniuriam fieri, commemorat beneficia, quæ in Vlyſſem contulit, unde ipſi quodammodo Vlyſſes ita deuinctus ſit: ut cum ei acceptam uitam & alia commoda poſt naufragium referre debeat, non poſſit ei etiam perpetuam ſuam præſentiam denegare. Tamen Iouis uicta imperio diſceſſum ei concedit.

ζεὺς ἐλάσας) Aliquid πικρὸν in his latitare cenſeo. quaſi dicat Calypſo: Ego Vlyſſem naufragum excepi, naufragum inquam ex ipſius Iouis fulmine, qui me iubet nunc eum dimittere, breui tempore commutatus. Quid enim oportebat Iouem ſic in eum ſæuire, ut eundem poſtea à me repeteret: quæ tamen ei clementior fui, neque mei miſereatur aut humanitatem & beneuolentiam, qua eiectũ Vlyſſem foui, reſpiciat.

πέμψω δὴ μιν) Videtur intelligere ſe ſuâ ſponte Vlyſſem non eſſe dimiſſurum, ſed coactam Ioue ita iubente: uel non ſuppeditaturam ſe illi nauem ac ſocios, quibus illa omnino careat: quod ſi faceret, uideretur dici ipſum dimittere. quaſi dicat: Adſit ei Iupiter, ſi uolet, ego adeſſe illi aut illius nauigationem iuuare non poſſum.

Sic certè loquutus auolauit fortis Mercurius,
Ipſa ad Vlyſſem magnanimum ueneranda Nympha
Ibat, poſtquam Iouis accepiſſet mandata.
Hunc certè in littore inuenit ſedentẽ, neq; unquã oculi
A lacrymis ſiccabantur, conſumebatur. a. dulcis ætas
Obreditum lugẽti, quoniã nondũ placuerat Nymphæ.
Sed certè nocte quidem dormiebat etiam coactus
In ſpelunca caua, nolens apud uolentem.
Die uerò in petris & littoribus ſedens,
Lacrymis & gemitibus & doloribus animũ macerans,
Pontum in indomitum proſpiciebat lacrymas ſtillans.
Propè autem aſtans alloquuta eſt diua dearum,
Infelix, ne amplius mihi hic lugeas, neq; tibi ætas
Conſumatur, iam enim te ualdè prompta dimittam.
Sed age lignis longis abſciſis apta ferro
Latam ratem, cæterùm tabulata fige ſuper eam
Sublimius, ut te ferat per obſcurum pontum.
Porrò ego panem & aquam, & uinum rubrum
Imponam dulce, quæ tibi famem arceant,
Veſteſq́; induam, mittam tibi uentum à tergo,
Vt omnino incolumis tuã in patriam terrã peruenias,
Si modò dij utiq; uoluerint, qui cælum latum habitãt,
Qui me fortiores ſunt in cognoſcendo q́; iudicando q́;.
Sic ait, exhorruit autem patiens diuus Vlyſſes,
Et ipſam alloquutus uerba alata dixit, (fectionem
Aliud quippiã iãtu dea hac in re molieris, neutiq; pro
Quæ me iubes rate traÿcere ingentes undas maris
Horrendas difficileſq́;, quas neq; naues æquales
Veloces traÿciant lætantes Iouis uento:
Neq; uerò ego te inuita ratem conſcenderim,
Niſi mihi ſuſtineas dei magnum iuſiurandum iurare,
Ne ullum mihi ipſi damnum malum conſulas aliud.
Sic ait, riſit uerò Calypſo diua dearum,
Manuq́; ipſum demulſit, uerbumq́; dixit & ploquuta
Certè ucteranus es, & non incauta ſciens. (eſt:
Qualem certè hunc ſermonem excogitaſti proloqui?
Sciat nunc iſtuc terra & cælum latum ſupernum,
Et ipſa ſubterlabens Stygis aqua (quod maximum
Iuramentum grauiſſimumq́; exiſtit beatis dÿs)
Non ullum tibi ipſi damnũ malũ me conſulturã aliud.

Ὣς ἄρα φωνήσας ἀπέβη κρατὺς ἀργεϊφόντης·
Ἡ δ' ἐπὶ Ὠκεανοῖο μεγαλήτορα πότνια Νύμφη
Ἤϊ', ἐπεὶ δὴ ζώοιο ἐπίκλυεν ἀγγελιάων.
Τὸν δ' ἄρ' ἐπ' ἀκλῆος εὗρε καθήμενον· ἐκ δέ ποτ' ὄσσε
Δακρυόφιν τέρσοντο κατείβετο δ' ἡγλυκὺς αἰὼν
Νόστον ὀδυρομένῳ, ἐπεὶ οὐκέτι λώιον ἦεν Νύμφῃ.
Ἀλλ' ἤτοι νύκλας μὲν ἰαύεσκεν κατὰ ἀνάγκη
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ·
Ἤματα δ' ἐν πέτρῃσι καὶ ἠιόνεσι καθίζων.
Δάκρυσι καὶ στοναχῇσι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων,
Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον δερκέσκετο, δάκρυα λείβων.
Ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη προσεφώνεε δῖα θεάων·
Κάμμορε, μή μοι ἔτ' ἐνθάδ' ὀδύρεο, μηδέ τι αἰὼν
φθινέτω· ἤδη γάρ σε μάλα πρόφρασ' ἀποπέμψω.
Ἀλλ' ἄγε, δούρατα μακρὰ τεμὼν, ἁρμόζεο χαλκῷ
Εὐρείῃ σχεδίῃ, ἀτὰρ ἴκρια πῆξαι ἐπ' αὐτῇ
Τ' ὄφρ', ὥς σε φέρησιν ἐπ' ἠεροειδέα πόντον.
Αὐτὰρ ἐγὼ σῖτον καὶ ὕδωρ καὶ οἶνον ἐρυθρὸν
Ἐνθήσω μενοεικέ', ἃ κέν τοι λιμὸν ἐρύκοι.
Εἵματά τ' ἀμφιέσω τ' ἐπέμψω δέ τοι ὄπιθεν,
Ὥς κε μάλ' ἀσκηθὴς σὴν πατρίδα γαῖαν ἵκῃαι,
Αἴκε θεοί γ' ἐθέλωσι τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
Οἵ μιν φέρτεροί εἰσι νοῆσαί τε κρῆναί τε.
Ὣς φάτο. ῥίγησεν δ' ὁ πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς,
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Ἄλλό τι δὴ σὺ θεὰ τόδε μήδεαι, ἀδὲ τὸ μοι τῷ
Ἧ με κέλεαι σχεδίῃ περάαν μέγα λαῖτμα θαλάσσης,
Δεινόν τ' ἀργαλέον τε· τὸ δ' οὐδ' ὁπὶ νῆες ἐΐσαι
Ὠκύποροι περόωσιν, ἀγαλλόμεναι Διὸς οὔρῳ.
Οὐδ' αὖ † ἐγὼν ἀέκητι σέθεν σχεδίης ὑπιβαίην, κ. ἐγὼν
Εἰ μή μοι τλαίης γε θεὰ μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι,
Μήτί μοι αὖτῷ πῆμα κακὸν βουλεύσεμεν ἄλλο.
Ὣς φάτο. μείδησεν δ' Καλυψὼ δῖα θεάων
Χειρί τ' μιν κατέρεξεν, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε·
Ἦ δὴ ἀμείτρός γ' ἐσσι, καὶ οὐκ ἀπιφώλια εἰδώς,
Οἷον δὴ τὸν μῦθον ἐπεφράδεο ἀγορεῦσαι.
Ἴστω νῦν γόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθε,
Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ (ὅστε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι)
Μήτί τοι αὖτῷ πῆμα κακὸν βουλεύσεμεν ἄλλο·

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ τὰ μὲν νοέω καὶ φρεσὶν ὅσσ' ἐμοί περ
Αὐτῇ μηδοίμην ὅτι με χρειὼ τόσον ἴκῃ.
Καὶ γὰρ ἐμοὶ νόος ἐστὶν ἐναίσιμος, οὐδέ μοι αὐτῇ
Θυμὸς ἐνὶ σήθεσσι σιδήρεος, ἀλλ' ἐλεήμων.
Ὣς ἄρα φωνήσασ' ἡγήσατο δῖα θεάων.
Καρπαλίμως δ' ὁ γ' ἔπειτα μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο
Γίγνον δ' ἀπείων γλαφυρὸν θεὸς ἠδὲ καὶ ἀνήρ·
κ. καθίζε Καὶ ῥ' ὁ μὲν ἕζετ' * κάθιζεν ὅπου θρόνος ἔνθεν ἀείρας
Ἑρμείας· Νύμφη δ' ἐπίθει πάρα πᾶσαν ἐδωδὴν,
Ἔδμεναι καὶ πίνειν, οἷα βροτοὶ ἀνέρες ἔδουσιν·
Αὐτὴ δ' αὖτιον ἷζεν Ὀδυσσῆος θείοιο,
Τῇ δ' ἅπαρ' ἀμβροσίην δμῳαὶ καὶ νέκταρ ἔθηκαν.
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τάρπησαν ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος,
Τοῖσι πάρα μύθων ἦρχε Καλυψὼ δῖα θεάων.
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Οὕτω δὴ οἰκόνδε φίλων ἐς πατρίδα γαῖαν
Αὐτίκα νῦν ἐθέλεις ἰέναι; σὺ δ' χαῖρε καὶ ἔμπης.
Εἴγε μὲν εἰδείης σῇσι φρεσὶν ὅσσα τοι αἶσα
Κῆδε' ἀναπλῆσαι πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι,
κ. Ἐνθάδε † Ἐνθάδε αὖθι μένων * σὺν ἐμοὶ τόδε δῶμα φυλάσ-
κ. αὖθι
κ. παρ' ἐ- Ἀθανάτης τ' εἴης· ἱμειρόμενός περ ἰδέσθαι (σοις,
μοὶ Σὴν ἄλοχον, τῆς αἰὲν ἐέλδεαι ἤματα πάντα.
Οὐ μέν θην κείνης γε χερείων εὔχομαί εἶναι,
Οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν· ἐπεὶ οὔπως ἄδε ἔοικεν
Θνητὰς ἀθανάτῃσι δέμας καὶ εἶδος ἐρίζειν.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσ.
Πότνια θεὰ, μή μοι τόδε χώεο· οἶδα καὶ αὐτὸς
Πάντα μάλ' ὥνεκα σεῖο περιφρονέουσα Πηνελόπεια
Εἶδος ἀκιδνοτέρη, μέγεθός τ', εἰς αὖτα ἰδέσθαι.
(Ἡ μὲν γὰρ βροτός ἐστι, σὺ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως)
κ. ἐλδόμαι Ἀλλὰ καὶ ὣς, ἐθέλω καὶ * ἐέλδομαι ἤματα πάντα
Οἶκαδε δύμεναι, καὶ νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι.
Εἴ δ' αὖ τις ῥάψῃσι θεῶν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
Τλήσομαι, ἐν σήθεσσιν ἔχων τεταπεινθέα θυμὸν,
Ἤδη γὰρ μάλα πολλὰ παθὼν καὶ πολλὰ μογήσας
Κύμασι καὶ πολέμῳ· μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθαι.

Sed ea quidem dispicio & suadeo, quæcunq; mihi ipsi
Vtiq; suaderē, si quādo me necessitas tātopere urgeret.
Etenim mihi mens est integra, neq; mihi ipsi
Animus intra præcordia ferreus, sed misericors.
Sic loquuta, præcessit diua dearum
Celeriter, ille deinde post uestigia iuit dea,
Peruenerunt ad spelunçam cauam dea atq; ipse uir.
Et ille quidem illuc resedit in solio unde surrexerat
Mercurius, Nympha uerò apposuit omnem cibum
Edere & bibere, qualia mortales uiri edunt.
Ipsa uerò è regione sedit Vlyssis diuini.
Huic uerò ambrosiam ancilla & nectar apposuerunt.
Hi uerò ad fercula parata apposita manus extenderūt.
Caterùm postquam saturati sunt cibo & potu,
His certè sermonibus cœpit Calypso diua dearum,
O inclyte Laërtiade uersute Vlysses,
Siccine iam domum charam ad patriam terram
Protinus nūc uis proficisci: tu uerò gaude nihilominus.
Siquidem scires tua mente, quantos tibi fatum est
Dolores implere, priusquā ad patriā terrā peruenias,
Certè hîc manēs unà mecum hanc domum custodires,
Immortalisq; esses, quantumuis cupidus sis uidendi
Tuam uxorem, cuius usq; desiderio teneris dies omnes.
Neq; uerò certè illa inferior glorior esse,
Nec corpore, neq; indole: quādoquidē nequaquā decet
Mortales cū immortalibus corpore et forma cōtendere.
Hanc respondendo alloquutus est uersutus Vlysses,
Veneranda dea, ne mihi ob hoc succēseas, scio enim ipse
Omnia rectè, quare te prudens Penelope
Forma inferior est, proceritateq; coram aspectu.
(Illa quidem mortalis est, tu.v. immortalis et senij ex-
Sed etiam sic uolo & desidero diebus omnibus, (pers.)
Domumq; redire, & reditus diem uidere.
Quòd si quispiā me malè mulctarit deorū in nigro pon
Patiar in pectore habens patientem animum. (to,
Iam enim ualdè multa passus sum & multa pertuli
In fluctibus & bello, post quæ & hoc illis accedat.

COMMENTARIVS.

ἀλλ' ἤτοι νύκτας) Sic miserè tempus partiebatur Vlysses: interdiu quidem solitudines quærit, ut casum suum propter diuturnam à patria charissima absentiam lugeat: quod forsan fecit, ne cum Calypso remanēs eam irritaret, à qua etiam beneficium hospitij acceperat, hoc est ne ei molestus esset continuis suis lamentationibus. Nocte autem cogebatur, inquit Poeta, in speluncam se recipere, ut nolens cum uolente dormiret. Hoc ergo factum inter illa est numerandum, quod ex coacta uoluntate proficiscitur. An autē uitiosa sit, & ob eam Vlysses culpandus, concludent Ethici ex Arist. lib. 3. Nicomach.

ἀλλ' ἄγε) Ita Vlyssem alloquitur Calypso, ut nihil aliud potuerit Vlysses sibi persuadere, quàm hoc ipsam ex proprio motu proponere, nullo alio impellente: itaq; ut posteà uidebitur, suspectam habuit eius orationem. Primùm igitur quasi Vlyssis commiseratione tangatur, iubet eum à lacrymis desistere: & cùm intelligat eum reditum maximè exoptare, hunc ei se concedere dicit operam & subsidium suum ad nauigationem pollicita, uictum, uestes & uentum: quod erat potissimum caput.

ἀρμόζει) Norat Calypso Vlyssem esse πολυμήχανον, ideò ipsum iubet nauem sibi compingere, quod etiam ipse paulò pòst faciet.

ῥίγησιν) Cùm timorem in uiros fortes cadere aliàs satis probauerimus, non est quòd miremur nunc Vlyssem exhortrisse ad Calypsûs orationem. Causa hæc est: Anteà quandiu apud eam commoratus erat, nō potuit ab ea impetrare, ut in patriam cum eius uenia proficisceretur (ἴσκε γὰρ ἐν νήδυσι νύμφη, dixit anteà Poeta) quin potius eum omnibus modis, etiam oblata immortalitate, quod omnino non erat contemnendum, remorari conabatur: nunc uerò, cùm uideat diuersè à præcedentibus colloquijs eam loqui, ueretur ne Deam longa obstinatione sua offenderit: unde illa irata, se immortalem à mortali contemni, ultura sit hanc iniuriam, & insidias Vlysi sub specie reditus instruat. Itaque oblatam quidem redeundi licentiam non aspernatur, sed caueri sibi iuramento, à Calypso petit ipsam secum perfidè non acturam alia sibi moliendo uitæ pericula. Hinc constat, quantus sit prudentiæ Vlysses doctor, cuius gratia sic eum ipsa Calypso dignis extollet laudibus. Discè isthinc, quisquis tibi bene consultum cupis, ἀπιστίαν, aut saltē προπετῆ πίστιν temerariam & repentinam fidem effugere.

συγὼ ὔδωρ) De Styge & hoc iuramento diximus in Iliade, & olim plura dicemus in Lexico.

ἀλλὰ τὰ μὲν νοέω) Hoc illustrat, quod anteà dicebamus, Calypso hæc tanquam ex se proponere, ut uidelicet hoc pacto Vlyssem sibi soli deuinciret. Noluit autem Iouis mandati meminisse, quia tunc Vlysses non Calypso, sed Ioui gratias ob reditum ageret. Credibile est etiam, sic Ioui idcirco indignatam fuisse, ut piguerit illam fateri se eò Ioue impellente, redactam, ut etiam nolens Vlyssem dimitteret.

ὅσσ' αὖ ἐμοὶ περ) Vnusquisq; aliorū apud se quasi regulam habet, quā quid eis utile sit ac commodum, examinat: ideò iubet Christi Dei hominis sacrosancta uox, Id alijs ut faciamus, quod nobis ipsis fieri exoptamus. Et tunc satis in alios humaniter nos uidemur gessisse, cùm non minus illis ac nobis consultum uolumus. Nam non sunt audiendi φιλαυτίφιλοι quidam, suadentes etiam cum nostro incommodo alijs succurrendum: quasi nulla sit nobis nostri ipsius gerēda cura, sed ea in reliquos expēdenda & penitus exhau-

hauriendа. Videndum eſt ergo quid tibi ipſi commodum putes, & hoc alijs ſuadeto (nam hic Calypſo ſuadere ſe tantùm dicit, poteſt autem & in cæteris rebus idem dici) quod etiam Calypſo præſtat.

νύμφη δ' ἐπιθ.) Hoc loco duo ſunt obſeruãda. Primùm ipſammet Calypſo cibos Vlyſsi apponere (quod ſpeciem habet adulationis, ut ait Euſtathius) ancillas uerò ipſi Deæ. Deinde mortalibus uiris conuenientes cibos Vlyſsi apponi: Calypſo uerò ambroſiam & Nectar, quibus Dij tantùm ueſcuntur. Hęc ſunt ea nimirum, quæ Vlyſsi Nympha illa pollicebatur ad immortalitatem conſequẽdam. Cibi enim illi eiuſmodi ſunt, ut qui ex hominibus eos deguſtaſſent, immortales fieri crederentur.

ἔτω δὴ οἰκτρὸν δὲ: Ecce quàm cæcus ſit amor. Sciebat enim Calypſo parendum ſibi eſſe Iouis imperio, quo Vlyſſem dimittere iubebatur: tamen cum à propoſito conatur denuò demouere, adeo, ne iubentibus quidem Dijs, non potuit uoluntas illa immutari. Reperit ergo (ut equidem conijcio) uſurpatam ſæpius orationem, qua profectionem Vlyſsi diſſuadebat, duobus argumentis. Primum eſt, quòd ſi Vlyſſes diſceſſerit, multa ſuperſint adhuc ei ſubeunda pericula, quibus ille ab itinere poſsit deterreri. Secundum, quòd apud Calypſo remanendo non ſolùm calamitates illas euitaturus ſit, ſed etiam ipſa uxore potiretur factus etiamnũ particeps immortalitatis: quod illi longè potius eſſet, quàm ad Penelopẽ mortalẽ, & quæ ipſa Calypſo longè ſit inferior, ſiue formam ſiue indolem ſpectes. Ita Calypſo omnem mouet lapidem, ut Vlyſſem ſuum exoret. Sed fruſtrà, quia aliud erat fato definitum, quòd ipſa, cùm intelligeret, ut iam dixi: tamen libidine ſua abripi ſeſe paſſa eſt, hocq; pacto tũ in Deos tum in homines iniurioſa eſt. In Deos, quòd eorum iuſsis obtemperare ſubterfugiat: in homines, quòd alienum uirum detineat.

ἤτοι ἀθανάτῃ π.) Non decere ut mortales cum immortalibus de forma & corporis præſtantia contendant, hic locus docet, & alia inſuper exempla, quorum aliquot quæ mihi in mentem ueniunt, iuuandi lectoris gratia referam. Apud Aelianum Hiſt. anim. lib. 15. cap. fin. hæc extat hiſtoria. Apud Pygmæos, cùm maſculum genus regium aliquando defeciſſet, fertur mulier Gerana nomine ipſis imperitaſſe. Quæ cùm à Pygmæis, ſuprà quàm deceret, diuinis propè honoribus afficeretur: inde animo inflata, ipſas etiã Deas contemnebat: nominatim uerò Iunonem, Mineruam, Dianam & Venerem à ſuæ formæ præſtantia procul abeſſe dictitabat. At hũc ſuæ iactantiæ morbum non impunè tulit. Nam à Iunone irata ex homine in auem conuerſa eſt, quæ nunc Geranos, id eſt grus nominatur: Pygmæis infeſta eam ob cauſam, quòd illi immodicis honoribus ei delatis, ad hanc inſaniam & exitium eam adegerint. Hæc ille. Quod fortaſſe intellexit Ouid. lib. 6. Metam. ubi in tela Mineruæ Pygmæam mulierem à Iunone uictam, in gruem q; mutatam dicit:

Altera Pygmææ fatum miſerabile matris
Pars habet, hanc Iuno iuſſit certamine victam *Eſſe gruem, populiq; ſuis indicere bellum.*

Ad hanc rem illuſtre eſt exemplum Niobes, quæ inter cætera quibus ſe Latonæ anteponebat, erat quoque formæ ſuæ opinio

——*accedit eò dem Digna Deâ facies*, inquit apud Ouid. ibidem. Cuius tamen arrogantiæ illa pœnas tandem luit amiſsis liberis ſuis, quos Apollo & Diana iaculis confixerunt: ipſa tandem in ſilicem conuerſa eſt. Caſsiope etiam, quæ ſe Nymphis formę nomine anteponebat, in filiæ periculũ uenit. Nam Andromeda idcirco ſcopulis eſt alligata, marino monſtro futura præda, niſi ſuperueniſſet Perſeus, qui ingentem hanc calamitatem uirtute ſua anteuertit: ut eſt apud eundem Ouid. lib. 4. Metam.

πότνια θεά: Modeſtè Calypſûs orationi reſpondet, teſtaturq́ue ſe non Penelopes deſiderio, quòd eam Deæ immortali anteferat, ac pluris faciat quàm Calypſo, reditum in patriam optare: ſed ſimpliciter propter nudum amorem, quo in patriam ſuam propendet. Et hoc pacto reſpondet ultimæ parti orationis Calypſûs pro uſitato apud Poetam reſpondendi more. Quod autem ad primã eius partem attinet, qua ſibi ſubeunda multa incommoda proponebantur: docet, ſe ideò non magis commoueri, ut qui alia iã perpeſſus ſit & bello & alto, ut de ſuo Aenea dicit Virgilius: proinde ſe ad noua, ſi quę contingant, minimè perterritum iri: quaſi dicat, nihil ſibi grauius accidere poſſe illis, quæ iam uarijs modis expertus eſt. Quare concludit, μή κ' ἐδὲ πεῖσι χλιεθω.

σοὶ φρεσὶν) Subſcribo Euſtathio monenti Vlyſſem, hoc ſolo uocabulo docuiſſe, ſe non fruſtra amare Penelopem, ut quæ ſit nimirũ prudens. quaſi dicat: Licet Penelope forma, proceritate ac immortalitate longè tibi Calypſo cedat, tamen habet etiam illa quo cõmendetur, uidelicet prudentiam. Verba Euſtathij hæc ſunt: ἡ τῇ σωτόμῳ συγκρίσει ἐπαγείνασε τὴν Πηνελόπην. ὁμως μέν τοι ἄλλως λεληθότως ἐσημήνατο ἑαυτῷ, παραίνεσιν ἐμφαίνων, τὸ, σοὶ φρεσὶν πηνελόπεια· ἕνεκεν δοκεῖ σοῦ φίλης. μονονυχὶ φάσκων, ὡς ἡ κὴ τὰ ἄλλα σου ἀκριβεστέρα, τά γοῦν κὴ νὸν πεφρόνηκεν.

Sic ait, ſol autem occidit & tenebræ ſuborta ſunt:
Venientes autem hi in ſeceſſum ſpelunca cauæ,
Oblectabantur amore, iuxta ſe manentes.
Quando.a.mane genita apparuit roſeis digitis aurora
Continuò chlænamq́, tunicamq́ induit Vlyſſes,
Ipſa uerò candidam ſtolam ingẽtem induit Nympha,
Tenuẽ & gratioſam, zonã autem circumpoſuit lumbis
Pulchram, auream, capiti autem impoſuit calyptram,
Et tũ tandẽ Vlyſſi magnanimo apparabat pfectionem.
Dedit quidem ei ſecurim magnam habilem in manus,
Ferream, utring, accuminatam, cæterùm in ipſa
Manubrium perpulchrum, oleaginum fabrefactum.
Dedit uerò deinde aſciam politam, dux uerò uiæ erat
Inſulæ ad extremã orã, ubi arbores pceræ enatæ erant,
Clethra, populuſq́ abieſq́ in cælum pertingens
Aridæ dudum uehementer quæ ei nauigarẽt leuiter.
Cæterùm poſtquã oſtendit ubi arbores longæ creuiſſẽt,
Redyt quidem domum Calypſo diua dearum. {opus:
Cæterùm ipſe ſcindebat ligna, celeriter ei abſoluebatur
Viginti aũt diebus deiecit omnes, dolauit uerò ferro.
Poliuit uerò ſcitè, & ad perpendiculum direxit.
Interea attulit terebras Calypſo diua dearum,
Terebrauit uerò omnia, & commiſit inter ſe,
Clauis autem hanc & compagibus aptauit,
Quantum quiſq́ fundum nauis circumſcribit faber
Onerariæ latæ, bene peritus fabrilis artis.
Tantam latam ratem confecit Vlyſſes.
Tabulata.v.erigens cõpingens frequẽtibus foris rectis

Ὣς ἔφατ'. ἠέλιος δ' ἄρ' ἔδυ καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν.
Ἐλθόντες δ' ἄρα τώγε μυχῷ ἀπείρων γλαφυροῖο,
Τερπέσθην φιλότητι παρ' ἀλλήλοισι μένοντε.
Ἠμος δ' ἠριγένεια φάνη ροδοδάκτυλος ἠώς,
Αὐτίκ' ὁ μὲν χλαῖναν τε χιτῶνά τε εἵνυτ' ὀ δυοτεύς,
Αὐτὴ δ' ἀργύφεον φᾶρος μέγα εἵνυτο Νύμφη,
Λεπτὸν καὶ χαρίεν, περὶ δ' ζώνην βάλετ' ἰξυΐ
Καλὴν, χρυσείην, κεφαλὴ δ' ἐπέθηκε καλύπτρην·
Καὶ τότ' ὀ δυοτῆι μεγαλήτορι μήδετο πομπήν·
Δῶκε μὲν οἱ πέλεκυν μέγαν, ἄρμενον ἐν παλάμῃσι,
Χάλκειον, ἀμφοτέρωθεν ἀκαχμένον· αὐτὰρ ἐν αὖτῳ,
Στειλειὸν περικαλλὲς, ἐλάϊνον, εὖ * ἐναρηρός· χ. ἐπαρηρώς
Δῶκε δ' ἔπειτα σκέπαρνον ἐϋξοον. ἦρχε δ' ὁδοῖο
Νήσου ἐπ' ἐσχατιῆς, ὅθι δένδρεα μακρὰ πεφύκει,
Κλήθρη τ' αἴγειρός τ', ἐλάτη τ' ἰὼ ἐρανομήκης,
Αὖα πάλαι, περίκηλα, τά οἱ κουφότατα ἐλάφρως.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ δεῖξ' ὅπι δένδρεα μακρὰ πεφύκει,
Ἠ μὲν ἔβη πρὸς δῶμα Καλυψὼ δῖα θεάων·
Αὐτὰρ ὁ πάμπυστα δόρατ' ἀθρόα θοῶς δέ οἱ αὐτὸς ἔεργεν.
Εἴκοσι δ' ἔκβαλε πάντα· πελέκκησεν δ' ἄρα χαλκῷ,
Ξέστε δ' ἐπισταμένως, καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε.
Τόφρα δ' ἔνεικε τέρετρα Καλυψὼ δῖα θεάων,
Τέτρηνεν δ' ἄρα πάντα, καὶ ἥρμοσεν ἀλλήλοισι·
Γόμφοισι δ' ἄρα τὼ γε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρηρεν.
Ὅσσον τίς τ' ἔδαφος νηὸς τορνώσεται ἀνὴρ
Φορτίδος εὐρείης, εὖ εἰδὼς τέκτοσιν ἄλκα,
Τόσσον ἐπ' εὐρείῃ σχεδίῃ ποιήσατ' ὀ δυοτεύς.
Ἴκελα δὲ σήσας, ἐπάρην θαμέσι σταμίνεσσι,

Ποίει,

Ποίει, ἀπὲρ μαυρῆσιν ἐπηγκενίδεσσι πλόῳπε.
lit,ut quæ de nuptijs cogitaret,ab ignoto homine earum felicitatem audiret,quod plenius paulò pòſt uidebitur)ſed, inquam,longè omnium feliciſsimum iactat eum,cui ipſa deſpondebitur. Quia uidelicet tam ſpecioſa & egregia uirgo non poteſt uiro non eſſe gratiſsima:& cum id ſoleat quaſi bonum aliquod à uiris exoptari,cui hoc contigerit, oportet felicem exiſtimari,qui optato potiatur. Tum exaggerat illius laudes,primùm,cùm dicit ſe nunquam talem animaduertiſſe hominẽ,quod,quaſi genus,in ſuas deinde ſpecies partitur uirum & mulierem:de hac ſi dixiſſet,tantùm res uidebatur minus mirabilis: ubi uerò etiam eam uiris anteponit,maximam encomij facultatem in eo collocaſſe uidetur, cùm inferius uirili genere muliebre cenſeatur, ſi potiſsimùm paria de ſingulis conſtituantur. Sed in laudando mediocritatis leges eſſe uiolandas cenſuit Orator noſter,ubi maximè ex eius perſonæ, ad quam oratio dirigitur, beneuolentia commodorum tuorum ratio pendet. Nihil ergo par aut ſimile, Vlyſſes, huic uirgini reperias? Immò uerò. Quidnám? Rarum aliquid & inuſitatum, proinde etiam admiratione dignum,cui appoſitè raram hanc uirginem comparat,non quidem ipſius rei reſpectu ſolùm,ſed etiam ipſius raritatis. Quantumuis enim uile quippiam fuerit, modò rarum, ſatis in ſe habet quo plurimi cenſeatur,adeò ut etiam precioſiſsimis,ſed cõmunibus & uulgaribus tamen rebus anteponatur. Quid uerò tandem eſt rarum illud, quod tantoperè Vlyſſes admiratus eſt? Palmæ germẽ, quod uidit in Delo ad aram Apollinis ſuccreſcere, quale nimirum nunquam anteà è terra ſuccreuerat. Qua de re infrà. Tandem artificioſè cum uerecundia & timore in petitionẽ humanitatis deſcendit, præmittitq́ue narrationem compendioſam præſentis ſuæ calamitatis. Petit denique duo. primùm, ut urbem ei Nauſicaa ſignificet: deinde, ut leuiuſculis ueſtibus induat, in cuius beneficij gratiam egregium pro illa uotum profundit.

φοίνικος νέον ἐρνος) Quid hunc ſurculum palmæ tantoperè ſit demiratus Vlyſſes, mirum uideri poteſt: & cur paulò pòſt dicat, talem nunquam è terra ſuccreuiſſe. Mihi ſanè ratio nulla ſuccurrit, cur hoc factum exiſtimem, niſi intelligamus palmulam illam primam eſſe, quæ ab hominibus illis cognita ſit & animaduerſa, & alibi nuſquam uiſam? Id tamen mihi non perſuadeo. Nam Herodoto teſte, Delus inſula, quæ Plote ab eo appellatur, arboribus illis ferax eſt. Quid ergo? Speciem tantum huius palmæ raram fuiſſe ab Vlyſſe exiſtimatam, ut ſolet arbor arbori præſtare. Rhodiginus autẽ Lect. antiq, lib. 5. cap. 6. generaliter de omni palma accepit, his uerbis: Ineſt omnino arbori eiuſmodi decor non ingratus, quando Poetarum princeps puellæ Phæaciæ uenuſtatem palmæ ramo aſsimulare ſibi Homerus permiſerit. Propterea fuêre qui ita arbitrarentur, in certaminibus ſacris uarias quidem fingillatim coronas dari, uniuerſim tamen ex palma ſolenni quodam more conſecrari, una ea de cauſa. Hæc ille. Ego uerò non nego, in genere palmam ſpecioſam eſſe arborem, cùm tamẽ de hac una, quæ in Delo ad Apollinis aram fuit, loquitur, quiddam magis peculiare in hac imaginor. Qualem etiam oportuit fuiſſe eam quæ Latonam parientem ſuſtinuerit, ut in Hymno Apollinis ab Homero dicitur. De qua Ouidius intellexit in Epiſtola Cydippes:

Miror & innumeris ſtrictam de cornibus aram, *Et de qua pariens arbore nixa Dea eſt.*

Scio de hoc partu Latonæ diuerſa ab alijs tradi, atque adeò ab ipſo Plutarcho in uita Pelopidæ, unde iſtud de palma dictum poſſet refutari: ſed ſciat lector, me uulgarem fabulam ſequi. Pauſanias in Arcadicis, qui eſt liber octauus, hanc palmam ut antiquiſsimam memorat, quæ cùm iam ante multa ſæcula extitiſſe in ueteribus Græcorum monumentis legatur, tamen ſuo tempore extet. Cicero 1. de Legib. Aut (inquit) quod Homericus Vlyſſes Deli ſe proceram & teneram palmam uidiſſe dixit, hodie monſtrant eandem. Sed tamen Vlyſſes non exprimit illam proceritatem: eam uerò ſi placet, authore Tullio, amplectamur, ut noſtræ etiam comparationi inſeruiat. Nam talis erat etiam Nauſicaa, ideò illius etiam proceritatis gratia potuit rectè cum palma conferri, ut etiam cum Diana antea conferebatur.

ὡς δέ μ' ἔφης) Hìc eſt altera ratio, cur orationem Vlyſis *περιλλέον* appellet Poeta. nam ideò talis dicitur, ut ait Euſtathius: quòd cùm exiguum & leue quiddam à Nauſicaa petat, tamen longè maiora impetrarit, ut docent ſequentia.

σοὶ δὲ βροτοί) In ſpem beneficij, quod in ſe conferri à Nauſicaa cupit, omnia illi fauſta imprecatur: ſed ea ratione, ut eam iã pro mortali puella agnoſcat. Optat enim illi maritum, & quod maximum eſt matrimonij uinculum, cõcordiam. Quod appoſitè fit, ut anteà monebamus, cùm de nuptijs celebrandis illa etiam uirgo cogitaret. Quàm elegantia ſint autem illa quæ de concordia ſubijcit, facilè quiuis intelligit, de qua qui plura ſcire uolet, legat Plutarchi præcepta connubialia, & elegantem illam diſputationem amatoriam, ubi quædam ad hunc locum facientia, & ex huius loci authoritate ſcribuntur: *ὅτε γὰρ ἡδονὰς μείζονας ἀπ' ἄλλων, ὅτε χρείας σωτηρίους παρὰ ἄλλων, ὅτε φιλίας τὸ κῦρος ἑτέρωθεν ἐνδέξεται ὅτε τὴν ζηλωτὸν.* Ὧν ὅσ' ὁμοφρονοῦντα ποιήσαιτο οἶκον ἔχεσθον. Atque hoc eſt quod ait, Id eſt: Neque enim oblectamenta aliunde maiora, neque utilitates frequentiores mutuæ ſunt, neque amicitiæ bonum alterius ita illuſtre & admirandum, ut cùm concordes conſilijs rem familiarem adminiſtrant uir & uxor.

πόλλ' ἄλγεα) Triplex eſt fructus huius matrimonialis concordiæ. Primùm hoſtibus tuis parit moleſtiam (ea enim eſt hoſtium natura, ut quemadmodum ob infelicitatem tuam lætantur, ſic ob proſperitatem contrà triſtentur) deinde amicis gaudium, quorum affectus contrarij ſunt illis hoſtium: tertio laudẽ & gloriam coniugibus apud homines conciliant. Sed hæc humana tantùm ſunt: nos altiùs rem hodie intelligimus ex ſacroſancto Dei præcepto.

ξεῖν' ἐπεὶ οὔτε κακῷ) Reſpondet Vlyſsi Nauſicaa. primùm facit de eo iudicium, uideriq́ue ipſum ſibi ait neque improbum neque inſipientem. Non eſſe malum, hinc fortè collegit, quòd cùm uir eſſet: tamen ipſi iniuriam non intulerit, quæ poterat pro imbecillitate muliebris ſexus ab eo facilè uinci. Non eſſe inſipientem uerò, ex tam prudenti oratione, maximè ex illius poſtremo membro. Vel quæ laudes tantas ab eo acceperat uirgo, uoluit pares illi rependere. Deinde conſolatur ipſum, monetq́; has ei calamitates à Ioue immitti, ac illius permiſſu illi contingere, præmiſſa illa eleganti *γνώμῃ: Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει*, &c. qua iubemur agnoſcere quicquid nobis accidat infortunij, id à Deo eſſe. Sequentia uerò docent, in miſerijs muniri nos oportere præſtantiſsima illa uirtute, Patientia, quâ malis noſtris non cedimus, ſed contrà audentiores imus: ad exemplum palmæ, quæ quò magis pondere premitur, eò fortiùs ſubrigitur. Poſteà omnia illi ſe præſtituram pollicetur, quæ ipſe tam ſuppliciter poſtulauit: immò ſtatim plus exequitur, quàm ipſe petijſſet. Docet enim quis eſſet nomen populo, qui regiones illas incoleret. De ſe autem quod dicit, filiam ſe eſſe Alcinoi: uidetur Vlyſſem ea in re uacillantem confirmare, qui in orationis ſuæ limine dubitabat an Dea, an uerò mortalis eſſet.

οὐκ ἀθεμίστως ἔτλης) Reuocat fugientes ancillas, docetq́; nihil eſſe cauſæ, quòd ſibi ab hoc uiro timeant, quia non ſit hoſtilis, quod ex corporis habitu ſqualido collegit. Sic enim accipio, quod eum non eſſe *δυσμενῆ* dicit. nam adeò ex maris ſpuma deformis, & ex ipſo metu in naufragij periculo & ex longo natandi labore defatigatus & maceratus, ut *σμαλεὸς* aut *ἀλιδεὴς* potius uideretur. Non apparebat enim in illo qui in benè conſtitutis hominibus manifeſtus eſt uegetus ſanguis: qui cùm ex ijs quæ corpori inſunt, præcipuam uim habeat, ſimul calidus & humidus eſt: ex eius ergo inopia aridiores fimus, ut in ſenibus uidere licet, & magis in ipſis mortuis, ut conſtat ex Plutarcho Symp. lib. 8. cap. fin. & ex libro, ubi aqua & ignis inter ſe comparantur. Iam cùm Vlyſſem ita exuccũ & exanguem animaduertat Nauſicaa, nihil ſiniſtri potuit de eo ſuſpicari, cùm hoſtis uultus horridior & magis ſanguineus futurus eſſet. Vt autem magis perſuadeatur hunc uirum hoſtili animo non acceſsiſſe, duo faciunt. primùm, quòd Phæacenſes Dijs eſſe chariſsimos ſciat, proinde non permiſſuros eos, ut ulla amicis ſuis clades aut cladis periculum immineat. Deinde quòd fieri non poſſit, ut remotam ita à reliquorum hominum commercio gentem Phæacenſem quiſpiam inuadat, aut inuadere conetur: cùm nullus alioqui ſoleat ad eos appellere, immò penè cæteris populis ignoti ſint. Concludit tandem, hunc errabundum temerè appuliſſe, ut etiam ex Vlyſsis narratione acceperat, præterea miſerè paupertate conflictari. Iam uerò cùm hoſpites & egeni à Deo ſint, & quodcunquo illis beneficium confertur, quantumuis exiguum tamen iucundum ſit: proinde non ſolùm inhumaniter, ſed & impiè ſe facturam, ſi eius non miſereatur. Itaque illi ſtatim ueſtimenta impertitur, oleo inunctum lauari iubet, cibosq́; apponi, tandem eum in paternam domum deducit.

ἀλλ' ἐπὶ σκέπας ἴες) Lauantibus in aqua frigida nociuus ſolet eſſe uentus, cutem aſperat, & ui tenuitatis ſuæ uſque ad partes interiores penetrans, ibi quoque non parum damni infert. Ideò prudenter Nauſicaa cauet, ne Vlyſſem in loco uentoſo lauet, ita que ab ancillis in umbroſo collocatur.

αἰδόμεσθ') Attigimus anteà aliquid de pudore Vlyſsis, à quo ſit prohibitus, ne nudus Nauſicaam propius accederet. Id ut credam, facit etiam hic locus, ubi manifeſtè teſtatur, uerecundari ſe ita nudum inter puellas uerſari. Quod miretur quiſpiam, ſi meminerit uiros à mulieribus ac uirginibus apud Homerum lauari, ut de Telemacho & Piſiſtrato non ita pridem uidimus. Nam cur hoc recuſat nunc Vlyſſes, ſi tamen illius temporis conſuetudo ita tulit? Fortè Poeta illam conſuetudinem hoc loco caſtigauit ſub *σωφρονεστάτου* & temperantiſsimi uiri perſona. Neque ſanè honeſtum uidetur id fieri, ut etiam illud ſæculum ſuis næuis non caruerit.

ἠλίπαρ' ἄλοιψεν) Oleo poſt lauacrum inungi ſolitos ueteres ad læuigandam cutem, docuimus ex Athenæo in Iliade.

τὸν μὲν Ἀθηναίη) Ne hoc quidem ſine Numine uoluit fieri Poeta, quod alioqui tum lauacro tum comptis ueſtibus tribui poterat. Nam aquâ fluminis ſordes è maris ſpuma contractas, quibus deformis uidebatur, abluerat, unde in priſtinum nitorem eſt reſtitu-

tus. Deinde cum non parum pulchritudinis ex uestibus homini concilietur, iuxta paroemiam, ἔμμαπε αὐτῆς (quam non ita pridem exponebamus) potuit formosior his indutis Vlysses apparere. Sed Homerus hoc à Deo manare uult. Itaque dicit Mineruam hoc illi concessisse, ut longè maior & crassior uideretur, atque adeò pulchrior: quod infrà quærendum est, ubi dicitur, κάλλει τε χάριτι φίλλω. & paulò pòst gratiam & lepôrem capiti & humeris eius infudit Minerua.

αὐ γὰρ ἐμοὶ τοῖος δὶ) Notanda est atque etiam castiganda hæc Nauficaæ proteruitas, cùm Vlyssem sibi maritum ob eius speciem & decorem optat, quo eum nunc præditum uidet: non autem ob prudentiam, quam in eo antea laudabat. Quod à Plutarcho in lib. de audiend. Poet. obseruatum est his uerbis: Ὅπως δὲ ἀσάφειαν τῆς γνώμης, διορίσῃ ὅτι τῶν ἐπιτήπτα τὸν νέον· ἐπὶ μὲν ἡ Ναυσικάα ξένον αὐδρα τὸν Ὀδυσέα ἡσπασμένην, καὶ παιδόσα τὸ τῆς Καλυψῦς πάθος ἐφ' ἑαυτῆς αὐτὸν, ἀπὸ δὴ τρυφῆσα καὶ γάμων ἔρωτι ἔχουσα τοιαῦτα μωραίνει πρὸς τὰς θεραπαινίδας· αἱ γὰρ ἔμοι, &c. ψεκτὸν τι δρῶσι αὐτῆς καὶ τὴν ἀκολασιαν. ἐπὶ δὲ τοις λογοις τὸ αὐδρὸς τε ἥδυς ἐνιδέσα καὶ γαμάσησα τὴν ἐπιθυμιαν αὐτὸ πολλὴν ἔχουσαν, εὐχεται τοιούτῳ συνοικῆν μᾶλλον ἢ πολιτικῷ (malè uulgò πολιτικῷ) πρὸς καὶ ὀρχηστικῷ τῶν πολιτῶν, ἄξιον ἄγασθαι. id est: At ubi sententia in obscuro est, ita disterminanda est ac definienda ab eo qui iuuenem moderatur. Nam si Nauficaa hospitem ac peregrinum uirum Vlyssem contemplata, ac perinde ac Calypso erga eum effecta, ut iam lasciuiens & ætate nubilis talia ad ancillas delirat. Vtinam mihi, &c. audacia eius proteruitasq; est uituperanda. Si uerò ex uerbis eius notans mores, colloquiumq; eius mirata insigni præditum prudentia, præoptat tali iunctа esse, quàm ciui alicui pecunioso aut saltatori, commendatione digna est.

τῶν ἀλιτόντων Egregius est hic locus, quo docet Poeta non solùm malum, sed etiam mali suspicionem remouendam ab ea (nam hîc de fœminis tantùm erat sermo) quæ probitatis ac pudicitiæ famam aucupatur. Hoc enim diligenter cauet & prudêter Nauficaa.

καὶ δ' ἀκηδεμόνεσσιν) Qui in parentũ sunt potestate, nuptias contrahere non possunt illis aut insciis aut inuitis: quod quàm antiquũ sit obseruatu, docet eleganter hic locus.

Finis libri sexti.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Η. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Ὀδυσσείας

ARGVMENTVM SEPTIMI LIBRI *Odysseæ.*

ΝΑΥΣΙΚΑΑ εἰς τὴν πόλιν ἀφικνεῖται, καὶ μετ' ὀλίγον Ὀδυσσεὺς ἱκετεύει τὴν Ἀρήτην Ἀλκινόου βασιλέως γυναῖκα. καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον πυθομένης ὁπόθεν τὴν ἐσθῆτα ἔχειν (ἐγνώρισε γὰρ αὐτὴν) τὰ συμβάντα αὐτῷ κατὰ τὸν πλοῦν ἀπὸ τῆς Ὠγυγίας μέχρι τῆς τῶν Φαιάκων γῆς διηγεῖται.

NAVSICAA in urbem peruenit, & paulò pòst Vlysses supplicauit Aretin Alcinoi regis uxorem. Et post cœnam interrogante unde uestem haberet (cognouit enim eam) omnia quæ acciderant illi in nauigatione, ab Ogygia usque ad Phæacum terram, narrat.

Ἄλλη.

Ἦτοι δ' ἰῦ φρονέοντε· Ὀδυσσεῖ Σχερίης βασιλῆες.

Aliud.

H, beneuolunt Vlyssi Scheriæ reges.

Σὸ μὲν ἔνθ' ἠερίγε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεὺς.
Κούρῃ δὲ πρόσθε ἄκυ φέρεν μένος ἠμιονοῖιν.
Ἣ δ' ὅτε δὴ οὗ πατρὸς ἀγακλυτὰ δώματ' ἵκανεν,
Στῆσεν ἄρ' ἐν προθύροισι· κασίγνητοι δέ μιν ἀμφὶς
Ἵ'σαντ' ἀθανάτοις ἐναλίγκιοι, οἵ ῥ' ἀπ' ἀπήνης
Ἡμιόνους ἔλυον, ἐσθῆτά τε ἔσφερον εἴσω.
Αὐτὴ δ' ἐς θάλαμον ἐὸν ἤιε· δμῶιε δέ οἱ πῦρ
Γρηῢς Ἀπειραίη θαλαμηπόλος Εὐρυμέδουσα,
Τήν ποτ' Ἀπείρηθεν νέες ἤγαγον ἀμφιέλισσαι·
Ἀλκινόῳ δ' αὐτὴν γέρας ἔξελον, οὕνεκα πᾶσι
Φαίηκεσσιν ἄνασσε, θεὸς δ' ὡς δῆμον ἄκουεν·
Ἣ τρέφε Ναυσικάαν λιπαρώλενον ἐν μεγάροισιν·
Ἣ οἱ πῦρ αἰθαλόεν, καὶ εἴσω δόρπον ἐκόσμει.
Καὶ τότ' Ὀδυσσεὺς ὦρτο πόλινδ' ἴμεν, ἀμφὶ δ' Ἀθήνη
Πολλὴν ἠέρα χεῦε φίλα φρονέουσ' Ὀδυσῆι,
Μήτις Φαιήκων μεγαθύμων αἰζηῶν ἐρεείνοι
Κερτομέοι τ' ἐπέεσσι, καὶ ἐξερέοιθ' ὅτις εἴη.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ἄρ' ἔμελλε πόλιν δύσεσθαι ἐρατεινὴν,
Ἔνθά οἱ αὖτε βόλησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Παρθενικῇ εἰκυῖα νεηνίδι κάλπιν ἐχούσῃ·
Στῆ ῥ' ἔμπροσθ' αὐτοῦ ὁ δ' αἰείρετο δῖος Ὀδυσσεὺς,
Ὦ τέκος, οὐκ ἄν μοι δόμον ἀνέρος ἡγήσαιο
Ἀλκινόου, ὃς τῇσδε μετ' αὐθρώποισιν ἀνάσσει;
Καὶ γὰρ ἐγὼ ξεῖνος τηλαπεπλος ἐνθάδ' ἱκάνω
Τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης τῷ οὔτινα οἶδα
Ἀνθρώπων ὅι τήνδε πόλιν † καὶ γαῖαν ἔχουσι.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,

IC quidem illic supplicabat prudens diuus Vlysses,
Puellam uerò ad urbem ferebat robur mulorum:
Illa uerò quãdo iam ad sui patris inclytas ædes peruenit,
Constitit in uestibulo, fratres uerò ipsam undiq;
Circũstabant immortalibus similes, qui sanè à curru
Mulos soluebant, uestemq; portarunt intrò.
Porrò ad thalamũ suum ibat, accendebat.a.illi ignem
Anus Aperæa cubicularia Eurymeduſa,
Quam olim ab Apera naues duxerunt biremes.
Alcinoo autem in domum elegerunt, eò quòd omnibus
Phæacensibus imperabat, & ueluti deũ populus audiebat.
Quæ enutriuit Nausicaãpulchris ulnis in regia,
Quæ ei ignem accẽdebat, & intus cœnam adornabat.
Et tunc tandem Vlysses surrexit ad urbẽ ire, at Pallas
Multam caliginem circumfudit bene uolens Vlyssi,
Ne quis Phæacum insolentium obuiam factus,
Conuiciaretur uerbis, & interrogaret quisnam esset.
Sed cum iam ciuitatem ingressurus amabilem,
Tum ei obuiam facta est dea cæsia Minerua,
Virgini similis iuuenculæ urnam gestanti.
Stabat uerò ante eum. interrogabat.a.diuus Vlysses,
O filia an' non mihi domum uiri ostendere poteris
Alcinoi, qui inter hosce homines imperat?
Etenim ego hospes multa passus huc uenio,
Procul ex aliena terra, quare nullum noui
Hominum, qui hanc urbem & terram inhabitant.
Hunc contrà alloquuta est dea cæsia Minerua,

χρ. καὶ ἔγχεα πολλὰ μοι τοῦ

Pro-

Prof. Εἰ δὲ ego tibi hospes pater domum quam me iubes
Mostrabo, quoniã mihi patrẽ inculpatũ iuxta habitat.
Sed eas tacitè, hanc ego uiam monstrabo.
Neq; quenquam hominum alloquere, neq; interroga.
Non enim hospites hi diligenter homines suscipiunt,
Nec curantes amplectũtur, quicunq; aliunde uenerit,
Nauibus celeribus isti freti uelocibus
Vndas ingentes tranant: nam ipsis dedit Saturnius
Horum naues ueloces, ueluti penna atq; cogitatio.
Sic sanè loquuta præibat Pallas Minerua,
Celeriter ipse deinde post uestigia ibat dea.
Hunc certè Phæaces inclyti nauigandi non nouerunt
Vadentem per urbem per ipsos: non enim Pallas
Sinebat pulchricomam ueneranda dea, illa ei caliginem
Diuinitùs immissam infudit bene uolens in animo.
Miratur autem Vlysses portus & naues æquatas,
Ipsorumq; Heroum insulas & murum longum,
Sublimes ualles munitas, mirabile uisu.
Sed quando iam regis ad inclytam domũ peruenerũt,
His uerò sermonibus cœpit dea cæsia Minerua:
Hæc tibi hospes pater domum quam me iubes
Indicare, inuenies uerò à Ioue nutritos reges
Dapes celebrantes, tu uerò intrò eas, ne quid animo
Timeas: audax enim uir in omnibus potior
Rebus existit, etiam si quando aliunde ueniat.
Reginam quidem primò inuenies in regia,
Arete uerò nomen est cognomine. ex parentibus autem
Eisdem est, qui utiq; genuerunt Alcinoum regem.
Nausithoum quidem primũ Neptunus terræ quassator
Genuit, & Peribœa mulierum forma pulcherrima,
Minima natu filia magnanimi Eurymedontis,
Qui olim superbis Gigantibus imperauit.
Sed hic quidẽ perdidit populum impium, periit & ipse.
Cum hac Neptunus congressus est, & genuit filium
Nausithoum magnanimum, qui Phæacas rexit.
Nausithous uerò genuit Rhexenorem & Alcinoum.
Hũc. a. uirili prole carẽtẽ percussit decorus arcu Apollo
Sponsum in regia, unica sola filia relicta
Areta, hanc Alcinous duxit uxorem,
Et ipsam honorabat, ut nulla sup terra honoratur alia,
Quotquot nunc mulieres sub uiris domum habent.
Quemadmodum illa ex animo honorata quoq; est
Cum à charis liberis, atq; ab ipso Alcinoo,
Et ciuibus, qui ipsam sanè ueluti deam suspicientes,
Excipiunt uerbis, cùm incedit per urbem.
Minimè enim mente etiam ipsa eget bona,
Quibus bene uult, etiam uiris lites soluit.
Quando tibi illa bene uult ex animo,
Spes est tibi posteà amicosq; uidere & peruenire
Domum in excelsam & tuam in patriam terram.

Τοι γὰρ ἐγώ τοι ξεῖνε πάτερ δόμον ὃν με κελεύεις
Δείξω· ἐπεί μοι πατρὸς ἀμύμονος ἐγγύθι ναίει.
Ἀλλ' ἴθι σιγῇ τοῖον ἐγὼ δὴ ὁδὸν ἡγεμονεύσω.
Μηδέ τιν' ἀνθρώπων προσλιάσεο, μηδ' ἐρέεινε.
Οὐ γὰρ ξείνους οἵδε μάλ' ἀνθρώπους ἀνέχονται,
Οὐδ' ἀγαπάζομεν φιλέουσ' ὅς κ' ἄλλοθεν ἔλθοι.
Νηυσὶ θοῇσιν γὰρ πεποιθότες ὠκείῃσιν,
Λαῖτμα μέγ' ἐκπερόωσιν, ἐπεὶ σφισι* δῶκε Ἐνοσίχθων ✱ δῶκε κρονίων,
Τῶν νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα.
Ὣς ἄρα φωνήσασ' ἡγήσατο Παλλὰς Ἀθήνη
Καρπαλίμως· ὁ δ' ἕπετο μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο.
Τὸν δ' ἄρα Φαίηκες ναυσικλυτοὶ οὐκ ἐνόησαν
Ἐρχόμενον κατ' ἄστυ· θέσφατος ἦν γὰρ Ἀθήνη
Εἰλατὶς ἐυπλόκαμος, δεινὴ θεός, ἣ ῥά οἱ ἀχλὺν
Θεσπεσίην κατέχευε, φίλα φρονέουσ' ἐνὶ θυμῷ.
Θαύμαζεν δ' Ὀδυσεὺς λιμένας καὶ νῆας ἐίσας,
Αὐτῶν θ' Ἡρώων ἀγορὰς καὶ τείχεα μακρὰ,
Ὑψηλὰ, σκολόπεσσιν ἀρηρότα, θαῦμα ἰδέσθαι.
Ἀλλ' ὅτε δὴ βασιλῆος ἀγακλυτὰ δώματα θ' ἵκοντο,
Τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Οὗτος δή τοι ξεῖνε πάτερ δόμος ὃν με κελεύεις
Πεφραδέμεν, Δήϊος δ' ἰότητι Φέας βασιλῆας
Δαίτῃσι θαλυσίῃσι. σὺ δ' ἔσω κίε, μηδέ τι θυμῷ
Τάρβει θαρσαλέῳ· τὸ γὰρ αἰνὴ ἐνπᾶσιν ἀμείνων
Ἔργοισι πλέσθαι. εἰ καὶ πόθεν ἄλλοθεν ἔλθοι.
Δεσποινὰν μὲν πρῶτα κιχήσεαι ἐν μεγάροισιν,
Ἀρήτη δ' ὄνομ' ἔστιν ἐπώνυμον· ἐκ δὲ γονήων
Τῶν αὐτῶν οἵπερ τέκον Ἀλκίνοον βασιλῆα.
Ναυσίθοον μὲν πρῶτα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
Γείνατο καὶ Περίβοια, γυναικῶν εἶδος ἀρίστη,
Ὀτρηρότατη θυγάτηρ μεγαλήτορος Εὐρυμέδοντος,
Ὅς ποθ' ὑπερθύμοισι Γιγαντόπσιν βασίλευεν.
Ἀλλ' ὁ μὲν ὤλεσε λαὸν ἀτάσθαλον, ὤλεσε δ' αὐτόν.
Τῇ δὲ Ποσειδάων ἐμίγη, καὶ ἐγείνατο παῖδα
Ναυσίθοον μεγάθυμον, ὃς ἐν Φαίηξιν ἄνασσε.
Ναυσίθοος δ' ἔτεκε Ῥηξήνορά τ' Ἀλκίνοόν τε.
Τὸν μὲν ἄκουρον ἐόντα βάλ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
Νυμφίον ἐν μεγάρῳ μίαν οἴλῳ παῖδα λιπόντα
Ἀρήτην· τὴν δ' Ἀλκίνοος ποιήσατ' ἄκοιτιν,
Καί μιν ἔτισ' ὡς οὔτις ἐπὶ χθονὶ πίσεται ἄλλη,
Ὅσσαι νῦν † γε γυναῖκες ὑπ' ἀνδράσιν οἶκον ἔχουσιν, ✱ τε
Ὣς κείνη τῶ καὶ τετίμηταί τε καὶ ἔστιν,
Ἔκ τε φίλων παίδων ἔκ τ' αὐτοῦ Ἀλκινόοιο,
Καὶ λαῶν, οἵ μιν ῥα θεὸν ὡς εἰσορόωντες,
Δειδέχαται μύθοισιν. ὅτε στείχῃσ' ἀνὰ ἄστυ.
Οὐ μὲν γάρ νόῳ γε κακῇ αὐτὴ ἐπέεσσιν ἐοικὼς,
* Οἷσίν τ' εὖ φρονέῃσι καὶ ἀνδράσι νείκεα λύει. ✱ ἔστιν τ' ἐῦ φρονέουσι, καὶ ἀνδράσι, νείκεα λύει. καὶ ἔστιν τ' εὖ φρονοῦντι καὶ
Εἰ κεύ τοι κείνη γε φίλα φρονέῃσ' ἐνὶ θυμῷ,
Ἔλπωρή τοι ἔπειτα φίλους τ' ἰδέειν, καὶ ἱκέσθαι
Οἶκον ἐς ὑψόροφον καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.

COMMENTARIVS.

ἀθανάτοις ὀμαλίγκιοι) In genere Phæaces omnes ἀγχίθεοι appellantur, unde non mirum est, si filij regis Alcinoi Dijs comparantur, cùm soleat alioqui Homerus eximios uiros hac nota à reliqua plebe distinguere. Tamen seruile officium hîc sorori uidentur exhibere, cùm mulos à curru soluunt, & uestes lotas in flumine domum inferunt, quod potiùs ad famulos aut etiam ancillas uidebatur pertinere. Sed illius sæculi simplicitas hoc permisit, uel fraternus quoque amor tãtus fuit, ut lubenter hanc redeunti charissimæ sorori operam præstiterint.

αὐτὴ δὲ ἐς θάλαμον) In Alcinoi Regia, ut etiam in alijs apud ueteres, etiam apud nostros, distincti erant singulorum thalami: eorũ, inquam, qui sanguine regio inter se coniungebantur: quod de Alcinoo patre, de Arete matre, & de se ipsa docuit libro præcedenti Nausicaa circa finem, neque dubium est quin idem etiam inter fratres aut reliqua familiæ membra obseruatum sit.

ἔνεκα πᾶσι) Superiore libro ex Plutarcho docebamus, statum Phæacensium fuisse Aristocraticum: nũc uerò Alcinous dicitur omnibus Phæacensibus imperare. Sed nos ibidem ostendimus Alcinoum talem fortè fuisse, qualis hodie in Repub. Venetorum is quẽ

Ducem nominant: talem, inquam, dignitate & præminentia. Tamen hîc noster Eustathius sic scribit: ἢ ἕνα ὡς φωτεῶς ἀνακτα φαιήκων λέγει τὸν Ἀλκίνοον, ἐπεὶ καὶ ἄκωκος ἀρίστερχετο θεμιστεύων ὡς καὶ ἀγορηλίχθη. Ex quibus uerbis uidetur mihi uacillare in definienda illius status forma. Nos si erramus, erroris ducem Plutarchum habemus.

πολλὰ νήεα κιοῦσι) Pergit in Vlysse suo protegendo Minerua: cùm autem certum sit ex ipsius Nauficæ relatu, Phæacas superbos esse, atque adeò proteruos in ipsos hospites propter nullum cum cæteris hominibus commercium, nullamque societatem, adeò ut non mihi uideantur à Cyclopum ingenio fero & barbaro, quibus etiam anteà uicinniores fuerant, ualde discrepare: cùm inquam id certum sit, metus erat ne nouum quoque hunc hominem malè exciperent siue reipsa siue uerborum contumelia. Itaque bene ipsi consuluit Minerua, quæ eum ignotum & inuisibilem constituit, caligine multa circumfusum: nō secus atque suum Aeneam Venus apud Virgilium cum reliquis Troianis, ad nouam Carthaginem accedentibus.

At Venus obscuro gradientes aere sepsit, *Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset*
Et multo nebula circum Dea fudit amictu: *Molirive moram, aut ueniendi poscere causas.*

Et paulò pòst Aeneas:

Infert se septus nebula (mirabile dictu) *Per medios misceq; uiris, neq; cernitur ulli.*

ἵνθα οἱ αἰπόλοντο) Cùm à nullo hominū uideretur Vlysses, non potuit in Alcinoi ædes peruenire, cùm aliquo ex urbis incolis duce indigeret. Ei ergo prospicit Minerua, & ipsamet illi sese ostentans sub aliena specie uiam præmonstrat. Sed cur in habitu Deæ nō apparuit? Ratio iam præcedenti libro reddita est à Poeta, quòd patruum uidelicet Neptunum, qui Vlyssi erat infensissimus, reformidaret —— αὐτὰρ ὅ γ' ὥπα φαίνετ' ἐναντίον· οὐδέ τι μιν Ποσειδάων ἀγάσσατο, &c.

ἐφορμήσῃ) An propterea, quòd amœna & omni deliciarum genere abundabat? an quòd talis fuerit Vlyssi, quòd in ea portum & finem laborum suorum se assequuturum speraret?

ἀγχίμολον δ' Ὀδυσῆα) Notat Phæacas inhospitalitatis: quæ hinc manauit, quòd cùm à cæteris hominibus distarent, αὐθάδεα quædam in eorum animis radices egerit: ut dum sibi solis uiuunt, alienos non solùm non curent, sed etiam contumelioſè tractent, si in suam potestatem deuenerint. Quod uitium in ijs regnare solet, qui solitudine delectantur, & in genere populis & gentibus aliarum commercio carentibus.

θωύμαζεν δ' Ὀδυσεύς) Hanc nouam regionem ingressus Heros, cùm præcipuè hospitium Alcinoi quæreret: tamē non relinquit inobseruatum, quod in ea dignum admiratione uidebatur. Quod peregrinantibus faciendum suo exemplo in re simili proposuisse uidetur. neque dubium est, quin paululum singulis contemplandis immoratus sit, accuratiusq; quàm quod per transennam à quibusdam factitari solet non sine eorum dispendio.

μηδέ τι θυμῷ πάρβει) Ad audaciam Vlyssem exhortatur Minerua, de qua Menander uidetur intellexisse, cùm dicit, οὐκ ἔστι πόλεμος ἰφθίμου μᾶζον βίου: Nullum est maius uitæ uiaticum, quàm audacia. Et hoc propriè ad eos pertinet, qui cùm egestate conflictantur, in ea delitescunt audaciæ istius penuria: cuius beneficio, si ea instructi forent, in potentiorum ædes aditum sibi patefacerent. Itaque pudor ille rusticus meritò appelletur, qualem in Vlysse non optat Minerua, cùm ditiores aut nobiliores accedere uerearis.

δίσσοισιν μὲν ἄνασσε) Ad reginam prius accedere iubet, quòd, ut arbitror, cùm muliebre genus afflictorum commiseratione facilius tangatur, uerisimile est procliuiorem ad Vlyssem humaniter excipiendum futuram Reginam. Siquidem fortè & pro hominum illorum ingenio, de quibus anteà dictum est, ἀγχίμολον οἶδε μάλ' αἰθρήσσειν αἰζηούς, &c. poterat esse minus humanus Alcinous, & ad beneuolentiam procliuis: quod ex eo uidetur cōstare, quòd in sequentibus oporteat Alcinoum ad hospitalitatis officium ab heroe Echeneo excitari: quanquam & ille hanc gloriam Aretæ uxori eripiet. Sed nos hîc de Mineruæ consilio disputamus, quod nobis tale esse uidetur, quale proposuimus.

πρὸς δ' Ἀλκινόον) Hunc locum attendi à lectore postulo. Obseruo enim, quòd nusquam alibi me præterquam in Homero legisse memini, neptem ex fratre in uxorem duxisse Alcinoum. Quod ut meliùs appareat, libuit Diagramma genealogicum utrumque proponere.

Neptunus ex Peribæa suscipit
Nausithoum,
ex quo
Rhexenor, Alcinous.
Huius filia
Arete, —— Alcinoi patrui uxor.

Vnde colligo, illius temporis coniugia ipsa consanguinitate non abstinuisse, atque adeò eā quæ descendens appellatur. In collaterali proximā idem fuisse obseruatum, uidere licet in Ioue, qui sororem Iunonem duxit, neque ideò incestuosè fecisse dicitur. Idem de Aeoli liberis dicetur infrà lib. κ'. in ipso initio. Affinitas etiam inuiolata non mansit, ut constat ex Deiphobo, qui Paridis fratris mortui uxorem Helenam obtinuit, ex recepto, ut uerisimile est, gentium illarum more (hoc postremum tamen populus Israëliticus sub Lege exercuit.) Vnicum incestum uideo apud illos damnatum, parentum & liberorum, ut docet exemplum Myrrhæ apud Ouidium. De cæteris qui hodie lege tum diuina tum humana prohibentur, nullus est qui pro licito & legitimo non fuerit usurpatus.

καὶ ἀθρήσαι νείκεα λύειν) Videtur aliquid γυναικοκρατίας in illo Phæacum statu admixtum fuisse, ut ex his uerbis constare potest.

Ὣς ἄρα φωνήσασ' ἀπέβη γλαυκῶπις Ἀθήνη
Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον· λίπε δ' Σχερίην ἐρατεινήν·
Ἦλθε δ' ἐς Μαραθῶνα καὶ εὐρυάγυιαν Ἀθήνας,
Δῦσε δ' Ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Ἀλκινόῳ θεσπεσίῳ δόματ' ἴε κλυτὰ πολλὰ δαέντι κῆρ
Ὤρμαινε ἰσαφίσιν, πρὶν χαλκεον οὐδὸν ἱκέσθαι.
Ὡς γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν ἠὲ σελήνης
Δῶμα κατ' ὑψερεφὲς μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο.
Χάλκεοι μὲν γὰρ τοῖχοι ἐρηρέδατ' ἔνθα καὶ ἔνθα,
Εἰς μυχὸν ἐξ οὐδοῦ· περὶ δ' ἔθελγεν κυανοῖο.
Χρύσειαι δ' θύραι πυκινὸν δόμον ἐντὸς ἔεργον.
Ἀργύρεοι δ' σταθμοὶ ἐν χαλκέῳ ἑστασαν οὐδῷ,
Ἀργύρεον δ' ἐφ' ὑπερθύριον, χρυσείη δ' κρώνη.
Χρύσειοι δ' ἑκάτερθε καὶ ἀργύρεοι κύνες ἦσαν,
Οὓς Ἥφαιστος ἔτευξεν ἰδμήσι πραπίδεσσι,
Δῶμα φυλασσέμεναι μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο,
Ἀθανάτους ὄντας καὶ ἀγήρως ἤματα πάντα.
Ἐν δ' θρόνοι πρὸς τοῖχον ἐρηρέδατ' ἔνθα καὶ ἔνθα,
Εἰς μυχὸν ἐξ οὐδοῦ διαμπερές· ἔνθ' ἐνὶ πέπλοι

Sic loquuta, abijt cæsia Minerua
Pontū per indomitū: deseruit.v. Scheriam amabilem:
Venit autem ad Marathona, & latiuias Athenas.
Ingressa est Erechthei benè munitam domū, sed Vlysses
Alcinoi ad domum ibat inclytam: plurima uerò illi cor
Cogitabat stanti, priusquā ad areū pauimentū ueniss-
Instar enim solis splendor erat aut lunæ (set.
Domum per excelsam magnanimi Alcinoi.
Aerei etenim muri firmati sunt hinc atq; hinc.
In intimū recessum à limine. pinnaculum. a. ex cyano.
Aurea uerò fores firmam domum intus claudebant,
Argentei autem postes in areo stabant limine.
Argenteum uerò superius limen, aurea item cornix,
Aurei autem utring, & argentei canes erant,
Quos Vulcanus fecerat peritis præcordijs,
Domum ut custodirent magnanimi Alcinoi,
Immortales existentes & senio nō obnoxios dies omnes.
Intus solia circa murum firmata erant hinc atq; hinc.
Ad infimum secessum à limine undiq; ibi pepli

Tenues

Tenues bene neti reconditi erant opera mulierum.
Hic autem Phæacum primates sedebant,
Bibentes & edentes: annuum enim habebant:
Aurei uerò iuuenes fabrefactas ad aras
Stabant, ardentes faces manibus gestantes,
Illucentes nocte per domum conuiuantibus.
Quinquaginta autem ei ancillæ per domum fœminæ.
Alia quidē molūt sub mola pomacei coloris frumentū,
Aliæ telas texunt & pensum uersant
Sedentes, qualiter folia excelsæ populi,
Staminatis è uestibus distillat humidum oleum.
Quantum Phæaces supra omnes periti sunt homines
In celeri naue, per pontū nauigando: tantùm mulieres
In tela operanda, supra modum enim illis dedit Pallas
Operaq; scire perpulchra & ingenium bonum.
Extra uerò aulam ingens hortus propè tanuas
Quatuor iugerum, circa.a. septū deductū est utringz:
Ibi uerò arbores proceræ crescebant florentes,
Pirus & malus punica & alij mali pulchrū fructū pro- (ducentes
Ficusq; dulces & oleæ uirescentes.
Ex ijs fructus nunquam perit neq; deficit
Hyeme neq; æstate toto anno durans, sed sanè semper
Zephyrus spirās, hac crescere facit, aliaq; matures cere.
Piros post pirum, senescit pomum post pomum,
Porrò post uuam uua, ficus autem post ficum.
Ibi autem ei fructuosa uinea radicatur:
Huius alterum quidem apricum lato in loco
Arescit sole, alias sanè uindemiant,
Alias autem calcant, longè autem uuæ maturæ sunt
Florem emittentes, nonnullæ.v. aliquādo matures cūt.
Ibi exculti horti ad extremam seriem
Omnis generis producuntur toto anno florentes.
Duo aūt fontes aderant, alter quidē per hortū omnem
Dispergitur, alter.a. ex altera parte sub aulæ limē uadit
Ad domum excelsam unde aquantur ciues.
Talia certè in Alcinoi domo deorū erāt splēdida dona.
Ibi stans admirabatur patiens diuus Vlysses.
Caterùm postquam omnia suo admirabatur animo,
Celeriter super limen ingressus est domum intrà.
Inuenit autem Phæacum duces atq; consiliarios
Libantes poculis speculatori Mercurio,
Cui ultimò libabant, quando cogitabant de lecto.
Caterùm ipse iuit per domum patiens diuus Vlysses,
Multam caliginem habens, quā ei circumfudit Pallas,
Vt peruenit ad Areten & Alcinoum regem.
Aretæ autem circumiecit genua manus Vlysses.
Et tum certè rursus ab ipso decidit diuinus aër:
Hi uerò taciti facti per domum ut uirum conspexerūt,
Admirabantur. a. uidentes, ipse. a. supplicauit Vlysses.
Arete filia Rhexenoris diuini, (sus,
Ad tuū maritū, & ad tua genua peruenio plurima pas-
Et ad hospe conuiuas, quibusq; dij feliciter dent
Viuere, & liberis committant singula
Bona domi, honoremq; quemcunq; populus concesserit.
Caterùm mihi deductionē parate ad patriā peruenien-
Ocyus, quoniam diu ab amicis ærumnas patior. (di

Λεπτοὶ † εὔνητοι βεβλήατο, ἔργα γυναικῶν. χ. ἰύνητοι
Ἔνθα ἦ Φαιήκων ἡγήτορες ἐδριόωντο,
Πίνοντες καὶ ἔδοντες· ἐπήετανὸν γὰρ ἔχεσκον.
Χρύσιοι δ' ἄρα κοῦροι ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν
Ἑστᾶσαν, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες,
Φαίνοντες νύκτας κατὰ δώματα δαιτυμόνεσσι.
Πεντήκοντα † δὲ οἱ δμωαὶ κατὰ δῶμα γυναῖκες· χ. δ' ἴσαι δμῳ.
Αἱ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης ἐπὶ μήλοπα καρπὸν,
Αἱ δ' ἱστοὺς ὑφόωσι καὶ ἠλάκατα στρωφῶσιν
Ἧμεναι, οἷά τε φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο·
Καιροσέων δ' ὀθονέων λοπὸς εἴβεται ὑγρὸν ἔλαιον·
Τόσσον Φαίηκες περὶ πάντων ἴδριες ἀὸρῶν
Νῆα θοὴν εὖ εἰδῶσι πόντῳ ἐλαυνέμεν, ὡς ἦ γυναῖκες
Ἴδμεν τεχνῆσαι· περὶ γὰρ σφίσι δῶκεν Ἀθήνη
Ἔργα τ' ἀμύμονα, καὶ φρένας ἐσθλάς.
Ἔκλοδον δ' αὐλῆς μέγας ὄρχατος ἄγχι θυράων
Τετράγυος· περὶ δ' ἕρκος ἐλήλατο ἀμφοτέρωθεν.
Ἔνθα ἦ δένδρεα μακρὰ πεφύκει τηλεθόωντα,
Ὄγχναι καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,
Συκαί τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι·
Τάων οὔποτε καρπὸς ἀπόλλυται, οὐδ' † ἀπολείπει χ. λιπολείπει
Χείματος οὐδὲ θέρεος, ἐπητανὸν, ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ
Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.
Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ,
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ,
Ἔνθα δέ οἱ πολύκαρπος ἀλωὴ ἐρρίζωται.
Τῆς ἕτερον μὲν θειλόπεδον λοβῷ ἐνὶ χώρῳ
Τέρσεται ἠελίῳ, ἕτεραι δ' ἄρα τε τρυγόωσιν,
Ἄλλας δ' τραπέουσι· πάροιθε δέ τ' ὄμφακές εἰσιν,
Ἄνθος ἀφιεῖσαι, ἕτεραι δ' ὑπερκάζουσι.
Ἔνθα δ' κοσμηταὶ πρασιαὶ παρὰ νείατον ὄρχον
Παντοίαι πεφύασιν, ἐπητανὸν γανόωσαι·
Ἐν δ' δύω κρηῖδαι, ἡ μὲν τ' ἀνὰ κῆπον ἅπασται
Σκίδνανται, ἡ δ' ἑτέρωθεν ὑπ' αὐλῆς οὐδὸν ἵησι
Πρὸς δόμον ὑψηλὸν, ὅθεν † ὑδρεύοντο πολῖται. χ. ὑδρεύοντ' ἂν τοι
Τοῖ' ἄρ' ἔσαν Ἀλκινόοιο θεῶν ἔσαν ἀγλαὰ δῶρα,
Ἔνθα σὰς ἠνήτο πολύτλας δῖος Ὀδυσεύς.
Αὐτὰρ ἐπιδὴ πάντα ἐῷ ἐνὶ θυμῷ,
Καρπαλίμως ὑπὲρ οὐδὸν ἐβήσατο δώματος εἴσω.
Εὗρε δ' Φαιήκων ἡγήτορας ἠδὲ μέδοντας
Σπένδοντας δεπάεσσιν ἐϋσκόπῳ Ἀργειφόντῃ,
ὯΙ πυμάτῳ σπένδεσκον ὅτε μνησαίατο κοίτης.
Αὐτὰρ ὁ βῆ διὰ δῶμα πολύτλας δῖος Ὀδυσεὺς.
Πολλὴν ἠέρ' ἔχων περὶ οἱ πέρι δῖα θέαινα,
Ὄφρ' ἵκετ' Ἀρήτην τε καὶ Ἀλκίνοον βασιλῆα.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' Ἀρήτης βάλε γούνασι χεῖρας Ὀδυσεύς·
Καὶ τότε δὴ ῥ' αὐτοῖο πάλιν χύτο θεσπεσίη.
Οἱ δ' ἄνεῳ ἐγένοντο δόμον κατὰ φῶτα ἰδόντες·
Θαύμαζον δ' ὁρόωντες· ὁ δ' ἐλιτάνευε Ὀδυσεύς,
Ἀρήτῃ θύγατερ Ῥηξήνορος θείοιο,
Σόν τε πόσιν σά τε γούναθ' ἱκάνω, πολλὰ μογήσας,
Τούς δέ τε δαιτυμόνας· τοῖσιν θεοὶ ὄλβια δοῖεν
Ζωέμεναι καὶ παῖδας, † ἀπιτρέψειεν ἕκας χ. ἐπιτρέψαι
Κτήματ' ἐνὶ μεγάροισι, γέρας θ' ὅ, τι δῆμος ἔδωκεν. ναι ἕκαστα
Αὐτὰρ ἐμοὶ πομπὴν ὀτρύνετε πατρίδ' ἱκέσθαι
Θᾶσσον· ἐπεὶ δὴ δηθὰ φίλων ἄπο πήματα πάσχω.

COMMENTARIVS.

χάλκειοι μὲν γὰρ) Cùm Phæacum populus luxibus mirificè abundasse memoretur, illi proculdubio non solùm in comessationibus aut in reliquo uiuendi genere eluxerunt, sed etiam in ædificiorum elegantia. Eam porrò apud Alcinoum maiorem extitisse, quàm

apud cæteros ciues, mihi non fit dubium, quòd illis omnibus etiam potentior & magnificentior fuerit pro dignitate regia, uidelicet cæ qua illos antecelluit. Itaque in describenda eius regia tantus est hoc loco Homerus, quam talem nobis proponit, ut fine dubio non minori nobis admirationi, quàm ipsi Vlyssi esse debeat. Constat enim ex metallis pretiosissimis auro, argento & ære, deinde etiam ex gemma uel lapide non contemnendo (qui lapis lasuli à quibusdam existimatur: ancipiter autem de eo non pronuncio, quia hîc quoque hærere uiros doctos obseruaui. Vide nostrum Lexicon Homericum in uoce κυανὸς) nimirum cyano. Habes ergo æreos muros utrinque, minas murorum uerò, uel suggrundia ex cyano. Habes aureas fores, argenteos postes, argenteum utrumq; limen, uidelicet superius & inferius, aureum ostij annulum (uide κρέων in Lexico) aureos canes, opus Vulcani memorabile, & cætera quæ ture lector, poteris in contextu obseruare.

χρύσεοι) Rectè monuit Giphanius hunc locum à Lucretio lib. 2. expressum his uersibus:

4 *Si non aurea sunt iuuenum simulacra per ædes, Lumina nocturni epulis ut suppeditentur.*
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris, Nec domus argento fulget, auroq; renidet, &c.

Hunc autem postremum uersum puto etiam ex præcedentibus adumbratum. Totum autem locum à Lambino nullo pacto obseruatum, cùm alioqui scriptor esset diligens, miratus sum.

οἷά τε φύλλα) Quò referatur hęc comparatio, an ad ancillas, an ad telas, dubium est. Nos ueterum opiniones referemus, & eam indicabimus, quæ nobis uerior uidebitur. Sic ergo Eustathius ex Didymo, nimirum uetere Scholiaste: Folijs populi, inquit, ancillas comparat, quòd expeditè & continuè operarentur: hoc est, ἀφ' οὗ τὸ εὐκίνητον καὶ σπουδαῖος τῆς αὐτῶν ἐργασίας. Nam facilè commouentur populi folia propter proceritatem arboris. est enim αἰγείρος μακρόδενδρον (ut ipse Poeta loquitur) Alij uerò construentes hoc pacto, ἡδέως οἷα φύλλα αἰγείρου: scribũt eas theatricè, quasi in ordinem heliotropij uel solisequij considerent. Obscurum autem hunc sermonẽ esse, dicit Eustathius, quod cùm sciamus folia solisequij aliquatenus affecta esse ad orientem solem & occidentem: tamen hoc populo attribuere durum sit. Videntur tamen populi folia ad illa solisequij similitudinem quandam habere, ut docet quispiam ita scribens: φύλλα, inquit, ἤτοι ἀφ' οὗ τὸ πολὺ τῶν δένδρων, ἢ ἀφ' οὗ τὸ εὐκίνητον τῶν χειρῶν ἐν τῇ θρίξει τῷ κρόκῳ, ὡς καὶ τὰ φύλλα αὐτὰ γραμμίζει ἀλλήλοις καὶ εὐκίνητα: id est, folia, uel propter multitudinem ancillarum, uel propter manuum mobilitatem in subtegmine uertendo, ut etiam folia inuicem conuertuntur, & facilè mouentur. Sunt tamen quidam, qui dictum putent, ἡδέως οἷα φύλλα αἰγείρου: pro, κεῖται πεπτωκότα τὰ δένδρα φύλλοις, ut folijs arbor illa condensata uel referta est. Priorem sententiam ego impræsentiarum reliquis antepono.

καιρούσιον δ' ὄρτυγα) Cur dictum fit hoc loco ἁπλῶς τὸν ὑγρὸν ἔλαιον, uariè antiqui opinati sunt. Vel quòd uestes illæ quæ texebantur, adeò densæ erant, ut oleum illas penetrare non posset: Vel quòd exterius sic splenderent, ut oleum esse uiderentur: aut quòd ita lautæ essent, molles & delicatæ, ut uideretur ex eis oleum effluere. Optimè omnium Eustathius his uerbis: ἴσως δέ τις καὶ ἄλλως εἴληφεν αὐτὸ πεπαῦσθαι λέγοιντο εἰς ὄψιν, ὡς ἅπερ ἔλαιον αὐτῶν ἁπλῶς εἶπε. ἀφ' οὗ τὸ λιπαρὸν ἐκ τῶν ῥυπωμάτων καὶ ἐπικήρων ὑφασμάτων.

μίσας ὀρχατος) Non sunt minores lautitiæ ac deliciæ in hoc Alcinoi horto, quàm in ædium elegantiæ fuit, adeò ut etiam Alcinoi horti prouerbialiter usurpentur, quod pometum Tertullianus appellauit libro de Pallio. Rectè, nam hic hortus arboribus fructiferis tantùm est constitus. Hîc pyrus, hîc malus punica, hîc ficus, hîc olea, hîc uites: &, quod mirandũ est, nullis anni temporibus hortus ille fructibus omnium generum destituitur: quia, ut colligo, uniuscuiusq; arboris duo fuérunt genera, ut una quiescente, altera ferret fructus: & hoc est quod dicitur, ἐχιη ἐπ' ὄχιῃ γεγάασι. σῖτον δ' ἐπὶ σίτῳ, &c. Idem est in uitibus miraculum: nam cùm uniusuuæ calcantur, altera nouas profert, sequentium uindemiarum spem ostentans.

κὴ μηλέαι ἀγλαόκαρποι) Iam annotatũ est à Giphanio, docere Plutarchum Symp. 5. quæst. 8. cur μηλέαι ἀγλαόκαρποι ab Homero appellentur: nimirum ex arboris huius cum reliquis comparatione, quòd perquàm pusilla atq; aspectu abiecta, fructum tamen pariat pulchrum & grandem: atque illa Tryphonis medici sententia. Alius tamen quidam dicit, Poetam cùm pulchrum undiquè in unum collegisset, huic fructuum ἀκεδνότητι uni malus inesse animaduertisse. Contactu enim uiolæ assimilari, ut non inquinet, sed fragrantia impleat attingentem: deinde gustu esse suauem, olfactuque & aspectu iucundissimam. Ideoque cùm omnes sensus deliniat, iure eum celebrari. Hæc ille.

Σῦκαί τε γλυκερώταί) Ficus dulces appellat non ratione ipsius arboris, sed fructus. Nam illa arbor cùm summæ sit acritudinis, tamen fructum profert dulcissimum. Cuius rei causam senex ille apud eundem Plutarchum Symp. 5. q. 9. reddit huiusmodi: Quicquid dulcedinis arbori inerat, in succum exprimitur: itaque quod supereſt, immodicè amarum euadit. Nam ut iecur unum in locum, omni reiecto felle, ipsum fit dulcissimum: sic (è contrà uidelicet) ficus, quæ in fructum suum quicquid est pinguedinis & maturi succi, absumit: ipsa expers dulcedinis, remanet. Siquidem lignum eius non prorsus uili succo orbum esse, inde colligi potest, quòd aiunt rutam, quæ sub ficu crescit, aut propè nascitur, suauiorem esse, liquoriſque mollioris: quòd dulcedinis à ficu usuram aliquam accipiat: qua sapor ille immodicè grauis & odiosus extinguitur: nisi sanè contrà retrahens alimentum ficus, quicquid est acredinis (in ea ruta prope se consita) elicit. Hæc ille. Oleas autem uirescentes appellat, quia per totum annum uirorem illum retineant. neque Autumni, qui φυλλοχόος dicitur, iniuriæ sint obnoxiæ: quod eis propter suam pinguedinem peculiare est: ut lauro & palmæ propter calidi tatem: myrto & hederæ propter humiditatem, uel madorem. Vide eundem Plutar. Sympos. lib. 8. cap. ultimo.

6 ἐὐκαίπᾳ δ' ἀγορεύεσκεν) Athenæus lib. 1. docet, hunc fuisse antiquorũ morem, ut à cœnis discedentes Mercurio libarent: non autem, ut posteà, Ioui adulto. Mercurium enim somno præesse arbitrabantur. Qua de re nos alias scripsisse opinor, nimirum suprà lib. 1. Vide Pollucem lib. 8. cap. 16.

βάλε γοὺνάσι χεῖρας) Hic est modus supplicum iam anteà sæpius obseruatus, non solùm erga uiros, sed etiam erga fœminas, ut hîc erga Areten fecisse Vlyssem uidemus. Præter autem hanc genuum apprehensionem erant etiam alij supplicantium ritus, ut uidelicet mentum & dextram eius cui se insinuaret, contingerent: ἀφ' οὗ τὸ ἡμερωτικὸν καὶ πρακτικόν, ut aiunt Scholiastæ. Genibus aduolui autem supplices, docet etiam Plut. in Quæst. centur. Rom.

αἰψηρὴ) Minerua anteà iubebat Vlyssem primò ad Aretẽ accedere, & illi se supplicè exhibere: nũc uerò Vlysses nõ solũ Aretes, sed etiam Alcinoi, atque adeò reliquorum conuiuarum opem & subsidium implorat. Dicendum est Vlyssem personarum circumstantiam obseruasse Nam, cùm omnes simul conuenissent, non uidebatur consentaneum, ut cæteris innominatis ad solam Aretem sese conuerteret: quin etiam uidetur decorum usurpasse, cùm prius Alcinoi mentionem facit, ut hoc etiam pacto ipsum maritum sibi deuinciret.

κὴ παισὶν) Omnibus hoc est à natura insitum, ut bona sua in liberos transferant. Quod Iureconsultus his uerbis expressit in l. nam etsi. ff. de inofficioso testamento: Nam etsi, inquit, parentibus non debeatur filiorum hæreditas, propter uotum parentum & naturalem erga filios charitatem: tamen ordine mortalitatis & naturæ conuerso parentibus nõ minus quàm liberis piè relinqui debet. Ideò Vlysses precatur, ut hoc his conuiuis accidat, quod naturale in hominibus intelligit, ut liberis suis bona sua relinquant. Siquidem non mediocris est felicitatis, si in tuo sanguine opes tuas remansuras præuides: hoc est, in sobole tua, nec in alienas manus deriuari. Ideò etiam commune est & satis usitatum, ut quilibet suscipiendæ prolis studio teneatur, ut cum maiore gaudio bona sua possideat, quæ suis, non autem extraneis se transmissurum intelligit.

7 γέρας) Hîc duo obseruari iubeo. Primùm hæreditarios non minus honores fuisse, quàm ipsas opes, alioqui frustrà hoc exoptaret Vlysses, quod ad hæredes non transire intelligeret. Deinde, hos honores à populo in parentes conferri, ut Democratium etiam statum in hac Phæacum Republica agnoscamus. Sed quærat aliquis: Si honores à populo conferebantur, cur dicis esse illos hæreditarios? Respondeo, eos in parentes primùm collatos, deinde illo hæreditatis iure ad liberos transmitti consueuisse. Sed illi parentes, inquies, nónne eosdem à parentibus suis eodem iure acceperunt? Respondeo, me eos imaginari, qui primùm illis à populo sint donati. Liberum tamen esto lectori iudicium.

αὐτίκα ἐμοὶ πομπὴν) Concisa hæc petitio non parum, ut uerisimile est, conuiuas illos obstupefecit. Videtur enim narrandã fuisse primùm ab Vlysse conditionem suam & causam, cur hoc ab illis postularet. Siquidem ita breui & arcta oratione deduci se in patriã postulare, hoc uidetur potius risu dignum, quàm ut exoretur. Sed prudens Vlysses angustias animi sui commodè expressit hac sua breuitate, quæ ijs qui doloribus aut calamitatibus conflictãtur, ualde est peculiaris. Deinde ueritus est ne longa deblateratione alio qui ob noui hominis & incogniti aduẽtum perterrefactis aures obtunderet, & morosus nimiùm esset. Satis ergo fuit se pro egeno & peregrino homine exhibere, cætera interrogatus commodiore loco & tempore referet.

Ὣς ἔφατ', κατ' ἄρ' ἕζετ' ἐπ' ἰσχάδι κὐνόπι πὺρ *Sic fatus, resedit ad focum in cineribus*

iuxta ignem, illi certè omnes facti taciti sunt silentio,
Serò tandem interfatus est senex heros Echeneus,
Qui certè Phæacum utrorum maximus natu erat,
Et eloquentia uincebat priscaq; & plurima doctus.
Qui inter eos benè sapiens cōcionatus est et interfatus,
Alcinoë, non sanè tibi hoc honestum, neq; conuenit
Hospitem quidem humi sedere ad focum in pulueribus.
Isti uerò tuum iussum expectantes detinentur.
Sed agedum hospitē in sede argenteis clauis distincta
Colloca erectum, tu autem præconibus impera
Vinum infundere, ut & Ioui fulminatori
Libemus, qui supplices uenerandos comitatur,
Cœnā uerò hospiti proma det ex rebus qua sunt intus.
Porrò postquā hoc audiuit sacrum robur Alcinoi,
Manu prehensum Vlyssem prudentem uarium consilio
Leuauit à foco, & in sedem locauit splendidam,
Filio exuscitato uirili Laodamante,
Qui ei proximus sedebat, maximè uerò ipsum amabat,
Aquam aūt ancilla gutturnio superinfudit ferens
Pulchro, aureo, super argenteum lebetem
Ad lauandū, iuxta autem politam extendit mensam,
Panem uerò uenerandā proma apposuit ferens,
Fercula multa inferens, gratificans de præsentibus reb.
Cæterùm ipse bibebat & comedebat prudēs diuus Vlyss
Et tum præconem alloquutus est Alcinoi. (ses,
Pontonoe craterem miscens uinum distribue
Omnibus per domum, ut & Ioui fulminatori
Libemus, qui supplices honoratos benignè prosequitur.
Sic ait, Pontonous autem dulce uinum miscebat,
Distribuit autem omnibus propinans poculis.
Cæterū postq̄ libarūt biberuntq; quantū cupiebat ani-
His uerò Alcinous cōcionatus est & interfatus, (mus.
Audite Phæacum duces atq; consiliarij,
Vt dicam quæ me animus in præcordijs iubet.
Nunc autem epulati dormiatis ad domum profecti.
Manè autem senibus pluribus aduocatis
Hospitem in ædibus hospitio excipiemus, atq; dijs
Faciemus sacra iusta, deinde etiam de reditu
Cogitabimus, ut hic hospes absq; labore & tristitia
Deductione sub nostra suā in patriam terrā deueniat
Gaudens, actutùm, etiam si ualdè procul sit.
Neq; quicquam interea mali & damni patietur,
Antequā ipse suā terram conscendat, hinc & deinceps
Patiatur quæcunq; ei fatum Parcæq; graues,
Iam nato nerunt filo, quando ipsum peperit mater.
Quòd si quis immortalium utiq; de cœlo uenerit
Aliud quippiam hoc deinceps dij meditantur.
Semper enim etiam antea dij apparent manifesti
Nobis, quando facimus inclytas Hecatombas:
Conuiuanturq; apud nos sedentes, ubi & nos:
Si autem aliquis & solus iens occurrerit uiator.
Nullo modo occultant, quoniam ipsos propè sumus,
Quemadmodū Cyclopesq; & agrestes gētes Gigantū.
Hunc.a.respondens alloquutus est prudens Vlysses,
Alcinoë: aliud quid tibi curæ sit mentibus: nō enim ego
Immortalibus similis sum, qui cœlum latum habitant,
Neq; corpore. neq; indole, sed mortalibus hominibus,
Quos uos scitis maximè deuehentes erumnam

Πὰρ πυρί. οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.
Ὃ ψὲ δὴ μετέειπε γέρων ἥρως Ἐχένηος,
Ὃς δὴ Φαιήκων ἀνδρῶν προγενέστερος ἦεν,
Καὶ μύθοισι κέκαστο, παλαιά τε πολλά τε εἰδώς·
Ὅσφιν εὐφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν,
Ἀλκίνοε, ἦ μοί τι τόδε κάλλιον, ἠδὲ ἔοικε.
Ξεῖνον μὲν χαμαὶ ἧσθαι ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσιν,
Οἵδε δ' ὃν μῦθον πολιδέγμενοι ἰαχανόωνται.
Ἀλλ' ἄγε δὴ ξεῖνον μὲν ὀπὶ θρόνου ἀργυροήλου
Εἶσον ἀναστήσας· σὺ δ' κηρύκεσσι κέλευσον
Οἶνον ὀπιπρήσαι, ἵνα καὶ Διὶ τερπικεραύνῳ
Σπείσομεν, ὅς θ' ἱκέτῃσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.
Δόρπον δ' ξείνῳ ταμίη δότω ἔνδον ἐόντων.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τόγ' ἄκουσ' ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο,
Χειρὸς ἑλὼν Ὀδυσῆα δαΐφρονα πεπνυμένοισιν
Ὦρσεν ἀπ' ἐσχαρόφιν, καὶ ὀπὶ θρόνου εἷσε φαεινοῦ,
Τίον ἀναστήσας ἀγαπήνορα Λαοδάμαντα,
Ὅς οἱ πλησίον ἷζε, μάλιστα δέ μιν φιλέεσκε.
Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι· παρὰ δ' ἕξεσε τεταυότα τράπεζαν.
Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
Εἴδατα πολλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.
Αὐτὰρ ὁ πῖνε καὶ ἦθε πολύτλας δῖος Ὀδυσεύς·
Καὶ τότε κήρυκα προσέφη μετὰ Ἀλκινόοιο,
Ποντόνοε, κρητῆρα κεράσσαμε μέθυ νεῖμον
Πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον, ἵνα καὶ Διὶ τερπικεραύνῳ
Σπείσομεν, ὅς θ' ἱκέτῃσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.
Ὣς φάτο. Ποντόνοος δ' μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα·
Νώμησεν δ' ἄρα πᾶσιν ἐπαρξάμενος δεπάεσσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ σπείσαν τ', ἔπιον δ' ὅσον ἤθελε θυμός,
Τοῖσιν δ' Ἀλκίνοος ἀγορήσατο καὶ μετέειπε,
Κέκλυτε Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
Ὅφρ' εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.
Νῦν μὲν * δαισάμενοι κατακείετε οἴκαδ' ἰόντες· *γρ. δαινύμενοι
Ἠῶθεν δ' γέροντας ὀπὶ πλέονας καλέσαντες,
Ξεῖνον ἐνὶ μεγάροις ξεινίσομεν, ἠδὲ θεοῖσι
Ῥέξομεν ἱερὰ καλά· ἔπειτα δὲ καὶ περὶ πομπῆς
Μησόμεθ', ὥς χ' ὁ ξεῖνος ἀϊδρείῃ πονέηται καὶ οἴκοι
Πομπῇ ὑφ' ἡμετέρῃ ἰὼν πατρίδα γαῖαν ἵκηται
Χαίρων, καρπαλίμως, εἰ καὶ μάλα τηλόθεν ἐστί.
Μηδέ τι μεσσηγύς γε κακὸν καὶ πῆμα πάθῃσι
Πρίν γε τὸν ἧς γαίης ὀπιβήμεναι. εἶτα δὲ ἔπειτα
Πείσεται ἄσσά οἱ αἶσα † Κατακλῶθές τε βαρεῖαι *γρ. κατακλῶθές θησι παρεῖαι
Γεινομένῳ νήσσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.
Εἰ δέ τις ἀθανάτων γε κατ' οὐρανοῦ εἰληλάθασι,
Ἄλλό τι δὴ τόδ' ἔπειτα θεοὶ τελέουσι πεπρωμένον.
Αἰεὶ γὰρ πάρος γε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς
Ἡμῖν, εὖθ' ἑκατόμβας ἀγακλειτὰς ἐρδόμεσθα·
Δαινυνταί τε παρ' ἄμμι καθήμενοι ἔνθά περ ἡμεῖς.
Εἴ δ' ἄρα τις καὶ μοῦνος ἰὼν ξύμβληται ὁδίτης,
Οὔτι κατακρύπτουσιν· ἐπεὶ σφίσιν ἐγγύθεν εἰμέν,
Ὥστε Κύκλωπές τε καὶ ἄγρια φῦλα Γιγάντων.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ.
Ἀλκίνοε, ἄλλό τι μελέτω φρεσίν· ἠδὲ ἔγωγε
Ἀθανάτοισιν ἔοικα τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
Οὐ δέμας ἠδὲ φυὴν, ἀλλὰ θνητοῖσι βροτοῖσιν,
Οὓς ἴσμεν ὑμεῖς ἔσθ' μάλιστ' ὀχέοντας ὀϊζύν

Ἀνθρώ-

Ἀνθρώπων, τοῖσίν κεν ἐν ἄλγεσιν ἰσωσάμην·
Καὶ δ' ἔτι κεν κακὰ πολλὰ κατὰ μυθησάμην,
Ὅσσά γε δὴ ξύμπαντα θεῶν ἰότητι μόγησα·
Ἀλλ' ἐμὲ μὲν δορπῆσαι ἐάσατε κηδόμενόν περ.
Οὐ γάρ τι συγχῇ ἔπι γαστέρι κύντερον ἄλλο
Ἔστε, ὅτε σκέλλουσιν ἕο μνήσασθαι ἀνάγκη,
Καὶ μάλα τειρόμενον, κῆρ δὲ φρεσὶ πολλὰ ἔχοντα.
Ὡς καὶ ἐγὼ πολλῶν μὲν ἔχω φρεσὶν ἠδ' ὀδυνάων,
Ἔδμεναι κέλεται καὶ πίνειν· ἐκ δέ με πάντων
Λήθουσεν ὅσσ' ἔπαθον, καὶ ἐνιπλήσασθαι ἀνώγει.
Ὑμεῖς δ' ἐτεὸν ὦρσεν ἀμὲ ἠοῖ φαινομένῃφι,
Ὡς κέ με τὸν δύστηνον ἐμῆς ἐπιβήσετε πάτρης,
Καίπερ πολλὰ παθόντα. ἰδόντα με καὶ λίποι αἰών
Κτῆσιν ἐμὴν, δμῳάς τε, καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.
Ὡς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπήνεον, ἠδ' ἐκέλευον
Πεμπέμεναι τὸν ξεῖνον, ἐπεὶ κατὰ μοῖραν ἔειπεν.

Hominum, quibus in doloribus æqualis sum.
Et adhuc etiam plura ego mala dicerem,
Quæ certè omnia deorum uoluntate passus sum.
Sed me quidem cœnare sinite dolentem quamuis,
Non enim odioso uentre peius aliud
Est, qui iubet sui recordari necessitate:
Et ualdè afflictũ aliquẽ, & in mentib. dolorẽ habentẽ.
Sic & ego luctũ quidẽ habeo mentib. hic. a. ualdè sem-
Comedere iubet, & bibere, & me omnium (per
Obliuiſci facit, quæcunq; passus sum, & repleri iubet.
Vos autem festinate simul atq; aurora apparuerit,
Vt me infelicem meam imponatis in patriam, (uita
Quãuis multa passum, ubi semel uidero, etiã relinquat
Nẽpè possessionẽ meã famulosq; & altã magnã domũ.
Sic dixit, hi autem omnes laudabãt & hortabãtur
Deducere hospitem, quoniam decenter dixit.

COMMENTARIVS.

κατ' ἀρ' ἵζεν' ἐπ' ἐσχάρῃ) Notandus est, præter cæteros quos anteà enumerauimus, hic supplicum ritus apud ueteres, in lare sedendi: quod factum est quasi ad Deos penates confugeret, uel quòd ibi tuti essent propter Vestæ reuerentiam (quæ ignis est etiam allegoricè) quæ cùm prima domos extruendi rationem inuenisse dicatur, domorum etiam seruatrix est habita, & domos incolentium. Itaqué non malè securitatem in lare quærebant supplices, non secus atque ij qui ad aram cõfugiunt. Sed & ἑστίαν pro ara legisse memini apud Xenophontem lib. 2. ἀνάβ. Hinc est ἱκέτης τῆς ἑστίας, supplicem Vestæ, apud Plutarchum in lib. de Virtutib. mulierum legimus, ut quidem Rhodiginus Lect. antiq. lib. 15. cap. 18. explicat. Siquidem, inquit, tangitur ibi supplicantium ritus, quem in Oeconomicis non prætermisit Aristoteles. Primùm, inquit, inter uirum & uxorem statuendæ leges, ut cesset iniuria: sic enim nec ipse iniusti quippiam patietur. Id namque communis inducit lex, sicuti à Pythagoricis sancitur, ὥσπερ ἱκέτην κὴ ἀφ' ἑστίας ἠγμένην: id est, uelut supplicem, & à Vesta, hoc est lare, ductam arbitrari uxorem, ut nullatenus inferatur iniuria. Apollonius Argon. 1.

τὸν δ' αὖτε, κὴ ἄνακτα δόμων ἱκέσιον ἀίξαντες
ἷζανον, ἠπὶ δίκη λυκόεις ἱκετῆσι πίτνηται.

Vbi interpretes dicunt, Lege sancitum fuisse ut supplices apud larem sederent. Ego uerò, pace Rhodigini dixerim, hîc castigandi uidentur illi interpretes. δίκη enim pro lege accipiunt, cùm hoc loco apud Apollonium pro ritu usurpetur, ut & apud Homerũ anteà lib. 4. ἦτ' ἰσὶ δίκη θέων βασιλήων: id est, quæ consuetudo est Regum. Sed è diuerticulo in uiam. Hic moș in laribus confidendi non solùm illis ueteribus communis fuit, sed etiam in posterioribus sæculis, ut à Themistocle & Coriolano, quæ duo exempla nobis nunc succurrunt. De Themistocle sic in eius uita scribit Plutarchus: Cùm Athenienses & Lacedæmonij eum persequerentur, conscit se in asperam & cæcam ipem, & ad regem Molossorum Admetũ recurrit. Hic cùm nescio quid ab Atheniensibus postulauisset, ignominiosè à Themistocle, qui tunc in ciuitate florebat, electus perpetuo eum habuit odio: ac præ se tulit, si in ipsum incidisset, pœnas se ab eo petiturum. At illa in fuga formidans magis Themistocles domesticum & recens odium, quàm ueterem iram & regiam, hûc se permissum iuit, ac supplex Admetum adijt nouo & inusitato more. Nam filium eius puerum admodum tenens, abiecit se ad focum eius. Hunc maximum & propè solum, qui non reijciatur, Molosi modum ducunt supplicãdi, &c. Vbi notandũ est, quod Plutarchus dicit, inusitatum fuisse illum supplicandi morem: quod de Atheniensibus intelligi debet, aut etiam reliquis Græcis. De Coriolano idem Plutarchus in eius uita scribit, eum ad Tullium Volscorum regem odio Romanorum confugisse, & eius domum ingressum repentè ad focum nullo sentiente penetrasse, ibique tacitum, nihilque agentem capite obuoluto sedisse. Miror aũt quid Interpretem hoc loco uellicet Rhodiginus. nam Græca κατὰ πόδας sequutus est. Sed ex iam memoratis exemplis, uidetur hic risus à supplicibus erga eos tantùm obseruatus, qui sibi infensi essent. Id doceo. Primùm, Vlysses non quidem specialiter Phæacũ crudelitatem erat demeritus: sed cùm homines illi per se duri & inhospitales admodum essent, oportuit eum sibi hac ratione prouidere, ne eorum sæuitiam experiretur. Audiuimus enim quid anteà Minerua de illis dixerit, ὑβρισταὶ γὰρ ἔασιν οἵδε μάλ' αὐθάδεσσι ἀνίσχουσι, &c. Ideo ὑπερηφανίστας & ὑπερφιάλους appellantur. Iam uerò Themistocles Admetum inimicum habebat: Coriolanus uerò itidem suũ Tullium (quem Actium Tullium Dionysius Halicarnasseus & Liuius uocant) Sic enim Plutarchus: Hũc sibi, inquit, præ cæteris Romanis certus erat Coriolanus, esse infensum. Quia enim ex concertatione, ut iuuenum fortium gloriæ & æmulationes ferunt, crebrò inter dimicationes minis, prouocationibus, iactantijsque certauerant inter se priuatim, publicè adiunxerant inimicitiam.

ὅς δὴ φαίηκας) Nulla est gens tam barbara & ab humanitate aliena, in qua unum aut alterum non offendas, qui cæteros mansuetudine ac clementia antecellat. Quod hoc exemplo Echenei docetur, qui in medio inhospitalis & feræ gentis, ut iam dictum est: tamen officium istud quod peregrinis debetur, intellexit. Hic Echeneus autem nobis describitur senex: in qua ætate cum plurium rerum scientia infit, ideo uocat illum παλαιά τε κὴ πολλὰ εἰδότα, ueterum rerum, itemque plurimarum peritũ: unde solet prudentia cõparari. Quia uerò in persuadendo plurimùm ualet eloquentia, hîc autem Alcinoo hospitalitas illi erat persuadenda: idcirco hanc quoq; facultatem illi tribuit Poeta. His rebus insignis Echeneus orationem suam aggreditur breuem quidem illam, sed neruosam & efficacem, qualisque uirum cius ætatis maximè deceat. non enim est in uerborum profluuio ac copia uis eloquentiæ collocata, sed in sententiarum pondere. Et licet concisa sit hæc Echenei oratio, momentum tamẽ in uerbis non mediocre conspicitur. Primũ docet, indecorum esse & contrą honestatis leges, ut hospes sic pro derelicto habeatur. Quod â sene & prudente uiro dictum nõ parum authoritatis habuit: tum monet, non solùm ut ad mensam cum reliquis per præcones accedere iubeatur: sed etiam Ioui libari xenio, qui hospites comitari credebatur, unde maior esset eorum reuerẽtia. Quo solo dicto mouit proculdubio Alcinoi animum, quòd piè se facturum intelligeret, si isti Echeneo morigerum se præberet.

κῆ ἐπὶ ῥόπον) Pater & frater Plutarchi apud eundem Sympos. lib. 1. quæst. 2. disputant, an oporteat conuiatorem conuiuis suis locum pro dignitate singulorum locum assignare: an uerò concedendum sit illis, ut promiscuè eum occupent, quem ipsi uoluerint. At Plutarchus inter eos iudex constitutus, id à conuiatore præstari uult. Esse enim ut personarum, sic etiam locorum distinctiones & certi gradus, qui non sunt contemnendi: idque maximè ex Poetæ nostri authoritate confirmat, apud quem sedes primus honoris gradus censetur, ut cum Sarpedon dicit ad Glaucum,

γλαῦκε τίη δὴ νῶϊ τετιμένοι ἠδὲ μάλιστα
Ἕδρῃ τε κρέασίν τε, ἰδὲ πλόος ἀμφιπένονται:

ubi primò sedis honorem posuit. Tum addit, Ἐπαινῦμεν δὴ κὴ τὸν Ἀλκίνουν, ὅτι τὸν ξεῖνον ἱδρύσατο παρ' αὐτὸν, ἡὸν ἀπασήσατο, &c. τὸ γὰρ εἰς τιμὴν τῆ φιλουμένῳ χώρου κηδεσθῆναι τὸν εἰπόντα, ἐπιδέξιον ἐμμελῶς κὴ φιλανθρωπον. id est: Laudamus etiam Alcinoum, quòd iuxta se hospitem locauit filio excitato, &c. Quippe quòd in chari sedem collarit hospitem supplicem, id admodum est ciuiliter & comiter factum. Quin & hæc sedium discrimina inter ipsos Deos seruata fuisse docet. Nam Neptunus quantumuis ad concionem adfuisset nouissimus, medio tamen assedit loco, quòd is ad eum pertineret. Minerua prætereà Ioui proximum locum obtinet: quod obiter docuit Homerus Iliad. ω. cùm dicit de Thetide, ἡ δ' ἄρα παρ' Διὶ πατρὶ κηδίζετο ἆξε δ' Ἀθήνη Assedităq; Ioui patri cedente Minerua, &c.

Σπείσαμεν) Vide alteram ante præcedentem annotationem, undi hic uersus cum præcedenti hemystichio repetitus est.

τοῦ μὲν δαισάμενοι) Cùm aliàs monuerimus hoc ad conuiuas pertinere, ut illi primi & per se de discessu sermonẽ inchoent, quòd indecorum uideatur, ut conuiuator cos abire iubeat, quasi eorum societatis longioris eum tædeat: nunc tamen Alcinous contrarium facit. Suos enim conuiuas, uiros alioqui grauissimos & summæ in populo dignitatis, iubet domum proficisci. Sed distinguẽ-

dum

dum arbitror. Illud enim de hoſpitibus dictum ſolummodò arbitror, quibus maior eſt exhibenda beneuolentia, quàm ijs quibuſcum ſemper uerſaris. Proinde non decet hos recens aduenientes anteà dimittere, quàm hoc ipſimet uelint: adinuicem uerò oportet nouos iſtos hoſpites cauere, ne excipientibus ſe, moroſi ac importuni diuturniore mora ſeſe exhibeant, & quò plus beneficijs honeſtãtur, eo remiſſiore & modeſtiore animo ſe erga illos gerere. Forum ergo eſt propriè de diſceſſu à conuiuio prius cogitare, quàm eum à quo excipiũtur. Hic uerò duo ſunt, quæ Alcinoum excuſant. primùm familiaritas & cõtinua cum reliquis uiuendi conſuetudo, qua iuris aliquid potentiori uidetur quodammodo acquiri: deinde ipſa dignitas, qua cæteros antecellens tantum etiam authoritatis in ipſos ſibi potuit arrogare.

καρπαλίμως) Confidenter hoc ab Alcinoo dictum eſt, quia intelligebat nauium Phæacenſium celeritate id facilè poſſe perfici: de quibus anteà Minerua dixit, τῶν νῆες ἀκεῖαι ὡσεὶ πτέρὺξ ἠὲ νόημα. Horum naues ueloces ueluti penna uel cogitatio.

ἐπὶ δέ πε ἀθανάτων) Hoc ad laudem Vlyſſi conciliandam pertinet, ut qui talis ſit Alcinoo uiſus, qui diutinam ſpeciem referret. Miratur tamen inſolentiam temporis, quod tunc non ſolerent Dijs ipſis Phæacenſibus apparere, cùm alioqui Dijs ſint chariſſimi. Nam tunc tantùm ſolitos ſeſe ipſis exhiberi dicit: nel cum ſacrificarent, uel cum eorum quiſpiam ſolus peregrinatur. De primo, ſcimus exiſtimaſſe ueteres ſuis Hecatombis ſolitos Deos intereſſe. Hoc tamen iure proprio ſibi uendicant Phæaces, qui ἀγχίθεοι idcirco ſeſe appellant. De ſecundo, paulò ante exemplum uidimus in Minerua, quæ Vlyſſi ſub ementita Neenidis ſpecie apparuit.

ὥσπερ Κύκλωπες) Hoc uirulenter ab Alcinoo dictum eſt, propter inueteratum odium Phæacum aduerſus Cyclopas, à quibus coacti ſunt ſedes mutare, ut anteà lib. 5. uidimus. Ait ergo, Phæaces adeò eſſe Deo uicinos, ut Cyclopes & feræ gentes Gigantibus. Quæ comparatio fit ex contrarijs, ut eodem libro docuit Euſtathius, ſed tamen quadantenus ſimilibus ſecundum habitum qualitatis: ut ſiquis dicat, adeò eſſe mel dulce, atque abſinthium amarum: uel, ut hoc loco idem Euſtathius tradit, ſiquis ita loquatur, Adeò eſſe Platonis uirtuti proximum Socratem, ut Anytus & Melitus inuicem ſecundum improbitatem: ſic etiam Phæaces ſecundum iuſtitiam adeò uicinos, ut Cyclopes Gigantibus ſecundum iniuſtitiam. Porrò de Gigantibus notæ ſunt Poetarũ narrationes, qui de cœlo auſi ſunt uelle Iouem detrudere, & eius ſolium occupare. Qua nulla poteſt impietas maior excogitari, ut non ſine cauſa cum illis conferantur Cyclopes, quos etiam ἀθέμιστας exleges infrà lib. 10 Vlyſſes appellabit, inter quos Polyphemus ille arrogantia & impietate inſignis fuit.

ἀλκίνοε) Cùm audiret Vlyſſes ſe pro Deo ab Alcinoo exiſtimari, non paſſus eſt hoc illius animo diutiùs inhærere, ſe hominem eſſe docens: quod candoris eſt maximi in Heroë, qui diuinos honores repudiarit, quos ipſi iam in diem craſtinum Phæaces decernebãt. Docuit uir prudentiſsimus, oportere nos ſemper conditionis noſtræ meminiſſe, ut altius non extollamur, quàm huius mortalitatis fragilitas poſtulat. Ille proinde eos damnaturus eſt, qui ſortis ſuæ obliti, paſſi ſunt Deorum nomina ſibi imponi, & honores diuinos fieri. Hoc iudicium ſubibit Alexander Magnus, qui non ſolùm Hephæſtionem ſuum pro Deo coli iuſsit, ſed hanc ipſam gloriã ipſemet affectauit. Eodem Vlyſſe iudice damnabitur nefarius ille & dux nominãdus Caligula, qui, (ut ſcribit Tranquillus) admonitus & Principũ & Regum ſe exceſsiſſe faſtigiũ, diuinã ex eo maieſtatẽ aſſerere ſibi cœpit: datoq; negotio ut ſimulacra Numinum religione & arte præclara (inter quæ Olympici Iouis) apportarentur egregia, quibus capite dempto ſuum imponeretur, partẽ palatij ad forum uſque promouit, atque ædem Caſtoris & Pollucis in ueſtibulum tranſfigurata, conſiſtens ſæpe inter fratres Deos medium ſe adorandum adeuntibus exhibebat: & quidam eum Latialem Iouem conſalutauerunt, &c. De Flauio Domitiano idem memoriæ proditur, qui ſe Deum appellare iuſsit. At quantò prudentiùs & modeſtiùs Vlyſſes noſter, qui ſe intra mortalitatis cancellos cohibuit.

ἐγὼ δέ τι γαστέρ) Ventrem non habere aures, dixit quiſpiam. Quicquid enim agas, ei famelico ſemper ſatisfaciendum eſt, urgetq; ſubinde natura hoc à te, quaſi tributum quodammodo exigens, in ipſa etiam media paupertate: & licet te cibis aut potu carere dixeris, ille tamen non exaudiet, importuniq́ue ac moleſti lictoris inſtar nunquam ceſſabit, donec debitum ipſi alimentum exolueris: adeò eſt ſui conſeruatrix & ſtudioſa Natura. Et hoc eſt quod Vlyſſes hoc loco dicit, famem ſuam prætexens, idq́ue non falsò, ſed uerè poſt tam longam inediam, quam paſſus eſt in naufragio, ne antequàm cibis ſe ſaturaſſet, in longiores narrationes de ſuo ſtatu aliorum precibus diuertere cogeretur: uel ut ſe etiam hoc argumento hominem eſſe probaret. Similia porrò de uentre extabunt apud Euripidem in Bellerophonte:

τὸν γὰρ ὀρφέα λαβὼν
ἅπαν τε μοῦσῶν εἰσιὰφθογγον μέλος
σὸν αὖ πίθωμι γαστέρ' ἀλλὰ δεῖ βίᾳ. id eſt:

Quamuis enim ipſum Orpheum aſſumerem
Et uniuerſum Muſarum melos ex nouem ſonis conſtitutum
Et non perſuaderem tamen uentri: ſed opus eſt ei uiolẽto.

Idem eſt in Monoſtichis, λιμῷ γὰρ ἥδιστον ἐστιν αὐτεπάγγελτος πόρος: Fami ulla uerba contradicere haud potes. Sed de fame aliàs etiam apud hunc Poetam uidebimus, nimirum Odyſſ. μ. & ρ.

κτῆσιν ἐμὴν) Sua bona commemorat, eaque aliquantulùm epithetis extollit, cùm uidelicet uocat ὑψιφρῶνας μέγα δῶμα, ut non etiam pro homine nihili à Phæacenſibus exiſtimaretur.

Sed poſtq̃ libauerunt́q, biberunt́q, quantũ uoluit animi quidẽ dormituri iuerunt domũ unuſquiſq. (mus,
Sed in domo relictus eſt diuus Vlyſſes,
Apud.a. ipſum Areteńq, et Alcinous diuina ſpecie prædi-
Sederũt, famulæ aũt auferebant uaſa conuiuij. (tus
His autem Arete albis ulnis incœpit uerba.
Agnouit enim pallium & tunicam, ueſtimenta uidẽs
Pulchra, quæ ipſa fecerat cum ancillis mulieribus.
Et ipſum alloquens uerba pennata dixit,
Hoſpes, hoc quidem te primùm interrogabo ipſa.
Quis? unde uenis uirorũ? quis tibi hæc ueſtimenta de-
An non dicis in mare errans huc uenisſe? (dit?
Hanc.a. reſpondens alloquutus eſt prudens Vlyſſes,
Difficile regina perpetuò ſermone commemorare
Dolores, quoniam mihi multos dederunt dij cœleſtes.
Hoc autem tibi dicam quod me interrogas et inquiris:
Ogygia quædam inſula longè in mari iacet,
Vbi Atlantis filia doloſa Calypſo
Habitat pulchricoma grauis dea, neq; aliquis cum ipſa
Verſatur, neq; deorum, neq; mortalium hominum.
Sed me infelicem, domeſticum duxit fortuna
Solum, quoniam mihi nauem uelocẽ candenti fulmine
Iupiter iaculatus diſcidit medio in nigro mari.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πάσης ἐπάσατο θ' ἕπιόν θ' ὅσον ἤθελε θυμός,
Οἱ μὲν κακκείοντες ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστος.
Αὐτὰρ ὁ ἐν μεγάρῳ ὑπελείπετο δῖος Ὀδυσεύς,
Παρὰ δὲ οἱ Ἀρήτη τε καὶ Ἀλκίνοος θεοειδὴς
Ἧατο· ἀμφίπολοι δ' ἀπεκόσμεον ἔντεα δαιτός.
Τοῖσιν δ' Ἀρήτη λευκώλενος ἦρχετο μύθων,
Ἔγνω γὰρ φάρός τε χιτῶνά τε, εἵματ' ἰδοῦσα
Καλὰ, τά ῥ' αὐτὴ τεῦξε σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξί·
Καί μιν φωνήσας' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Ξεῖνε, τὸ μέν σε πρῶτον ἐγὼν εἰρήσομαι αὐτή,
Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; τίς τοι τάδε εἵματ' ἔδωκεν;
Οὐ δὴ φὴς δὴν πόντον ἀλώμενος ἐνθάδ' ἱκέσθαι;
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμηχος Ὀδυσ.
Ἀργαλέον βασίλεια διηνεκέως ἀγορεῦσαι
Κήδε', ἐπεί μοι πολλὰ δόσαν θεοὶ οὐρανίωνες·
Τῶν δέ τοι ἐρέω ὅ μ' ἀνείρεαι ἠδὲ μεταλλᾷς.
Ὠγυγίη τις νῆσος ὑπὸ πρῴθεν κεῖται,
Ἔνθα μὲν Ἄτλαντος δυσπάτηρ δολόεσσα Καλυψὼ
Ναίει ἐϋπλόκαμος δεινὴ θεός· ἀγλαΐ τις αὐτῇ
Μίσγεται οὔτε θεῶν οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων·
Ἀλλ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων
Οἶον, ἐπεί μοι νῆα θοὴν ἀργῆτι κεραυνῷ
Ζεὺς * ἔλασας ἐκέασσε μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.

* χ. ἐλάσσας

Ἔνθ'

Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἀπέφθιθον ἐσθλοὶ ἑταῖροι·
Αὐτὰρ ἐγὼ τρόπιν ἀγκὰς ἑλὼν νεὸς ἀμφιελίσσης,
Ἐννῆμαρ φερόμην· δεκάτῃ δέ με νυκτὶ μελαίνῃ
Νῆσον ἐς Ὠγυγίην πέλασαν θεοί, ἔνθα Καλυψὼ
Ναίει ἐϋπλόκαμος δεινὴ θεός. ἣ με λαβοῦσα
Ἐνδυκέως ἐφίλει τε καὶ ἔτρεφεν, ἠδὲ ἔφασκε
Θήσειν ἀθάνατον καὶ ἀγήραον ἤματα πάντα·
Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτι θυμὸν ἐν στήθεσσιν ἔπειθεν.
χ. αἰὲν Ἔνθα μὲν ἑπτάετες μίσον ἔμπεδον, εἵματα δ' † αἰεὶ
Δάκρυσι δεύεσκον τά μοι ἄμβροτα δῶκε Καλυψώ·
Ἀλλ' ὅτε δὴ ὄγδοόν μοι ἐπιπλόμενον ἔτος ἦλθε,
χ. δὴ μ' ἐκέλευσε Καὶ τότε * δὴ μὲ κέλευσεν ἐποτρύνουσα νέεσθαι,
λάβεν Ζηνὸς ὑπ' ἀγγελίης, ἢ καὶ νόος ἐτράπετ' αὐτῆς·
Πέμπε δ' ἐπὶ σχεδίης πολυδέσμου· πολλὰ δ' ἔδωκε,
Σῖτον καὶ μέθυ ἡδύ· καὶ ἄμβροτα εἵματα ἕσσεν·
Οὖρον δ' ἧκεν ἀπήμονά τε λιαρόν τε.
Ἑπτακαίδεκα μὲν πλέον ἤματα ποντοπορεύων,
Ὀκλωκαιδεκάτῃ δὲ φάνη ὄρεα σκιόεντα
Γαίης ὑμετέρης· γήθησε δέ μοι φίλον ἦτορ
Δυσμόρῳ· ἦ γὰρ ἔμελλον ἔτι ξυνέσεσθαι ὀϊζύϊ
Πολλῇ, τὴν μοι ἐπῶρσε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Ὅς μοι ἐφορμήσας ἀνέμους, κατέδησε κελεύθους,
Ὤρινεν δ' ἦ θάλασσαν ἀθέσφατον· οὐδέ κ' ἔπειτα
Εἴα δὴ σχεδίης ἀδινὰ στενάχουσα φέρεσθαι.
Τὴν μὲν ἔπειτα θύελλα διασκέδασ', αὐτὰρ ἐγωγε
Νηχόμενον δόρε λαῖτμα διέτμαγον ὄφρα με γαίη
Τ' μετέρῃ ἐπέλασσε φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ.
Ἔνθά κε μ' ἐκβαίνοντα βιήσατο κῦμ' ἐπὶ χέρσου,
Πέτρῃς πρὸς μεγάλῃσι βαλὸν καὶ ἀτερπέϊ χώρῳ.
Ἀλλ' ἀναχασάμενος νῆχον πάλιν, ἐς ὅ ἐπῆλθον
Ἐς ποταμόν, τῇ δή μοι ἐείσατο χῶρος ἄριστος,
Λεῖος πετράων, καὶ ἐπὶ σκέπας ἦεν ἀέμοιο.
Ἔκ δ' ἔπεσον θυμηγερέων· ἐπὶ δ' ἀμβροσίη νὺξ
Ἦλυθ'· ἐγὼ δ' ἀπάνευθε Διϊπετέος ποταμοῖο
Ἐκβὰς ἐν θάμνοισι κατέδραθον· ἀμφὶ δ' ἄρα φύλλα
Ἦ φυσάμην· ὕπνον δ' ἧκε θεὸς κατ' ἀπείρονα χεῦεν.
Ἔνθα μὲν ἐν φύλλοισι φίλον τετιημένος ἦτορ,
Εὗδον παννύχιος καὶ ἐς ἠῶ καὶ μέσον ἦμαρ.
Δύσετό τ' ἠέλιος, καί με γλυκὺς ὕπνος ἀνῆκεν.
Ἀμφιπόλους δ' ἐπὶ θῖν' εἶδον θυγατρὸς
Παιζούσας, ἐν δ' αὐτὴ ἔην εἰκυῖα θεοῖσιν·
Τῇ ἱκέτευσ'· ἡ δ' οὐκ νοήματος ἤμβροτεν ἐσθλῆς,
Ὡς σὸκ ἂν ἔλπετο νεώτερον ἀντιάσασα
Ἔρξεμεν, αἰεὶ γάρ τε νεώτεροι ἀφραδέεσσιν.
Ἧ μοι σῖτον ἔδωκεν ἅλις ἠδ' αἴθοπα οἶνον,
Καὶ λοῦσ' ἐν ποταμῷ, καί μοι τάδε εἵματ' ἔδωκεν.
Ταῦτά τοι ἀχνύμενός περ ἀληθείῃ κατέλεξα.
Τὸν δ' αὖτ' Ἀλκίνοος ἀπαμείβετο φώνησέν τε,
Ξεῖν', ἦτοι μὲν τῶδέ γ' ἐναίσιμον οὐκ ἐνόησε
Παῖς ἐμή, οὐδὲ κάσ' οὔτι μετ' ἀμφιπόλοισι γυναιξὶν
Ἦγε σὲ πρώτιστα ἱκέτευσας.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
Ἥρως, μήμοι τοὔνεκ' ἀμύμονα νείκεε κούρην.
χ. ἑσπόμεσθαι Ἣ μὲν γάρ μ' * ἐκέλευε σὺν ἀμφιπόλοισιν ἕπεσθαι·
Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἤθελον, δείσας, αἰδόμενός τε,
χ. ἐπισκύσῃ Μήπως καὶ σοὶ θυμὸς † ἐπισκύσσῃ ἰδόντι.
ζοιτο Δύσζηλοι γάρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.
Τὸν δ' αὖτ' Ἀλκίνοος ἀπαμείβετο, φώνησέν τε,

Vbi alij quidem omnes periêre boni ſocij.
At ego uel carinæ ulnis capiẽs nauis utring; remis agitæ
Nouem diebus ferebar: decima.a.me nocte nigra (tæ
Inſulam Ogygiam appulerunt dij, ubi Calypſo
Habitat pulchricoma grauis dea, quæ me ſuſcipiens
Accuratè excepit, & alebat & dicebat
Facturã immortalem & ſenio neſciũ diebus omnibus.
Sed meum nunquam animum in pectoribus perſuaſit,
Illic q̃dem 7. annos pmãſi firmiter, ueſtimẽta.a. ſemper
Lacrymis madefaciebã q̃ mihi immor. dedit Calypſo.
Sed quando iam octauus reuolutus annus uenit,
Et tunc iam me iuſsit concitans redire
Iouis ex iuſſu, ſiue etiam animus mutatus ipſius eſt,
Miſit me in rate conſutili, multa autem dedit,
Panem & ſuaue uinum, & diuinas ueſtes induit,
Ventum autem immiſit innocuum ſuauemq;.
Septẽdecim quidẽ nauigabã dies per mare iter faciens,
Decimaoctaua uerò apparuerunt montes umbroſi
Terræ ueſtræ, latatum uerò mihi charum cor (nis
Infelici, certè.n. futurũ erat adhuc ut uerſarer cũ alĩ-
Multis, quas mihi immiſit Neptunus terræ quaſſator,
Qui mihi excitatis uentis impediuit iter.
Comouit uerò mare immenſum, neq; ullo pacto fluctus
Sinebat in rate uehementer ingemiſcente conſiſtere.
Hanc quidem deinde procellam diſperſit, caterùm ego
Natans has undas tranſnaui, donec me terræ
Veſtræ adegit ferens uentusq; & aqua.
Ibi me egredientem oppreſsit fluctus ad terram,
Petras ad magnas iaciens, & in amœnum locum.
Sed regreſſus natauì rurſus donec ueni
Ad fluuium, qui mihi uiſus eſt locus opportuniſsimus,
Liber à petris, & defenſio erat à uento.
Excidi autem animum colligens, diuina uerò nox
Aduenit, ego autem ſeorſim ab Ioue cadente fluuio
Egreſſus in arbuſtis dormiui: circumquaq; autem folia
Congeſsi, ſomnum autem deus immenſum infudit.
Hîc quidem in foliis dilecto afflictus corde,
Dormiui tota nocte uſq; ad auroram, & meridiem,
Inclinabatq; ſol & me dulcis ſomnus dereliquit.
Ancillas uerò in littus tuæ agnoui filiæ
Ludentes, inter eas autem ipſa erat ſimilis diis,
Eã ſupplicaui: illa.v. neutiq; ab indole aberrauit bona
Vt non ſperare poſſes iuniorem obuiantem
Facturam, ſemper enim iuniores deſipiunt.
Quæ mihi cibum dedit affatim & ſplendidum uinũ,
Et lauit in flumine, & mihi has ueſtes dedit.
Hæc tibi, tametſi afflictus, uerè enarraui.
Huic rurſus Alcinous reſpondit dixitq;:
Hoſpes, certè quidem hoc decenter non conſiderauit
Filia mea, quòd te neutiquam cum ancillis fœminis
Duxit in noſtram domum, tu uerò primùm ſupplicaſti.
Hunc excipiens alloquutus eſt uerſutus Vlyſſes.
Heros ne mihi ideò innocuam reprehendes puellam.
Hæc quidem me iuſsit cum ancillis ſubſequi.
Sed ego nolui timens reueritusq;,
Ne fortaſsis tibi animus commoueretur uidenti.
Suſpicioſi ſumus ſupra terram genus hominum.
Huic rurſus Alcinous reſpondit dixitq;,

Hoſpes

Hoſpes, non mihi huiuſmodi in præcordijs charum cor
Temerè iraſci ſolet: potiora autem honeſta omnia.
Vtinam Iupiter pater & Minerua & Apollo,
Talis nimirum, qualis es, eaq; quæ ego ſentiens
Vt filiam meam habere uelis, & meus gener uocari
Hic manens, domum autem ego & bona darem,
Si modò uolēs maneas: inuitū enim te nullus cōtinebit
Phæacum, neq; ſic gratum Ioui patri eſſet.
Reductionē. v. in hoc ego perficiam, ut benè intelligas,
Cras, in id temporis autem tu quidem domitus ſomno
Dormias, illi captabunt tranquillitatem, ut peruenias
In patriā tuā & domū, & ſi fortè aliquid gratum eſt:
Et ſi ualdè multò longius eſt Eubœa:
Eam enim longiſſimè aiunt abeſſe, qui eam uiderant:
Ex populo noſtro, quando flauum Rhadamanthum
Duxerunt, ut uiderunt Tityum terræ filium:
Atq; illi quidē hinc uenerūt & abſq; labore trāſnarūt
Die illo eodem, & adduxerunt domum retrò.
Cognoſces etiam ipſe in mente quàm optimè
Naues meas & iuuenes, in percutiendo mari remis.
Sic ait: gauiſus eſt autem multiſcius diuus Vlyſſes.
Supplicans uerò dixit uerbum orationemq; habuit,
Iupiter pater utinā quacunq; dixit, perficiat omnia
Alcinous, huius quidem per almam terram
Immortalis gloria eſſet, ego autē ad patriam uenirem.
Sic illi quidem huiuſmodi inuicem colloquebantur,
Iuſſerat autem Arete albis lacertis ancillis
Ponere ſub porticu cubilia & ſtragula plurima
Purpurea ut injycerent, inſternerent deſuper tapetas,
Chlænasq; imponere uilloſas ad deſuper induendum.
Illa uerò ibant ex ædibus facem in manibus geſtantes.
Caterùm poſtq; ſtrauerunt pulchrū lectulum acceleran
Excitarunt Vlyſſem aſtantes uerbis, (tes.
Surge dormiture hoſpes, paratus eſt tibi lectus.
Sic dicebant, huic uerò gratum uiſum eſt dormire.
Sic ille quidem illinc profundè dormiuit diuus Vlyſſes,
Perforata in ſpecula ſub porticu ſonante.
Alcinous uerò dormiebat in receſſu domus excelſæ.
Iuxta uerò mulier regina lectū apparauit & ſtratum.

ξεῖν', οὔ μοι τοιῆτον ἐνὶ φρήσι φίλον κῆρ,
Μαψιδίως κεχολῶσθαι· ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.
Αἰ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
Τοῖος ἐὼν οἷός ἐσσι, τά τε φρονέων ἄτ' ἐγώ περ,
Παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν, καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι,
Αὖθι μένων· οἶκον † δέ ἐγὼ καὶ κτήματα δοίην, χρ. δή τ' ἐγὼ
Αἴκ' ἐθέλων γε μένοις· ἀέκοντα δέ σ' οὔτις ἐρύξει
Φαιήκων· μὴ τῶτο φίλον Διὶ πατρὶ γένοιτο.
Πομπὴν δ' ἐς τόδε γ' ἐγὼ τεκμαίρομαι (ὄφρ' εὖ εἰδῇς)
Αὔριον· ἐς τῆμος δ' οὗ μὲν δέδμημένος ὕπνῳ
Λέξαι· οἱ δ' ἐλόωσι καλλίῤῥοον, ὄφρ' αὖ ἵκηαι
Πατρίδα σὴν καὶ δῶμα, καὶ εἴτε τι φίλον ἐστίν·
Εἴπερ καὶ μάλα πολλὸν ἐκαστέρω ἔσ' Εὐβοίης.
Τὴν γὰρ τηλοτάτω φάσ' ἔμμεναι οἳ μιν ἴδοντο
Λαῶν ἡμετέρων, ὅτε τε ξανθὸν Ῥ' αδάμανθυ
Ἤγον ἐπισκόμενον Τιτυὸν γαιήϊον υἱόν·
Καὶ μὲν οἳ ἔνθ' ἦλθον, καὶ ἄτρεμα πάντα τέλεσσαν
Ἤματι τῷ αὐτῷ, καὶ † ἀπήγαγον οἶκαδ' ὀπίσω. χρ. ἀπλώνεσαν
Εἰδήσεις δ' αὐτὸς σὺ φρεσὶν ὅσσον ἄριστος
Νῆες ἐμαὶ καὶ κοῦροι † ἀναρρίπτειν ἅλα πηδῷ. χρ. ἀναρρίπτειν
Ὣς φάτο· γήθησεν δὲ πολύτλας δῖος Ὀδυσεύς.
Εὐξάμενος δ' ἄρα εἶπεν, ἔπος τ' ἔφατ', ἐκ τ' ὀνόμαζε,
Ζεῦ πάτερ, αἴθ' ὅσα εἶπε τελευτήσειν ἅπαντα
Ἀλκίνοος † τά μιν κλυτὸν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν χρ. μὲν αὖ
Ἄσβεστον κλέος εἴη, ἐγὼ δέ κε πατρίδ' ἱκοίμην.
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.
Κέκλετο δ' Ἀρήτη λευκώλενος ἀμφιπόλοισιν
Δέμνι' ὑπὸ αἰθούσῃ θέμεναι, καὶ ῥήγεα καλὰ
Πορφύρε' ἐμβαλέειν, στορέσαι τ' ἐφύπερθε τάπητας,
Χλαίνας τ' εἰθέμεναι οὐλας, καθύπερθε φαεινὰς
Αἱ δ' ἴσαν ἐκ μεγάροιο δάλα μὴ χερσὶν ἔχουσαι·
Αὐτὰρ ἐπεὶ στόρεσαν πυκινὸν λέχος, ἐγκονέουσαι,
* Ὦρτο δ' ὁδοῦσα παρίστασθαι ἐπέεσσιν, χρ. ἄρτο δ'
Ὄρσο κέων ὦ ξεῖνε, πεπόταται δέ τοι ὧκυ·
Ὣς φάν· τῷ δ' ἀσπαστὸν ἐείσατο κοιμηθῆναι.
Ὣς ὁ μὲν εὖδε κάθευδε πολύτλας δῖος Ὀδυσεὺς
Τρητοῖς ἐν λεχέεσσιν, ὑπ' αἰθούσῃ ἐρεθέτῳ.
Ἀλκίνοος δ' ἄρα λέκτο μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο·
Παρὰ δ' γυνὴ δέσπoινα λέχος πόρσυνε καὶ εὐνήν.

COMMENTARIVS.

ξεῖνε) Hic etiam ſeruatur illa conſuetudo, ut anteà diximus, quòd poſt cœnam demum hoſpites de ſua conditione interrogarentur. Quatuor autem ab Vlyſſe exquirit Arete. primùm, quis ſit? deinde, unde gentium ueniat? Tertiò, unde illa ueſtimenta acceperit? Quartò, an in mari errando huc tandem appulerit? Primo capiti non ſatisfacit Vlyſſes, ſecundo & quarto continuè reſpõdebit, prout anteà uidimus à Poeta expoſitum: itaque his non erit nunc nobis diutius immorandum, quia noſtra illuſtratione non indigent. Tertio autem capiti reſpondet circa finem ſuæ orationis.

οὔτ' ἄρ κε αὐ ἴλπετο) Commendat Nauſicaam Vlyſſes, quòd illa præter illius ætatis mores, cum qua rarum habet ſapientia commercium, ipſi opitulata ſit, & omnia humanitatis officia, quæ tunc licuit, exhibuerit, à qua his ueſtibus, de quibus Arete interrogabat, donatus eſt.

ἀὴ γάρ τι νεώτεροι) Huc poteſt referri illud Simonidis,

Θνητῶν δ' ὄφρα τις αὖθος ἴσχει πολυήρατον ἥβης, / *Quandiu homo amabilem iuuentutis florem obtinet,*
Κοῦφον ἴσχων θυμὸν πολλ' ἀτέλεστα νέει. / *Leue præditus animo multa cogitat irrita.*

Hoc tamen poſtremum hemyſtichium non huc pertinet, Ἦ ῥα νεότης ἐπικυφίζει νόον ἀνδρός: Pubertas & adoleſcentia alleuat mentem uiri. Theognis.

ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐθέλον) Atqui conſtat, hoc ipſum noluiſſe Nauſicaam, quod ſibi Vlyſſes tribuit. Sanè mēdacio iſto uidetur Alcinoi beneuolentiam conciliare ſibi Vlyſſem uoluiſſe, quia gratum ei futurum exiſtimet, ſi is intelligat hac ratione ſe eius reuerentia motum, ne à Nauſicaa deduceretur, ut ſiniſtram de ſe ſuſpicionem apud patrem concitiaret. Et ita dextrè tum ſibi tum ipſi Nauſicaæ conſuluit. Sibi, quòd probitatis & integritatis ſuæ opinionem Alcinoi animo inſeuit, cum docet ſe non ſolū à malo, ſed à mali quoque ſuſpicione abſtinuiſſe: Nauſicaæ, quod cùm iam à patre inofficioſitatis (ut ita loquar) erga hoſpitem aceuſaretur, hoc reſpõſo eam apud patrem illa culpa liberauit. Sic uir prudens certo loco & tempore mendacijs officioſiſsimis uti nouit.

ἀμείνω δ' αἴσιμα) Ego hunc locum ſic interpretor, quaſi dicat Alcinous: Etiam ſi Vlyſſem Nauſicaa in hoſpitium deduxiſſet, non id ſe ægrè laturū fuiſſe. non enim ſe tam leui de cauſa ſolere iraſci, quaſi minimè ſuſpicioſus ſit, ut Vlyſſes uerebatur: ſed tamen malle ſe rē ita eueniſſe ut euēnit, quia ſub ſpecie honeſtatis & decori ita ſe Vlyſſes geſsiſſet. nam ſe rebus omnibus honeſtatem anteponere.

αἲ γὰρ ζεῦπα) Mirum eſt, Vlyſſem ſic æquè Nauſicaæ & Alcinoo placuiſſe, ut illa eum ſibi maritum, hic uerò generum exoptet.

ἅπερ κε μάλα) Cùm uelit Alcinous nauium Phæacenſium celeritatem probare, adducit illius exemplum: Nam cū Phæaces, inquit, Rhadamanthum in Eubœam ad Tityum uidendum deduxerunt, illuc peruenerunt, & rurſus unā eademque integra die in Phæaciam reuerſi ſunt. Quod omnino incredibile eſt, ſiue Phæacū inſula Epiro oppoſita eſt, ut uulgò tradūt: ſiue in loco remoto, ut ui-

detur Homerus intellexisse. Sed si naues istę pennas, id est auium uolatus, uel mentis cogitationem uelocitate æquent (ut anteà dixit) non est quod extra fidem hoc esse censeamus. Et licuit denique Poetæ dicere, quod nobis non lubeat pro re omnium certissima credere. Didymus ait in hoc loco uideri Phæacas prope Fortunatas insulas collocatos.

ὦπ' αὐθέσι) Annotauimus iam anteà lib. 4. peregrinis hospitibus solitos sterni lectos sub porticu extra domum, relictis domino ædium penetralibus. Nota autem etiam hoc loco ancillarum ministerium, & paulò pòst ipsius Aretes erga Alcinoum, cui ipsa λίχε πάτερ ὡς ἐνὶ νηῷ.

Finis libri Septimi.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Θ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Ο' Ὀδυσσείας.

ΕΚΚΛΗΣΙΑ γίνεται τῶν Φαιάκων περὶ τοῦ ξένου, καὶ ναῦς κομίζει αὐτὸν οἴκαδε· ὃν ὑποδέχονται Ὀ Ἀλκίνοος καὶ ἡ Ἀρήτη· καὶ ἐν τοῖς Φαιάκων οἱ ἄριστοι· καὶ μετὰ ταῦτα δίσκῳ ἀγωνίζονται Φαίακες καὶ Ὀδυσσεύς. καὶ ὁ Δημόδοκος ᾄδει, πρῶτα μὲν τὰ περὶ τὸν μοιχείαν Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης, ἔπειτα δὲ τὰ περὶ τὸν ἁπαγωγὴν τοῦ δουρείου ἵππου· καὶ τὸν Ὀδυσσέως κλαίοντος, ὁ Ἀλκίνοος πυνθάνεται αὐτοῦ τί κλαίει, καὶ πῶς καὶ πόθεν εἴη.

ARGVMENTVM OCTAVI LIBRI *Odysseæ.*

ONCIO fit Phæacum de hospite, & nauis deducitur ad reductionem Vlyssis, & conuiuio suscipiuntur ab Alcinoo Phæacum optimates. Et post hæc disco certant Phæaces & Vlysses. Et Demodocus canit, primùm quidem ea quæ acciderunt circa adulterium Martis & Veneris. Deinde ea quæ circa introductionem lignei equi, & Vlysse flente interrogatur quis & unde sit.

Ἄλλη.

Θῆπα δ' ἄθλοις Φαίηκες Ὀδυσσῆϊ πίεζον.

Aliud.

Θ, ex certaminibus Phæaces de Vlysse experimentum sumpserunt.

ΗΜΟΣ δ' ἠελίοιο φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Ὦρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆς ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο.
Ἂν δ' ἄρα Διογενὴς ὦρτο πτολίπορθος Ὀδυσσεύς.
Τοῖσιν δ' ἡγεμόνευε ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο
Φαιήκων ἀγορηνδ', ἦ σφιν παρὰ νηυσὶ τέτυκτο.
Ἐλθόντες δ' ἕζοντο διαπρύσιοι κατὰ δίφρους
Πλησίον· ἦ δ' αὐτὰ ἄγυ μετώχεε Παλλὰς Ἀθήνη,
Εἰδομένη κήρυκι δαΐφρονι Ἀλκινόοιο,
Νόστον Ὀδυσσῆϊ μεγαλήτορι μητιόωσα.
Καί ῥα ἑκάστῳ φωτὶ παρισταμένη φάτο μῦθον,
Δεῦτ' ἄγε Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες
Εἰς ἀγορὴν ἰέναι, ὄφρα ξείνοιο † πύθησθε,
χ. πθοίοδε Ὅς νέον Ἀλκινόοιο δαΐφρονος ἵκετο δῶμα,
Πόντον ὑπερπλαγχθείς, δέμας ἀθανάτοισιν ὁμοῖος.
Ὣς εἰποῦσ', ὦτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου
Καρπαλίμως δ' ἐμπλῶντο βροτῶν ἀγοραίτε θέαται
χ. δ' ἄρα ἠγήσαντο. Ἀγρομένων, πολλοὶ * δὲ ἐθηήσαντο ἰδόντες
Τίον Λαέρταο δαΐφρονα, τῷ δ' ἄρ' Ἀθήνη
Θεσπεσίην κατέχυτο χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις·
Καί μιν μακρότερον καὶ πάσσονα φῆκεν ἰδέσθαι,
Ὡς κεν Φαιήκεσσι φίλον παῖσιν γλήϊτο,
Δεινός τ' αἰδοῖός τε, καὶ ἐκπλήσσοι ἀέθλους
Πολλούς, οὓς Φαίηκες ἐπειρήσαντ' Ὀδυσῆϊ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἤγερθεν ὁμηγερέες τ' ἐγένοντο,
Τοῖσιν δ' Ἀλκίνοος ἀγορήσατο καὶ μετέειπε,
Κέκλυτε Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
Ὅφρ' εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει,
Ξείνου δ' οὔτε τιν' οἶδα πολυπλάγκτων ἐρεείνω
Ἠὲ νέον Ἠὲ παλαιὸν ἀπερχόμενον ἀνθρώπων·
Πομπὴν δ' ὀτρύνω, καὶ λισσέσθω ἕμπεδον εἶναι.
Ἡμῖν δ' ὡς τοπάρος περ ἐπετρωπώμεθα πομπήν.
Οὐ γάρ πώ τις ἔδη τις ἀλώμενος ὅττις κ' ἐμὰ δώματ' ἵκηται,
Ἐνθὲν δ' ὀδυρόμενος δηρὸν μένει εἵνεκα πομπῆς.
Ἀλλ' ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν
Πρωτοπάλοον νέον ἄρτι δυώδεκα καὶ πεντήκοντα

VANDO uerò manè genita apparuit roseis digitis aurora,
Surrexit ex lecto sacrum robur Alcinoi.
Pratereà inclytus surrexit urbium euersor Vlysses.
Illis uerò præibat sacrum robur Alcinoi
Phæacũ ad concionẽ, quæ ipsis apud nauẽ constituta e-
Venientes uerò considebant in politis lapidibus (rat.
Propè, ipsa uerò per urbem transibat Pallas Minerua,
Assimulata præconi prudentis Alcinoi,
Reditum Vlyssi magnanimo meditans,
Et sanè unicuiq; uiro assistens dixit uerbum.
En agè Phæacum principes atq; consiliarij
Ad concionem ite ut hospitem audiatis,
Qui recens Alcinoi prudentis uenit ad domum.
Ponto pererrato, corpore immortalibus similis.
Sic loquuta incitauit robur, & animũ singulorum.
Mox uerò implebantur hominibus forumq; & sedilia
Congregatis, multi enim admirabantur conspicati,
Filium Laertæ prudentem, huic certè Minerua
Diuinam superinfudit gratiam capitiq; & humeris,
Et ipsum longiorem & crassiorem reddidit aspectu,
Vt sanè Phæacibus omnibus gratus fieret,
Grauiq; & uenerabilis, & ut perficeret certamina
Multa, quibus Phæaces periculum facerent ac Vlysses.
Cæterùm postquam conuenerant congregatiq; erant,
His Alcinous concionatus est & interloquutus:
Audite Phæacum duces atq; principes,
Vt dicam quæ me animus in pectoribus iubet.
Hospes ille haud scio quisnã errando uenit meã domũ,
Siue ab Eois siue Hesperijs hominibus,
Deductionem flagitat, & precatur ratum esse.
Nos uerò ut antea quidem maturemus deductionem,
Neq; n. quisquam alius quicunq; meã domũ peruenerit
Hic lugens diu manet propter deductionem,
Sed age nauem nigram deducamus in mare diuinum
Recentem: iuuenes autem duo & quinquaginta

Eli-

Eligantur è populo quicunq; sunt omnium optimi.
Ligatis bene omnes ad transtra remis
Exite, caterùm continuò festinent apparare cõuiuium
Ad nostrã domũ profecti, ego.a.ritè omnibus præbebo.
Iuuenibus uerò hæc præcipio, caterùm illi alij
Sceptrigeri reges ad meam domum pulchram
Veniatis, ut hospitem in regia amplectamur.
Neq; quisquam recuset, aduocate.v.diuinum cãtorem
Demodocũ, huic quidẽ deus excellenter dedit cãtilenã
Ad oblectandũ, quocũq; animus ipsum impulerit cane
Sic certè loquutus præibat, illi simul sequebãtur (re.
Sceptrigeri, præco uerò cucurrit ad diuinum cãtorem:
Iuuenes uerò electi duo & quinquaginta
Ibant ut præcepit ad littus maris indomiti.
Porrò postquam ad nauem uenerunt atq; mare,
Nauẽ quidem ipsi nigram in maris profundum dedu-
Malumq; imposuerunt, & uela naue nigra: (xerunt,
Aptarunt autem remos per uincula cortaria,
Omnia ut decebat, uela autem alba extenderunt.
Altè.v.in humidũ hanc protraxerunt, caterùm postea
Festinabant ire Alcinoi prudẽtis in magnam domum.
Implebantur autem porticusq; & septa & domus uiris
Congregatis, multi autem erant iuuenes atq; senes.
Illis uerò Alcmous duodecim oues mactauit,
Octo autem albis dentibus sues, duos flexipedes boues.
Hos excoriabant, apparabantq; cõuiuium iucundum.
Præco autem propè uenit ducens amabilem cantorem,
Quẽ supra modũ Musa dilexit, dedit.v.bonũq; malũq;
Oculis quidẽ priuauit, dedit autẽ dulcem cantilenam,
Huic sanè præco apposuit sedẽ argẽteis clauis distinctã,
In medio conuiuãtium ad columnam longam nitens.
Ad paxillum autem suspẽdit citharam sonoram, (ret
Ipsius supra caput, & mõstrat quo pacto manib. prẽde-
Præco, iuxta.a.apponebat canistrũ pulchramq; mẽsam.
Iuxta.a.poculũ uini, ut biberet quoties animꝰ iuberet:
Illi uerò ad edulia parata apposita manus mittebant.
Caterùm postquã potus & cibi cupiditatem expulerũt,
Musa certè cantorẽ excitauit ut caneret gloriã uirorũ
Cantilena, cuius tunc gloria ad cælũ latũ peruenerat,
Contentionem Vlyssis & Pelidæ Achillis,
Vt quondam contenderũt deorum in conuiuio celebri
Vehemẽtibus uerbis: rex autem uirorum Agamemnon
Gaudebat animo, cùm optimates Græcorũ cõtenderẽt.
Sic enim illi uaticinans prædixerat augur Apollo,
In Pythia diuina quando ingressus est lapideum limen
Oraculũ petiturus, tũc uersabatur ærũnarũ principiũ
Troianisq; & Græcis, Iouis magni per uoluntatem.
Ista sanè cantor cantabat inclytus. caterùm Vlysses
Purpuream ingenti ueste accepta manibus fortibus.
Et in caput traxit, obtexit autem pulchram faciem,
Reuerebatur.n. Phæacas sub supcilijs lacrymas stillãs.
Sed quando desinebat canens diuinus cantor,
Lacrymas abstergendo, à capite tunicam demebat,
Et poculum rotundum accipiens libabat dijs.
Cæterùm quãdo rursus inciperet & cõcitarũt. ut cane-
Phæacũ optimates (quoniã oblectabantur uerbis) (ret
Rursus Vlysses capite obuoluto lugebat.
Tum alios quidem omnes latebat lacrymas stillans,

Κεκλόδων κῆ᾽ δῆμον ὅσοι πάρ ἐσὶν ἄριςοι.
Δησάμενοι δ᾽ εὖ πάντες ὑπὸ κληῖσιν ἑρετμὰ
Ἕκβητ᾽, αὐτὰρ ἔπειτα ἰὼν ἀλεγυνέτω δαῖτα,
Ἡμῖν μὲν ἔπειτα ἰόντες ἐγὼ δ᾽ εὖ πᾶσι παρέξω,
Κήρυσι μὲν τῶν᾽ ὑπαιτιάομαι· αὐτὰρ οἱ ἄλλοι
Σκηπτοῦχοι βασιλῆες ἐμὰ κατὰ δώματα καλὰ
Ἔρχεσθ᾽, ὄφρα ξεῖνον ἐνὶ μεγάροις φιλέωμεν.
Μηδέ τις ἀρνείσθω. καλέσασθε δ᾽ ἠῢν ἀοιδὸν
Δημόδοκον· τῷ γάρ ῥα θεὸς περιδώκεν ἀοιδὴν
Τέρπνὴν, ὅππῃ θυμὸς ἐπιτρωπήσιν ἀείδειν.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἡγήσατο· τοὶ δ᾽ ἅμ᾽ ἕποντο
Σκηπτοῦχοι· κῆρυξ δ᾽ μετὰ ἶχετο θεῖον ἀοιδόν.
Κέρω δ᾽ κεκλόμενοι δύω καὶ πεντήκοντα
Βὴν ἴμεν ὡς ἐκέλευσ᾽ ὑπὶ δῖαν· ἄλσος ἀτερπέος.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ᾽ ὑπὶ νῆα κατήλυθον ἠδὲ θάλασσαν,
Νῆα μὲν οἵ γε μέλαιναν ἁλὸς βένθοσδε ἔρυσαν,
Ἐν δ᾽ ἱστόν τ᾽ ἐπίθεντο καὶ ἱστία νηὶ μελαίνῃ.
Ἤρτυσάντο δ᾽ ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισι
Πάντα κῆ᾽ μοῖραν, αὐὰ δ᾽ ἱστία λεύκ᾽ πέτασαν·
Τ᾽ ψῆ δ᾽ ἐν νοτίῳ τλύ γ᾽ ὥρμισαν. αὐτὰρ ἔπειτα
Βαὶ ῥ᾽ ἴμεν Ἀλκινόοιο δαΐφρονος ἐς μέγα δῶμα.
Πλῆντο δ᾽ ἄρ᾽ αὐθαδαί τε καὶ ἕρκεα ἔνδομοι ἀνδρῶν
Ἀγρομένων, πολλοὶ δ᾽ ἄρ᾽ ἔσαν νέοι ἠδὲ παλαιοί.
Τοῖσιν δ᾽ Ἀλκίνοος δυοκαίδεκα μηλ᾽ ἱέρευσεν,
Ὀκτὼ δ᾽ ὀρχιόδοντας ὕας, δύο δ᾽ ἑλίποδας βῶς·
Τὰς δέρον ἀμφιδύ᾽ ἔπον, τιτύσκοντό τε δαῖτ᾽ ἐρατεινήν.
Κῆρυξ δ᾽ ἐγγύθεν ἦλθεν ἄγων ἐρίηρον ἀοιδὸν,
Τὸν περὶ Μοῦσ᾽ ἐφίλησε, δίδου δ᾽ ἀγαθόν τε κακόν τε·
Ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ᾽ ἡδεῖαν ἀοιδήν.
Τῷ δ᾽ ἄρα παντόνου ἧκε θρόνου ἀργυρόηλου
Μέσσῳ θαμειμόνων, πρὸς κίονα μακρὸν ἐρείσας.
Καδδὲ κὰ παναλόφιν κρέμασεν φόρμιγγα λιγεῖαν
Αὐτῆ ὑπερκεφαλῆς, καὶ ἐπέφραδε χερσὶν ἑλέσθαι
Κῆρυξ παρ᾽ δ᾽ ἐτίθει καλὸν καλάθην τε τράπεζαν,
Πὰρ δ᾽ ἔθηκε ποτῆτα οἴνοιο, πιέειν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι
Οἱ δ᾽ ἐπ᾽ ὀνείαθ᾽ ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον εἶτο,
Μοῦσ᾽ ἄρ᾽ ἀοιδὸν ἀείδειν ἀειδέμεναι κλέα † ἀνδρῶν,
Οἵμης τῆς τότ᾽ ἄρα κλέος οὐρανὸν εὐρὺ ἵκανε·
Νεῖκος Ὀδυσσῆος καὶ Πηλεΐδεω Ἀχιλῆος,
Ὡς ποτε δηριόωντο θεῶν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
Ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν. ἄνακτι δ᾽ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων
Χαῖρε νόῳ ὅτ᾽ ἄριστοι Ἀχαιῶν δηριόωντο.
Ὣς γάρ οἱ χρείων μυθήσατο Φοῖβος Ἀπόλλων
Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθ᾽ ὑπέρβη λάϊνον οὐδὸν
Χρησόμενος· τότε γάρ ῥα κυλίνδετο πήματος ἀρχὴ
Τρωσί τε καὶ Δαναοῖσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς.
Ταῦτ᾽ ἄρ᾽ ἀοιδὸς ἄειδε περικλυτός. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Πορφύρεον μέγα φάρος ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσι,
Κὰκκεφάλῃς εἴρυσε, κάλυψε δὲ καλὰ πρόσωπα.
Αἴδετο γὰρ θαλέκας, ὑπ᾽ ὀφρύσι δάκρυα λείβων.
Ἦ τοι ὅτε λήξειεν ἀείδων θεῖος ἀοιδὸς,
Δάκρυ᾽ ὀμορξάμενος, κεφαλῆς ἀπὸ φᾶρος ἔλεσκε,
Καὶ δέπας ἀμφικύπελλον ἑλὼν, σπείσασκε θεοῖσιν·
Αὐτὰρ ὅτ᾽ ἂψ ἄρχοιτο, καὶ ὀτρύνειεν ἀείδειν
Φαιήκων οἱ ἄριστοι (ἐπεὶ τέρποντ᾽ ἐπέεσσιν)
† Ἂψ Ὀδυσεὺς κῆ᾽ κεφάλ᾽ καλυψάμενος γοάασκε.
Ἐνθ᾽ ἄλλους μὲν πάντας ἐλάνθανε δάκρυα * λείβων,

ii 2 Ἀλκι-

χρ. ἀοιδὴν, τὴν πεν ὅσ-σα

χρ. αὐδρῶν εἶμεν

Ἀλκίνοος δέ μιν οἶος ἐπέφραδε καὶ νόησεν,
Ἧμενος ἄγχι αὐτοῦ· βαρὺ δ' ἔστεναχοντος ἄκουσεν·
Αἶψα δ' Φαιήκεσσι φιληρέτμοισι μετηύδα,
Κέκλυτε Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
Ἤδη μοι θυμὸς κεκορήμεθα δυμὸν ἐίσης,
φόρμιγγός θ', ἣ θαλίῃ σωφρόνος * ἔστι θαλείῃ·
Νῦν δὴ ἐξέλθωμεν, καὶ ἀέθλων πειρηθῶμεν
Πάντων· ὡς κε ξεῖνος ὁ ἑοῖσιν φίλοισιν,
Οἴκαδε νοήσας, ὅσσον περιγινόμεθ' ἄλλων
Πύξ τε, πάλῃ σμοσύνῃ τε, θέῃ ἁλμάσιν, ἠδὲ πόδεσσιν.

Alcinous uerò ſolus ipſum cognouit atq; animaduertit,
Sedens prope ipſum, grauiter.a.ſuſpirantem audiuit.
Continuò.a.Phaacibus ſtudioſis remorum loquebatur,
Audite Phaacum principes atq; conſiliarij,
Iam quidem conuiuio expleuimus animum aquali,
Citharaq; quæ conuiuio congruens eſt lauto.
Nunc autem exeamus, & certamina experiamur
Omnia, ut hic hoſpes narret ſuis amicis
Patriam reuerſus quantum ſuperemus alios,
Pugniſq; luctaq;, & ſaltu atq; curſu.

π. ἰαν ἐπαί-ξῃ

COMMENTARIVS.

πρὸς νηυσὶν) An hic locus omnibus Phæacum cõcionibus deſtinatus eſſet, an uerò huic tantùm peculiari de cauſa, quòd de re naturali erat ſuſcipiendum conſilium, dubitari poteſt. Sed uidetur tamen ibidem ſemper conuocari eas ſolitas: quod ex hoc conijcio. Nam non eſt moris in Republica bene inſtituta, ut tam ſacra loca ſubinde & ad nouas occaſiones mutentur: deinde ipſa loci deſcriptio id probat. nam dicit, Phæacas in politis lapidibus conſediſſe, qui nimirum in eum eſſent uſum iam à longo tempore. Videtur autem locus ille in aprico fuiſſe.

ἀδμήτη κήρυκι) Quod Minerua præconi aſſimilatur, houum non eſt. nam idem fecit in Iliade, quod Euſtathius allegoricè uult intelligi, uel pro fama, quæ ita de Vlyſſe in populo percrebuerit: uel pro naturali ſingulorum prudentia, qua intelligentes hoſpitem qui non eſſet nihili ad eorum patriam appuliſſe, hocque rarum apud illos eſſet, eius uidendi gratia conuenerunt. Referam ipſa uerba Græca: ἐοικὲ δὲ ἀθηνᾶ σύνταξαι ἡ φήμη τις ἐκεῖ τῷ, φρονίμου τινὰ πλανήτην εἰς τὴν κατ' αὐτὸν γῆν ἐλθεῖν ἢ χαλεπὸν καὶ σωμαγῆναι. ἢ παρ' ἐκείνων φαιάκων φυσικὴ σωφροσύνη. καθ' ἣν μηδόντες ξένον ἄξιον λόγου ἐπιφοιτῆσαι χρῆμα τῶν πάντων οὐ αὐτοῖς, ἥκιστα καπηλικὸν ὄντα περιεσκέμψαντο τὸν ἀνδρα. Sed ego iſtas hariolationes demiror. Res enim ſimpliciter eſt intelligenda, ut à Poeta proponitur, quod ad allegorias iſtas pertinet.

ὄφρα ξείνοιο πύθωσι) Quanquam Vlyſſes concioni interfuerit, tamen quippiam ad populum loquutum: ſed Alcinous totum negotium, & ipſius Vlyſſis petitionem exponet. Sed uel hoc ita à Minerua proponebatur, ut illi eius audiendi deſiderio permoti promptius & alacrius accederẽt: uel quod ab Alcinoo dicetur. pro eodem eſt exiſtimandum, ac ſi Vlyſſes ipſe uerba pro ſe feciſſet: quia animum eius populo patefecit, aliud autem non fuerat ille præſtiturus.

θεοειδὴς) Hoc idem factum eſt anteà lib. 6. Sed hîc præſtantior eſt finis propoſitus, quòd qui ab uniuerſo populo conſpici debebat, admirationem ſui ut concitaret, oportuit his elegantijs corporis inſigniri, ut tum δεινὸς tum αἰδοῖος Phæacibus uideretur. Grauis quidem & formidabilis, ut ſiqui in populo adeò feri reperirentur, qui eum aliqua afficere iniuria conarentur, tanti uiri præſentiam reformidarent: auguſtus autem & uenerabilis, ut omnium animos in ſe conuerteret, faciliuſque petitionis ſuæ finẽ ab illis impetraret. Quæ duo ubi uirtum comitantur, omnibus numeris abſolutus, quod hæc mortalia pertinet, dici poteſt.

δεινὸς) Hæc uerba Socrates apud Platonem in Theæteto de Parmenide uſurpauit, aduerſus quem, præ cæteris qui uniuerſum unum quoddam ſtabile affirmant, uereri ſe diſputare. Παρμενίδης δέ μοι, inquit, φαίνεται τὸ τοῦ Ὁμήρου, αἰδοῖός τε μοι ἅμα δεινός τε. Euſtathius autem in hunc locum ſic ait, ὅτι ἐφ' τὸ φύσει χρήσιμον τῶν μικρῶν καὶ τῶν παιχνιδ. ἀφ' τούτων δὲ, δεινός τε τοῖς βλέπουσι φαίνεται Ὀδυσσεύς, καὶ αἰδοῖος ἀφ' τὸ ἀρχικὸν μεγαλοπρεπὲς καὶ ἀθλητικόν. εὐσωματεῖν δὲ χρεὼν τοὺς τοιούτους ὡς καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀλείπτους συμβαίνει δηλοῖ.

κέκλυτε Φαιήκων) Exponit Alcinous conuocatæ concionis cauſam, reliquoſque hortatur ad præſtandam illi operam, quò in patriam ſuam deducatur. Itaque eum in finem iubet recentem nauem in mare deduci, eamque nautis ac remigibus inſtrui: tum uerò parari conuiuium, quò alios omnes inuitat, ut nouum hoſpitem amplectantur, eòdemq; aduocari Demodocum.

ἠὲ θεὸς ἠοῖος) Euſtathius noſter ſic ſcribit in hunc locum: ἴσεον δὲ σιώπησε Ὁμήρου τόπε οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ οὐ μόνοις, ἐπὶ δύσιν καὶ ἀνατολὴν ὁλοχερῶς μεμέζει τὰ κοσμικά. ὡς δηλονὴ καὶ τι τόπε ἰδρυθῆναι ὅτι ζόφου μὲν ἐπὶ ὅτι ἠέρος τὸ ἐπ' ἐπὶ δύσεως ἴσως τόπος ἦσαν ἡλίου τι, ἐπ' ἐπ' ἀρίστερὰ ποτὶ ζόφον ἠερόεντα. Quibus uerbis dicit, Homerum ſolitum in duas partes mundum partiri, in Orientem & Occidentem, ut ex hoc loco & ex alijs conſtat. Sed ego hoc non auſim affirmare, cùm ſciam eum quatuor uentos noſſe, quos à quatuor mundi partibus flare intellexit. Teſtis ipſa ſiderum obſeruatio in nauigando, ut lib. 5. uidimus, & in Iliade in ἀπλοκτιδα. Nam Meridionalia & Septentrionalia ſidera ibi appellantur, nimirum in Meridie Pleiadas & Orionem, in Septentrione uerò Vrſas.

ἡμεῖς δ' ὡς τε πάρ- περ) Ex his uerbis colligo, non omnino inhoſpitales fuiſſe Phæacas, ut qui pro more habuerint, hoc idem officium alijs multis exhibere, quod nunc in Vlyſſem conferre cogitant.

πρυμνησίοον) Huiuſmodi nauem inſtrui iubet ad maiorem, ut opinor, ſecuritatem. Nam quæ iam ſæpius aquam & fluctus expertæ ſunt, faciliùs tempeſtate diſcerpuntur.

ὡς ἄρα φωνήσας) Obſeruari diligenter hunc concionis modum ſuadeo, qui à reliquis omnibus diuerſus eſt, quos apud Homerum legimus: ubi uel Rege ipſo aliquid ſtatuente aut deliberante oportet procerum uirorum ac heroum conſenſum adhiberi, immò etiam ipſius populi, ut in Græcorum ſtatu uidimus, cùm eos Agamemnon conuocat. Hîc uerò ubi perorauit Alcinous, nullum apparet ſententiæ aliorum Regum (ſic enim eos appellat Poeta) neſtigium. An ergo Phœacenſis ſtatus dicetur Ariſtocraticus, non potiùs tyrannicus, ubi ſolius Alcinoi omnium maximi & potentiſsimi uox in concionib. exauditur? Ego quid decernã, non uideo: niſi intelligamus, conſilium Alcinoi ita reliquis placuiſſe, ut ſilentio illud comprobarint. Vulgatum eſt enim, Silentes uideri conſentire, aut ſaltem non contradicere. Et hoc quidem ut conſtet, Ariſtocratia quam in hoc populo Plutarchus imaginatur, à quo ſi unquam diſſentire fas ſit, ego hoc argumento ab eo diſcrepem. Nec obſtaret Regum appellatio, cùm non ſit neceſſariò ſupremę illius dignitatis, quam nos hodie intelligimus: nam in una & ſola urbe quis credat plures Reges eſſe dominatos? Itaq; poteſt dici eo nomine deſignari proceres, & à Rege ſupremo ſecundos. Atqui ſceptrigeros appellat! Ecquid uerò? Alcinoum eo non donauit epitheto, ergo neque talis exiſtimandus eſt? Intelligam igitur illud potuiſſe eſſe procerum illorum inſigne, ut à reliqua plebe diſtinguerentur.

ἀγαθὸν τι κιθαρίζει) Bonum quod à Muſa accepit Demodocus, eſt ars Muſicæ egregia. τοῦ μέν γε ἵνα θεὸς φίλον ἀοιδὴν θέσπιν, ὅτιπερ θυμὸς ἐπορεγοίμην ἀείδειν, ut anteà dixit Alcinous. Malum autem eſt cæcitas. Vnde non defuerunt, qui hoc loco Poetam de ſe ipſo loqui ſuſpicarentur, ut monet Didymus, & utriuſque comparationem Euſtathius perſequitur. Quin & ipſe Giphanius: Videndum, inquit, an non ſe ipſe deſcribat Poeta nomine Demodoci. Sed hoc mihi tolerandum non uidetur. Nam de Homeri cæcitate, aut ſaltem de illius tempore ambigi, docemus in noſtris Prolegomenis in Iliadem: ubi uide quid nos etiam de hoc loco annotemus.

μῆτ' ἄρ ἀοιδὸν) Noluit Poeta ſuum Vlyſſem incognitum à Phæacenſibus diſcedere, ideoque appoſitè excogitauit, ut hic Demodocus, quaſi Muſa impellente, aliquid caneret, quod ad Vlyſſem pertineret: qui poſteà ex ſuis lacrymis, audita ſui memoria, prodetur non quidem manifeſtè hoc loco, ſed libro ſequenti, eadem occaſione. Impulſum autem Demodocum à Muſa dicit, non quòd illi tantùm hoc commune ſit cum cæteris cantoribus, quos afflari ſuo Numine credidit uetuſtas: ſed ſpecialiter ob hunc caſum. Nam eum in Vlyſſis mentionem tam commodè incidiſſe non uult eſſe fortuitum, ut uulgus tamen exiſtimaret, & uideri poteſt ipſius Demodoci reſpectu, qui nullo conſilio præcedente id aggreſſus eſt, ſed à Dei nutu pendere: quod non eſt leuiter obſeruandum.

νῆας ὀδυσσῆος) Didymus refert, & poſt eum Euſtathius, roganti Agamemnoni de fine belli Troiani, reſpondiſſe Apollinis Delphici oraculum, tunc dirutam iri Troiam, cum Græcorum optimi inter ſe altercarentur. Quod tandem Achilli & Vlyſſi contigit, qui inter cænandum quærentes quo pacto Troiam capi oporteret, inter ſe de eo diſſenſerunt. Nam Achilles robore, Vlyſſes prudentia & dolo id faciendum iudicabat. Hac audita contentione Agamemnon dicitur gauiſus, quia belli exitum inſtare animaduerteret, prout ab Apolline prædictum intellexerat. Huius loci meminit Athenæus his uerbis: Οἱ παρ' Ὁμήρῳ δὲ ἄριστᾶς ἠσυχίους διαπύστους τῶν Ἀγαμεμνονίων. τὸν Ὀδυσσέα φιλονεικοῦσιν Ἀχαιοὶ καὶ Ὀδυσεὺς, καὶ Ἀγαμέμνων χαίρει τούτοις, ἀλλ' ὠφελίμως εἰ φιλοτιμίαις ζητοῦντων, λόγῳ ἡ μάχῃ αἱρεῖν δεῖ τὸ Ἴλιον. Euſtathius autem ea ſic legit: ἠσυχίους ἰδιάπυστοι οἱ ἄριστᾶς τῶν Ἀγαμέμνονίων. τὸν δὲ καὶ φιλονεικοῦσιν Ἀχαιοὶ καὶ Ὀδυσεὺς, ἀλλ' ὁ

βασι-

βασιλεὺς χαίρων τόφ, ἐπεὶ ἀφίλιμοι ἀὶ φιλοπμίαι, ζητύντων ἢ λόγῳ ἢ μάχῃ αἰειζῆναι σῆς τὶ ἴλιον.

λάκηνα λαίων) Aliàs in Iliade Poetam noſtrum defendimus aduerſus Socratẽ, qui uiro forti lacrymas indignas in Republica ſua pronunciauit. Agnouit autẽ ſanè Vlyſſes hoc indecorum eſſe, ideò faciem tunica tegit, ne à Phæacenſibus obſeruetur: Alcinoi tamẽ aciem non effugit.

φόρμιγξ) De Muſicæ in conuiuijs ueterum uſu diximus tum in Iliade, tum anteà Odyſſ. lib. 1. Illud autem, κεκρέμηθε, propriè de uoluptuarijs Phæacibus dictum eſſe notat Euſtathius, cùm alioqui rarum ſit apud Poetam conuiuium uſq; ad ſatietatem. De ijſdẽ etiam anteà dixit, αὐτὰρ ἐπὰ σπεῖσάν τ' ἔπιόν τ' ὄσον ἤθελε θυμός.

πύξ τε) Hîc quidem quatuor tantùm certamina enumerat, ſed paulò pòſt quintum etiam adhibuit. Sunt enim quinque, nimirum, pugna, luctа, ſaltus, curſus, & diſcus: in quibus omnibus qui excelleret, πένταθλος appellabatur, qualis eſt Philonus ille apud Simonidem in Anthologia. Liuius uocat quinquertionem. Obſeruandum eſt autem qualia fuerint illa, nimirum uirtutis exercitamenta corporeæ: neque ſolùm ad euitandam ſimpliciter ignauiam, ſed etiam ad corroboranda omnia corporis membra. Itaque illa adeò nobilia exiſtimata ſunt, ut ſeueri alioqui Iureconſulti in comprimenda hominum auaritia, in his certaminibus tantùm permiſerint ludere in pecunia. Paulus ff. de aleæ luſ. & aleat. Senatuſconſultum, inquit, uetuit in pecunia ludere, præterquàm ſiquis certet haſta uel pilo iaciendo, uel currendo, ſaliendo, luctando uel pugnando, quod uirtutis cauſa fiat. Hæc porrò quinque certamina hoc uerſu Iambico poſteà comprehenſa ſunt, ἄλμος, δρόμος, δίσκος, κοντὸς καὶ πάλη, ut refert Euſtathius: ſed uitioſa eſt, ni fallor, ſcriptura. Sic ergo lego, ἄλμος, δρόμος, δίσκος, ἀκοντισμὸς, πάλη. Illud enim κοντὸς nihil eſt. Vel alio modo Heroico carmine,

ἄλμος ποδὸς, δίσκος τε βολὴ, καὶ ἄκοντος ἐρωή Καὶ δρόμος ἠδὲ πάλη, μία δ' ἴσταλο πᾶσι τελεστή.

Sic certè loquutus praibat, illi uerò unà ſequebãtur.
Epalo autem ſuſpendit citharam ſtridulam,
Demodocum uerò prehendit manu, & eduxit ædibus
Præco, praibat uerò ei eandem uiam quam & alij
Phæacũ optimates, certamina cũ admiratione uiſuri.
Iuerũt. a. ad forum, ſimulq; ſequebatur ingens turba:
Infiniti ſurrexerunt autem iuuenes multiq; & fortes,
Surrexit quidem Acroneus & Ocyalus & Elatreus.
Nauteusq; Prymneusq; & Anchialus, & Eretmeus,
Ponteusq;, Proreusq;, Thoon, Anabeſineusq;,
Amphialusq; filius Polinÿ Tectonidæ.
Surrexit etiam Euryalus homicidæ ſimilis Marti,
Naubolidesq; qui optimus erat ſpecieq; corporeq;
Omnium Phæacum, poſt inculpatum Laodamantem.
Surrexerunt tres filÿ inculpati Alcinoi,
Laodamasq; & Halius & diuinus Clytoneus,
Hi certè primùm periculum fecerunt pedibus.
Illis à carceribus extenſus eſt curſus, hi ſimul omnes
Celeriter uolitabant puluerem excitantes in campo.
Horũ currẽdo longè optimus erat Clytoneꝰ inculpatus,
Quantum in nouali terminus ſolet eſſe mularum,
Tantũ præcurrens ad populũ uenit, alÿ. v. relinqueban
Alÿ uerò moleſtè luctа periculum fecerunt. (tur:
In hac rurſus Euryalus uincit omnes optimates,
Saltu uerò Amphialus omnium optimus erat.
Diſco autem omnium fortiſſimus erat Elatreus.
Pugna rurſus Laodamas eximius filius Alcinoi.
Caterùm poſtq; omnes oblectarũt animũ certaminibus
His certè Laodamas interloquutus filius Alcinoi,
Agite amici, hunc hoſpitem rogemus ſi quod certamẽ
Et ſcit & didicit, indole ſanè non ignauus eſt,
Vel fœmoribus uel cruribus & utraq; manu deſuper,
Ceruiceq; firma ingens robur, neq; ullo modo inuẽtute
Eget, ſed malis debilitatus eſt arumnis.
Non enim ego exiſtimo peius aliud mari
Ad hominẽ debilitandum, etiam ſi ualdè fortis ſit.
Hunc rurſus Euryalus nuncius excipiens dixitq;,
Laodama ſanè hunc ſermonem decenter dixiſti.
Tu ipſe nunc prouoca uadens & conueni ſermone.
Caterùm poſtquã hoc audiuit eximius filius Alcinoi,
Stetit in medium profectus & Vlyſſem alloquutus eſt,
Huc age & tu hoſpes pater, periculum fac certaminũ,
Si aliquod fortaſſis didiciſti, cõuenit. n. te ſcire certami
Neq; enim maior gloria hominis quo adſuerit, (na.
Quàm cùm pedibus ſtrenuus eſt & manibus ſuis.

Ὣς ἄρα φωνήσας ἡγήσατο τοὶ δ' ἅμ' ἕποντο·
Κὰδ δ' ἐκ παναλόφιν κρέμασε φόρμιγγα λιγεῖαν·
Δημοδόκυ δ' ἕλε χεῖρα, καὶ ἔξαγε δῖα μεχάροιο
Κῆρυξ ἦρχε δ' τῷ αὐτλὶ ὁδὸν ἣν περ οἱ ἄλλοι
Φαιήκων οἱ ἄριστοι, ἀεθλια † θωυμαίοντες.
Βαὶ δ' ἴμεν εἰς ἀγορήν. ἅμα δ' ἕαντο πυκλὸς ὅμιλος,
Μυρίοι· αὐτὰρ δ' ἔσαντο νέοι πολλοί τε καὶ ἐσθλοί.
Ὦρτο μὲν Ἀκρόνεώς τε, καὶ Ὠκύαλος, καὶ Ἐλατρεὺς,
Ναυτεύς τε, Πρυμνεύς τε, καὶ Ἀγχίαλος, Ἐρετμεὺς,
Ποντεύς τε, Πρωρεύς τε, Θόων, Ἀναβησίνεώς τε,
Ἀμφίαλός θ' υἱὸς Πολυνήυ Τεκτονίδαο·
Ἂν δ' καὶ Εὐρύαλος βροτολοιγῷ ἴσος Ἄρηϊ,
Ναυβολίδης θ' ὃς ἄριστος ἔην εἶδός τε δέμας τε
Πάντων Φαιήκων μετ' ἀμύμονα Λαοδάμαντα·
Ἂν δ' ἔσαν τρεῖς παῖδες † ἀμύμονες Ἀλκινόοιο,
Λαοδάμας θ', Ἅλιός τε, καὶ αὐτίθεος Κλυτόνηος·
Οἱ δή τοι πρῶτον μὲν ἐπιφρήσαντο πόδεσσιν·
Τοῖσι δ' ἀπὸ νύσσης τέτατο δρόμος, οἱ δ' ἅμα πάντες
Καρπαλίμως ἐπέτοντο κονίοντες πεδίοιο.
Τῶν δ' ἦειν ὄχ' ἄριστος ἔην Κλυτόνηος ἀμύμων·
Οὖρον τ' ἐν νειῷ ἔρον πέλει ἡμιονοΐϊν,
Τόσσον ὑπεκπροθέων λαὸς ἵκετ', οἱ δ' ἐλίποντο.
Οἳ δ' ἂν παλαισμοσύνης ἀλεγεινῆς πειρήσαντο,
Τῇ δ' αὖτ' Εὐρύαλος ἀπεκαίνυτο πάντας ἀρίστους·
Ἅλμαλι δ' Ἀμφίαλος πάντων προφερέστερος ἦεν·
Δίσκῳ δ' αὖ πάντων προφερέστατος ἦεν Ἐλατρεύς,
Πὺξ δ' αὖ Λαοδάμας, ἀγαθὸς παῖς Ἀλκινόοιο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντες ἐπέρφηναν φρένα ἀέθλοις,
Τοῖς ἄρα Λαοδάμας μετέφη παῖς Ἀλκινόοιο,

Δεῦτε φίλοι, τὸν ξεῖνον ἐρώμεθα εἴτιν' ἀέθλων
Οἶδέ τι καὶ δεδάηκε· φυὴν γε μὲν ἐς κακός ἐστι,
Μηρούς τε κνήμας τε, καὶ ἄμφω χεῖρας ὑπερθεν,
Αὐχένα τε στιβαρὸν, μέγα τε σθένος· ἠδὲ καὶ ἥβης
Δεύεται, ἀλλὰ κακοῖσι συνέρρηκται πολέεσσιν.
Οὐ γάρ ἐγωγέ τι φημὶ κακώτερον ἄλλο θαλάσσης
Ἀνδρά τιν' συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη.

Τὸν δ' αὖτ' Εὐρύαλος ἀπαμείβετο, φώνησέν τε,
Λαοδάμα, μάλα τῦτο ἔπος σὺ μοῖραν ἔειπες·
Αὐτὸς νῦν προκάλεσαι ἰὼν, καὶ πείρησαι μύθῳ.

Αὐτὰρ ἐπεὶ τόγ' ἄκουσ' ἀγαθὸς παῖς Ἀλκινόοιο,
Στῆ ῥ' ἐς μέσσον ἰὼν, καὶ ὁ' δυσσῆα προσέειπεν,
Δεῦρ' ἄγε καὶ σὺ ξεῖνε πάτερ πείρησαι ἀέθλων,
Εἴ τινά που δεδάηκας ἔοικε δέ σ' ἴδμεν ἀέθλους.
Οὐ μὲν γὰρ μεῖζον κλέος ἀνέρος ὄφρα κε ἦσιν,
Ἢ ὅπ ποσίν τε ῥίζει καὶ χερσὶν ἠῆσιν.

Ἀλλ' ἄγε τοι ἐίρηται, σκέδασον δ' ἀπὸ κῆδεα θυμῷ.
Σοὶ δ' ὀδὸς οὐκ ἔτι δηρὸν ἀπίστεται, ἀλλά τοι ἤδη
Νῆῦς τε κατείρυσται, καὶ ἑπάρτιες εἰσὶν ἑταῖροι.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ.
Λαοδάμα, τί με ταῦτα κελεύετε κερτομέοντες;
Κήδεά μοι καὶ μᾶλλον ἐνὶ φρεσὶν ἢπερ ἄεθλοι,
Οἵ πρὶν μὲν μάλα πολλ' ἔπαθον, ἓ πολλ' ἐμόγησα·
Νῦν δ' μεθ' ὑμετέρῃ ἀγορῇ νοσφίσιο χαλίζων
Ἧ μᾶλλον λιτόμην ἓ βασιλῆά τε παίτα τε δῆμον.
Τὸν δ' αὖτ' Εὐρύαλος ἀπαμείβετο, νείκεσέ τ' αὐτῷ.
Οὐ γάρ σ' ἐδὲ ξείνε δαήμονι φωτὶ ἐίσκω
Ἄθλων, οἷά τε πολλὰ μετ' ἀνθρώποισι πέλονται·
κ. ἀλλά τοι ὃς θαμὰ † Ἀλλὰ τῷ ὅς θ' ἅμα νηῒ πολυκληῖδι θαμίζων,
κ. ἐπίσκοπος Ἀρχὸς ναυτάων, οἵτε πρηκτῆρες ἔασιν,
φόρτου τε μνήμων, καὶ * ὀπίσκοπος ἠδὲ νεῶν ὀδαίων,
Κερδέων θ' ἁρπαλίων. ἐδὲ ἀθλητῆρι ἔοικας.
Τὸν δ' ἄρ' ὑποδρα ἰδὼν προσέφη πολύμητις Ὀδυσ.
Ξεῖν', ἐ καλὸν ἔειπες· ἀπαφίσκεαι ἀνδρὶ ἐοικὼς.
κ. θεοὶ χαρ. διδοῦσι Οὕτως ἐ παίπαλοι † θεὸς χαρίσσατο δῖδωσιν
Ἀνδράσιν, οὔτε φυλὴν, οὔτ' ἂρ φρένας, οὔτ' ἀγορητύν.
Ἄλλῳ μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει αἰῆρ,
Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι κρίφει· οἱ δέ τ' ἐς αὐτὴν
Τέρπόμενοι λάσκουσιν, ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει
Αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν·
Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ, θεὸν ὡς εἰσορόωσιν.
Ἄλλῳ δ' αὖ εἶδος μὲν ἀλίγκιος ἀθανάτοισιν·
κ. ἀμφιπερίφιτυ Ἀλλ' οὔ οἱ χάρις † ἀμφιπερίφιτυ ἐπέεσσιν.
Ὡς καὶ σοὶ εἶδος μὲν ἐρικυδέα, ἐδὲ κεν ἄλλως
Οὐδὲ θεὸς τεύξειε νόον δ' ἀποφώλιος ἐσσί.
Ὤρινάς μοι θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν,
Εἰπὼν ἀ χρὴ κόσμον· ἐγὼ δ' ἀ νηῒς ἀέθλων,
Ὡς σύ γε μυθέαι, ἀλλ' ἐν πρώτοισιν οἴω
Εἶμεναι, ὄφρ' ἥβη τε πιπίσκεα χερσί τ' ἐμῇσι.
Νῦν δ' ἔχομαι κακότητι καὶ ἄλγεσι· πολλὰ γὰρ ἔτλην,
Ἀνδρῶν τε πολέμους ἀλεγεινά τε κύματα πείρων.
Ἀλλὰ καὶ ὡς, καίπερ πολλὰ παθὼν, πρήσσω μὲ ἀέθλων.
Θυμοδακὴς γὰρ μῦθος ἐπώτρυνάς δέ με εἶπών.
Ἦ ῥα, καὶ αὖτ' φάρει αἰόλῳ λάβε δίσκον
Μείζονα καὶ πάχετον, στιβαρώτερον οὐκ ὀλίγον περ
Ἢ οἷσιν Φαίηκες ἐδίσκεον ἀλλήλοισι.
Τόν ῥα περιστρέψας ἧκε στιβαρῆς ἀπὸ χειρός·
Βόμβησεν δ' λίθος· κὰτ δ' ἔπτηξαν ποτὶ γαίῃ
Φαίηκες δολιχήρετμοι, ναυσίκλυτοι ἄνδρες,
Λᾶος ὑποκριπῆς. ὁ δ' ὑπέρπαλτο σήματα παίντων,
Ῥῖμφα θέων ἀπὸ χειρός. ἐθήκε δ' πέρματ' Ἀθήνη
Ἀνδρὶ δήμιος εἰκυῖα ἔπος τ', ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζε,
Καί κ' ἀλαοῖς τοι ξεῖνε σαφηνείειε τὸ σῆμα
Ἀμφαφόων ἐπεὶ οὔτι μεμιγμένον ἐστὶν ὁμίλῳ,
Ἀλλὰ πολὺ πρῶτον. σὺ δ' θάρσει τόνδε γ' ἄεθλον·
Οὔτις Φαιήκων τόνγ' ἵξεται, ἐδὲ ὑπερήσει.
Ὣς φάτο. γήθησεν δ' πολύτλας δῖος Ὀδυσεύς,
Χαίρων οὕνεκ' ἐταῖρον ἐνήεα λεῦσσ' ἐν ἀγῶνι.
Καὶ τότε κυδρότερον μετεφώνεε Φαιήκεσσι,
κ. ἐφίεσθε Τῦτον νῦν † ἀφίεσθε νέοι· τάχα δ' ὕστερον ἄλλον
Ἧσειν ἢ τοσσῦτον οἴομαι, ἢ ἔτι μᾶσσον.
Τῶν δ' ἄλλων ὅτινα κραδίη θυμός τε κελεύει,
Δεῦρ' ἄγε πειρηθήτω. ἐπεί μ' ἐχολώσατε λίην.
Ἦ πυξ, ἠὲ πάλῃ, ἢ καὶ ποσὶν, ἤτι μεγαίρω

Sed age tenta, pelle autem mœstitiam ab animo.
Tibi uerò profectio non diutius aberit, sed tibi iam
Et nauis deducta est, & præparati sunt socij.
Hunc excipiens alloquutus est prudens Vlysses,
Laodama, quid me ista iubetis illudentes?
Dolores mihi etiã magis in præcordijs quã certamina,
Qui antea ualdè multa passus sum, & multa pertulerim:
Nunc uerò in uestro consessu reditus indigens (rim:
Sedeo, precans regemq; omnemq; populum.
Huic rursus Euryalus respõdit, obiurgauitq; palàm,
Minimè te hospes gnaro uiro assimulo
Certaminum, qualia multa inter homines sunt:
Sed huic, qui simul naui transtrata frequentans
Princeps est nautarum, qui negotiatores sunt,
Vecturaq; memor & speculator est uiaticorum,
Lucriq; rapacis, non athletæ similis.
Hunc torue intuitus alloquutus est prudens Vlysses;
Hospes, non honestè dixisti: proteruo uiro similis es,
Ex æquo non omnibus dij munera dederunt
Viris, neq; indolem, neq; prudentiam, neq; eloquẽtiam;
Alius quidem forma inferior est uir.
Verùm deus formam uerbis ornat, alij uerò in ipsum
Oblectati aspiciunt, his uerò securè loquitur
Modestia dulci, eminet autem congregatis:
Incedentem autem per urbem ueluti deum suspiciunt.
Alius autem rursus forma quidem similis dijs,
Sed non ei gratia data est sermonibus.
Sic & tibi species quidem decora, neq; aliter
Neq; deus fingeret, mente quidem imperitus es.
Lacessisti mihi animum in præcordijs charis,
Loquutus nõ ut decet, ego uerò nõ ignarus certaminũ,
Vt tu loqueris: uerùm inter primores puto
Esse, donec iuuenta fretus eram & manibus meis:
Nũc.a.occupor erũnis & doloribus: multa enim passus
Virorumq; bella sæuosq; fluctus penetrans. (sum
Sed etiam sic ualdè multa passus experiar certamina:
Mordax est enim sermo tuus, irritasti.a.me sic locutus.
Dixit sanè & cũ ipsa ueste impetũ faciẽs prendit la
Maiorem & crassiorẽ, firmioremq; paululum (pidem
Quàm quali Phæaces ludere solebant inuicem,
Hunc circumrotatum misit ualida à manu:
Insonuit autem lapis, procubuêre autem ad terram
Phæaces longis remis utentes nauigandi periti uiri
Lapidis ab impetu: hic subteruolauit signa omnium
Leuiter currens à manu: fixit uerò signum Pallas
Viro corpore assimilata, uerbumq; dixit & locuta est,
Etiam cæcus tibi hospes posset discernere signum
Palpitãdo, quãdoquidẽ neutiq; mixtũ est multitudini:
Sed longè primum: tu autem confide utiq; certamine.
Nullus Phæacum ad hoc perueniet neq; transmittet.
Sic ait: gauisus autem est prudens diuus Vlysses
Gaudẽs eò quod socium benignũ uidisset in certamine
Et tum lenius Phæacas alloquutus est.
Hunc nũc assequimini iuuenes, breui denuò alium
Me missurum esse talem puto, aut adhuc longiorem
Ex alijs quemcunq; cor animusq; inuitat.
Huc agè periculũ faciat, quoniam me irritastis ualdè
Aut cestu, aut luctu, aut etiam cursu, nulli inuideo

Omnium

Omnium Phæacum præter ipſum Laodamantem,
Hoſpes enim mihi ille eſt, quis cum amico pugnaret?
Inſipiens ille & nullius precij eſt uir,
Quicunq; cũ hoſpite contentionẽ obtulerit certaminũ
Populo in alienigeno, ſuypſius omnia perturbat.
Aliorum utiq; nullum reijcio neq; deſpicio,
Sed uolo ſcire & periculum facere palàm,
In omnib. n. nõ ignauus ſum inter hoïes quotquot certa-
Benè. n. arcũ noui benè politũ tractare: (mina ſunt,
Primus uirum contingerem ſagittans in turba
Virorum hoſtilium, etiam ſi ualdè multi ſocij
Iuxtà aſtant, & arcum tendant in uirum.
Solus autem me Philoctetes uincebat arcu
Populo in Troianorum, quoties ſagittabamus Græci.
Aliorum me puto longè eximium eſſe,
Quales nunc mortales ſunt in terra pane ueſcentes.
Cum uiris autem priſcis contendere haud uolo,
Neq; cum Hercule, neq; cum Eryto Oechalienſi,
Qui etiam cum dijs contendebant de arte ſagittandi,
Iamq; etiã ſtatim mortuus eſt ingẽs Eurytus, neq; ad ſe
Peruenit in ædib. iratus enim Apollo (nectutem
Occîdit, eo quòd ipſum prouocauerat ad certamẽ arcuũ.
Haſta. a. iaculor quantũ nullus alius quiſquã ſagitta:
Solis timeo pedibus ne aliquis me ſuperet
Phæacum, nimiùm enim malè domitus ſum
Fluctibus in multis, quoniã minimè nectura ad nauẽ
Erat ſufficiens, ideoq; mihi chara genua ſoluta ſunt.

Παύτων Φαιήκων, πλὴν γ' αὐτοῦ Λαοδάμαντος.
Ξεῖνος γάρ μοι ὅδ' ἐστί. τίς ἂν φιλέοντι μάχοιτο;
Ἄφρων δὴ κεῖνός γε καὶ ἠπεδανὸς πέλει αἰνῶς
Ὅς τις ξεινοδόκῳ ἔριδα προφέρηται ἀέθλων
Δήμῳ ἐν ἀλλοδαπῷ· ἔοτ' αὐτῷ πάντα κολάει.
Τῶν δ' ἄλλων οὔτιν' ἀναίνομαι, ἀλλ' ἀθερίζω,
Ἀλλ' ἐθέλω ἴδμεν καὶ πρηθήμεναι αὔτως.
Παύτα γὰρ ἀκαχός εἰμι μετ' ἀνδράσιν ὅσσοι ἄεθλοι.
Εὖ μὲν τόξον οἶδα ἐΰξοον ἀμφαφάασθαι·
Πρῶτος κ' ἄνδρα βάλοιμι ὀϊστεύσας ἐν ὁμίλῳ
Ἀνδρῶν δυσμενέων εἰ καὶ μάλα πολλοὶ ἑταῖροι
Ἄγχι παραστᾶσιν, καὶ τοξάζοιατο φωτῶν.
Οἶος δὴ μοι Φιλοκτήτης ἀπενίκαιν' τόξῳ
Δήμῳ ἐνὶ Τρώων, ὅτε τοξαζοίμεθ' Ἀχαιοί·
Τῶν δ' ἄλλων ἐμέ φημι πολὺ προφερέστερον εἶναι
Ὅσσοι νῦν βροτοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες.
Ἀνδράσι δ' οὐ προτέροισιν ἐριζέμεν αὐτὸν ἐθέλησα,
Οὐδ' Ἡρακλῆϊ, οὐτ' Εὐρύτῳ Οἰχαλιῆϊ,
Οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἐρίζεσκον περὶ τόξων.
Τῷ ῥα καὶ αἶψ' ἔθανεν μέγας Εὔρυτος, ἀδ' ὀπὶ γῆρας
Ἵκετ' ἐπὶ μεγάροισι. χολωσάμενος γὰρ Ἀπόλλων
Ἔκλαεν, οὕνεκά μιν προκαλίζετο τοξάζεσθαι.
Ἀκρὶς δ' ἀκοντίζω ὅσσον αὐτὸς ἄλλος γε ἰὼν ῥίψῃ·
Οἵοισιν δείδοικα ποσὶν μήτις με παρέλθῃ
Φαιήκων. λίην γὰρ ἀεικελίως ἐδαμάσθην
Κύμασιν ἐν πολλοῖς· ἐπεὶ οὐ κομιδῇ γ' ἔχ' νῆα
Ἧεν ἐπιτεταμένος· τῷ μοι φίλα γυῖα λέλυντο.

COMMENTARIVS.

Ὧδε μὲν Ἀκρόνεως) Cùm Phæacenſes non ſolùm maritimi fuerint, ſed etiam rei nauticæ ſtudioſiſsimi, nomina etiam uidentur nautica uſurpaſſe, ut hîc uidere eſt paucis exceptis, & ſanè duobus tantùm, Alcinoi uidelicet & Laodamantis.

ἐγὼ γάρ πη φημι) Cur mare homines debilitet, conquirebam: ſed conſtare mihi non poteſt cauſa, niſi eadẽ ſit quæ nauſeandi, quã odoratui & timori aſsignat Plutarchus, ex quibus fit uentris inanitio non ſine uirium imminutione. Sed an hoc etiam labori tribuendum ſit in dirigenda ſubinde ſecundum uentorũ ſpirationes nauis, quod fieri non poteſt ſine grauiſsimis animi anguſtijs: hinc paulatim ipſum robur abſumitur.

Διὸς ἄγχι) Quod Laodamas Vlyſſem ad certamina prouocat, non eſt malo illius animo malæque menti tribuendum, quaſi cum hoſpite ſit congreſſurus (quod tamen Vlyſſes ipſe effugiet: Laodamantem enim eò quòd eum hoſpitem haberet, ad eadem certamina non prouocat) ſed generaliter hoc ei proponit honoris gratia, ut hac etiam delectatione, ſi uelit perfruatus is, cuius gratia illa fuerant inſtituta.

ἤ ὅπη πρόσσω) Duobus uerbis omnia illa quinque certamina complexus eſt: nam illa aut pedibus aut manibus peraguntur. Pedibus, nimirum curſus & ſaltus: manibus, diſcus, pugna & lucta.

λαοδάμα) Quaſi dicat: Vósne ſic nihili meum infortunium & calamitatem facere, ut ad hæc oblectamenta prouocetis, quibus ego gaudere non poſſum, cùm tot angar doloribus, quibus nullum eſt cum lætitia & recreatione animi commercium? Ego uerò id uobis concedere non poſſum, ut qui etiam non huius gratia apud uos diuerterim, ſed ut deductionem in meam patriã à uobis impetrem. quaſi dicat, Hoc uos oporteret potius exequi, quod tam ſuppliciter à uobis poſtulaui, quàm mihi reditum longius diſtrahere, ut uelle uidemini, cùm me ad hæc certamina prouocatis.

ἀγχὶ δ' ἀδὴς ἔῃσι) Dicebat anteà Laodamas, iudicare ſe Vlyſſem ex robuſto corporis habitu egregium athletam: nunc autem Euryalus ipſi modeſtè recuſanti in arenam deſcendere, proteruè inſultat, negatque ſe eum talem exiſtimare, qualem athletam eſſe oporteat: ſed cum nautæ negotiatori lucrique ſtudioſo ſimilem eſſe pronunciat, neque tamen uulgari aut contemptibili cuipiam. nam aliòqui fruſtra illi tantam maieſtatem Minerua infudiſſet, niſi aliquid præter uulgus magis ab ipſo etiam Euryalo cenſeretur, ſed nautarum principi.

ξεῖν' ἀ καλὸν ἔειπες) Generoſi eſt hominis, laceſſitum iniuria non remolleſcere: ſed leonis inſtar, cuius uulnerati furor magis ac magis incenditur, fortiter iniuriam facienti ſeſe opponere, ubi potiſsimùm de honore & exiſtimatione tua agetur (ſciat autem lector, me humano more loqui) quod hoc loco Vlyſſes facit. Grauiter enim & acerbè Euryalum increpat, quòd in ſe adeò petulanter inſurrexiſſet, nec uerbis quidem contumelioſis abſtinet, cùm eum αὐτόθαλον appellat, & κατὰ νοον λάπτοντα.

ἦτοι ἀ παντῶν) Eò tẽdit Vlyſſes, ut doceat uerum eſſe illud quod dicitur, Non omnibus omnia dona largiri Deum, quòd in ipſo Euryalo id obſeruatum manifeſtè uideat, qui forma quidem eleganti ſit præditus, tamen prudẽtia deſtituatur, ut ſtulta eius & temeraria oratio paulò antè docuit. Cùm autem de illa donorum diuerſa diſtributione loquatur, rem tamen præſenti ſubiecto accommodat, ſolumque de forma & prudenti oratione dicit. Alius, inquit, deformis quidem eſt, ſed illa deformitas uerborum elegãtia à Deo compenſatur (hoc tamen, ut & cætera, ὡς ἐπιτροπὴ accipiendum erit: nam cõtrarium alioqui eſſet in Therſite illo, de quo ſib Iliade) alij utrumque poſsident, cũ ſumma admiratione: alij cùm formoſi ſint, orationis tamen gratia & reuerentia omnino deſtituuntur: & in horum numero Euryalum iſtum reponit.

ἀλλ' ὅτε πρώτοισιν ὄιω) Cùm laus ſuiipſius per ſe & ſimpliciter odioſa ſit, eſt tamen ubi illa non ſolùm honeſta, ſed etiam admodum neceſſaria ſit: nimirum ubi ab alijs uel calumnia premeris, uel etiam contemneris, & tuas uirtutes non, ut decet, ab alijs eſtimari uides, ut docet Plutarchus in libello, Quomodo quis ſe citra inuidiam laudet. Hoc Vlyſſes prudenter nunc facit, qui cùm pro homine nihili ab Euryalo ſe haberi animaduerteret, non potuit ſeſe non laudare ut certaminum iſtorum peritiſsimum. Quod tamen copioſiùs faciet paulò pòſt, ubi ea enumerat, in quibus excellat, τῷ μὲν τόξον οἶδα, &c.

ἄφρ' ἔτι) Atqui paulò antè Laodamas de Vlyſſe dicebat, ἠδὴ τ ἠβης δεύεται, neq; ullo modò iuuentute indiget. Sed illud ad uiuidi adhuc & uegeti corporis ſpeciem referebatur, hîc uerò Vlyſſes de ætate ſua intelligit.

ἦ ῥα καὶ αὐτῷ) Nihil erat uerbis tumidis & nudis gloriari, ſi re ipſa laudum ſuarum ueritatem & ſoliditatem non comprobaret. Itaque ut robur ſuum oſtentaret, diſcum arripit: neque eum quidem uulgarem aut qualem Phæaces proijcerent, ſed longè maiorem & craſsiorem reliquis omnibus. Vbi περιπλοκίαν παρεμβάλλοντος fingit Poeta ex lapidis uiolento impetu aut ſonitu, qui ex caſu reſi-

luit, Phæacas perterrefactos concidisse: hoc autem postremum minus mirum, quòd cum reliquorum signa & iactum metas trãsijsse narrat. Et ita oportuit fieri, ut intelligeret Euryalus, quantum Heroa contempsisset.

οὐκ ἐταῖρον) Ego non intelligo Vlyssem cognouisse hanc fuisse Minerua im, ideoque gauisum, non minus atque anteà cùm Minerua sub specie Neenidis Alcinoi ædes illi ostenderet: sed lætatum Vlyssem, quòd in medio illius populi is reperiretur, qui ei faueret. Quanquam alioqui Mineruæ uocem satis aghoscat, ut aliàs ex Sophoclis Aiace lorario docuimus.

δεῦρ' ἄγε πειρηθῆτον) Hoc primi conatus successu feliciore elatus Vlysses, audacter ad reliqua etiam certamina prouocat, nimirum ad pugnam, luctam, cursum, & saltum (nam hæc duo sub uocabulo ποδῶν intellexit) mirum est tamen, quòd certamen etiam pedum addiderit, cùm infrà id se recusare testetur, ueritus ne ab aliquo Phæacum uinceretur, utpote fluctibus nimiùm domitus, cũ lassitudine nimirum & imbecillitate pedum. Sic enim ait, οὐσσαι δ' ἐπέδησε ποδὼν μήτις με παρείπῃ

φαίηκων. λίην γὰρ ἀπειλήσιος ἰδὲ μάθοιμι κύμασιν ἐν πολλοῖς. Hîc ergo forsan præcipitanter nimium loquutum eũ esse dicendum est, ibi ἦμος δ' Ὀδυσῆος φρονέοντος.

ξεῖνος γάρ μοι ὅδ' ἔοικε) Vnicum Laodamantem ab illa prouocatione excipit hac de causa, quòd eum hospitem habeat, nec sapientis esse putet cum suo hospite congredi. Quod à nobis examinandum est. Primùm quæro cur non etiam fratres Laodamantis excipiat, immò cur non ipsum Alcinoum, qui eius hospes erat potissimus, paterque Laodamantis, proinde maiori reuerentia ipsum debebat prosequi? Respondeo, uideri reliquos fratres sub uniùs Laodamantis persona comprehendi: quia cùm communem habeant causam hospitij, communi etiam iure fruantur, & eandem reuerentiam participent. Quod ad Alcinoum attinet, ídẽ potest dici: Pater enim & filius in multis casibus pro eadem persona censentur: deinde non oportuit eum exprimi, qui se certaminibus illis non immisceret. Sed cur Laodamantem nominauit? Duabus de causis. Primùm, quòd reliquos fratres ætate antecederet: deinde, quòd inter certantes esset præstantissimus, ut qui pugna uicisset: quod certamen ego reliquis nobilius fuisse existimo: itaque eum iure pluris fecit, quàm cæteros duos, Halium nempe & Clytoneum: quorum hîc cursu illum uicit, quod maioris est agilitatis quàm roboris. Scio quidem Aristotelem in celeritate etiam robur collocare, sed robur luctæ aut pugnæ longè excellit robur uelocitatis.

τῷ μὲν πύξ) De his Vlyssis laudibus diximus anteà ad illa uerba, ἀλλ' οὐ σφῶϊν ὅιω. Hîc autem ea præcipuè enumerat, in quibus Phæaces non erant exercitati, ut ijs longè præstantior censeatur, qui non solùm eorũ certamina calleat, sed alia etiam insuper, quorum ipsi rudes sint: quod maiorem admirationem ipsius Vlyssis concitat, cum pudore & ignominia proterui illius Euryali, qui ausus sit, ut eorum omnium rudem & ignarum, eum appellare. Quæ sunt ergo illa quorum ipsi Phæaces rudes sunt, Vlysses uerò peritissimus? Ars sagittandi, qua se uno Philoctete inferiorem apud Troianos existimatum docet, quo mortuo nulli hominum qui uiuunt, se postponit. Cæterùm ueterib. illis, ut Herculi & Euryto, in ea non se comparat, ut dicemus. Item ars hastam iaculandi, in qua item non uulgari modo pollet, sed penè incredibili: quia tantùm ille in hasta proijcienda potest, quantum quiuis alius in sagitta emittenda. Hinc uides quàm omnibus numeris absolutum uirum nobis Poeta proponit: hoc est, non solùm animi, sed etiam corporis eximijs & non uulgaribus uirtutibus perornatum: ut, si uerum Dei cultum excipias, nihil sit quod in eo desideres.

αἰδήεσσι δὲ θεοῖσιν) Modestè hæc quoque, ut omnia, Vlysses noster. Præscribit enim iactantiæ suæ modum & terminum, ne quis existimet eum tam immodicè se laudare, ut neminem secum conferendum iudicet. Nam alios quoque in ea arte se præstãtiores fatetur, huius seculi Philoctetem: præcedentium uerò, Herculem & Eurytum. Nolle autem se dicit cum his duobus se conferre, quòd hoc pacto uideretur forsan Dijs ipsis se parem existimare, ad eorum exemplum maximè Euryti, cuius exitum appositè commemorat, ut intelligat mortalitas præscriptos sibi esse gloriæ fines, quacunque in re excellant: quos si transiliant, non solùm impiè facturi sunt, sed etiam Deorũ uindictam in se experientur. Quod Vlysses diligentissimè cauet. Tantùm enim abest ut se Dijs ipsis æquiparet, ut se etiam quibusdam mortalibus inferiorem candidè fateatur.

ἐν πρώτοις) Anteà lib. 5. aliquot exempla uidimus mulierum, quæ cùm se Deabus formæ gratia uel compararent uel anteferrent, acerbum uitæ exitum sortitæ sunt: nunc de hominibus uidendum est, qui ob artis alicuius peritiam elati, ausi sunt se Dijs comparare. Exemplum ergo habemus in hoc Euryto Oechaliæ rege, qui ob prouocatum Apollinem ad sagittandi certamen ab eo est interfectus, nimirum morte præmatura perijt, quod significat ab Apolline interfici: ut etiam uidetur ipse Vlysses uoluisse cum dicit, τῷ [illegible] ἴδωνεν μέγας οὐρανὸς, ὀδ' ἐπὶ γῆρας ἵκανε κατ' ἐπὶ μεγάροισι. Alij tamen hunc Eurytum alio modo perijsse uolunt: aiunt enim eum ab Hercule interemptum ob recusatum sibi Iolem, cuius ille pater erat. Sed Homerus nobis diuersum tradit. Huic porrò exemplo aliud refertur simile de Marsya,

Quem Tritoniaca Latous arundine uictum Affecit pœna, &c.

ut est apud Ouidium 6 Metamorphos. Extat etiam quod de Salmoneo Elidis rege narrat eleganter Virgil. 6. Aeneid. Is enim se Ioui ipsi æquiparabat, eiusque fulmina imitabatur: tandem uero Iouis fulmine ad inferos est detrusus. Ex huiusmodi exemplis quantum documenti liceat colligere, lector iudicet, & quàm non fine etiam pietatis fructu ueterum illorum monumenta manibus nostris teri possint: quod sæpius iam inculcaui.

Ὣς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ·
Ἀλκίνοος δέ μιν οἷος ἀμειβόμενος προσέειπε,
Ξεῖνε, ἐπεὶ σὺν ἀγαλλε μεθ' ἡμῖν πῶτ' ἀγορεύεις,
Ἀλλ' ἐθέλεις ἀρετὴν σὴν φαινέμεν ἥ τοι ὀπηδεῖ,
Χωόμενος ὅτι σ' ἔτος αὐτὴ ἐν ἀγῶνι παρασὰς
Νείκεσσι, ὡς αὖ σὴν ἀρετὴν βροτὸς οὔτις ὀνοιτο,
Ὅς τις δὴ πίσυνος ἦσι φρεσὶν ἄρθια βάζειν·
Ἀλλ' ἄγε, νῦν ἐμέθεν ξυνίει ἔπος, ὄφρα καὶ ἄλλῳ
Εἴπῃς ἡρώων, ὅτε κεν σοῖς ἐν μεγάροισι
Δαίνυῃ παρὰ σῇ τ' ἀλόχῳ καὶ σοῖσι τέκεσσιν,
Ἠμετέρης ἀρετῆς μεμνημένος, οἷά περ ἡμῖν
Ζεὺς δὴ ἔργα τίθησι διαμπερὲς ἐξ ἑτὶ παιδὸς.
Οὐ γὰρ πυγμάχοι ἐμμὲν ἀμύμονες, οὐδὲ παλαισταί,
Ἀλλὰ ποσὶ κραιπνῶς θέομεν, καὶ νηυσὶν ἄριστοι.
Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαὶς τε φίλη κίθαρίς τε, χοροί τε,
Εἵματά τ' ἐξημοιβά, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί.
Ἀλλ' ἄγε Φαιήκων βητάρμονες ὅσσοι ἄριστοι,
Παίσατε· ὡς κ' ὁ ξεῖνος ἑὸν εἴπῃσιν φίλοισιν,
Οἴκαδε νοστήσας, ὅσσον περιγινόμεθ' ἄλλων
Ναυτιλίῃ καὶ ποσὶ καὶ ὀρχηστύϊ καὶ ἀοιδῇ.
Δημοδόκῳ δέ τις αὖθι φόρμιγγα λιγέα
Οἰσέτω, ἣ τῳ κεῖται ἐν ἡμετέροισι δόμοισιν.
Ὣς ἔφαθ' Ἀλκίνοος· ἀνὰ δ' ἠκέλιος κῆρυξ,

Sic ait, illi uerò omnes quieti fuerunt silentio,
Alcinous autẽ ipsum solus respondens alloquutus est,
Hospes quandoquidẽ non ingrata inter nos hæc cõcio
Sed uis uirtutẽ tuã ostendere quæ te sequitur (naris,
Iratus, quòd te ille uir in certamine astans
Obiurgauit, cũ tuã uirtutẽ mortalis nullus uituperet,
Quicunq; scit suo iudicio commoda dicere.
Sed agè nunc meũ intellige sermonem, ut etiam alij
Dicas heroum, quando tuis in ædibus
Epulaberis apud tuam uxorem & tuos liberos,
Nostræ uirtutis memor, qualia etiam nobis
Iupiter opera imposuerit perpetuò iam inde à maiorib.
Non. n. pugiles sumus inculpati neq; luctatores. (mus.
Sed pedib. celeriter possum⁹ currere, & nauib. optimi sũ
Semper. a. nobis cõuiuiumq; gratum, citharaq; choriq;
Vestesq; mutatoria, lauacraq; calida, & cubilia.
Sed age Phæacum saltatores quotquot optimi,
Ludite, ut ille hospes dicere queat suis amicis
Domum reuersus quantum superemus alios
Arte nauigandi, & pedibus, & saltatione, & cantu.
Demodoco. v. aliquis statim profectus citharã sonoram
Afferat, quæ alicubi iacet in nostris ædibus.
Sic ait, Alcinous speciosus: surrexit autem præco,

Latu-

Laturus citharam ſuauem domò ex regis.
Sortè electi.a. præſides ludorum nouẽ oẽs ſurrexerunt
Publici,qui in certamine adminiſtrabant ſingula
Planum faciebant chorũ, pulchrè latũ fecerũt ludum.
Præco autem propè aduenit ferens citharam ſonoram
Demodocus, ille.a.deinde ibat in mediũ: circũ.a.iuue-
Iam pubeſcentes ſtabant docti ſaltatione. (nes
Quatiebant.a. diuinum chorum pedib. cæterũ Vlyſſes
Micationes admirabatur pedum,obſtupeſcebat.a.ani-
Cæterùm ipſe citharœdus cœpit pulchrè canere (mo.
De Martis amore,pulchreq; coronatæ Veneris,
Vt primùm commixti fuerint in Vulcani domo
Clàm:plurima aũt dedit, lectum deturpauit & cubile
Vulcani regis:ſtatim autem illi nuncius uenit
Sol,qui ipſos cognouit commixtos amore.
Vulcanus autem ubi acerbum ſermonem audiuit,
Feſtinabat ire ad officinã,mala animo pfundè cogitãs,
Impoſuit incudi repoſitorio magnã incudẽ,cudit.a.min
Infragibilia,inſolubilia ut firmiter illic manerẽt (cula
Cæterùm poſtquã ſtruxit dolum iratus Marti,
Feſtinabat ire in thalamum,ubi chara cubilia ſtabãt,
Circumfudit lecti è fulcris uincula circulo undiq;.
Diligenter autem ſupernè è trabe effuſa erant,
Perinde atq; tela araneæ ſubtilis,q̃ nemo uidere queat
Neq; ex dijs beatis:ſic enim doloſam fecerat.
Cæterùm poſtquam omnem dolum circa lectulũ fecit,
Simulabat ſe iturũ in Lemnũ pulchrè fabricatũ oppi-
Quod illi terrarũ multò chariſsimũ eſt omniũ. (dũ,
Neq; cæcã ſpeculationẽ tenuit aurato frano utẽs Mars.
Vt uidit Vulcanũ inclytum arte ſeorſum euntem,
Feſtinabat ire ad domum inclyti Vulcani.
Cupidus amoris pulchrè coronatæ Veneris,
Illa uerò iam recens à patre prapotente Ioue
Veniens deſedit,ille uerò intra domum erat,
Illiusq; manũ inſeruit, uerbumq; dixit atq; cõpellauit,
Agè chara ad lectulum diuertamus dormituri,
Non enim amplius Vulcanus domi eſt,ſed alicubi
Proficiſcitur in Lemnum ad Sintias barbaros.
Sic ait,huic gratum uidebatur dormitare.
Illic in lectulũ ut conſcenderunt,dormierũt,uincula.a.
Fabre facta circumfundebantur prudentis Vulcani.
Neq; ullo pacto mouere mẽbra poterant neq; aſſurgere.
Et tum certè agnouerunt non amplius effugia patere.
E propinquo autem uenit inclytus Vulcanus,
Retrò reuerſus antequam ad Lemni terram ueniſſet,
Sol enim illi cuſtodiam habuit,dixitq; orationem,
Feſtinabat ire ad domum charo afflictus pectore.
Stabat.a.in ueſtibulo.ira autem ipſum uehemẽs cæpit,
Horrendùm autẽ clamauit, audireq; fecit omnes deos:
Iupiter pater,atq; dij beati alij ſemper uiuentes,
Venite ut opera ridicula & non tolerabilia uideatis,
Vt me claudus qui ſim Iouis filia Venus
Semper dehoneſtat,amat.a.pernicioſum Martem,
Eò quòd ille quidem pulcher & ſanus pedibus, ſed ego
Imbellis factus,cæterùm neutiquã mihi cauſa alia eſt,
Quàm parentes duo,qui non genuiſſe debebant.
Sed uidete ut illi dormiunt in amore,
Vno conſenſo lecto,ego autem aſpiciens triſtor:

Οἷσιν Φόρμιγγα † λιγυρὴν δόμε ἔκ βασιλῆος. χ. γλαθυ-
Αἰσυμνήτας ἦ κελετὸ ἐπέα τ' αὐτὸς ἀείσαι ἐῶν
Δήμιοι, οἱ κατ' ἀγῶνας ἐϋπρήσσεσκον ἕκαστα·
Λείηναν ἦ χορὸν, καλὸν δ' εὔρυναν ἀγῶνα.
Κῆρυξ δ' ἐγγύθεν ἦλθε Φέρων Φόρμιγγα λίγειαν
Δημοδόκῳ· ὁ δ' ἔπειτα κι' ἐς μέσον ἀμφὶ ἦ κῆρες
Πρωθήβαι ἵσταντο, δαήμονες ὀρχηθμοῖο·
Πέπληγον ἦ χορὸν θεῖον ποσίν. αὐτὰρ Ὀδυσεὺς
Μαρμαρυγὰς θηεῖτο ποδῶν, θαύμαζε ἦ θυμῷ.
Αὐτὰρ ὁ Φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν
Ἀμφ' Ἄρεϊ Φιλότητι ἐϋστεφάνῳ τ' Ἀφροδίτῃ,
Ὡ̓ς τὰ πρῶτα μίγησαν ἐν Ἡφαίστοιο δόμοισι
Λάθρῃ· πολλὰ δ' ἔδωκε, λέχος δ' ἤσχυνε κατ' εὐνὰς
Ἡφαίστοιο ἄνακτος· ἄφαρ δέ οἱ ἄγγελος ἦλθεν
Ἡέλιος, ὅ σφ' ἐνόησε μιγησομένους φιλότητι.
Ἡφαιστος δ' ὡς οὖν θυμαλγέα μῦθον ἄκουσε,
Βῆ ῥ' ἴμεν ἐς χαλκεῶνα, κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων·
Ἐν δ' ἔθετ' ἄκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα, κόπτε δ' ἀδρμὰς
Ἀῤῥήκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πεῦξε δόλον κεχολωμένος Ἄρεϊ,
Βῆ ῥ' ἴμεν ἐς θάλαμον ὅθι οἱ φίλα δέμνι' ἔκειτο·
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἑρμῖσιν χέε δέσματα κύκλῳ ἁπάντῃ
Πολλὰ ἦ καὶ καθύπερθε μελαθρόφιν ἐξεκέχυντο
Ἠΰτ' ἀράχνια λεπτά, τά κ' ἐ κέλεται θεὸς εἰδέ τις οἷος
Οὐδὲ θεῶν μακάρων πέρι γὰ δολόεντα τέτυκτο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντα δόλον περὶ δέμνια χεῦεν,
Εἴσατ' ἴμεν ἐς Λῆμνον ἐϋκτίμενον πολίεθρον,
Ἦ οἱ γαίῃ πολὺ φίλτατόν ἐστιν ἁπασέων.
Οὐδ' ἀλαοσκοπιὴ εἶχε χρυσάορα Ἄρεα,
Ὡ̓ς ἴδεν Ἡφαιστον κλυτοτέχνην νόσφι ἰόντα·
Βῆ δ' † ἴμεναι προὸς δῶμα περικλυτὸν Ἡφαίστοιο, χ. ἴμεν
Ἱμείρων Φιλότητος ἐϋστεφάνου Κυθερείης.
Ἣ δέ νεον παρὰ πατρὸς ἐριβώλακος Κρονίωνος
Ἐλθοῦσα κατ' ἄρ' ἕζετ'· ὁ δ' ἔσω δώματος ἦεν·
Ἔνθ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε,
Δεῦρο φίλη, λέκτρονδε τραπείομεν ὑπνηθέντε.
Οὐ γὰρ ἔθ' Ἡφαιστος μεταδήμιος, ἀλλά που ἦδη
Οἴχεται ἐς Λῆμνον μετ' Σίντιας ἀγριοφώνους.
Ὡ̓ς φάτο· τῇ δ' ἀσπαστὸν ἐείσατο κοιμηθῆναι.
Τὼ δ' ἐς θάλαμον βάτην πατέδραθον· ἀμφὶ ἦ θέσμοὶ
Τεχνήσαντο ἔχοντο πολύφρονος Ἡφαίστοιο.
Οὐδέ τι κινῆσαι μελέων δύο, δὲ ἀλεύασθαι·
Καὶ τότε δὴ γίνωσκον ὅτ' οὐκ ἔτι φυκία πέλοντο.
Ἀγχίμολον δὲ σφ' ἦλθε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
Αὖθις ἀποστρέψας πρὶν Λήμνου γαῖαν ἱκέσθαι.
Ἡέλιος γάρ οἱ σκοπιὴ ἔχεν, εἶπέ τι μῦθον.
Βῆ δ' ἴμεναι προὸς δῶμα, φίλον τετιημένος ἦτορ·
Ἔστη δ' ἐν πρόθυροισι χόλος δέ μιν ἄγελος ἦρει·
Σμερδαλέον δ' ἐβόησε, γέγωνέ τε πᾶσι θεοῖσι,
Ζεῦ πάτερ, ἠδ' ἄλλοι μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
Δεῦθ' ἵνα ἔργα γελασσὲ καὶ οὐκ ἀνύσιχα ἴδηαθε.
Ὡ̓ς ἐμὲ χωλὸν ἐόντα Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη
Αἰεὶ ἀτιμάζει, φιλέει δ' ἀΐδηλον Ἄρηα·
Οὕνεκ' ὀ μὲν, καλός τε καὶ ἀρτίπος, αὐτὰρ ἔγωγε
Ἠπεδανὸς γεγόμην. ἀτὰρ οὔτι μοι αἴτιος ἄλλος,
Ἀλλὰ τοκῆε δυὼ· τὼ μὴ γείνασθαι ὀφέλλον.
Ἀλλ' ὄψεσθ' ἵνα τώ γε καθεύδετον ἐν φιλότητι,
Εἰς ἐμὰ δέμνια βαίτην· ἐγὼ δ' ὀρόων ἀκάχημαι·

οὐ

Οὐ μὲν σφας ἔτ' ἔολπα μίνυνθά γε κείμεν οὕτω,
Καὶ μάλα περ φιλέοντε. τάχ' οὐκ ἐθελήσουσιν ἄμφω
Εὕδειν· ἀλλὰ σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει,
Εἰσόκε μοὶ πάλα πατὴρ ἀποδώσει ἕεδνα
Ὅσσά οἱ ἐγγυάλιξα κυνώπιδος εἵνεκα κούρης.
Οὐ γὰρ ἐκείνη γε κακὴ θυγάτηρ, ἀτὰρ οὐκ ἐχέφρων.
Ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἀγέροντο θεοὶ πὰρ χαλκοβατὲς δῶ.
Ἦλθε Ποσειδάων γαιήοχος, ἦλθ' ἐριούνης
Ἑρμείας, ἦλθεν δ' ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων.
Θηλύτεραι δ' ἤσαν μέσον αἰδοῖοι οἶκοι ἑκάστη.
Ἕστασαν δ' ἐν προθύροισι θεοὶ δωτῆρες ἐάων·
Ἄσβεστος δὲ γέλως μακάρεσσι θεοῖσι,
Τέχνας εἰσορόωσι πολύφρονος Ἡφαίστοιο.
Ὧδε δέ τις εἶπεσκε ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον,
Οὐκ ἀρεταὶ κακὰ ἔργα κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν·
Ὣς καὶ νῦν Ἥφαιστος ἑὼν βραδὺς εἷλεν Ἄρηα,
Ὠκύτατόν περ ἐόντα θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι,
Χωλὸς ἐών, τέχνῃσι δὲ καὶ μοιχάγρι' ὀφέλλει.
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.
Ἑρμείᾳ δ' ἄρα πρόσφη κλυτὸς υἱὸς Ἀπόλλωνος,
Ἑρμεία Διὸς υἱὲ, διάκτορε, δῶτορ ἐάων,
ἠ. δισμοῖς ἠὲ θέλοις κρατεροῖσι πιεσθεὶς
Εὕδειν ἐν λέκτροισι παρὰ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ;
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα διάκτορος Ἀργειφόντης,
Αἲ γὰρ τῶ γ' ἤθελε ἄναξ ἑκατηβόλ' Ἀπόλλον.
Δεσμοὶ μὲν τρὶς τόσοι ἀπείρονες ἀμφὶς ἔχοισι,
Τοὺς μὲν δ' εἰσορόωντι θεοὶ, πᾶσά τι θέαιναι,
Αὐτὰρ ἐγὼν εὐδοίμι παρὰ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ.
Ὣς ἔφαθ'. ἐν δ' ἄρα γέλως ὦρτ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν.
Οὐδὲ Ποσειδάωνα γέλως ἔχε, λίσσετο δ' αἰεὶ
Ἥφαιστον κλυτοτέχνην ὅπως λύσειε τάχιστα·
Καὶ μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Λῦσον· ἐγὼ δέ τοι αὐτὸν ὑπισχέμεν(ὡς σὺ κελεύεις)
Τίσειν ἄσημα πάντα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
Μή με Ποσείδαον γαιήοχε ταῦτα κέλευε·
Δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι.
Πῶς κέ σ' ἐγώ σι δέοιμι μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
Εἴ περ Ἄρης οἴχοιτο χρέος καὶ δεσμὸν ἀλύξας;
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Ἥφαιστ', εἴπερ γάρ κεν Ἄρης χρεῖος ὑπαλύξας
Οἴχηται φεύγων, ἀτός τοι ἐγὼ τάδε τίσω.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
Οὐκ ἔς' ἀτὴ ἔοικε τὸν ἕτερον θεὸν ἐρνήσασθαι.
χ. δισμῶν Ὣς εἰπὼν, δεσμὸν αἶψα μιν Ἥφαιστος.
Τὼ δ' ἐπεὶ οὖν δεσμοῖο λύθεν κρατερῆς περ ἐόντος,
Αὐτίκ' ἀναΐξαντε, ὁ μὲν Θρήικόνδε βεβήκει,
Ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,
Ἐς Πάφον. ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις·
Ἔνθα δέ μιν Χάριτες λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ
Ἀμβροτίῳ, οἷα θεοὺς ἐπινίσσεται αἰὲν ἐόντας·
Ἀμφὶ δ' ἕματα ἕσσαν ἐπήρατα, θαῦμα ἰδέσθαι.

Nō quidē illas amplius ſpero paululum latere uelle ſic,
Quantūuis multùm ſe amant, non ſtatim uolēt ſimul
Dormire, ſed ipſos dolus & uinculum detinebit,
Donec mihi omnem pater retribuat dotem,
Quantam illi prabui impudentem ob puellam,
Quòd illi pulchra filia, caterùm neutiquam pudica.
Sic ait, ipſi congregati ſunt dÿ æream in domum,
Venit Neptunus terra quaſſator, uenit & ualde utilis
Mercurius, uenit autem rex iaculator Apollo.
Fœmina autem dea manebant pudore domi ſingula,
Stabant autem in ueſtibulo dÿ datores bonorum.
Immenſus autem riſus excitatus eſt dÿs beatis,
Artes inſpicientibus prudentis Vulcani.
Tum uerò quiſpiā dicebat uidens in proximum alium,
Nō rectè ſuccedūt mala opa, aſſequtur tardus celerē,
Vt nunc Vulcanus cùm ſit tardus cepit Martem,
Qui eſt uelociſſimus deorum, qui Olympum tenent,
Claudus inquā technis: propter quòd & pœnam auget.
Sic illi quidem talia inuicem dicebant.
Mercuriū autem alloquutus eſt rex Iouis filius Apollo.
Mercuri Iouis fili internuncie, dator bonorum,
Nunc certè in uinculis uelles fortibus compreſſus
Domire in lectulo, iuxta auream Venerem?
Huic reſpondit continuò internuncius Mercurius,
Vtinam hoc fieret ô rex iaculator Apollo.
Vincula quidē ter tantùm infinita circumfuſa eſſent,
Vos autem uideritis dÿ omneſq; dee,
Nihilominus uellem dormire apud auream Venerem.
Sic ait, riſus excitatus eſt ab immortalibus dÿs,
Neq; Neptunū riſus tenebat, precabatur autem ſemper
Vulcanum inclytum artificem ut ſolueret Martem.
Et ipſum alloquutus uerba alata dicebat,
Solue, ego autem idipſum promitto (ut tu iubes)
Soluturum eſſe decentia omnia inter immortales deos.
Hūc rurſus allocutus eſt inclytus artifex Vulcanus,
Ne me Neptune terra quaſſator hac iubeas:
Miſera pro miſeris etiam ſponſiones ad ſpondendum,
Quo pacto ego te uincire poſſū inter immortales deos,
Siquidem Mars abierit debito & uinculis euitatis?
Hūc rurſus allocutus eſt Neptunus terra quaſſator,
Vulcane etiam ſi Mars debitum renuens
Abierit fugiens, ipſe tibi ego hac perſoluam.
Huic reſpondet continuò inclytus Vulcanus,
Non erit neq; decet, tuam orationem abnuere.
Sic locutus, uincula ſoluit robur Vulcani.
Illi poſtquam è uinculis ſoluti ſunt fortibus exiſtētibus
Statim impetu facto, ille quidem in Thraciā deſcēdit.
Illa uerò ad Cyprum peruenit ridens Venus
In Paphum, ubi illi lucus thure odorata Arabico.
Hīc autem ipſam Gratiæ lauarunt, & unxerunt oleo
Immortali, ut deos decet immortales.
Veſtes autem induebāt deſiderabiles, uiſu ſuſpiciēdas:

COMMENTARIVS.

ξᾶσ' ὑπὸ σὸν ἀχάεισε) Excandeſcentem Vlyſſem Alcinous placidè compeſcit, lubenterq; fatetur ſe eum Phæacenſibus longè anteponere, quòd ea certamina quorum ille ſe peritum pronunciabat, attinet, modeſtè & candidè uirtuti illius cedendo: contra eorum prauam conſuetudinem, qui ne potentioribus quidem ſuccumbunt iactantiâ uel audacia, hoc in uirtutis ratione collocantes, cùm longè laudabilius ſit Alcinoi exemplum imitari. Cæterùm cùm intelligeret minus impræſentiarum Vlyſſem ualere pedibus, in eo certandi genere Phæacas præſtare aſſerit, nihil, uidelicet, ueritus eius inuidiam aut æmulationem præter ſufficientem in eum finem pedum facultate: addit etiam nauigationem & cantum, quæ omnia Vlyſſi iucunda eſſe intelligebat. Nauigationem quidē, propter reditum, quem illius beneficio erat conſequuturus: cantum, propter oblectationem quæ ex eo percipitur.

αἱ δ' ἁμῖν)Hîc deſcribitur luxurioſa Phæacum uita, ut qui uitam potiſsimùm in conuiuijs, muſica, choris, uarijs ueſtibus, lauacris, & cubilibus tranſigant, quibus omnes ferè amœnitates comprehenduntur: quæ cùm per ſe honeſtæ ſint, tamen per abuſum uitioſæ fiunt. Abuſus eſt autem in continuo & immodico uſu. Et hoc in rebus quas ἀδιαφόρους indifferentes appellant, maximè obtinet. Tales ergo ſunt Phæaces, unde luxurioſi homines & uoluptarij prouerbialiter ita poſsint appellari. Sanè Flaccus Pheacem pro bene curata cute homine uidetur uſurpaſſe Epiſt. lib. 1. Epiſt. 15. ubi etiam ſuum uiuendi genus huic, de quo nunc ſcribimus, quodam modo comparat, his uerbis:

Rure meo poſſum quiduis perferre, patiq;, *Quod me Lucanæ iuuenem commendat amicæ.*
Ad mare cum uenis, generoſum & lene requiro: *Tractus uter plures lepores, uter educet apros,*
Quod curas abigat: quod cum ſpe diuite manet *Vtra magis pisces, & echinos æquora celent,*
In uenas animum q; meum: quod uerba miniſtret: *Pinguis ut inde domum poſſim, Phæaxq; reuerti,*

Scribere te nobis, tibi nos ac credere par eſt. Vbi miror quid Iacobo Cruquio, cuius ego eruditionẽ ſummi facio, in mẽtem uenerit ut Phæggax ſcribi poſſe exiſtimaret, tanquam à φίγγω, id eſt nitidus ſplendiduſq;: quaſi codices illi tres Bland. qui Phægax habuerunt, nõ potuerint eſſe corrupti. aut etiam potuerit ab illo, g, litera ſuperflua tolli, ut alia addi, etiam cum immutatione diphthongi in ſimplicem uocalem. Sed hoc ἐκπερίεργον. Non eſt autẽ ſilentio nobis prætereundum, quod Athenæus lib. 1. monet, Eratoſthenem hos uerſus ſic legiſſe:

ἐγὼ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τὸν γε θαλίης χαριέστερον εἶναι, *Non enim equidem quicquam exiſtimo iucundius eſſe*
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ, κακότητος ἀπούσης. *Quàm cum lætitia quidem obtinet, imprudentia abſente,*
ἁρτύνουσι δ' αἰὲν ἀοιδὸν ἀκουάζονται ἀείδῃ. id eſt: *Conuiua autem per ædes audiunt cantorem.*

illud κακότητος ἀπούσης interpretans per ἀφροσύνης, id eſt imprudentiæ. Sed uerba Athenæi uideamus. κακότητος ἀπούσης φάσκων, inquit, τῆς ἀφροσύνης. ἀδύνατον γὰρ μὴ φρονίμους εἶναι φαιάκας, οἱ μάλα φίλοι ἐσὶ θεοῖσιν, ὡς ὁ Ναυσικάᾳ φησί. id eſt: Fieri enim non poteſt ut Phæaces non ſint prudentes, qui maximè Deo chari ſunt, ut ait Nauſicrates. Nouus Interpres, uir doctiſsimus, Dalechampius inter ἀφροσύνης & ἀδύνατον, in ſua uerſione interpoſuit, haud rectè, quòd eſſet Græcè, ἐ καλῶς. Sed illud mihi præter Athenæi mentem eſſe uidetur, qui potius illis uerbis, ἀδύνατον γὰρ, &c. Eratoſthenis ſententiam confirmat. Res à lectore erudito expendatur. Dalechampius enim uult, quaſi illud nimirum ab Eratoſthene ſuperfluè eſſet additũ, alioqui non cohærent ſequentia. Sed nos in noſtro Athenæo, cuius editionem mollimur, hoc etiam docebimus.

πίνωσιν δὲ χόρον) Saltationem Muſicæ ueteres adiungebant. Vnde apud Platonem in Theage, Muſica dicitur, qua canentes regimus in choris, ἢ τῶν ἀδόντων ἐπισάμεθα ἐν τοῖς χόροις ἄρχειν. Illud ἐν τοῖς χόροις, ad hunc locum pertinet. Et apud eundem 7. de Legibus duo genera ſaltationum, πυῤῥιχην & ἐμμέλειαν Muſicæ coniungit.

μαιμαιζυγὰς) Non oportuit ſtupidum, aut ſi mauis, grauem ſaltationis illum modum fuiſſe, ſed hilarẽ & iucundum cum pedum & totius corporis decenti alacritate, qualem etiam feſtiuæ cenæ, ut quæ à Demodoco canitur, poſtulant. Veteres autẽ illas ſaltationes tum Italica cum Gallica æmulari uidentur, quod illas μαιμαιζυγὰς attinet: cum innumeris enim pedum laſciuijs & blandi tijs frequentibus illæ peraguntur. De tota autem concinnitate certi quippiam dicere non poſſumus, quia non ſatis nobis de illa antiqua conſtat.

ἀμφ' Ἄρεϊ & Φιλότητος) In hac cantilena Demodocus deſcribit adulterium illud ſatis decantatum Martis & Veneris. Ad quam audiendam accingi nos oportet obthuratis quodammodo auribus: quia Dijs indigna commemorat, ut quæ nec admittenda Socrates ipſe ſuadeat 3. de Rep. Leuiter ergo & quàm uelociter poterimus hos ſcopulos & Sirenas præternauigabimus. Huc autem aduocanda ſunt illa Clementis Alexandrini uerba in Orat. ad Gentes, prout illa Gentianus Heruetus tranſtulit: nam Græcum exemplar ad manum non fuit. Deorum, inquit, nuptiæ, & liberorum procreationes, & puerperia, & adulteria quæ canuntur, & cõuiuia quæ à Comicis recitantur, & riſus qui in potu inducuntur, incitant me ut uociferer, etſi uelim tacere. O impietatem, ſcenam cœlum feciſtis, & Deus uobis factus eſt actus, & quod ſanctum eſt Dæmoniorum perſonis in Comœdia iudificati eſtis, uerum Dei cultũ ac religionem, dæmonum ſuperſtitione, libidinosè & obſcœnè inquinantes. ὡσπερ ὁ Φορμίζων (qui uerſus eſt huius loci cum ſequentibus, quos integros non adducemus, qui leguntur in noſtro textu) ἀείσατο καλὸν ἄεισμα. Cane nobis, ὁ Homere, pulchram aliquam cantilenam, ἀμφ' Ἄρεϊ &c. Deſine canticum, ὁ Homere, non eſt pulchrum, dotet adulterium. Nos autem ne aures quidem ſtupris ac fornicationibus inquinare uolumus. Sumus enim nos, ſumus, qui Dei imaginem conferimus, &c. Porrò Ouidius 2. de Arte amandi integram fabulam deſcripſit: qui locus integer huc eſt deſcribendus, ille eſt pag. 287. Iuuat etiam cum bona lectoris uenia fabulam eandem referre, prout in ſuas Mythologias Natalis tranſtulit ex Euſtathio hoc loco & Ariſtophanis Scholiaſte. Eam memorat quoq; Lucianus, & ex eo Cœlius Rhodiginus lib. 16. Lect. ant. cap. 13. Fuit quandoq; Alectryon iuuenis, hoc eſt Gallus nomine. Hic Marti uſque adeò familiaris eſt factus, ut cum eo ſubinde comeſſaretur, foretq; amorum illius cõſcius. Sicubi ergo ad Venerem itaret Mars, aderat comes Alectryon. Quia uerò ſuſpectum præcipuè habebat ſolem, ne rem conſpicatus Vulcano renunciaret, pro foribus excubare adoleſcentem iubebat, ſignificaturum ubi comparuiſſet Sol. Fortè ita euenit, ut conſopitus excubias proderet adoleſcens, fieretq; ſpeculatio cæca, ac ſuperueniente clàm Sole, Mars Venuſq; complexi deprehenderentur, in utramque (quod dicitur) aurem Alectryonis fiducia decubantes. Factus uerò certior Vulcanus, catenis prætenuibus utrumque mox illaqueat obretitq;, quas ad eum uſum diu erat antea commolitus. Sed emiſſus deniq; è uinculis eiuſmodi Mars, in Alectryonem prorſus fit commotior, nec priùs ira deferbuit, quàm in eius nominis auem deformarit malefidum cuſtodem: atq; ita ut criſta uideretur celſus, ſicuti cùm hominem ageret, galeam geſtarat. Verùm ex antiqui admiſsi memoria, ut ſe Deo expurgent, illatiq; damni formula ſatisfaciant, haſce aues perpetuò morem ſeruare, diu antè ut precinãt, ubi mox oriturũ ſolem ſentiũt, ne lux obrepat incautis.

ἰοστέφανον) Sic appellatur Venus, quòd ei dicatæ ſint coronæ ob nuptias, ut eſt apud Agathiam:

τὴ Ἥφιῃ ἰοστέφανος, τὴ παλαιδὶ τὸν ὑλοκαμῖδα ἀρτίμιδι ζώνῃ ἀῶρτο καλλιρόῃ.

κρῆθι δὲ δεσμὸν) Hæc etiã uincula inter præſtantiſsima Vulcani artificia, de quibus in Iliade uidimus, connumeranda ſunt, in quibus non ſoliditatem, non firmitatem indiſſolubilem, ſed inuiſibilem tenuitatem admiror, quæ ipſorum etiam Deorum oculos effugiat. Illa mihi rem quanquam omnino diuerſam in memoriam reuocarunt, nimirum diabolicam illam uinculorum inuentionem, qua coniuges uinciri & impediri ſolent, ne finem ſui coniugij aſſequantur: cuius exemplũ memoratur ab Herod. lib. 2. de Amaſi Aegypti rege & à Paulo Aemylio in uita Clotarij ſecundi de Theodorico rege. Quod ligare ligulam uulgus Francorum appellat. Vide Bodinum, quem honoris cauſa nomino, Magorum Dæmonem, lib. 2. cap. 1. Sed, ut dixi, res eſt diuerſa. Vinculorum tamen nominis ſimilitudo fecit, ut illud per tranſennam adderem. Sed ut ad Vulcani uincula redeamus, Suidas ex ijs refert adagium ἰφασιῶν δεσμὸς, Vulcanium uinculum: quod in eos dicitur, qui adamantinis & inextricabilibus nodis colligantur.

ζεῦ πατερ) Sceleratus ille & abominandus laſciuiarum artifex Ouidius loco iam laudato hoc exemplo uetat, ne riuales riualibus inſidias ponant, quia furta illa detexiſſe noceat, nimirum quòd re detecta amantes eò arctius ſe mutuò diligant,

Creſcit amor prenſis: ubi par fortuna duorum eſt, *In cauſam damni perſtat uterq; ſui.*

Et paulò poſt uituperat Vulcanum, quòd ignotum illud adulterium patefecerit cum maiore damno, quod indeſequutum eſt.

Hoc ubi profecit, Vulcane: quod ante tegebant, *Sæpe tamen, demens, ſtultè feciſſe fateris,*
Liberius faciunt, & pudor omnis abeſt. *Teq; ferunt iræ pœnituiſſe tuæ.*

ἀλλὰ τοκῆι δόλῳ) Cauſam deformitatis ſuæ Vulcanus in parẽtes ſuos transfert, nimirum in Iouem & Iunonem, à quibus ortus eſt: non autem ex ſola Iunone ſine maris auxilio, ut quidam falſò tradiderunt. quaſi dicat: Scio quidem me à Venere uxore mea contemni, quòd longè ſim forma & corporis habitu ipſo Marte inferior, quem illa idcirco uehementiùs diligit: ſed id me malè habet, cùm id meo uitio non accidat, ſed potiùs ipſorũ qui me genuerunt, proinde mihi dedecori eſſe non poſſunt, nec ea quiſpiam in me uituperet. Eſt autem hoc etiam uulgò receptum, ut uitia corporis quæ à genitoribus promanant, nemo culpet: ſed ea tantùm, quæ noſtra incuria aut negligentia accidunt. Hic autem Vulcani ſermo uirus aliquod in ipſos parentes uidetur continere, quanquã ne ipſi quidem parentes iurè ob liberorum ſuorum deformitatem culpari aut uituperari poſſunt.

ἐπεὶ κοὐ μάλα) Antiquitùs mos fuit dotari uxores à marito, ut in Iliade uidimus, quæ ἐεδνα appellabantur: hoc eſt, pendi ſolere dotem à marito non ipſi quidem uxori, ſed uxoris parentibus: itaque hoc loco dotem, quam pro Venere Vulcanus pẽdidit, ab ipſo parente Veneris repoſcit. Vnde dici poteſt uenales fuiſſe quodammodo uxores, & quod coniugium eſt, emptionẽ & uenditionem extitiſſe. Quod item poſteà inualuit, ſed diuerſa ratione. Nam parentes filias ſuas dotant, dos autem illa marito traditur, qua etiam aliquatenus emi maritus dici poteſt. Germani hodierno die in eadem re illud uendendi uocabulũ uſurpant propriè, dicta de cauſa, ni fal-

ni fallor: non tamen ubi ſeriò loquuntur, ſed per iocum. Apud hos tamen fuit olim uſitatum ut uiri uxoribus dotes darẽt, quæ nõ exhibita nihil conſociatum aut fœderatum ſponſalia haberent. Idem etiam fuit olim apud Cantabros. Vide Alexand. Genial. dierum libro quarto, capite octauo.

ἄλλη ποσὶ δάσσε) Hos tres Deos Neptunum, Mercurium & Apollinem expunxit, quia iſti in hoc actu loquentes apparebunt. cæteri autem per ſe erunt καφὰ σιγῶντα. Eius enim nomen non dicet, cui uerba illa tribuit, σὺν ἀρετῇ κακὰ ἔργα, &c.

ἠλύπησεν) Rectè uerecundiam Deabus reliquis attribuit, ut quæ ad hoc dedecus inſpiciendum non exierint. Quo exemplo proculdubiò mortales fœminas monitas eſſe cupit, ut idem factum æmulentur. Voluit enim natura propter illius ſexus imbecillitatem eas uiris eſſe uerecundiores: & tales etiã ab illa informari ſolent, niſi ſi quæ monſtra in tam uaſto uniuerſo pullulant. Iam uerò quã odioſum ſit hoc factum & turpe, quod ne ab ipſis quidem fœminis honeſtè oculis cõſpici poſsit, quilibet iudicare facillimè poteſt.

ἄσβεστος) Quàm ſit indignus Dijs effuſus hic riſus & immoderatus, ſatis docuimus alias ex Socratis ſententia. Attigit etiam Clemẽs Alexandrinus in loco, quem ex eo non ita pridem laudauimus. Cæterùm hoc loco lubet cum bona Giphanij uenia μνημονικὸν illius ἀμάρτημα obſeruare, qui dicit apud Plat. 3. de Rep. poſt hunc uerſum legi, ὡς ἰδὼν ἀφαυρὸν κρατὰ δάμασσε ποσπνόοντα. Oblitus eſt enim illum legi ex primo Iliadis ad finem libri. Nam alioqui huic loco nullo modo conueniret. Id amicè illi dictum uolo, ut eum ad talionem in his meis lucubrationibus examinandis prouocem.

σὺν ἀρετῇ κακὰ ἔργα) Quàm nullo modo uitiorum fautor ſit Homerus, hic locus ſatis docet, ubi ſub perſona cuiuſdam Dei ſententiam ſuam de hoc adulterio exponit. Vnde colligimus uelle eum homines ad probitatem & uitæ innocentiam exhortari, docens nihil poſſe tam occultè ab illis geri facinoroſum aut turpe, quod tandem in apricum ætas non proferat, ut eſt apud Flaccum. Et hoc eſt quod dicit, malè facta ſucceſſu felici carere. Non ſinit enim Deus ſcelera impunita, ſed ea tandem aliquando ulciſcitur: proinde non eſt quod quantumuis homines lateas, tamen Deum te latêre ſperes, ut eſt à Pindaro eleganter dictum ——ὃς δὴ θεὸν αὐτῷ τις ἐλπεταί τι λαθέμεν ἐρδων ἁμαρτάνων. ——credu hoc poſſe effici Inter uidentes omnia ut latentes Deos? inquit Seneca. Sed & illa Deus ſtatim cum adiuncta ultione prodit & detegit, ut hoc loco Vulcanus Martis & Veneris adulterium. Atque utinam hoc intelligerent, quibus tota uoluptas in ſcelerato uitæ genere collocata eſt: dubium non eſt quin ab inſtituto facillimè deſiſtant, ſi quidem eos non ſolùm Dei reuerentia, ſed ſupplicij etiam timor commouere poteſt.

κιχάνει) Senſus eſt: Malè facienti cuipiam nihil prodeſt uelocitas, qua non poteſt effugere quin tandem, iuſtâ Dei uindictâ, in poteſtatem tardi hominis incidat. Id generaliter dictum, ſpecialiter paulo pòſt huic negotio accommodatur. Nam licet Mars celeritate reliquos Deos antecellat, & omnium tardiſsimus ſit claudus ille Vulcanus, tamen hic illum iniuriam ſibi facientem aſſequutus eſt: non quòd pedum uiribus id præſtiterit, ſed dolo. Itaque prouerbij uicem obtinent illa, κιχάνει βραδὺς ὠκύν, uelocem tardus aſſequitur: non quidem uelocitate, ſed aſtutia. Sic leporem à boue capi uulgus noſtratium dictitat eodem planè ſenſu. Sic aquilam à teſtudine quoque capi dicebat olim Menedemus (ut eſt apud Diogenem Laertium in eius uita) ὡσὸς τὺς αὐτοπολιτόμενος. Hæc ſunt autem illius uerba:

Ἡλίσκετ' ἄρα καὶ ὠκὺς ἀθὴρ ταχὺν Καὶ βραδὺς ἑλώνης αἰετὸν βραχὺ χρόνῳ.

id eſt: Deprehenſus olim eſt ab impotenti celer, Et tarda cepit teſtudo regem alitum. Vbi in primo uerſu non dubito quin hunc locum Homericum intellexerit, cum eius ſtudioſus potiſsimum extitiſſe perhibeatur, ut eſt apud eundem Diogenem. Sed ut ad rem, idem poteſt etiam dici de Torpedine, quæ alios piſces aſtu torpidiores factos, licet ſint uelociſsimi, depaſcitur: idem de Raia (addo ex Ariſt. 9. de Hiſt. aſellos, pſittas, & ſquatinas) & paſtinaca, quæ uelociſsimos piſces, atque adeò ipſum mugilem aſtu capiunt. Vide Eraſmum Adag. Chil. 1. cent. 7. prou. 67. Quod Mars, inquit Natalis lib. 2. Mytholog. cap. 7. omnium Deorum fortiſsimus & uelociſsimus arte Vulcani fuerit retibus implicitus, & debilis & claudicantis & tardi Dei: quid aliud ſignificat, quàm ſceleratos homines nullis uirib. nullo pedũ celeritate fretos poſſe Dei uindicis omniũ flagitiorũ irã deuitare? quod etiã innuit Theognis his uerſibus:

Καὶ βραδὺς εὐθύλος ἄλλον ταχὺν ἀνδρα διώκων Vel celerem tardus comprendit, Cyrne, ſecutus
Κύρνε, σιὼ εὐθέα θεῶν ἰθέαν ἀθανάτων: Iniuſtum curſu, huic numina cuncta fauent.

τὸ καί μοι χάριν ὀφέλλει) Senſus eſt: Mars quidem ſimpliciter pœnam & caſtigationem meretur, quòd in adulterio deprehenſus ſit: ſed circumſtantiæ facti pœnam grauiorem adhuc conſtituunt, quòd uidelicet is Deorum uelociſsimus à tardiſsimo ſit comprehenſus in flagranti crimine. Quæ fuerit autem illa pœna, non exprimitur. Sunt autem diuerſæ illæ apud diuerſas gentes, ut eas enumerat Alexand. Gen. dier. lib. 4. cap. 1. Videtur tamen impunitum remanſiſſe iſtud adulterium Martis: nam hic in Thraciam, Venus ad Cyprum facto impetu ſtatim ſe contulerunt. Porrò apud Athenæum lib. 12. ut iam obſeruauit Giphanius, hic uerſus ſic legitur:

χωλὸς ἰὼν τίχη, τῷ κὲ ζωάγρι' ὀφέλλοι.

αὐὰρ τὸν ῥέζοιτο) Intemperantem nobis deſcribit Mercurium, qui cùm uideat hos adulteros ita ignominioſè Deorum oculis expoſitos: tamen Veneris forma captus non recuſet hoc dedecus ſubire, modò illa, ut modò Mars, potitus eſſet. Quam uocem ut Deo indignam eſſe concedamus, tamen affectus impudentium & effrænis libidinis hominum illâ rectiſsimè exprimuntur. Sunt enim, ſi Dijs placet, ſunt eiuſmodi ingenia, quæ nullis aliorum pœnis à ſceleribus coerceri poſſunt: &, quia de hac loquimur, qui laſciuiæ & uoluptatis Venereæ execrandos impetus cohibere nequeant, & eò cæcitatis ac dementiæ delabuntur, ut quoduis tormenti genus ipſumque adeò ſuſpendium poſt ſtupratam uirginem aut mulierem, cuius amore incendantur, ſibi exoptare minimè uereantur, adeò pudorem cum caſtitate omnem abiecerunt. Non abſimili modo atque non ita pridem nobilis quidam Gallus, non melior fortè ipſo Iuliano, qui altera die qua Comitis ſtabul. (ut uocant) dignitate honeſtaretur, in perpetuum animæ ſuæ exitium cum Diabolo lubentiſsimè conuenturum impiè dictitabat. Is nuper in bello interijt, alterumque forſan uotum tantùm conſequutus eſt.

ὡς σὺ κελεύεις) Vulcanus petebat dotem, quam pro Venere penderat, à Ioue ſibi reſtitui, an nunc Neptunus eadem ipſi obtulit? Reſt dubia, & à nobis examinanda. Videtur ſanè hîc aliud, præter illa ἰσθμα, intelligendum, nimirum in pœnam commiſſi adulterij, quam eſſet Mars iure perſoluturus. Expreſsè hoc docetur in ſequẽtibus, quia hoc a Marte ſe petere dicit Vulcanus, & ipſe Neptunus pro Marte ſe fideiuſſorem exhibet: & non pro Ioue, à quo dotem Vulcanus repetebat. dicit enim, εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδώσει ἴσθμα. Veneris autem pater erat ipſe Iupiter, ut docebimus in Lexico in uoce, ἀφροδίτη, uel κυθερέη. Videtur ergo fuiſſe illa pœna pecuniaria: pro corporali enim non uidebatur fideiuſſurus fuiſſe Neptunus: deinde notandum eſt, debitam illã fuiſſe ei cui iniuria inferretur, ut hic Vulcano, cuius uxorem Venerem Mars ſtuprauerat.

δειλαί τοι δμῳλῶν) Huius uerſus uarij eliciuntur ſenſus, prout illi à Didymo & Euſtathio referuntur. Vel ut dicas, Sponſiones quæ pro malo homine & nequam fiunt, malæ item ſunt exiſtimandæ, ut non ſit opus pro Marte pernicioſo & nequiſsimo Neptunum fideiubere. Volunt enim hîc δμῳλὸν poni pro φαῦλον. Vel, δειλαὶ αἱ ἐγγύαι, id eſt, infelices ſunt & damnoſæ ſponſiones, τῷ δμῳλῶν αὐδρῶν τὸ ἐγγυᾶσθαι, & infelicis eſt hominis ſpõdere & fideiubere pro alijs. Quaſi illud generaliter ſit dictum omnibus iuxta illam Delphicam inſcriptionem, ἐγγύα παρὰ δ' ἄτα: Sponde, præſtò eſt noxa. Quod quidem Euſtathius ἀπαθῶπον eſſe dicit, ſi neque ipſe pater pro filijs, aut cognati pro cognatis, aut amici pro amicis fideiubeant. Itaque illud generaliter à Vulcano dictum non uult. Alij ergo dicunt, ὅτι τῶν δμῳλῶν τῷ εὐπλῶν, εὐπλεῖς ὀφέλλουσιν ἄνευ τῷ αἱ ἐγγύαι, ὡς αὐ ἴσχουσιν ἄγειν τὺς ἰσχυροὺς οἱ εὐπλεῖς, ὡς ὁμοίως. Miſerorum & ſimplicium hominum, ſimplices debere eſſe ſponſiones: hoc eſt, non debere eſſe nimium potentes ipſos ſponſores, ut à creditoribus, qui ſunt ſimpliciores illis conueniri poſsint, tãquam pares. Ideo ſubijcit Vulcanus paulò pòſt, dicens Neptuno, πῶς κέ σε γυιῶ σε δμῳῖμι, &c. quaſi dicat, Ego cùm ſim te longè inferior, & tu tamen pro Marte fideiubeas, quomodo, ſi præcipuus ille debitor effugerit: quomodo, inquam, ego te potentiorem me conueniam? Itaque mihi non eſt tutum ſub tua fideiuſſione Martem dimittere, ſatius eſt ut ille mihi antè ſatisfaciat, quàm è poteſtate mea liberetur: tamen preces & authoritas Neptuni aliud à Vulcano impetrarunt. Alij dicũt, αἱ ὠδὲ τὺς δειλὺς τῷ ἀσθενῆς ἐγγύαι, δειλαὶ τῷ αὐτοὶ τῷ μηδὲν δυνάμενοι, ὡς μὴ δυναμένων ἅ πιστὸν ἐπιξελθεῖν ἀδικήματα δ' ἀσθενέων: id eſt, Fideiuſſiones quæ miſeris & imbecillibus fiunt, miſeræ ſunt, & nullarum uirium, cùm illi non poſsint præ imbecillitate ſua iniurias ſibi factas perſequi ac ulciſci.

σὺν ἔς' ὀφλ ἔοικε) Quaſi dicat: Scio quidem rem ita ſe non habituram, ut tu dicis: tamen cùm me non deceat tibi ſeniori contradicere, iuſsis tuis parebo, & Martem uinculis iſtis liberabo. Quod autem id eo pacto euenturum dubiaret, fecit ſua imbecillitas, qua nunquam poſsit fortiſsimos illos Deos ad debitum perſoluendum cogere.

Ταῦτ' ἄρ' ἀοιδὸς ἄειδε περικλυτός· αὐτὰρ Ὀδυσ. Hæc certè cantor cantabat inclytus, cæterùm Vlyſſes Oble-

Oblectabatur mente ſua audiens, atq; etiam alij
Phæaces longorum remorum nauibus inclyti uiri.
Alcinous autem Halium & Laodamantem iuſsit
Solos tripudiare, quoniam ipſis nemo contendebat.
Hi igitur poſtquã pilam pulchrã in manib. acceperunt
Purpuream, quam ipſis Polybus fecerat prudens,
Hanc alter iaciebat ad nebulas umbroſas
Flexus retrò, alter autem à terra in altum eleuatus
Facilè accipiebat anteq̃ pedes ad pauimentum uenirẽt.
At poſtquam pilæ in rectum periculum fecerunt,
Saltauerunt poſtea in terra alma
Frequenter alternantes, iuuenes aũt applaudebãt alij,
Stantes in certamine: multus autẽ ſtrepitus ortus eſt.
Iam tunc Alcinoum alloquutus eſt ſtrenuus Vlyſſes,
Alcinoe rex, omnium clariſsime populorum,
Certè pollicitus es tripudiatores eſſe optimos, (tem.
Profectò manifeſtè factũ eſt, ſtupor me habet inſpicien-
Sic dixit, lætata autem eſt ſacra uis Alcinoi,
Statim Phæacenſes amantes remos alloquutus eſt:
Audite Phæacenſium ductores ac principes,
Hoſpes mihi ualdè uidetur prudens eſſe.
Sed agite, ei demus hoſpitale munus uti decet.
Duodecim enim in populo præclari reges
Principes imperant, tertiusdecimus autem ego ipſe.
Ex his ei ueſtem ſinguli benè lotam & tunicam,
Et auri talentum ferte precioſi.
Statim autẽ omnia portemus congregati, ut in manib.
Hoſpes tenens ad cœnam ueniat lætus in animo.
Euryalus autem ſeipſum conciliet uerbis,
Et dono, quoniam nequaquam ut decuit loquutus eſt.
Sic dixit: omnes autem laudauerunt, & iuſſerunt,
Dona autem ut ferret, præmiſerunt præconem ſinguli.
Huic. a. rurſus Euryalus reſpondit, loquutusq; eſt,
Alcinoë rex omnium clariſsime populorum,
Tibi equidem hunc hoſpitem conciliabo ſicut tu iubes,
Dabo ei hunc enſem totum æreum, cui eſt manubrium
Argenteum, uagina autem nuper ſecti eboris
Circumuoluta eſt, multò autem eo dignus erit.
Sic dicens, in manib. ponit enſem argent. clauorum,
Et ipſum alloquens uerba pennata dixit,
Gaude pater ô hoſpes, uerbum ſi aliquod dictum eſt
Graue, ſtatim illuc ferant rapientes turbines.
Tibi autem dÿ uxorem uidere, & in patriam redire
Dent, quando diu ab amicis incommoda pateris.
Hunc aũt reſpondens alloquutus eſt prudens Vlyſſes,
Et tu amice ualdè gaude, dÿ autem tibi felicia dent,
Neq; amplius tibi enſis deſiderium in futurum fiat
Huius, quem iam mihi dediſti concilians uerbis.
Dixit, & circa humeros poſuit enſem argent. clauo-
Occidit aũt ſol, & huic inclyta dona adfuerunt. (rum.
Et hæc in domum Alcinoi tulerunt præcones illuſtres.
Suſcepta autem filij eximij Alcinoi,
Matrem iuxta uenerandã poſuerũt perpulchra dona.
Quibus autem imperabat ſacra uis Alcinoi,
Venientes uerò ſederunt in altis ſolijs.
Tunc Areten alloquuta eſt uis Alcinoi,
Agè mulier fer arcam pulchram, quæ optima:
Impone autem ueſtem bene lotam & tunicam.

Τέρπετ' ἐνὶ Φρεσὶν ἦσιν ἀκούων, ἠδὲ καὶ ἄλλοι
Φαίηκες δολιχήρετμοι, ναυσίκλυτοι ἄνδρες.
Ἀλκίνοος δ' Ἄλιον καὶ Λαοδάμαντα κέλευσεν
Μοῦνὰξ ὀρχήσασθαι, ἐπεὶ σφίσιν ὄτις ἔριζεν.
Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σφαῖραν καλὴν μιτὶ χερσὶν ἔλοντο
Πορφυρέην, τὴν σφιν Πόλυβος ποίησε δαίφρων,
Τὴν ἕτερος ῥίπτασκε πρὸς νέφεα σκιόεντα,
Ἴδνωθεὶς ὀπίσω. ὁ δ' ὑπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀερθεὶς,
Ῥηϊδίως μεθέλεσκε, πάρος ποσὶν ἕδας ἱκέσθαι.
Αὐτὰρ ἐπὴν † σφαίρῃ ἀνιθὺ πρήσσοντο, *γρ. σφαῖραν ἀνιθύ*
Ὀρχείσθην δὴ ἔπειτα ποτὶ χθονὶ βωλοτέρῃ
Ταρφέ' ἀμειβόμενοι· κοῦροι δ' ἐπελήκεον ἄλλοι
Ἑστῶτες κατ' ἀγῶνα· πολὺς δ' ἰαχὴ * κόμπος ὀρώρει. *γρ. δοῦπος*
Δὴ τότ' ἄρ' Ἀλκίνοον προσεφώνεε δῖος Ὀδυσεύς,
Ἀλκίνοε κρεῖον, πάντων ἀριδείκετε λαῶν,
Ἦ μὲν ἀπείλησας βητάρμονας εἶναι ἀρίστους,
Ἦ δ' ἄρ' ἐτοῖμα τέτυκτο σέθας μ' ἔχει εἰσορόωντα.
Ὣς φάτο. γήθησεν δ' ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο·
Αἶψα δ' Φαιήκεσσι φιληρέτμοισι μετηύδα,
Κέκλυτε Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
Ὃ ξεῖνος μάλα μοι δοκέει πεπυμένος εἶναι·
Ἀλλ' ἄγε οἱ δῶμεν ξεινήϊον ὡς ἐπιεικές.
Δώδεκα γὰρ κοῦροι δήμου ἀριπρεπέες βασιλῆες
Ἄρχοὶ κραίνουσι, τερσκαιδέκατος δ' ἐγὼ αὐτός·
Τῶν οἱ ἕκαστος φᾶρος ἐϋπλυνὲς ἠδὲ χιτῶνα,
Καὶ χρυσοῦ τάλαντον ἐνείκατε δημόσιον δή·
Αἶψα δὲ πάντα φέρωμεν ἀολλέες, ὄφρ' ὑπὸ χερσὶ
Ξεῖνος ἔχων, ἐπὶ δόρπον ἴῃ χαίρων ὑπὸ θυμῷ.
Εὐρύαλος δ' αὖτόν τε ἐπέεσσι
Καὶ δώρῳ, ἐπεὶ οὔτι ἔοικε κοῦρον μοῦραν ἐνισπεῖν.
Ὣς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπήνεον, ἠδ' ἐκέλευον·
Δῶρα δ' ἄρ' οἰσέμεναι πρόεσαν κήρυκα ἕκαστος.
Τὸν δ' αὖτ' Εὐρύαλος ἀπαμείβετο φώνησέν τε,
Ἀλκίνοε κρεῖον, πάντων ἀριδείκετε λαῶν,
Τοι γὰρ ἐγὼν τὸν ξεῖνον ἀρέσσομαι ὡς σὺ κελεύεις,
Δώσω οἱ τόδ' ἄορ παγχάλκεον, ᾧ ἔπι κώπη
Ἀργυρέη, κολεὸν δ' ἠνοπὶ σὺν ἐλέφαντος
Ἀμφιδεδίνηται· πολὺ δή οἱ ἄξιον ἔσται.
Ὣς εἰπὼν, ἐν χερσὶ τίθει ξίφος ἀργυρόηλον,
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Χαῖρε πάτερ ὦ ξεῖνε, ἔπος δ' εἴπερ τι βέβακται
Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροισι ἀναρπάξασαι ἄελλαι·
Σοὶ δὲ θεοὶ ἄλοχόν τ' ἰδέειν καὶ πατρίδ' ἱκέσθαι
Δοῖεν· ἐπεὶ δὴ δηθὰ φίλων ἄπο πήματα πάσχεις:
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ.
Καὶ σὺ φίλος μάλα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν·
Μηδέ τι σοι ξίφεός γε ποθὴ μετόπισθε γένοιτο
Τούτου ὃ δή μοι δῶκας ἀρεσσάμενος ἐπέεσσιν·
Ἦ ῥα, καὶ ἀμφ' ὤμοισι θέτο ξίφος ἀργυρόηλον.
Δύσετό τ' ἠέλιος, καὶ τῷ κλυτὰ δῶρα παρῆσαν.
Καὶ τὰ μὲν ἐς Ἀλκινόοιο φέρον κήρυκες ἀγαυοί·
Δεξάμενοι δ' ἄρα παῖδες ἀμύμονος Ἀλκινόοιο
Μητρὶ παρ' αἰδοίῃ ἔθεσαν πεφιδαλέα δῶρα.
Τοῖσιν δ' ἡγεμόνευε ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο·
Ἐλθόντες δ' ἑδίζοντο ἐν ὑψηλοῖσι θρόνοισι.
Δὴ ῥα τότ' Ἀρήτην προσέφη μενος Ἀλκινόοιο,
Δεῦρο γύναι, φέρε κηλὸν ἀριπρεπέ' ἤτις ἀρίστη·
Ἐν δ' αὐτῇ θὲς φᾶρος ἐϋπλυνὲς ἠδὲ χιτῶνα·

Α᾽μφὶ δὲ οἱ πυρὶ χαλκὸν ἰήνατε, θέρμετε δ᾽ ὕδωρ,
Ὄφρα λοεσσάμενός τε, ἰδών τ᾽ εὖ κείμενα πάντα
Δῶρα τά οἱ Φαίηκες ἀμύμονες ἐνθάδ᾽ ἔνεικαν,
Δαιτί τε τέρπηται καὶ ἀοιδῆς ὕμνον ἀκούων·
Καί οἱ ἐγὼ τόδε᾽ ἄλεισον ἐμὸν περικαλλὲς ὀπάσσω,
Χρύσεον, ὄφρ᾽ ἐμέθεν μεμνημένος ἠματα πάντα
Σπένδῃ ἐν μεγάρῳ Διΐ τ᾽ ἄλλοισίν τε θεοῖσιν.
Ὣς ἔφαθ᾽. Α᾽ρήτη δ᾽ μῦθον ἀμωῆσιν ἔειπεν
Α᾽μφὶ πυρὶ ῥῆσαι τρίποδα μέγαν ὀπλοτέχνας.
ἀμ. ἵστασαν Αἱ δ᾽ λοετροχόον τρίποδ᾽ † ἔσσαν ἐν πυρὶ κηλέῳ·
Ἐν δὲ ἄρ᾽ ὕδωρ ἔχυσαν, ὑπὸ δ᾽ ξύλα δαῖον ἔλυσαν.
Γάστρην μὲν τρίποδος πῦρ ἄμφεπε, θέρμετο δ᾽ ὕδωρ.
Τόφρα δ᾽ ἄρ᾽ Α᾽ρήτη ξεινῳ περικαλέα κηλὸν
Ἐξέφερεν θαλάμοιο, πιθεῖ δ᾽ ἐνὶ κάλλιμα δῶρα,
Ἐσθῆτα, χρυσόν τε, τά οἱ Φαίηκες ἔδωκαν·
Ἐν δ᾽ αὐτῇ Φᾶρός θ᾽ ἧκεν, καλόν τε χιτῶνα,
Καί μιν φωνήσασ᾽ ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Αὐτὸς νῦν ἴδε πῶμα, θοῶς δ᾽ ὑπὸ δεσμὸν ἴηλον,
Μήτις τοι καθ᾽ ὁδὸν δηλήσεται, ὁππόταν αὖτε
Εὕδηθα γλυκερὸν ὕπνον ἰὼν ἐν νηῒ μελαίνῃ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τόγ᾽ ἄκουσε πολύτλας δῖος Ὀδυσ.
Αὐτίκ᾽ ἐπήρτυε πῶμα, θοῶς δ᾽ ὑπὸ δεσμὸν ἴηλε
Ποικίλον, ὃν ποτέ μιν δέδαε Φρεσὶ πότνια Κίρκη.
Αὐτὰρ ὀθόνιον δ᾽ ἄρα μιν ταμίη λούσασθαι ἄνωγε
Ἐς ῥ᾽ ἀσαμίνθους βαίνθ᾽. ὁ δ᾽ ἄρ᾽ ἀπασάων ἴδετο θυμῷ
Θερμὰ λοέτρ᾽· ἐπεὶ οὔτι κομιζόμενός γ᾽ ἐθάμιζεν
Ἐπὶ δὴ λίπε δῶμα Καλυψοῦς ἠϋκόμοιο·
Τόφρα δέ οἱ κομιδή γε θεῷ ὡς ἔμπεδος ἦεν.
Τὸν δ᾽ ἐπεὶ οὖν δμῳαὶ λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ,
Α᾽μφὶ δὲ μιν χλαῖναν καλὴν βάλον ἠδὲ χιτῶνα,
Ἐκ ῥ᾽ ἀσαμίνθου βὰς ἀνδρας μετ᾽ οἰνοποτῆρας
Ἤϊε. Ναυσικάα δ᾽ θεῶν ἄπο κάλλος ἔχουσα
Στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν πύκα πηκτεῶνος·
Θαύμαζεν δ᾽ Ὀδυσῆα ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶσα,
Καί μιν φωνήσασ᾽ ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Χαῖρε ξεῖν᾽, ἵνα καί ποτ᾽ ἐὼν ἐν πατρίδι γαίῃ
μν. μνήσῃ * Μνήσῃ ἐμεῖο, ὅτι μοι πρώτῃ ζωάγρι᾽ ὀφέλλεις.
Τὴν δ᾽ ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ.
μν. θυγάτηρ Ναυσικάα † θύγατερ μεγαλήτορος Α᾽λκινόοιο,
Οὕτω νῦν Ζεὺς θείη ἐλεύσεται πόσις Ἥρης,
Οἶκαδέ τ᾽ ἐλθέμεναι, καὶ νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι.
Τῷ κεν τοι κἀκεῖθι θεῷ ὡς εὐχετοώμην
Αἰεὶ ἤματα πάντα. σὺ γάρ μ᾽ ἐβιώσαο κούρη.

Circa ignem.a.lebetẽ calefacite,calefacite.a.aquam,
Vt lotus uidensq́ bene posita omnia
Dona,quæ ei Phæaces eximij huc tulerunt.
Et conuiuio oblectetur,& cantilenæ laudem audiens.
Atq́ ei ego hoc poculum meum pulchrum præbebo
Aureum,ut mei memor diebus omnibus
Libet domi suæ,Iouiq́ aliisq́ diis.
Sic ait,Arete autem ancillis loquuta est,
Vt circa ignẽ locent lebetẽ magnum quàm celerrimè.
Hæ.a.lauacralem lebetem locarunt ad ignẽ ardentem:
Aquã.v.infuderũt,subt°. a. ardere faciebãt accipiẽtes:
Aluũ qdẽ tripodis ignis circũdedit,calefiebat.a. aqua.
Interea uerò Arete hospiti pulchram cistam
Extulit è thalamo,imposuit uerò pulchra dona,
Vestem,aurumq́,quæ ei Phæaces dederant.
Ipsa uerò indusium posuit,pulchramq́ tunicam,
Et ipsum alloquuta uerba uolatilia dixit,
Ipse tunc uide de operculo.statim.v.uinculũ circũliga
Ne quis tibi in itinere damnum afferat,cùm fortè
Dormieris dulcem somnum profectus in naue nigra.
Cæterùm postquã hoc audiuit prudens diuus Vlysses,
Statim aptauit operculum.celeriter.a. uinculũ ligauit
Varium,quod olim docuit ingenio ueneranda Circe.
E uestigio autem ipsum ancilla lauari iussit,
In lauacrũ ubi cõscẽdisset, ille uerò libẽter uidit animo
Calida lauacra,quoniã neutiq́ curatusq́ frequentaret,
Ex quo reliquit domum Calypsus pulchricoma.
Interea ei cura tanquam deo perpetua erat.
Hunc postquam ancillæ lauarunt & unxerunt oleo,
Circa ipsum chlænam pulchram iecerunt atq́ tunicã,
Ex labro egressus uiros ad uini potatores
Ibat.Nausicaa autem à dijs pulchritudinem habens,
Stetit iuxta postes tecti pulchrè fabricati.
Admirata autem est Vlyssem oculis aspiciens,
Et ipsum alloquuta uerba alata dicebat,
Salue hospes ut etiam olim cùm eris in patria terra,
Memor mei quòd mihi uitæ cõseruatæ mercedẽ debes.
Hanc mutuis dictis alloquutus est uersutus Vlysses,
Nausicaa filia magnanimi Alcinoi,
Sic nunc Iupiter faciat ualdè sonans maritus Iunonis,
Domum uenire & reditus diem uidere.
Certè tibi etiam illic uelut deo uota faciam
Semper diebus omnibus:tu enim me seruasti puella.

COMMENTARIVS.

μετὰ ξ ὀρχήσασθαι)Intelligo absoluta illa Demodoci cantilena,ad quam alij mixtim Phæacenses saltabãt, iussisse Alcinoum, ut hi duo Halius & Laodamas per se soli & sine cantu saltarent.Illi tamen præmittunt pilæ ludum, quem cœlestem appellat Pollux lib. 9.ut iam obseruauit Giphanius.Hunc ludum autem aliquod saltationis genus fuisse dicit Eustathius.

ἦ μὲν ἀπάλησας)Hoc solùm laude dignum in Phæacensium certaminibus obseruauit.nam in cæteris præstantiorem se illis existimabat.Ea autem solemus extollere,quæ à nobis minus præstari possunt. Minus autem saltationis peritus fuisse Vlysses uidetur, aut saltem propter nauigationis laborem ad eam minus in præsentia aptus,ut ipsemet antea dicebat.Vel hanc postremam partem tantùm admiratus est,quòd soleant in omnibus ferè rebus nouissimæ magis afficere spectantes.Non decuit autem eum aliqua parte non laudatis Phæacibus discedere,ut ipsis tantum gratularetur,ac testaretur non omninò iniucundam sibi fuisse hanc certaminum exhibitionem. Quo etiam percepto gauisuri essent ipsi Phæaces, ut qui non frustrà in oblectando hospite operam collocassent. Itaque statim subiungit, ὡς φάτο. Γήθησεν δ᾽ ἱερὸν μένος Α᾽λκινόοιο, nimirum quòd aliquod ab hospite intelligeret approbatum. Perijsse enim beneficia putamus,nisi illa ei cui fiunt,placere cognoscamus, alioqui non leuis lætitia in beneficium redundare soleat.

δῶρα ξεινήϊον)Iam aliquoties obseruauimus hunc ueterum morem,dari solita munera hospitalia,quæ Xenia appellantur,peregrinis ab ipsis hospitibus excipientibus:nunc dicam uarij fuisse illa generis. nam aliquando pocula aurea uel argẽtea,aliquando currus & equi,aliquando baltheus,aliquando ensis,aliquando uestes donabãtur:hîc uestes,auri talenta, & ensem accipit à Phæacibus Vlysses.Reperio tamen alibi solita donari edulia,idq́; apud Apuleiũ Asini aurei lib.2.cuius hæc sunt uerba:Cõmodùm,inquit,meridies accesserat,& mittit mihi Byrrhena xeniola,porcum optimum & quinque gallinulas,& uini cadum in ætate preciosi,&c.Vbi Philippus Beroaldus doctissimus eius authoris illustrator,Morem,inquit,fignat priscorum,qui hospitibus múnera esculenta missitabant,quæ Xenia,id est,hospitalia appellauerunt.Nam,ut author est Vitruuius in sexto,cùm fuerint Græci delicatiores & à fortuna opulentiores,hospitibus aduenientibus instruebant cubicula & triclinia,& cum penu cellas, primoque die ad cœnam inuitabant:postero mittebant pullos,oua,olera,poma,reliquasq́; res agrestes,quæ xenia ab hospitibus appellabantur.

χαῖρε

χαῖρε πάτερ ὦ ξεῖνε)In reconciliatione amicorum id æquum eſt obſeruari, ut qui primus facta iniuria amicitiam labefactauit, eam quoque primus reſarciat. Quod hic Euryalus ingenuè facit. Agnouerat enim ex præcedentibus, temerè ſe & incõſultè tam proteruè & petulanter hoſpiti, cuius uirtutes perſpectas non habebat, inſultaſſe. Atqui dixeris, hoc ipſo iuſtiùs poterat ignotum uirum laceſſere: grauius enim futurum, ſi notum contempſiſſet. Immò, inquam, eò minus debuit illi eſſe iniurioſus; quòd eum nondũ nouſſet. Modeſtiæ enim eſt, de eo quem nondum reipſa noris, bene ſentire: quem autem fortem noris, ignauum appellare & contumeliæ & calumniæ non tolerandæ. Hanc ergo partem τῦ κρίνοντος optimè ſeruat Euryalus, ingenuèq; fatetur, ſe quicquid graue aut moleſtum in Vlyſſem pronunciauit, pro irrito haberi uelle, teſtemque humani & manſueti erga illum animi precioſum enſem illi obtulit, tum omnia fauſta imprecatur.

μηδέ σε τοι ξίφος)Quaſi dicat: Vtinam te Deus ſic felicitet & fortunet, ut nunquam huius enſis, quo me donas, penuria labores. Solent enim miſeri homines, qui dum proſperiorem uitam uiuerent, ſua in alijs locupletandis profuderunt: tum demùm, cum anguſtia rei familiaris opprimuntur, ea ſibi exoptare, quæ aliàs liberaliter & magnificè in munera (de his tãtùm loquor, quia ad rem præſentem attinent) conſumpſerunt.

μητρὶ πάρ' αὐδὴν. Cur hæc prope Areten collocentur, ratio uideri poteſt, quòd non ſolùm ab illa iuſſu Alcinoi quædam alia ſuperadijcienda illis erant, ſed etiam ciſta includenda, quod ipſa in ſequentibus exequitur.

κῆ οἱ ἐγὼ τόσ' ἄλεισα)Vt Alcinous cæteros Reges dignitate antecellebat, ſic etiam muneris hoſpitalis præſtantia illis eſt ſuperior. Illi enim ueſtes & talenta auri, hic poculum ad libationes, qui finis muneri etiam maiorem conciliat præſtantiam. Neque tamen ueſtes prætermiſit: nam paulò pòſt Arete, εὖ χυλῷ φᾶρος θῆκεν καλόν τε χιτῶνα. Idem conuiuia exhibuit, certamina, & hoſpitium: unde facilè iudicari poteſt, quàm ille meliùs de Vlyſſe ſit meritus.

ἧκεν δ' ἐπὶ δεσμὸν ἰκέσθαι) Obſeruandus eſt hic mos antiquorum ciſtas uinculis muniendi, quod poſteà clauibus fieri ſolitum eſt ex Laconum inuentione, ut tradunt. Hoc autem Vlyſsis uinculum uulgarium ſecuritatem exceſsit. ideò dicitur illud à Circe accepiſſe. Vnde monet hoc loco Euſtathius, poſſe prouerbialiter uſurpari, ὀδυσσέως δεσμόν, Vlyſsis uinculum: de rebus diligenter & tutò obſeratis, ἐπὶ τῶν ἀσφαλῶς φρουρουμένων. Et hoc in ſua Adagia retulit Adrianus Iunius.

ἦ ὥς)Neſcio an à multis animaduerſum ſit, animaduerti tamen maximè iubeo, quàm longè ab Epicureorum ſententia diſsideat Homerus noſter, ſtatuentium Deum in cœlis ocioſum, uitaque tranquilla perfruentem. Quod à ſanis Philoſophis ſatis ſuperque confutatum eſt, & hoc ipſum Poeta noſter proculdubiò præſtiturus foret, ſi reſumpta uita priſtina hæc monſtra horrenda conſpiceret. Id ergo nos ex ipſius uerbis, quandoquidem uiua illius uoce deſtituimur, præſtemus. Vlyſſem curis & ſollicitudinibus uarijs animo agitatum, cui comparat? Deo nimirum, cuius naturæ omnino repugnat, deſidioſum eſſe. Ille agit perpetuò, feriaturq; nunquam more iſtorum bipedum porcorum, quibus ſumma felicitas in uoluptate & inertia poſita eſt. Ille curas ſubinde uarias, immò infinitas cogitatione uerſat, quibus generis humani conſeruationi diligenter proſpicit. Quid uerò, dicat aliquis, forſan ex eodem porcorum grege, Tu nobis uerſatilem quendam & mobilem Deum fingis, cui nulla quies, nulla ſtatio, nullus laborandi finis. Demus, ab illo mundum hunc regi: at ſi talis eſt, qualem uos uultis, nónne iam inde ab æterno omnia habet præſentia, quæ ille diſpoſuit & ordinauit? ecquid opus eſt eum ita ſubinde curis torqueri? Reſpondeo, nos nullum alium Deum imaginari, quàm qui ab æterno & ante ſæcula extitit. Iam cùm unus & idẽ ſit, mutari nullo modo poteſt: quod proculdubio accideret, ſi curæ in illo quieſcerent. Nam ſiqui ab initio eos habuit, nunc uerò non habeat: iam Deus non eſt, ut qui mutationi ſit obnoxius. Quod enim in illo ſemel fuit, ſemper eſt & erit: alioqui non æterna eſſent omnia in Deo, neque ipſe Deus eſſet æternus. Rectè igitur Homerus qui eum in perpetua cura & ſollicitudine conſtituit. Quod tamen non eſt intelligendum ut eum adeò torqueri aut cruciari oporteat, ſed non poſſumus alio modo diuina myſteria quàm humanis uocabulis exprimere adeò infans eſt, de Deo mortalitas.

ζωάγρι' ὀφέλλειε)Beneficiorum commemoratio, inquiunt, eorundem eſt exprobratio. Exiſtimo tamen hìc non exprobrandi gratia beneficium ſuum Nauſicaam Vlyſsi commemorare, ſed ut ſe Vlyſsi hoc nomine commendaret, perpetuamque ſui memoriam apud eum impetraret. Ita enim à natura ſumus informati, ut beneficia noſtra collata perire aut obliuione obrui nolimus, nihilque ferè grauiore aut iniquiore animo ferimus, quàm ἀχαριστίαν, quæ in eorum ſepulta memoria oſtenditur. Deinde neſcio quo modo bene in Vlyſſem erat affecta Nauſicaa, ut quem ſibi pro marito exoptarit.

ἦ ὥς)An impiè hoc ab Vlyſſe dictum ſit, quiſpiam fortaſſe quærat? Ego uerò reſpondebo Vlyſſem comparatiuè tantùm loqui, non eſſentialiter: hoc eſt, ut Nauſicaam uerè & reipſa Deam ſit exiſtimaturus, ſed quemadmodum Deo uitam noſtrã primùm acceptam referimus, & ideò ipſi gratias agere ſolemus: ſic ſe etiam ipſi Nauſicæ, ut alteri cuidam Deo, perpetuas habiturum gratias, ut à qua ſit ſeruatus, & quaſi noua uita donatus. Mortis enim liberari periculo, eſt quaſi alteram uitam accipere: à quo autem id factum ſit nihil aliud dicas, quàm te illi teipſum acceptum referre: quanquam hoc eſt inſtrumẽtis dare, quod Deo authori competit. Proinde nos cùm ita loquimur, altius eſt animus attollendus, & Deo omnia tribuenda, cum ſecundarum etiam tamen cauſarum aliqua reuerentia.

Dixit, & in thronũ ſedit ad Alcinoum regem.
Hi uerò iam partes diuidebant, miſcebantq; uinum:
Præco uerò propè uenit ducens amabilem cantorem
Demodocum populo uenerandum, collocauit. a. ipſum
In medio conuiuantiũ, ad columnã longã firmando eũ.
Iam tum præconem alloquutus eſt uerſutus Vlyſſes,
A tergo proſcindens, multum enim ſupererat
Albidentis ſuis, multa autem erat circum pinguedo,
Præco, accipe hanc præbe carnem ut comedat
Demodoco, & ipſum complectar tametſi triſtis.
Omnibus enim hominibus terreſtribus muſici
Honore digni ſunt, & reuerentia, eo quòd ipſos
Cantum muſa docuit, amat autem genus cantorum.
Sic ait, præco autem ferens in manibus poſuit
Heroi Demodoco, ille ſuſcepit, gaudebat. a. animo,
Illi uerò ad fercula apparata, ppoſita manus extẽderũt.
Cæterùm poſtquam potu & cibo ſaturati ſunt,
Iam tum Demodocum alloquutus eſt uerſutus Vlyſſes,
Demodoce, longè te ſupra mortales laudo omnes,
Siue te Muſa docuerit Iouis filia, ſiue Apollo.
Valdè enim ornatè ut eſt Græcorum fatum canis,
Quãta fecerint paſsiq; ſunt, et quata laborarũt Graci:
Tanquã alicubi ſiue tu ipſe pſens aut ab alio audieris.

Ἦ ῥα, καὶ ἐς θρόνον ἷζε παρ' Ἀλκίνοον βασιλῆα.
Οἱ δ' ἤδη μοίρας τ' εἶρεμον, κερόωντό τε οἶνον·
Κῆρυξ δ' ἐγγύθεν ἦλθεν, ἄγων ἐρίηρον ἀοιδὸν
Δημόδοκον, λαοῖσι τετιμένον· εἷσε δ' ἄρ' αὐτὸν
Μεσσῳ δαιτυμόνων, πρὸς κίονα μακρὸν ἐρείσας.
Δὴ τότε κηρυκα προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς,
Νώτου ἀπαρξάμενος· θὶ ἔνι πλεῖον ἐλέλειπτο
Ἀργιόδοντος ὑός, θαλερῇ δ' ἐπὶ λιπὸς ἀμφὶς ἀλοιφή·
Κῆρυξ, τῇ δὴ τοῦτο πορὲ κρέας ὀφρα φάγησι,
Δημοδόκῳ, καί μιν προσπτύξομαι ἀχνύμενός περ.
Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ὅσοι χθονίοισιν ἀοιδοὶ
Τιμῆς ἔμμοροί εἰσι καὶ αἰδοῦς, οὕνεκ' ἄρα σφέας
Οἶμας μοῦσ' ἐδίδαξε φίλησε δ' φῦλον ἀοιδῶν.
Ὣς ἄρ' ἔφη· κῆρυξ δ' ἔρον ἐν χερσὶν ἔθηκεν
Ἥρωϊ Δημοδόκῳ. ὁ δ' ἐδέξατο χαίρε δ' θυμῷ.
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον εἶτο,
Δὴ τότε Δημόδοκον προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς,
Δημόδοκ', ἔξοχα δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἀπαντων,
Ἦ σέ γε Μοῦσ' ἐδίδαξε Διὸς παῖς, ἢ σέ γ' Ἀπόλλων.
Λίην γὰρ κατὰ κόσμον Ἀχαιῶν οἶτον ἀείδεις,
Ὅσσ' ἔρξαν τ' ἔπαθον τε, ἕ ὅσσ' ἐμόγησαν Ἀχαιοί·
Ὥς τέ που ἢ * αὐτὸς παρεὼν, ἢ ἄλλου ἀκούσας.

κ. αὐτὸς παρεών

Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον,
Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ,
Ὅν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν δόλον ἦγε δῖος Ὀδυσεύς,
χ. οἱ ἡ Ἀνδρῶν ἐμπλήσας † ὃι Ἴλιον ἐξαλάπαξαν.
Αἴκεν δή μοι ταῦτα κατὰ μοῖραν καταλέξῃς,
Αὐτίκ' ἐγὼ πᾶσιν μυθήσομαι ἀνθρώποισιν,
Ὡς ἄρα τοι πρόφρων θεὸς ὤπασε θέσπιν ἀοιδήν.
Ὣς φάθ'. ὁ δ' ὁρμηθεὶς θεοῦ ἤρχετο, φαῖνε δ' ἀοιδήν,
Ἔνθεν ἑλών, ὡς οἱ μὲν ἐϋσταλμων ἐπὶ νηῶν
Βαίνῃς ἀπέπλειον, πῦρ ἐν κλισίῃσι βαλόντες
Ἀργεῖοι· τοὶ δ' ἤδη ἀχαιλυτὸν ἀμφ' Ὀδυσῆα
Εἵατ' ἐνὶ Τρώων ἀγορῇ κεκαλυμμένοι ἵππῳ·
Αὐτοὶ γάρ μιν Τρῶες ἐς ἀκρόπολιν ἐρύσαντο.
Ὣς ὁ μὲν εἰσήκει· τοὶ δ' ἄκρητα πόλλ' ἀγόρευον
Ἥμενοι ἀμφ' αὐτόν· τρίχα δὲ σφίσιν ἴδδανε βουλή,
Ἢ διατμῆξαι κοίλον δόρυ νηλεῖ χαλκῷ,
χ. ἐπ' ἄκρης Ἢ κὰτ πετράων βαλέειν ἐρύσαντας † ἐπ' ἄκρας,
Ἢ ἐάαν μέγ' ἄγαλμα θεῶν θελκτήριον εἶναι,
Τῇ περ δὴ καὶ ἔπειτα τελευτήσεσθαι ἔμελλεν.
Αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι, ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ
Δουράτεον μέγαν ἵππον, ὅθ' εἵατο πάντες ἄριστοι
Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες.
Ἤειδεν δ' ὡς ἄστυ διέπραθον υἷες Ἀχαιῶν
Ἱππόθεν ἐκχύμενοι, κοίλον λόχον ἐκπεφυκότες.
Ἄλλον δ' ἄλλῃ ἄειδε πόλιν κειρᾳίζεμεν αἰπήν·
Αὐτὰρ Ὀδυσῆα περὶ δώματα Δηϊφόβοιο
Βήμεναι ἠΰτ' Ἄρηα, σὺν αὐτιθέῳ Μενελάῳ.
Κεῖθι δὴ αἰνότατον πόλεμον φάτο τολμήσαντα,
Νικῆσαί τε καὶ ἔπραθε μεγάθυμον Ἀθήνῃ.
Ταῦτ' ἄρ' ἀοιδὸς ἄειδε περικλυτός· αὐτὰρ Ὀδυσεὺς
Τήκετο· δάκρυ δ' ἑδδυσι ὑπὸ βλεφάροισι παρειάς.
Ὡς δὲ γυνὴ κλαίῃσι φίλον πόσιν ἀμφιπεσοῦσα,
χ. περὶ- Ὅς τε ἑῆς * περόωσι πόλιος λαῶν τε πίσῃσιν,
ρῳτε Ἀστεϊ καὶ τεκέεσσιν ἀμυνέων νηλεὲς ἦμαρ·
Ἣ μὲν τὸν θνήσκοντα καὶ ἀσπαίροντ' ἐσιδοῦσα,
Ἀμφ' αὐτῷ χυμένη λίγα κωκύει· οἱ δέ τ' ὄπισθεν
Κόπτοντες δούρεσσι μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμους,
Εἴρερον εἰσανάγουσι πόνον τ' ἐχέμεν καὶ ὀιζύν.
Τῆς δ' ἐλεεινοτάτῳ ἄχεϊ φθινύθουσι παρειαί.
Ὡς Ὀδυσεὺς ἐλεεινὸν ὑπ' ὀφρύσι δάκρυον εἶβεν.
Ἔνθ' ἄλλους μὲν πάντας ἐλάνθανε δάκρυα λείβων,
Ἀλκίνοος δέ μιν οἶος ἐπιφραδέως ἤδ' ἐνόησεν,
Ἥμενος ἄγχ' αὐτοῦ, βαρὺ γὰρ στενάχοντος ἄκουσεν·
Αἶψα δ' Φαήκεσσι φιληρέτμοισι μετηύδα,
Κέκλυτε Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
Δημόδοκος δ' ἤδη φορμίζετω· φόρμιγγα λιγαίνει
Οὐ γάρ πως πάντεσσι χαριζόμενος τάδ' ἀείδει.
χ. δὲ Ἐξ οὗ δὴ δόρπου τε καὶ ὧρορε * δῖος ἀοιδός,
Ἐκ τοῦδ' οὔτω παύσατ' ὀιζυροῖο γόοιο
Ὁ ξεῖνος· μάλα πολλὰ πολὺν μὲν ἄχος φρεσὶν ἀμφιβέβηκεν.
Ἀλλ' ἄγε, ὁ μὲν ἀχέτω, ἵν' ὁμῶς πρόπαντα πάντες,
Ξεινοδόκοι καὶ ξεῖνος· ἐπεὶ πολὺ κάλλιον οὕτω.
Εἵνεκα γὰρ ξείνοιο τάδ' αἰδοίοιο τέτυκται,
Πομπή καὶ φίλα δῶρα, τά οἱ δίδομεν φιλέοντες.
Ἀνὴρ κασιγνήτῳ ξείνος θ' ἱκέτης τε τέτυκται
Ἀνέρι ὅστις ὀλίγον περ ὀπιπεύει πραπίδεσσι.
Τῷ νῦν μηδὲ σὺ κεῦθε νοήμασι κερδαλέοισιν,
Ὅ, τί κέ σ' εἴρωμαι· φάσθαι δέ σε κάλλιόν ἐστιν.

Sed certè perge & equi apparatum canta
Ligneĭ, quem Epeus fecit auxilio Palladis,
Quem quondam in arcem dolum duxit diuus Vlyſſes,
Viris ubi impleuiſſet, qui Ilium euerterunt.
Siquidem mihi hæc eleganter enarraueris,
Tum ego omnibus pronunciabo hominibus,
Vt certè tibi benignus deus prabuit diuinã cantilenã.
Sic ait, ille concitatus à deo cœpit, apparabat cãtilenã
Inde exorſus, quo pacto illi quidẽ benè tabulatis nauib.
Conſcenſis enauigarunt igne in tentoria iniecto:
Græci alĭ uerò iam inclytum apud Vlyſſem
Sedebant in Troianorum foro abſconſi equo.
Ipſi enim eum Troiani in arcem protraxerunt.
Vt ille quidẽ in arce cõſtitit, illi iudicia multa pferebãt
Sedentes circa ipſum: trifariam. a. ipſis placuit cõſiliũ,
Aut perſcindere cauum lignum ſæuo ferro,
Aut de rupe deĭcere protractum in ſummitatem,
Aut ſinere ingẽs ſimulacrũ deorũ placamentum eſſe.
Quæ utiq; ſententia etiam poſtea ut fieret futurũ erat.
Fatale enim erat perire, poſtquam urbs intra ſe recepit
Ligneũ, ingentem equũ, ubi ſedebant omnes optimates
Græcorum, Troianis cædem & mortem afferentes.
Cecinit etiam ut urbem depopulati ſunt ſilĭ Græcorũ
Ex equo effuſi, cauis inſidĭis relictis:
Aliũ. a. alibi cecinit urbem depopulatum eſſe excelſam.
Cæterùm Vlyſſem ad domum Deiphobi
Conſcendiſſe, tanquam Martem, cum eximio Menelao.
Illic iam grauiſſimum bellum dicebat auſum fuiſſe.
Viciſſe etiam continuò per magnanimam Palladem.
Hæc certè cantor cecinit eximius, cæterùm Vlyſſes
Tabeſcebat, lacrymis irrigabat ſub palpebris genas,
Vt fœmina flet dilectum uirum circumuoluta,
Quiſuam ante urbem populumq; ceciderit
Vrbi & liberis uindicans ſæuum fatum.
Siue illũ morientem & adhuc palpitantem conſpicata,
Super illum fuſa querendum ululat, illi uerò retrò
Cedentes, haſtis tergum atq; etiam humeros
Seruitutem inducunt, laboremq; & calamitatem,
Huius miſerabiliſſimo labore tabeſcunt gena.
Sic Vlyſſes miſerabiles ſub palpebris lacrymas ſtillabat.
Tunc alios quidẽ omnes latuit lacrymas fundens.
Alcinous autẽ ipſum ſolus conſiderauit atq; cognouit,
Sedens prope ipſum, uehemẽter. a. ingemiſcentẽ audit.
Statim autem Phæacibus nauigandi peritis dicebat.
Audite Phæacum principes atq; conſiliarĭ,
Demodocus iam cohibeat citharam ſonoram,
Non enim fortaſſis omnibus gratificans hæc cantat:
Ex quo cœnauimus q; & cœpit diuinus cantor,
Ex hoc nunquam ceſſauit ab æruminoſo luctu
Hic hoſpes, ualdè fortaſſis ipſum dolor mẽte circũdedit.
Sed agè ille quidem ceſſet ut ſimul oblectemur omnes
Hoſpitio ſuſcipiẽtes hoſpesq;, quoniã multò honeſtũ eſt.
Nam ob hoſpitem hæc uenerandum parata ſunt.
Celebritas & amica dona, quæ illi dedimus amantes,
Pro fratre & hoſpes & ſupplex eſt factus
Viro qui etiam paululùm attingit mente,
Ideoq; nunc ne tu cela ingenio uafro,
Quodcunq; interrogauero, dicere autem te honeſtũ eſt.

Dic

Dic nomine quo te illic uocabant materq́ paterq́,
Alijq́ in urbe tua et q circum nos habitabant uicini:
Non enim quisquã omninò absq́ nomine est hominũ,
Neq́ ignauus, neq́ eximius, post quã primum natus sit.
Sed omnib. imponuntur simulatq́ genuerint parẽtes.
Dic etiam mihi terramq́ tuam populumq́ urbemq́,
Vt te illuc mittant obseruantes mentibus naues.
Non enim Phæacibus gubernatores sunt,
Neq́ ullo pacto gubernacula sunt q̃ aliæ naues habẽt,
Sed ipsæ sciunt propositum & mentem uirorum,
Et omnium sciunt urbes & pingues agros
Hominum: & undas celerrimè maris tranant,
Caligine & nebulis obtectæ, neq́ unquam ipsis
Neq́ aliqua parte offendere accidit timore uel perire:
Sed hoc sic quondam patrem ego dicentem audiui,
Nausithoum, qui dicebat Neptunum succensere
Nobis, quòd ductores illæsi sumus omnium.
Dicebat aliquãdo Phæacum uirorũ benè cõpactã nauẽ
Ex deductione redeuntem in obscuro ponto
Periturũ esse, ingẽtẽ. a. nobis montẽ urbi circũtecturũ.
Sic dicebat senex, ea uerò deus uel perficere potest,
Vel imperfecta esse poterũt, ut illi placidũ est in animo.
Sed agè mihi dic hoc & uerè enarra,
Vbinã aberraueris, & ad quámnã perueneris regionem
Hominum, ad ipsosq́ urbesq́ benè habitatas,
Siue quot molestiq́ & agrestes, neq́ iusti,
Quiq́ hospitales, & quibus mens est deo placens:
Dic quidnam fleueris & duxeris intra animum,
Argiuorum Græcorum atq́ Ilij fatum audiens.
Hoc. a. dij quidẽ fecerunt, destinarunt autem excidium
Hominibus omnibus ut sit & posteris cantilena.
An aliquis tibi cognatus peryt ante Ilium,
Qui eximius erat gener aut socer, qui potissimùm
Cura sint post sanguinem & genus nostrum,
An aliquis fortasse socius uir grata sciens
Eximius, quoniam non sanè fratre inferior
Est, qui cum sit socius, prudentia scierit.

Εἶτ' ὄνομ' ὅ, τι σε κεῖθι κάλεον μήτηρ τε πατήρ τε,
Ἄλλοι θ' οἱ κατὰ ἄστυ καὶ οἱ τρεσαιπέπουσι.
Οὐ μὲν γάρ τις πάμπαν ἀνώνυμος ἔστ' ἀνθρώπων,
Οὐ κακὸς, οὐδ' ἀγαθὸς, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται·
Ἀλλ' ἅπτι πᾶσι τίθενται, ἐπεί κε τέκωσι, τοκῆες.
Εἰπὲ δέ μοι γαῖάν τε τὴν σὴν δῆμόν τε πόλιν τε·
Ὄφρά σε τῇ πέμπωσι τιτυσκόμεσθα φρεσὶ νῆες.
Οὐ γὰρ Φαιήκεσσι κυβερνητῆρες ἔασιν,
Οὐδέ τι πηδάλι' ἐστὶ τά' ἄλλαι νῆες ἔχουσιν·
Ἀλλ' αὐταὶ ἴσασι νοήματα καὶ φρένας ἀνδρῶν.
Καὶ πάντων ἴσασι πόλιας καὶ πίονας ἀγρούς
Ἀνθρώπων· καὶ λαῖτμα τάχιστ' ἁλὸς εἰσπερόωσι,
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμέναι· οὐδέ ποτ' ἔφην
Οὔτε τι πημανθῆναι ἔπος οὐδ' ἀποτέσθαι.
Ἀλλὰ τάδ' ὥς ποτε πατρὸς ἐγὼ εἰπόντος ἄκουσα
Ναυσιθόου, ὃς ἔφασκε Ποσειδάων ἀγανάσασθαι
Ἡμῖν οὕνεκα πομπαὶ ἀπήμονες εἰμὲν ἁπάντων·
Φῆ ποτε Φαιήκων ἀνδρῶν θοὸν ἐρχόμενον νῆα
Εἰσαμένους ἀνιέναι ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ
Καὶ μιν σῶσαι μέλλειν ὄρεϊ πόλει ἀμφικαλύψειν.
Ὣς ἀγόρευ' ὁ γέρων. τὰ δέ κεν θεὸς ἢ τελέσειε,
Ἢ κ' ἀτέλεστ' εἴη, ὥς οἱ φίλον ἐστὶ θυμῷ.
Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ, καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Ὅππη ἀπεπλάγχθης τε, καὶ ἄς ἵκεο χθόνας ἀνθρώπων· αὐτούς τε, πόλεις τ' εὖ ναιεταούσας.
Ἦ μὲν ὅσοι χαλεποί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι·
Οἵτε φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής.
Εἰπὲ δέ μοι, ὅ τι κλαίεις καὶ ὀδύρεαι κῆδος θυμῷ
Ἀργείων Δαναῶν ἠδ' Ἰλίου οἴτον ἀκούων.
Τὸν μὲν θεοὶ πύσαν, ἐπικλώσαντο δ' ὄλεθρον
† Ἀνθρώποις, ἵνα ἦσι καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδή.
Ἦ τίς τοι καὶ πρὸς * ἀπώλετο Ἰλιόθι πρὸ
Ἐσθλὸς ἐὼν γαμβρὸς ἢ πενθερός, οἵ τε μάλιστα
Κήδιοι πέλεθροι μετ' αὐτόν τε καὶ γόνον † αὐτῶν.
* Ἦ τις καὶ ἑταῖρος αὐὴρ κεχαρισμένα εἰδὼς
Ἐσθλὸς ἑπεὶ οὐ μείω γε κασιγνήτοιο χερείων
Γίνεται ὅς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ.

χρ. αὐτερόπτοσι ἅπασι, καὶ ἐσσ. ἀοιδῶν. χρ. ἀπίφθιτο. χρ. ἀνδρῶν χρ. ἢ πρὸ καὶ ἐστ.

COMMENTARIVS.

πᾶσι γὰρ αὐθρώποισι) De Musica aliàs dictum est, & olim dicetur in Athenæo.

λίην γὰρ κατὰ κόσμον) Verisimile est Demodocum multa quæ ad Troianum bellum pertinebant cecinisse, cùm ipsius Vlyssis & Achillis contentionem exponeret, alioqui frustrà eum adeò laudaret Vlysses eo nomine, quòd labores Græcorum uerè & decenter cecinerit. Sed in illis commemorandis noluit Poeta immorari euitandæ prolixitatis gratiâ, ut quod iam in Iliade præstiterit: hîc ergo illius παρεγκωμιάζειν tantùm refert, ut quod sequitur de equo Durio. De illo autem nos suprà lib. 4. satis diximus. Postulauit autem Vlysses à Demodoco, ut illum caneret: quia ibi laudes suas contineri intelligebat, cum ipse dolum illum excogitarit. Deinde hic est Poetæ modus, ut Vlyssem suum Phæacibus etiam patefaciat, antequàm ab illis in patriam discedat. Facit ergo ut audita illa cantilena, in lacrymas Vlysses eruperit: quo uiso occasionem silentium cantori imponendi, & Vlyssem ipsum quisnam sit, interrogandi Alcinous arripiet, tum ille sequenti libro rem totam copiosissimè illi exponet cum longa peregrinationis & laborum suorum narratione.

ἢ ὃ μνηστήσας) Aeneas apud Virgilium quadruplex consilium fuisse dicit his uerbis:

Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ,
Et molem mirantur equi: primusq́ Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari:
Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.
At Capys, & quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaum insidias suspectaq́ dona
Præcipitare iubent, subiectisue urere flammis:
Aut terebrare cauas, uteri & tentare latebras:
Scinditur incertum studia in contraria uulgus.

αἶσα γὰρ λῶ ἁλιάσθαι) Nihil potest hominum prudentia aut rectum consilium, ubi Deus aliud fieri statuit.

αὐτὰρ ὀδυσσῆα) Cæterorũ Græcorum facta non commemorat, unius autem Vlyssis meminit, quòd ita uidelicet à Musa impelleretur, ut etiam antea cum eius contentionem cum Achille caneret.

ὡς δὲ γυνὴ) Hæc comparatio ad significandum Vlyssis luctum tantùm assumpta est, & tota uis est in illis uerbis, τῆς δ' ἐλεεινότερον ἄχεϊ φθινύθουσι παρειαί.

οἱ δ' ἐπαφρόντο) Sic anteà etiam solus lugentem Vlyssem obseruabat Alcinous, unde colligere est, remotos ab aliis eos fuisse, aut eminentiore loco, aut quod propter uicinitatem (ad latus enim Alcinoi consedisse Vlyssem puto) id facilius fuerit Alcinoo uidere.

Δημόδοκος δ' ἀδὴν) Cùm ad exhilarandum hospitem celebraret hoc conuiuium Alcinous, uideret autem è contrario ad Musici cantilenas eum tristari, iubet Demodocum quiescere, ne uideatur de industria & sponte hoc pati, ac ex luctu & dolore hospitis uoluptatem capere.

κατὰ κασιγνήτου) Quasi dicat: Oportet nos hospitis rationem habere non mediocrem, non quòd simpliciter hospes sit, sed quia sub hac hospitis appellatione latet maius amicitiæ uinculum, quàm prima fronte existimari possit. Ego enim in fratris loco eum de-

putari ab omni cordato uiro arbitror, qui se ei hospitem & supplicem fecerit.

ἐς γὰρ Φαίηκιαν) Mira est hoc loco περιτλογία, qua mentem & intellectum suis nauibus rex Phæacensis tribuit, quæ nauigantium institutum & omnium urbes & agros cognoscant. Quod ego attonitus audio, sed aut falsa est Alcinoi iactantia, aut res quæ illis fieculis non absurda cēseretur, siquidem ipsas quercus audire finxerint, & ferè res omnes brutas animauerint. Sic nauis Argo malum loquacem ex Dodonæa quercu habuisse dicitur. Quod tamen dicit Phæacensibus nauibus nullos esse gubernatores, nulla gubernacula: uidetur contrarium esse illis quæ anteà dicta sunt, ubi iuuenes duo & quinquaginta eliguntur ad nauem, quam in Vlyssis discessum instrui iubebat Alcinous. Ijdem eam malo, uelis & remis instruunt. Proinde uidetur hic Alcinous mendacij & uanitatis crimine obligari, dum sua peregrino homini nimium iactitat.

ὥσπερ ἀπιτολάχθης) Qui interrogant apud Homerum, solent aceruum quæstionū cumulare, ut copiosius fit interrogato respondendi argumentum. Id facit etiam hoc loco Alcinous. Tria enim potissimùm quærit ab Vlysse, ubi gentium errauerit: deinde quales ad populos peruenerit, tertiò cur ad cantilenas Demodoci lacrymatus sit.

Finis libri octaui.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Α΄ ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Οδυσσείας

ΑΡΧΗ τῶν Ὀδυσσέως διηγημάτων, ἐν οἷς φησὶ πεπολεμηκέναι τοὺς Λίκωσι, καὶ πῶς τὰς Λωτοφάγους παρεξῆλθε, καὶ πῶς τὸν Κύκλωπα Πολύφημον πρὸς ἦλθεν· καὶ τοῦτον φαγόντα ἑξῆδε ἑτέρους ἑκτὼ φίλους.

ARGVMENTVM NONI LIBRI *Odysseæ.*

PRINCIPIVM Vlyssis enarrationum, in quo inquit se bellasse, cum Ciconibus, & ad Lotophagos appulisse, & ad Cyclopem Polyphemū peruenisse, & tunc postquam comederit sex iam socios, excæcasse.

Α΄ λλη.

Ἰῶπε, Λωτοφάγων Κικόνων τε καὶ Κύκλωψ ἐστίν.

Aliud.

I, cum Lotophagis, & in Ciconibus Cyclops est.

ΤΟ͂ΝΔ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
Ἀλκίνοε κρεῖον, πάντων ἀριδείκετε λαῶν,
Ἦ τοι μὲν τόδε κάλλιον, ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ
Τοιοῦδ' οἷος ὅδ' ἐστί, θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδήν.
Οὐ γάρ ἔγωγέ μιν φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
κ. ἴσχει κ. ἀκουάζονται Ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν * ἔχῃ κάτα δῆμον ἅπαντα,
Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' † ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ,
Ἥμενοι ἑξείης· παρὰ δ' ἄλφιτα πολλὰ τράπεζαι
Σῖτα καὶ κρειῶν μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃσι καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσιν·
Τοῦτό πῃ μοι κάλλιστον ἐν φρεσὶν εἴδεται εἶναι.
Σοὶ δ' ἐμὲ κήδεα θυμὸς ἐπιτρέπετο γοήσασθαι
Εἴρεσθ', ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος γοάχιζω.
Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον κατέλεξω;
Κήδεα' ἐπεί μοι πολλὰ δόσαν θεοὶ ἠρανίωνες.
Νῦν δ' ὄνομα πρῶτον μυθήσομαι, ὄφρα καὶ ὑμεῖς
Εἴδετ' ἐγὼ δ' αὖ ἔπειτα φυγὼν ὑπὸ νηλεὲς ἦμαρ,
Τ' μὲν ξεῖνος ἔων, καὶ δώματα ναίων.
Εἰμὶ Ὀδυσεὺς Λαερτιάδης, ὃς πᾶσι δόλοισιν
Ἀνθρώποισι μέλω, καί μου κλέος οὐρανὸν ἵκει.
Ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον· ἐν δ' ὄρος αὐτὴ
Νήριτον, εἰνοσίφυλλον, ἀρίσκοπος· ἀμφὶ δ' ἄνησοι
Πολλαὶ ναιετάουσι μάλα σχεδὸν ἀλλήλῃσι,
Δουλίχιόν τε, Σάμη τε, καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος·
Αὐτὴ δ' χθαμαλὴ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται
Πρὸς ζόφον (αἱ δέ τ' ἄνδιχα πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε)
Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος· οὔ τι ἔγωγε
Ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.
Ἦ μέν μ' αὐτόθ' ἔρυκε Καλυψὼ δῖα θεάων
Ἐν κοίλοισι γλαφυροῖσι, λιλαιομένη πόσιν εἶναι.
Ὡς δ' αὖτως Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν
Αἰαίη, δολόεσσα, λιλαιομένη πόσιν εἶναι·
Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον.

HVNC excipiens alloquutus est uersutus Vlysses,
Alcinoë imperator omniū illustrissime populorum,
Atqui hoc honestum est audire cantorem
Talem, qualis ille est dijs assimilis uoce.
Non enim ego quippiā puto tandē magis gratū esse,
Quā quoties latitia quidē detinet populū uniuersum:
Conuiuantes autem per domum audiunt cantorem
Sedēntes ordine, iuxtà autem impleantur mensa
Pane & carnibus: uinū autem ex cratere hauriens
Pincerna adferat & infundat poculis:
Hoc quidem mihi pulcherrimum in mēte uidetur esse.
Tibi uerò meos dolores animus instat lacrymosos
Dicere, ut iam magis lugens ingemiscam.
Quid primū, quid deinde, quid ultimū narrabo?
Dolores quādoquidē mihi plures dederūt dij cœlestes.
Nunc uerò nomen primùm dicam, ut & uos
Sciatis: ego autem, postquam effugi sæuum fatum
Vobis hospes sim etiam longè domum habitans.
Sum Vlysses Laertiades, qui omnibus dolis
Hominibus curæ sum, & mea gloria cœlum attigit:
Habito a. Ithacam clarissimam, in ipsa a. mons est
Neritus multis arborib. clarus: circum autē insulæ
Plures inhabitantur ualdè propè inuicem
Dulichiūq;, Samēq;, & nemorosa Zacynthus:
Ipsa a. terræ cōtinenti finitima supeminēs in mari iacet
Ad septentr. (illa uerò seorsum ad auroram solemq;)
Aspera, sed bona iuuenum altrix. non quicquam ego
Eius terræ possum dulcius aliud uidere.
Certè quidem me hinc deterruit Calypsō diua dearum
In specubus cauis cupida maritum esse:
Consimiliter Circe detinuit domi sua
Aeæa dolosa, cupiens maritum esse:
Sed meū nunquā animū intra precordia persuaserunt

Vt

*I*t nihil dulcius ſua patria, neq; parentibus
Eſt, etiamſi & quis longè diuitem domum
Terra in aliena habitet ſeorſum à parentibus.
Agè uerò tibi & reditum meum lacrymoſum dicam,
Quem mihi Iupiter immiſit à Troia profecta
Ab Ilio me ferens uentus C[illegible]ibus appulit
Ad Iſmarũ. ibi ego urbẽ de[illegible]latus, occîdi a. ipſos.
Ex urbe autem uxores & bonis multis acceptis
Ea diuiſimus, ut nõ aliqs mihi priuatus abierit ſua par
Tum uerò quidem ego celeri pede fugere nos (te.
Iuſſi: hi uerò plurimum ſtulti non parebant.
Hic multũ quidẽ uini bibitũ eſt, multas autem oues
Mactabant ad littus, & flexipedes nigros bones.
Interea uerò diuerſi Cicones Ciconib. acclamabãt,
Qui ipſis uici[illegible]t ſimul plures & meliores,
Continentem [illegible]es: docti quidem ab equis
Hominibus pugn[illegible]um opus eſſet peditem eſſe.
Venerunt continuò quõ folia & flores ſunt uere,
Matutini: tunc ſanè malum Iouis fatum affuit
Nobis infelicibus, ut dolores multos pateremur.
Siſtentes gradum pugnabant pugna ad naues ueloces:
Feriebant autem inuicem ereis haſtis.
Quamdiu quidẽ mane erat & augebatur ſacra dies,
Tam diu inuicem ſuſtinebamus plures licet eſſent:
Quando uerò ſol ibat ad ueſperam,
Et tum iam Cicones inualuerunt domando Graecos.
Sex autem à ſingulis nauibus benè ocreati ſocij
Perierunt: alij effugerunt mortemq; fatumq;,
Illinc uerò ulterius nauigauimus triſtes corde
Lati ex morte euitata charis amiſſis ſocijs. (te,
Neq; certè mihi ulterius naues pcedebãt utrinq; agita
Priuſquã horũ miſerorũ ſociorũ iter unũquemq; uocaſ
Qui perierunt in campo à Ciconibus trucidati. (ſem
Nauibus. a immiſit uentũ Boream nubicogus Iupiter
Cum procella ingenti, nubibus uerò cooperuit
Terram ſimul & pontum, ruit uerò è cœlo nox.
Hæ quidem deinde ferebantur obliquæ, at uela ipſis
In tres quatuorq; partes diſcidit uis uenti.
Et hac quidẽ ad naues recondimus timẽtes interitum:
Ipſas uerò magno impetu ſubducimus ad cõtinentem.
Hîc duas noctes & duos dies continenter ſemper
Iacebamus, ſimulq; labore et dolorib. animũ macerãtes.
Sed quãdo iam tertiã diẽ pulchricoma perfecit aurora
Malos erectis, uelisq; albis explicatis
Sedimus, illas uentisq; gubernatoresq; dirigebant.
Et illaſus peruenieſſem in patriam terram,
Sed me unda fortaſſis æſtusq; circũflectentem Maleam
Et Boreas abiecit, auocauit autem Cytheris
Hinc nouem diebus ferebat aduerſis uentis
Pontũ per piſcoſum: caterùm decima die conſcendimus
Terram Lothophagorum, qui floridum cibum edunt.
Hîc littus conſcendimus, & hauſimus aquam.
Statim. a. prandium ceperunt celeres apud naues ſocij.
Porrò poſtquam cibum guſtauimus & potum,
Certè tum ego ſocios præmittebam, ut eundo audirent,
(Viris duob. ſelectis, quibus tertiũ præconẽ ſimul ad-
Quinam uiri eſſent in terra cibũ ſumentes. (iunxi)
Hiſtatim digreſſi uenerunt aduiros Lotophagos.

Ὡ[illegible]ς ἀδὲ γλύκιον ἧς πατρίδ[illegible] ἠῦ τοκήων
Γίνεται, εἴπερ καί τις ἀπ' αἰθοπι πουλυ οἶκον
Γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπὸ αἴθ' ἀλόχου τε τοκήων.
Εἰ δ' ἄγε τοι καὶ νόσφιν ἐμὸν πολυκηδέ' ἐνίσπω,
Ὅν μοι Ζεὺς ἐφέηκε δὸς Τροίηθεν ἰόντι.
Ἰλιόθεν με φέρων ἄεμ[illegible] Κικόνεσσι τέλεσσε,
Ἴσμαρον. αὖθι δ' ἐγὼν πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς.
Ἐκ πόλι[illegible] δ' ἀλόχους τε κ[illegible]ήματα πολλὰ λαβόντες
Δασσάμεθ', ὡς μήτις μοι ἀπεμβέμεν[illegible] κίοι ἴσης.
Ἔνθ' ἤτοι μὲν ἐγὼ διερῷ τοῦδι φθεγέμεν ἠμέας
Ἠνώγα· τοὶ δ' μέγα νήπιοι οὐκ ἐπίθοντο.
Ἔνθα δ' πολλὰ μὲν μέθυ πίνετο, πολλὰ δ' μῆλα
Ἔσφαζον παρὰ θῖνα, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς.
Τόφρα δ' ἄρ' ἰχόμενοι Κίκονες Κικόνεσσι †γεγώνευν, κ. γεγώνδον
Οἵ * σφισι γείτονες ἦσαν ἄμα πλείονες καὶ ἀρείους, κ. σφιν
Ἤπειρον ναίοντες ἐπιστάμενοι μετὰ ἅρμα
Ἀνδράσι μάρναθαι, καὶ ὁπόθι χρὴ πεζὸν ἐόντα.
Ἦλθον ἔπειθ' ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται * ὥρῃ, κ. ἧς
Ἠέλιοι. τότε δὴ ῥα κακὴ Διὸς αἶσα παρέστη
Ἡμῖν αἰνομόροισιν, ἵν' ἄλγεα πολλὰ πάθωμεν.
Στησάμενοι δ' ἐμάχοντο μάχλῃ παρὰ νηυσὶ θοῇσι·
Βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.
Ὄφρα μὲν ἠὼς λῷ, καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ,
Τόφρα δ' ἀλεξόμενοι μένομεν πλείονάς περ ἐόντας·
Ἦμος δ' ἠέλι[illegible] μετενίσσετο βώτορ' ἐνδε,
Καὶ τότε δὴ Κίκονες κλίναν δαμάσαντες Ἀχαιές.
Ἓξ δ' ἀφ' ἑκάστης νηὸς εὐκνήμιδες ἑταῖροι
Ὤλοντ'· οἱ δ' ἄλλοι φύγομεν θάνατόν τε μόρον τε.
Ἔνθεν ἤ προτέρω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ
Ἀσμενοι ἐκ θανάτοιο, φίλους ὀλέσαντες ἑταίρους.
Οὐδ' ἄρα μοι προτέρω κῆες κίον ἀμφιέλισσαι,
Πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον αὖσαι,
Οἳ θάνον ἐν πεδίῳ Κικόνων ὕπο δηϊωθέντες.
Νηυσὶ δ' ἐπῶρσ' ἄνεμον Βορέην νεφεληγερέτα Ζεὺς
Λαίλαπι θεσπεσίῃ, σὺν δ' νεφέεσσι κάλυψε
Γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον· ὀρώρει δ' ἐρανόθεν νύξ.
Αἱ μὲν ἔπειτ' ἐφέροντ' ἀτρεκέως, ἱστία δὲ σφιν
Τρεχθέ τε καὶ τετραχθὰ διέχισεν ἰς ἀέμους.
Καὶ τὰ μὲν ἐς νῆας κάθεμεν δείσαντες ὄλεθρον,
Αὐτὰς δ' ἐσσυμένως προερύσαμεν ἠπείρονδε.
Ἔνθα δύω νύκτας δύο τ' ἤματα † συνεχὲς αἰεὶ
Κείμεθ' ὁμοῦ καμάτῳ τε καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντες, † συνεχὲς
Ἀλλ' ὅτε δὴ τρίτον ἦμαρ ἐϋπλόκαμος τέλεσε ἠώς,
Ἱστὸς στησάμενοι ἀνὰ θ' ἱστία λεύκ' ἐρύσαντες
Ἥμεθα· τὰς δ' ἄνεμός τε κυβερνῆταί τ' ἴθυνον,
Καὶ νύ κεν ἀσκηθὴς ἰκόμην ἐς πατρίδα γαῖαν,
Ἀλλά με κῦμα ῥοῦς τε περιγνάμπτοντα Μάλειαν
Καὶ Βορέης ἀπέωσε, παρέπλαγξεν δὲ Κυθήρων.
Ἔνθεν δ' ἐννήμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισι
Πόντον ἐπ' ἰχθυόεντ'. αὐτὰρ δεκάτῃ ἐπέβημεν
Γαίης Λωτοφάγων, οἵτ' ἄνθινον εἶδαρ ἔδουσιν.
Ἔνθα δ' ἐπ' ἠπείρου βήμεν, καὶ ἀφυσσάμεθ' ὕδωρ,
Αἶψα δ' ἑταῖρον ἕλοντο ἧσιν παρὰ νηυσὶν ἑταῖροι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ σίτοιό τ' ἐπασσάμεθ' ἠδὲ ποτῆτος,
Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάρους προΐην πεύθεσθαι ἰόντας,
(Ἄνδρε δύω κρίνας, τρίτατον κήρυχ' ἅμ' ὀπάσσας)
Οἵ τινες ἀῖπερ εἶεν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες.
Οἱ δ' αἶψα οἰχόμενοι μίξαν ἀνδράσι Λωτοφάγοισιν.

Οὐδ' ἄρα Λωτοφάγοι μήδοι' ἐτάροισιν ὄλεθρον
Ἠμετέροις, ἀλλά σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι.
Τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπόν,
Οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι·
Ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι Λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.
Τοὺς μὲν ἐγὼν ὀδύροντας ἄγον κλαίοντας ἀνάγκῃ,
Νηυσὶ δ' ὑπ' ὠκείῃσιν ἐρύσας ἁλὸς ἐντὸς ἔεργον.
Αὐτὰρ τοὺς ἄλλους κελόμην ἐρίηρας ἑταίρους
Σπερχομένους νηῶν ὀπιβαινέμεν ὠκειάων,
Μή πως λωτοῖο φαγὼν, νόστοιο λάθηται.

Neq; sanè Lotophagi parabant sociis mali quippiam
Nostris, sed ipsis præbuerunt lotum gustare.
Horũ quicunq; loti comedisset dulcissimum fructum,
Non iam renunciare rursum uoluit, neq; redire:
Sed illic uolebat cum uiris Lotophagis
Lotum edendo manere, [illegible] obliuisci.
Hos quidem ego ad nau[illegible]ens flentes necessitate,
Nauibus in cauis sub [illegible] ligaui attractos.
Cæterùm alios iussi [illegible] socios
Festinantes naues conscendere celeres,
Ne fortassis quis lotũ comedens reditus obliuisceretur.

COMMENTARIVS.

ἤ τοι μὲν τόδ' ἔειπε)Superiore libro circa finem Demodoco silentium imponebat Alcinous, quòd illius cantilenæ lacrymas Vlyssi exprimerent: nunc uerò Vlysses modestè respondet, non debere Alcinoum tanta oblectatione conuiuium [illegible]ortiuare, cùm hoc stum sit, maximè ἀκτίμῳ ἀοιδῇ, &c. Quod cùm per se tale sit, tamen ad hunc cantorem maximè pertinero [illegible] præstantia Dijs ipsis sit conferendus. Par erat autem hic pro cantore isto loqui Vlyssem, ut quem ipsemet ad illa canend[illegible]se lacrymatus est impulisset. Et hoc ipsi ab Alcinoo poterat obijci.

ὦ γὸν ἔοικέ τι φῆμι)Hi tres primi uersus ex præcedenti libro repetiti sunt, ubi ab Alcinoo proferuntu[illegible]r autem sequẽtes hic ab Vlyssẽ sunt additi, in quibus uoluptariam istam uitam mirificè commendat, cæterisque rebus o[illegible]eponit, quasi tota fe licitas humana in epularum istarum fruitione constituta sit. An autem hoc reuerà ab Homero existimetur, quæsitum & disputatum iam olim est. Apud Athenæum lib. 12. Dipnosoph. uituperia & encomia uoluptatis in utramque partem agitantur. In alterius partis fine hæc leguntur: ὁ δὲ παρὰ τὸν Ὁμηρον Ὁ δυσσεύς ἡμᾶς δοκεῖ μαθητὰς Ἐπικούρου τῆς πολυθρυλήτου ἡδονῆς ὁσιοῦν φησίν, ὁ γὸν ἔοικέ τι φημι, &c. Ὁ δὲ Μεγακλείδης φησὶ τὸν Ὀδυσσέα καθομιλοῦντα τοῖς καιρὸν ἔχουσι τοῦ δεκεῖν ὁμοιοῦσθαι τοῖς φαιάξιν εἶναι, τὸ ἀβροδιαίτητον αὐτῶν ἀσπαζόμενον καὶ πυθόμενον. Ἀλκινόου. Αἰεί δ' ἡμῖν δαὶς τε φίλη, κίθαρίς τε χοροί τε Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐναί. Μοῦνος ἔτ' ὧδε ἀνὴρ, ὃν νῆας ἐς ἠῶ καὶ μέλαθρα δικάζειν. τοιοῦτός ἐστιν ὁ παρανῶν Ἀμφιλόχῳ τῷ παιδὶ, ὃ τέκνον πολλὰ δηρὸς πατρώια χρωτὶ μαλίσσα νόει φορέουσα, πάσας πολίσσοις ἐμὲ λεῖ. τῷ παρεόντι δ' ἐπαινήσας ἐκεῖνον, ἄλλοτ' ἀλλοῖα φρονεῖ. Ὁμοίως φησὶ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰφιγενείᾳ, Νέοι φῶς αὐδρὶ σᾶμα πλοῦτος ὀπιν Πίτυρα πραπίδων γνώσιν φρονήματος. Καὶ ὁ Θέογνις Πολύπεδος νόον (apud Athenæum malè legitur πολύπλε ὄργιν) ἴσχε πολυπλόκου. εἰσὶ δ' οἱ φασὶ παῖσαι τὴν ἐπὶ τῆς γνώμης τὸν ὅμηρον φορτικῶτατα τῇ καθ' ἡδονὴν βίᾳ, πεδάκις τὸν κηδ' ἡδονὴν λέγοντα, Οἱ δὲ θεοὶ πᾶσι ζωὴν κηδήμοσι κηρόωντο χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ, μετὰ δὲ σφίσι πότνια Ἥβη νέκταρ ἐφυσσόχοει, τοὶ δὲ χρυσείοις δεπάεσσι δειδέχατ' ἀλλήλους. Καὶ ὁ Μενέλαος δὲ παρ' αὐτῷ φησὶ,

——ἐδμεν ἡμέας Ἄλλο δὲ λιπέμεναι φιλέοντί περ πατρομήτορι, καὶ μὴν ἠδύ. Διόπερ καὶ Ὀδυσσεὺς τερφθῆναι καὶ μὴν ἠδύ. id est: Vlysses apud Homerum uidetur author fuisse Epicuro uulgatissimæ illius uoluptatis, qui dicit, *Non enim ego quippiam existimo*, &c. Megaclides autem Vlyssem solitum tempori inseruire, ut uideretur ijsdem esse moribus, ac Phæacas luxuriosam illorum uitam amplecti, cùm anteà ex ipso Alcinoo hæc audiuisset:

Semper nobis conuiuium familiare est, & cithara & chori *Vestesq; alternæ, & lauacra calida & cubilia.*

Sic solùm existimauit ea quæ sperabat se consecuturum. Talis est & qui Amphilocho puero suadet: O fili, marinæ feræ saxatilis (sic autem appellatur Polypus, quòd se petris agglutinare soleat) cuti mentem accommodans, in omnibus ciuitatibus uersare. In præsentia laudans lubenter, aliàs alio modo senti. Pariter dicit Sophocles in Iphigenia:

Virũ referto Polypi corpus, qui ubi *Saxis adhæret, sit simile sententia* *Ex propria.*

(Sic eos uersus Natalis est interpretatus, alioqui Græca uerba uidẽtur corrupta, ut etiã olim Gesnerus suspicabatur) & Theognis:

Polypodis mentem obtine multiplicis. Sunt autem qui dicant huius sententiæ Homerum extitisse, sobriæ & frugali uitæ uoluptuariam anteponentem. Dicit enim, Dij autem apud Iouem sedentes concilium habebant

Aureo in pauimento, inter eos autem ueneranda Hebe *Nectar infundebat, illi autem aureis poculis*
Excipiebant se inuicem. Et apud eundem Menelaus dicit,
——*Nihil nos* *Aliud diuidat amanteq; & lætè uiuentes.* Et:
Sedemus epulantes carnibus multis & uino dulci.

Ideò Vlysses luxum & libidinem scopum uitæ apud Alcinoũ constituit. Hæc ille. Quem locum ante me Giphanius quidem digito ostenderat: sed quod dicit Platonem contendere, hanc uitam luxuriosam Homero probatam fuisse, tolerandum non uidetur. Nam non existimo hoc Platoni in mẽtem uenisse. Id solùm extat apud eundem, quod Socrates 3. de Repub. de hoc loco dicit, nimirum non esse idoneum exemplum temperantiæ, quæ hìc ab Vlysse, quamquam heroë sapientissimo, dicuntur. Immò frugalitas conuiuiorum Homericorum apud eundem, eodemque libro commendatur. Neq; omnia quæ à personis Homericis proferuntur, ideò ab ipso Homero proferri existimanda sunt, ut aliàs satis ex ipso Athenæo docuimus. Vtut sit, nos illud lasciuum & intemperans uiuendi genus ipsis Phæacensibus aut Siculis relinquamus, & in hoc Poeta hoc semper teneamus, uitia esse à uirtutibus distinguenda, ut spretis illis has unicè amplectamur.

σοὶ δ' ἐμὰ κήδεα) Hoc loco incipit Poeta Vlyssem nobis iam inde à Troia proficiscentem exhibere, quod cùm naturali methodo primum esse debuisset: tamen posterius est pro rationibus, quas primo libro adduximus. Ait ergo Vlysses, paratum se esse Alcinoi precibus obsecundare, ut suarum peregrinationum historiam à capite arcessat. Quod etiam exequitur copiosè in sequentibus. Id autem ipsius Vlyssis personæ tribuit, quia plus est fidei consecutura tota narratio, ut quam ipsemet, de quo illa commemorantur, persequatur. Magis enim credi solet cuipiam de se dicẽti, hoc est de suis rebus & negotijs, modò ueri & finceri historici officio defungatur, quàm alteri, cui minus solent aliena esse explorata.

νῦν δ' ὄνομα πρῶτον)Rectè ordinem interrogationũ Alcinoi in respondendo obseruat. Hoc enim fuit primùm, quod Alcinous ab Vlysse quæsierat, ἄνθ' ὅτεο μοι ὀνομ' ἐστὶ, τίς σε κεῖθι κάλεσσε μητὴρ ἠὲ πατήρ τις, &c. Et hoc priùs intelligi ab auditoribus oportebat, quã reliqua de se dicere Vlysses aggrederetur. Ergo nomen suum effatur, uirtutesque suas paucis perstringit, ut apud ignotos homines optimã opinionem sui concitaret, cùm alioqui nullus eum posset prædicare, eorum qui adessent. Quod se ipsum laudandi genus anteà est ab eodem usurpatum, & à nobis ibidem comprobatum. Deinde habitationis suæ locum significat, eiusque situm exponit: & cùm ob asperitatem regionis contemnat, à præstantia uirorum qui illic habitant, commendat. Denique studium suum erga patriam multis persequitur, docetque se illius gratia Dearum etiam matrimonium repudiasse. Qua de re à nobis satis dictum est suprà lib. 1. Exinde huius loci illustrationem studiosus lector fœnerabitur.

ζόφον)Per ζόφον, inquit Strab. lib. 1. tenebras intelligit: per ἠῶ' ἠέλιόν τε, totum meridionale latus. Quas binas partes, in quas distribuatur mundus, solet appellare Homerus. De quibus uide copiosius infrà lib. 10.

ὡς ἀδίην γλυκίων)Diximus quidem, ut paulò antè monebamus, de hoc studio in patriam sup. lib. 1. nunc tamen, spicilegij uice, aliorum dicta hìc de eadem re conferemus. Euripides apud Stobæum ser. 39. πολλῶ γὸν χρυσῷ καὶ πολίταις κρείσσων πάτρα
σώφρονι ναίειν. τὸ δὲ σωφρονεῖν ἀδύνατ' Ἀνοήτοις ὃν βίᾳ χωρεῖν. id est: *Multo enim auro & opibus melior patria*
Prudenti ad inhabitandum. quod enim natura cognatum est & familiare nescio quam sui dulcedinem *Mortalibus in terra præstat.*

Quàm sit etiam uiro bono chara patria, docet suo exemplo Theognis, cuius uerba hìc referemus:

ἦλθον μὲν γὸν ἐγὼ καὶ ἐς Σικελὴν ποτε γαῖαν
ἦλθον δ' εὐβοίης ἀμπελόεν πεδίον,
Σπέρτωί τ' εὐρώτα δυσκηδέϊ ἀγλαὸν ἄστυ
καὶ μὰ θ' ὑφλαίνω σωφρόνως πάντας ὑπερχόμενον.

ἀλλ' ὥπις μοι τέρψις ἐπὶ φρένας ἦλθεν ὁμάων.
ὥστος δοῖεν ἄε' ἦν φίλτερον ἄλλο πάτρης. id est:
Profectus ego sum & in Siculam terram,
Veni etiam ad Euboicæ uiniferum solum.

Et Spartam Eurotæ calamis abundantis splendidam urbem, *Sed nulla mihi delectatio in mentem venit ex illis,*
Et me exceperunt benignè omnes uenientem. *Adeò nihil mihi erat charius aliud patria.*

Quæ uerè de seipso dicere Vlysses potuit, dixit tamen æquipollentia, non secus atque noster Ouidius, qui idem argumentum tractauit 1. de Ponto. 4. ubi se, cùm esset in exilio, patriæ reuisendæ studio teneri dicit, à nostri Vlyssis exemplo sumens exordium:

Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat *Hue tamen ex illa barbarus urbe fugit.*
Fumum de patrijs posse uidere focis. *Cùm bene sint clausa cauea Pandione nata,*
Nescio quâ natale solum dulcedine cunctos *Nititur in syluas quæq; redire suas.*
Ducit, & immemores non sinit esse sui. *Assuetes tauri saltus, assueta leones*
Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius? *(Nec feritas illos impedit) antra petunt.*

Posset huc referri libellus ille Luciani, qui inscribitur παῤῥησιάδης ἢ γηράσκων: sed ne nos omnia compilasse uideamur, poterit lector ex eo petere, si quidem eum huius argumenti illustratio delectabit.

ἱλιόθεν με φέρων) Hanc Vlysseorum laborum narrationem compendiosè ex Homero persequitur Hyginus fab. 125. & 126. Quid autem causæ Vlyssi fuerit huius oppidi Ismari in Ciconũ regione expugnandi, quærat aliquis. Sed ea uidetur esse (inquit Eustathius) quòd Troianis auxilium tulissent, ut uidimus in Bœotia.

ὡς μήπω μοι ἀπρόοπτος) Moris enim fuit apud ueteres, ut prædam milites inter se diuiderent æqualiter etiam cum ducibus, unde Achilles in Iliade Agamemnoni exprobrat, quòd cum pauca alijs daret, multa sibijpsi retineret.

ὅσσα φύλα) Cùm tanta fuerit hostium multitudo, minus est Vlyssi indecorum ab illis uinci, quanquam neque illis hoc ita facilè fuit paruam manum Vlysseam profligare. Nam ferè integrum diem illa hostibus fortiter ꝓ duersata est.

ἀσμενοι οὐκ θανατιο) Lætatur Vlysses non ob amissos socios, sed quòd ipse cum ijs qui ex clade illa superarant, salui & incolumes hostium manus effugissent. Nullus enim tam ex aliorum pernicie tristari, quàm ex suis commodis gaudere solet.

τῆσι ἐκ τῶν ἀνέτη) Hic est obseruandus mos antiquus, quem annotat Didymus, & post eum Eustathius. Solebant enim in peregrinis regionibus, cùm socios morte amitterent, ij qui uiui restabant, defunctos ter uocare, tum uerò posteà discedere: quæ ueluti ψυχαγωγία quædam erat, quòd ij qui uocarent, eos in patriam deducere arbitrarentur. Quem ritũ attigit Pindarus Pyth. od. 4. Stroph. 7. in Epodo. ubi Pelias Iasonem monet, posse eum terrestrium iram auertere: quos malè habet, quòd anima Phrixi, qui in Colchica terra perierat, nondum erat in patriam reuocata: proinde suadet illi, ut eò proficiscatur in hunc finem. uerba Pindari sunt hæc:

——ἀλώασαν δ' ἀφελεῖν —— *Potes autem auferre*
μάνιν χθονίων *Iram terrestrium* (deorum sup.)
κελεύει γὰρ ἐιὼ *Iubet enim suam*
ψυχὰν κομίζαι Φρίξου, ἐλ- *Animam referre Phrixum pro-*
θοῦσάν τε πόδα σὺν τᾷ γελάμενος, &c. id est: *fectum ad Aeetæ thalamos.*

ubi Interpres, ἔθος δὲ λέγει τῶν παλαιοτάτων ἐπ' ἀνδράσι, ἐὰν μὴ τὰ σώματα εἰη παρ' αὐτοῖς, πάντα γοῦν ψυχὰς λαμβάνειν μνημείων ἕνεκεν, καὶ ὥστε συμπαίσασθαι εἰς τὸν πατρῷον δόμον. id est: Moris erat apud ueteres, si quis apud exteros uita defunctus esset, ut si corpora non superessent, animæ tamen quibusdam in patriam cæremonijs reuocarentur, easque ceu unà nauigantes ad patrios penates reducere consuetudo tenebat, ut uertit in suis Scholijs Io. Lonicerus. Hoc ipsum ab Athenienſibus obseruatũ refert Eustathius, cùm aliquando ijs qui in mari perijssent, cenotaphium erigerent. Eundem morem uidetur intellexisse Virgilius 1. Aeneid. ubi Aeneas & illius socij,

Postquam epulis exempta fames, mensæq; remota *Spemq; metumq; inter dubij, seu uiuere credant,*
Amissos longo socios sermone requirunt. *Siue extrema pati, nec iam exaudire uocatos.*

Quo loco Sebast. Corradus & Adrianus Turnebus idem annotant. Et hoc factum refert Eustathius ad consecrandam mortuorum memoriam, ne uiderentur eorum obliuiſci: sed &, ut siquis adhuc uiueret, & hostibus esset permixtus, ibi non relinquerentur, sed uocati ad socios sese referrent. Et hæc sunt Homerica. Sed idem ex Arriano fimilem ferè Bithynorum morem recitat. Illi enim, cum funeralia celebrant, solent nominatim eorum animas, qui extra fines patriæ decesserunt, ter uocare, & petere, ut uelint epularum fieri participes.

ἐνθεν δ' ἐπέκμαρσε) Hic locus ab Eratosthene olim est exagitatus, quòd cùm sint Lotophagi extra columnas Herculis, Maleæ autem ab illis ſpacio uiginti duorum millium ac quingentorum ſtadiorum interuallo distent: oportuerit Vlyssem quotidie bis mille ac quingenta ſtadia nauigasse, si demus eum intra nouem dies, ut uult Homerus, eò peruenisse. Quod tamen fieri non potest, præsertim cùm aduersis uentis fuerit agitatus, qui nauigationem remorantur. Idque exemplo docet. Nam quis, inquit, unquam perhibuit è Lycia aut Rhodo aliquem biduo Alexandriam nauigio esse prouectum, quod non ultra quatuor millia ſtadiorum est interuallum? Vide Strab. lib. 1. & 3. Geograph.

τρισσοὺς κήρυκ' ἅμ' ὀπάσσας) Duobus illis ſocijs tertium addit comitem præconem, ad maiorem uidelicet ſecuritatem. Iuris enim est gentium & iam inde ab omni uetustate obseruatum, præcones ut inuiolabiles essent, ac nulli iniuriæ ipsorum etiam hostiũ obnoxij. Existimabantur enim diuino genere prognati, nimirum à Ceryce Mercurij filio & Pandrosi Cecropis filiæ. Vide Rhodig. Lect. antiq. lib. 21. cap. 16.

ὄλεθρον) intelligit Lotophagos amicè hos Vlyssis legatos excepisse, non hostiliter, ut fecerant paulò antè Cicones. Tamen satis no cumenti sibi inferri existimauit Vlysses, cùm Lotophagorum cibo à reditu in patriam prohiberetur. Fuit autem cibus ille, lotus: quam alij arborem, alij herbam faciunt. Nos omnia copiosè in Lexico Homerico, fauente Deo, uidebimus.

ὃς τὸ μὲν ἀπαγγείλαι) Hanc miraculosam & ſtupendam loti facultatem nescio an fabulosam censere debeamus, nisi intelligamus, huius fructus dulcedine & sapore præstantissimo sic capi homines solitos, ut præ illo cætera omnia, atque adeò propriã patriam, quæ alioqui unicuique est charissima, nihili faciant. Notandum est autem, uel hunc fructum ab Vlysse non degustatum: uel si degustatus sit, non perinde ut reliquos patriæ desiderium amisisse. Vel, ut ait Eustathius, cùm degustare uellet, tamen metu sequẽtis obliuionis non degustauit: uel non concupiuit degustare, & utcunq; tẽperantiæ effectus fuit non leuiter obseruandus. Hinc aũt natum est prouerbium, Lotum gustauit: de ijs qui diutiùs in peregrinis regionibus hæresset, ueluti obliti reditus. Neq; inconcinnè dixeris, inquit Erasmus, in eos qui simulatq; uoluptatem inhonestam degustarint, ad pristina studia reuocari non possunt.

Hi uerò ſtatim ingressi & per transtra ſederunt:
Ordine uerò ſedentes canum mare quatiebant remis.
Illinc autem ulterius nauigauimus tristes corde.
Cyclopum autem ad terram ſuperborum ex legum
Venimus, qui ſanè dijs freti immortalibus,
Neq; plantant manibus plantam, neq; arant:
Sed hæc inſeminata & inarata omnia proueniunt,
Triticum & ordeum, atq; uites, quæ quidem ferunt
Vinum, ex magnis uuis, & ipſis Iouis imber incremẽtũ
Illis uerò neq; cociones cõſiliariæ ſunt neq; iura, (dat:
Sed ipſi celſorum montium inhabitant cacumina,
In ſpeluncis cauis, ius autem dat unusquisq;
Liberis atq; uxoribus: neq; ſe inuicem curant.
Inſula deinde breuis è portu obtenditur

Οἱ δ' αὖψ' ἔσσαινον, καὶ ἐπὶ κληῖσι κάθιζον·
Ἑξῆς δ' ἐζόμενοι πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς.
Ἔνθεν ἴμεν ἤχεῖ πεπύρω πλέομεν, ἀκαχήμενοι ἦτορ·
Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων
Ἱκόμεθ', οἵ ῥα θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν,
Οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν·
Ἀλλὰ τὰ γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύοντα,
Πυροὶ καὶ κριθαί, ἠδ' ἄμπελοι, αἵτε φέρουσιν
Οἶνον ἐριστάφυλον, καί σφιν Διὸς ὄμβρος αὔξει.
Τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι οὔτε θέμιστες·
Ἀλλ' οἵγ' ὑψηλῶν ὀρέων νάιουσι κάρηνα
Ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι θεμιστεύει δ' ἕκαστος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων· ἀδὶ ἀλλήλων ἀλέγουσι.
Νῆσος δ' ἔπειτα λάχεια παρὲκ λιμένος πεπάνυσται

Γαίης

Γαίης Κυκλώπων, οὔτε σχεδὸν, οὔτ' ἀπωτέλῃ,
Τ' λήιοσ' ἐν δ' αἶγες ἀπερείσιαι γεγάασιν
Ἄγριαι. ἐ μετὰ γὰρ πάτος ἀνθρώπων ἀπερύκει·
Οὐδέ μιν ἰχνεύσι κιωτηγέται, οἵτε καθ' ὕλην
Ἄλγεα πάσχουσιν, κορυφὰς ὀρέων ἐφέποντες.
Οὔτ' ἄρα τοί μήλοισι κατείρυται, οὔτ' ἀρότοισιν,
Ἀλλ' ἦγ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος ἤματα πάντα,
Ἀνδρῶν χηρεύει, βόσκει δέ τε μηκάδας αἶγας.
Οὐ γὰρ Κυκλώπεσσι νέες πάρα μιλτοπάρῃοι,
Οὐδέ κ' ἄνδρες νηῶν ἔνι τέκτονες, οἵ κε κάμοιεν
Νῆας ἐϋσταέλμους, αἵ κεν πολέοισιν ἕκαστα,
Ἄστε ἐπ' ἀνθρώπων ἱκνεύμεναι· οἷά τε πολλὰ
Ἄνδρες ἐπ' ἀλλήλους νηυσὶν περόωσι θαλάσσαν,
Οἵ κέ σφιν καὶ νῆσον ἐϋκτιμένην κατάμοντο.
Οὐ μὲν γάρ κε κακὴ γε, φέροι δέ κεν ὥρεα πάντα.
Ἔνι μὲν γὰρ λειμῶνες ἁλὸς πολιοῖο παρ' ὄχθας
ἁπαλοὶ Τ' ὁμαλοί, μαλακοί. μάλα* κ' ἄφθιτοι ἄμπελοι εἶεν.
ἁπαλαὶ κεν Ἔνι δ' ἄροσις λείη* μάλα κεν βαθὺ λήιον * αἰεὶ
ἁπαλὸν Εἰς ὥρας ἀμῶσιν· ἐπεὶ μάλα πίαρ ὑπ' ἐδαφος.
Ἔνι δ' λιμένι εὐόρμῳ, ἵν' ἀχρεῖὼ πείσματός ἐστιν,
Οὔτ' ὄνυας βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι,
Ἀλλ' ἐπικέλσαντας μεῖναι χρόνον, εἰσόκε ναυτέων
Θυμὸς ἐποτρύνῃ, καὶ ἐπιπνεύσωσιν ἀῆται.
Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένι ῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ,
Κρήνη ὑπὸ πετρέων· περὶ δ' αἴγειροι πεφύασιν.
Ἔνθα κατεπλέομεν, καὶ τις θεὸς ἡγεμόνευε
Νύκτα δι' ὀρφναίην· οὐδὲ προφαίνετ' ἰδέσθαι·
Ἀὴρ γὰρ περὶ νηυσὶ βαθεῖ ἐκεκάλυπτο,
ἐπὶ δ' Οὐρανόθεν προύφαινε κατείχετο * γὰρ νέφεσσιν.
Οὐδέ τις ἐν οὔτις τλὼ νῆσον ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν·
Οὐδ' οὐ κύματα μακρὰ κυλινδόμενα προτὶ χέρσον
Εἰσίδομεν πρὶν νῆας ἐϋσταέλμους ἐπικέλσαι.
Κελσάσῃσι δ' νηυσὶ, καθείλομεν ἱστία πάντα·
Ἐκ δ' καὶ αὐτοὶ βῆμεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης,
Ἔνθα δ' ἀποβείξαντες ἐμείναμεν ἠῶ δῖαν.
Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Νῆσον θαυμάζοντες ἐδινεύμεθα κατ' αὐτήν.
Ὦρσαν δ' Νύμφαι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο
Αἶγας ὀρεσκῴους, ἵνα δειπνήσαιτο ἑταῖροι.
Αὐτίκα καμπύλα τόξα καὶ αἰχμήεσσας ἀλιχαίλας
Εἱλόμεθ' ἐκ νηῶν· διὰ δ' τρίχα κοσμηθέντες
Βάλλομεν. αὐτὰρ δ' ἔδωκε θεὸς μενοεικέα θήρην.
Νῆές μοί τοι ἕποντο δυώδεκα, ἐς δ' ἑκάστην
Ἐννέα λάγχανον αἶγες ἐμοὶ δ' ἔλεχ' ἕξέλον οἴῳ.
Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἥμεθα δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ.
Οὐ γὰρ πω νηῶν ἐξεφθίτο οἶνος ἐρυθρὸς,
Ἀλλ' ἐνέην πολὺν δὲ ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἑκάστοι
Ἤφύσαμεν Κικόνων ἱερὸν πολίεθρον ἐλόντες.
Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ἐλεύσσομεν ἐγγὺς ἐόντων,
Καπνόν τ', αὐτῶν τε φωνὴν ὀίων τε καὶ αἰγῶν.
Ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε,
Δὴ τότε κοιμήθημεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Καὶ τότ' ἐγὼν ἀγορὴν θέμενος, μετὰ πᾶσιν ἔειπον,
μίμνετε Ἄλλοι μὲν νῦν † μίμνετ' ἐμοὶ ἐερσὶ ἑταῖροι.
μοι Αὐτὰρ ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ καὶ ἑμοῖς ἑτάροισιν
Ἐλθὼν, τῶνδ' ἀνδρῶν πειρήσομαι οἵ τινές εἰσιν,

Terræ Cyclopum, non propè, neq; remota,
Syluosa: in ea uerò capræ infinitæ nascuntur
Syluestres, neq; enim frequentatio hominum prohibet:
Neq; ipsam inuestigant uenatores, qui per syluam
Dolores patiuntur, iuga montium lustrantes.
Neq; certè gregibus depascitur neq; aratur,
Sed ipsa inseminata & inarata diebus omnibus,
Viris caret, pascit uerò balantes capras.
Non enim Cyclopibus naues adsunt pictæ,
Neq; uiri insunt nauium fabri, qui perficerent
Naues transtratas, quæ perficerent singula,
Ad urbes hominum euntes ueluti crebrò
Viri ad se inuicem mare transmittunt nauibus,
Quippe ipsis & insulam benè habitatam colerent.
Neq; omnino maligna, ferret uerò tempestiua omnia.
Insunt enim prata maris cani ad littus
Irrigua, mollia. inprimis enim perennes uites essent.
In ea quidē facilis profundus segetum campus esset,
Suo tēpore meteretur: quādoquidē ualdè pingue solū est.
In ea portus opportunus, ut non opus funibus sit,
Neq; anchoras eiicere, neq; rudentes alligare,
Sed qui appulerint manere aliquādiu, donec nautarū
Animus uoluerit & aspirarent uenti.
Caterùm ad initium portus fluit limpida aqua,
Fons sub specu, circum autem alni nascuntur:
Huc appulimus, atq; aliquis deus dux uiæ fuit
Noctem per obscuram, non enim antea licebat uidere.
Caligo enim circa naues densa erat, neq; luna
E cælo lucebat: obscurata uerò erat nubibus.
Hic nullus insulam uidit oculis:
Neq; sanè fluctus immensos prouolutos ad littus
Vidimꝰ, antequā naues bene tabulatas applicaßemꝰ:
Appulsis autem nauibus collegimus uela omnia,
Ipsi etiam egressi in littus maris.
Tū uerò dormientes expectauimus aurorā diuinam.
Quando a. manè genita apparuit roseis digitis aurora
Insulam admirantes, ambulauimus per eam.
Excitarunt autem Nymphæ filiæ Iouis ægida habētis
Capras montanas, ut prandium sumerent socij.
Continuò incuruos arcus, & hastas longo ferro
Cepimus ex nauibus: in tres autem partes instructi
Iaculabamur, statim. a. dedit deus decentē uenationē.
Naues. a. me sequebantur duodecim, in unaquaq; aūt
Nouem sortitus sum capras, mihi decem elegerūt soli.
Sic tum tota die ad solem occidentem
Sedebamus, comedentes carnes multas, & uinū dulce.
Non enim nauium absumptū erat uinum rubrum,
Sed suppetebat. multum enim in amphoris singuli
Hausimus Ciconum sacrum oppidum depopulati.
Cyclopū aūt ad terram prospicimus qui propè erant,
Fumumq; ipsorūq; murmur ouiumq; & caprarum.
Quando autem sol occidit, & serum aduenit,
Tum dormiuimus in littore maris.
Quādo. a. manè genita apparuit roseis digitis aurora,
Et tum ego concione habita ad omnes loquutus sum,
Alij quidem nunc manete mihi dilecti socij:
Caterùm ego cum naui mea & cum socijs meis
Transmittens, hos uerò homines explorabo quinā sint,

An

An illi contumelioſi & agreſtes, neq; iuſti,
Aut hoſpitales & ipſis mens eſt pia.
Sic fatus ad nauem conſcendi, iuſſi uerè ſocios
Ipſoſq; conſcendere & oram ſoluere.
Illi continuò conſcenderunt, & per tranſtra ſederunt,
Ordine autem ſedentes, canũ mare uerberabãt remis.
Sed cùm iam in locum peruenimus propinquum,
Hîc in extrema parte ſpeluncam uidimus prope mare
Excelſam, lauris denſam: hîc autem multa
Pecora ouesq; & capræ quieſcebant, iuxta autem aula
Excelſa adificata erat exciſis lapidibus,
Longiſq; pinis & quercubus alticomis.
Hîc uir habitabat ingens, qui certè pecora
Solus paſcebat longè, neq; cum alijs
Verſabatur, ſed ſeorſum exiſtens infanda ſciebat.
Etenim monſtrum erat horrendum, neq; ſimilis
Homini frumentum edenti, ſed cacumini ſylueſo
Excelſorũ montium, quando apparebat ſolùm ab alijs.
Tum alios iuſſi dilectos ſocios
Illic apud nauemq; manere, & nauem cuſtodire.
Porrò ego eligens ſociorum duodecim optimos
Ibam, cæterùm caprinum utrem habebam nigri uini
Suauis, quod mihi hedit Maron Euanthei filius,
Sacerdos Apollinis, qui Iſmarum inhabitat,
Quòd ipſum cum liberis defendimus atq; uxore
Reuerentia moti, habitabat autem in luco arborifero
Phœbi Apollinis, ille mihi dederat pulchra dona.
Auri quidem mihi dedit elaborati ſeptem talenta,
Dedit. a. mihi craterem totũ argenteum, ceterũ poſtea
Vinum in amphoris duodecim omnibus hauſtis
Suaue, incorruptibile, diuinũ potũ, neq; quiſquã illud
Nouerat famulorum neq; ancillarum in domo,
Sed ipſe uxorq; chara promaq; una ſola.
Hoc quoties biberent dulce uinum rubrum
Vno poculo impleto, aquæ uiginti menſuras
Immiſcuit. dulcis autem odor ab cratere ſpirabat
Diuinus, tum non tibi abſtinere gratum fuiſſet.
Huius ferebam impleto utre magno, uiatica autem
In pera: ſtatim. a. mihi excitabatur animus generoſus,
Virum adire ingenti præditum fortitudine
Agreſtem, neq; iura benè doctum, neq; leges.
Celeriter autem antrum uenimus, neq; ipſum intus
Inuenimus, ſed paſcebat paſcua per pinguia pecora.
Venientes autem in antrum admiramur ſingula.
Vaſa quidem caſeis onerabantur, repleta erant ſtabula
Agnorum atq; hœdorum. ſeparatæ uerò ſingulæ
Incluſæ erant, ſeparatim quidẽ agni ſeorſum iuniores,
Separatim recentes natæ. nutabant ſero uaſa omnia,
Mulctraliaq; ſcapheq; accommodatæ quibus mulgebat.
Tum me primùm ſocij precabantur uerbis,
Vt ſumptis caſeis abiremus rurſus, cæterùm deinde
Celeriter ad nauem celerem hœdoſq; & agnos
Aſtabulis eripientes nauigare ſalſam aquam.
Sed ego non parui (certè multò ſatius fuiſſet)
Donec ipſum uiderem, & mihi hoſpitalia daret.
Neq; ſanè futurus erat ſocijs uiſus amabilis.
Tum autem ignem accendentes manſimus, ac & ipſi
Caſeos ſumẽtes comedimꝰ, expectantes animusq; ipſum intus

Ἦ ῥ' οἵγ' ὑβριστή τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι·
Ἦε φιλόξεινοι, καί σφι νόος ἐστὶ θεουδής.
Ὣς ἐιπὼν, αὐτὰ νηὸς ἔβαν· ἐκέλευσα δ' ἑταίρους,
Αὐτούς τ' ἀμβαίνειν, αὐτά τε πρυμνήσια λῦσαι.
Οἱ δ' αἶψ' ἐισβαινον, καὶ ἐπὶ κληῖσι κάθιζον.
Ἑξῆς δ' ἐζόμενοι πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸν χῶρον ἀφικόμεθ' ἐγγὺς * ἐόντα, χ. ἰόντες
Ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχαλιὴν πετέων εἰδόμεν ἄγχι θαλάσσης,
Ὑψηλὸν, δάφνησι κατηρεφὲς· ἔνθα δὴ πολλὰ
Μῆλ' οἴες τε καὶ αἶγες ἰαύεσκον· περὶ δ' αὐλὴ
Ὑψηλὴ δεδμητο κατωρυχέεσσι λίθοισι,
Μακρῇσίν τε πίτυσσιν, ἰδὲ δρυσὶν ὑψικόμοισιν.
Ἔνθα δ' αὖ ἠνίπ' ἀνὴρ ἐνίαυε πελώριος, ὃς ῥά τε μῆλα
Οἴος ποιμάνεσκεν ἀπόπροθεν· οὐδὲ μετ' ἄλλους
Πωλεῖτ', ἀλλ' ἀπαλάλητο ἐὼν ἀθεμίστια ἤδη.
Καὶ γὰρ θαῦμ' ἐτέτυκτο πελώριον· οὐδὲ ἐῴκει
Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι
Ὑψηλῶν ὀρέων, ὅτε φαίνεται οἷον ἀπ' ἄλλων.
Δὴ τότε τοὺς ἄλλους κελόμην ἐρίηρας ἑταίρους
Αὐτοῦ παρ νηῒ τε μένειν καὶ νῆα ἐρύεσθαι·
Αὐτὰρ ἐγὼ κρίνας ἑτάρων δυοκαίδεκ' ἀρίστους
Βλῶ. ἀτὰρ αἶγειον ἀσκὸν ἔχον μέλανος οἰνοιο
Ἡδέος, ὅν μοι ἔδωκε Μάρων Εὐάνθεος υἱὸς
Ἱρεὺς Ἀπόλλωνος, ὃς Ἰσμαρον ἀμφιβεβήκει.
Οὕνεκά μιν σὺν * παισὶ φιλοχόμεθ' ἠδὲ γυναικὶ χ. παῖδί
Ἁζόμενοι· ὤκει γὰρ ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι
Φοίβου Ἀπόλλωνος· ὁ δέ μοι πόρεν ἀγλαὰ δῶρα·
Χρυσοῦ μέν μοι δῶκ' εὐεργέος ἑπτὰ τάλαντα·
Δῶκε δέ μοι κρητῆρα πανάργυρον· αὐτὰρ ἔπειτα
Οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι δυώδεκα πᾶσιν ἀφύσας,
Ἡδὺν ἀκηράσιον, θεῖον πότον· ἠδέ τις αὐτὸν
Ἠείδει δμώων ἠδ' ἀμφιπόλων ἐνὶ οἴκῳ,
Ἀλλ' αὐτὸς τ', ἄλοχός τε φίλη, ταμίη τε μί' οἴη.
Τὸν δ' ὅτε πίνοισι μελιηδέα οἶνον ἐρυθρὸν,
Ἓν δέπας ἐμπλήσας, ὕδατος ἄνα εἴκοσι μέτρα
Χεῦ· ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει,
Θεσπεσίη· τότ' ἂν οὔτοι ἀποσχέσθαι φίλον ἦεν.
Τοῦ φέρον ἐμπλήσας ἀσκὸν μέγαν, ἐν δὴ καὶ ἤια
Κωρύκῳ· αὐτίκα γάρ μοι οἰόσαρ θυμὸς ἀγλαΐῃφρ
Ἀνδρ' ἐπελεύσεσθαι μεγάλῳ ἀπιημονέα ἀλκῇ,
Ἄγριον, οὔτε δίκας εὖ εἰδότα οὔτε θέμιστας.
Καρπαλίμως δ' εἰς αὖτρον ἀφικόμεθ', ἠδέ μιν οὐδὲν
Εὕρομεν, ἀλλ' ἐνόμευε νομὸν καθ' ὠίονα μῆλα.
Ἐλθόντες δ' εἰς αὖτρον ἐθηεύμεθα ἔκαστα·
Ταρσοὶ μὲν τυρῶν βεβρίθοντ, εἰνοτο δὲ σηκοὶ
Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων, διακεκριμέναι δ' ἔκασται
Ἔρχατ', χωρὶς μὲν προγόνοι, χωρὶς δὲ μέσσαται,
Χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι· νᾶον δ' ὁρῷ ἄγγεα πάντα,
Γαυλοί τε σκαφίδες τε τετυγμέναι, τῇς ἐνάμελγε.
Ἔνθ' ἐμὲ μὲν πρώιστα δ' ἕταροι λιάζοντ' ἐπέεσσι
Τυρῶν * αἰνυμένους ἰέναι πάλιν· αὐτὰρ ἔπειτα χ. ἀγόμενοι
Καρπαλίμως δὴ νῆα θοὴν ἐρίφους τε καὶ ἄρνας
Σηκῶν ἐξελάσαντας ἐπιπλεῖν ἁλμυρὸν ὕδωρ·
Ἀλλ' ἐγὼ ἀ πιθόμην (ἦ τ' οὐ πολὺ κέρδιον ἦεν)
Ὄφρ' αὐτόν τιν' ἴδοιμι. καὶ ἐμοὶ ξείνια δοίη.
Οὐδέ ἄρ' ἔμελλ' ἑτάροισι φανεὶς ἐρατεινὸς ἔσεσθαι.
Ἔνθα δὴ πῦρ κείαντες † ἐθύσαμεν, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ χ. ἐμάσα-
Τυρῶν αἰνύμενοι φάγομεν· μείνομεν τέ μιν ἔνδον, σθην

Ἦμενοι

Ἥμενοι ἔως ἐπῆλθε νέμων. Φέρε δ᾽ ὄβελμον ἄχθος	*Sedentes, donec uenit pascens, ferebat. a. ingens pondus*
Ξύλης ἀζαλέης, ἵνά οἱ πολιὸρ πιον εἴη.	*Ligni aridi, ut illi ad cœnam esset.*
Ἔκλοθεν δ᾽ αὖτρειο βαλὼν ὀρυμαγδὸν ἔθηκεν.	*Extra autem antrum deiciens strepitum fecit.*
Ἡμεῖς δ᾽ δείσαντες ἀπεστύμεθ᾽ ἐς μυχὸν ἄντρου.	*Nos autem perterriti diruimus in recessus antri.*
Αὐτὰρ ὁγ᾽ εἰς εὐρὺ σπέος ἤλασε πίονα μῆλα	*Cæterùm ille in latam speluncam egit pinguia pecora,*
Πάντα μάλ᾽ ὅσ᾽ ἤμελγε· τὰ δ᾽ ἄρσενα λεῖπε θύρηφι,	*Omnia quæ sanè mulgebat, mares uerò reliquit foris.*
Ἀρνειούς τε τράγους τε βαθείης ἐκλοθεν αὐλῆς.	*Arietesq́ hircosq́ altam extra aulam.*
Αὐτὰρ ἔπειτ᾽ ἐπέθηκε θυρεὸν μέγαν ὑψόσ᾽ ἀείρας,	*Cæterùm deinde admouit repagulum ingens altè lenãs*
Ὅ ἕλμον· οὐκ ἂν τὸν γε δύω καὶ εἴκοσ᾽ ἄμαξαι	*Graue, non illud duo & uiginti currus*
Εὐδμαὶ τετράκυκλοι ἄπ᾽ ὄδε ὀχλίσειαν·	*Fortes quaternis rotis à solo dimouere potuissent.*
Τόσσην ἠλίβατον πέτρην ἐπέθηκε θύρησιν.	*Tantam excelsam petram admouit ianuæ.*
Ἕζόμενος δ᾽ ἤμελγε οἷς καὶ μηκάδας αἶγας,	*Sedens autem mulsit oues & balantes capras,*
Πάντα κατὰ μοῖραν, καὶ ὑπ᾽ ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ.	*Omnia ut decebat, & fœtum submisit singulis.*
Αὐτίκα δ᾽ ἥμισυ μὲν θρέψας λευκοῖο γάλακτος,	*Statim autem dimidium coagulans albi lactis*
Πλεκτοῖς ἐν παλάροισιν ἀμησάμενος κατέθηκε·	*Textilibus in calathis constructum reposuit,*
Ἥμισυ δ᾽ αὖτ᾽ ἔχεσιν ἐν ἄγγεσιν, ὄφρά οἱ εἴη	*Dimidium autẽ rursus constituit in uasibus, ut ei esset*
Πίνειν δαινυμένῳ, καί οἱ πολιὸς πιον εἴη.	*Potum comedenti, & ei ad cœnam sufficeret.*

COMMENTARIVS.

ἀθεμίστων) Quòd exleges Cyclopas appellat, id in sequentibus exponit, cùm dicit: τοῖσι δ᾽ οὔτ᾽ ἀγορὴ βουληφόρος οὔτε θέμιστες, &c. In illa enim gente leges non regnabant, quod illius barbariem & feritatem satis coarguit. Vnde enim ius exulat, ibidem habitare non potest æqui & boni scientia, quâ genus humanum fouetur & conseruatur. Illud enim uinculum societatis, quo suum cuique tribuitur, nemo lædit, honestè denique uiuitur: ubi scelera puniuntur, benefacta uerò & uirtutes præmium habẽt sibi propositum, quæ duo Rerumpublicarum columina dici possunt. Sine iure autem & legibus constare nequeunt. Porrò cum homo animal sit politicum & sociale, qui hanc societatem refugiunt, inter bruta connumerari decet: quanquam etiam ἄλογα quædam illa inclarescãt. Hoc enim pacto iure, quod ciuilis societatis est ordinatio, ut est apud Arist. 1. Polit. destituuntur. Quemadmodum aũt, ut ait idem, perfectione suscepta optimum cunctorum animalium est homo: ita si alienus fiat à lege & à iudicijs, pessimũ est omnium animalium. Sæuissima est enim iniustitia, tenens arma. Homo autem arma tenet per innatam prudentiam atque uirtutem, quibus plurimum ualet in contrarium uti. Hæc ille, quæ in Cyclopas accommodari possunt. Verum enimuerò, licet communia aut publica iura non habuerint, tamen priuato & domestico usi sunt, quam δεσποτείαν appellari Plat. 3. de Legib. dicit, ubi ex hoc loco idem docet. Disputatio ibi instituitur de primorum hominum ciuilis administrationis forma. Ea fuisse dicitur regia, quæ in œconomia à patre & matre primùm repræsentata sit. Hoc à Poeta hoc loco indicari dicit his uerbis, δοκέοί μοι πάντες τῶν οὐ τάτῳ τῷ χρόνῳ πολιτείαν, δεσποτείαν καλεῖν. ἢ ϰῇ νῦν ἐπ πολλαχῦ ϰῇ οὐ ἐλλησι ϰῇ κατὰ βαρβάρους ἐσί. λέγει δ᾽ αὐτῶν πε ϰῇ Ὁ μηρ γενέσθαι τῶν Κυκλώπων οἵκησιν, ἐπὰν τοῖσι δ᾽ οὔτ᾽ ἀγορή, &c. id est: Videntur mihi omnes eam quæ hodie πολιτεία uocatur (id est urbium administratio) δεσποτείαν (id est potestatem dominatumque) uocasse, quæ etiamnum uarijs in locis & apud Græcos & apud Barbaros uiget. Ait autem Homerus in Cyclopum domicilijs illam inualuisse, dicens: τοῖσι δ᾽ οὔτ᾽ ἀγορή, &c. & paulò post, (de Homero loquens) ϰῇ λέγωμέν γε αὐτὸν μηνυτῶν οἵα τοιαύτην πολιτείαν γενέσθαι ποτε. Μὰν οὐκ ὀκ τούτων τῶν ϰατὰ μίαν οἴκησιν ϰῇ κατὰ χῆν διασπαρέντων ὑπὸ δυσθείας τῆς ἐν ταῖς φθοραῖς, ἐν οἷς τὸ πρεσβύτατον ἄρχει. Δῆλ τὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοις ὀκ παγχὸς ϰῇ μητρὸς γενέσθαι, οἷς ἑπόμενοι, ϰαθάπερ ὄρνιθες, ἀγέλλω μίαν ποιήσωσι πατρονομένθροι ϰῇ βασιλείαν πασῶν δικαιοτάτην βασιλευόμενοι. id est: Eum ergo accipiamus, qui indicet, huiusmodi olim Rerumpubi. formas extitisse. Nónne igitur primordium hoc fuerit dominationis & imperij ciuilis? quum hominum fiunt conuentus in eásdẽ sedes eandemq́ familiam confluentium, qui quidem propter illas publicas uastitates dispersi & egestate compulsi cogantur cœtus instituere, in quibus is qui ætate antecellit, naturali quodam iure imperandi authoritatem potestatemq́ sibi uendicat: quæ nimirum ex patre & matre manauerit, quos illi parentes suos sequuti, tanquam aues, unum gregem efficiant: ac proinde matris imperio obedientes, Regio dominatu omnium imperiorum æquissimo iustissimoque ad prisca illa tempora regantur. Hæc ille, Ioanne Serrano uiro doctissimo interprete: sed παραφράσικώτερον, ut solet. Ex quibus liquet, Cyclopas hac principe & primaria πολιτείας specie usos, nimirum in tam crassa illius seculi rudicate. Œconomica autem illa dominatio duplex est hoc loco: Coniugalis & Paterna. Coniugalis, mariti in uxores: Paterna, parentum in liberos. Aristoteles autem 1. Polit. tertiam addit Dominicam; hoc est dominorum in seruos. Sed huius non meminit Poeta. ait enim tantùm, ἡμισυν δὲ ἑκάστοις παῖδων ἠδ᾽ ἀλόχων: Ius autem dat unusquisque Liberis atque uxoribus. Quod anteà Plato dixit, illam primam δεσποτείαν in multis tum Græcorum tum Barbarorum urbibus esse: id confirmat etiam Aristoteles 10. Ethic. Nicomach. ubi cùm leges necessarias esse præmiserit, subijcit, ὀ δὲ τῆς παλαίας τῶν πόλεων ἐξαμέληται δὲ τῶν τοιούτων, ϰῇ ζητεῖται, ὡς βέλτιον, κυκλωπικὸς θεμιστεύει παῖδων, ἢ ἀλόχων. id est: In pluribus autem ciuitatibus illa sunt neglecta, & unusquisque uiuit ut uult, Cyclopum ritu, de liberis & uxore fas nefasque statuens. Hæc ille. Hinc adagium refert Erasmus, κυκλώπειος βίος, Cyclopica uita: pro uita uehementer effera ac barbara, quæ neque legibus neque disciplina ciuili constet, neque religione Deorum gubernetur. Sed Adrianus Iunius aliter est interpretatus, ut paulò pòst referemus.

ἀλλὰ πάγ᾽ ἄσπαρτα) Fertilitas Cyclopicæ regionis inducitur, quæ sponte uictum incolis suis exhibeat. Itaque eam neque arari neque seri oportebat, unde Cyclopes inertem & otiosam uitam degebant, quia laboribus nullis exercerentur. Id autem hyperbolicè scriptum nemo negauerit. Sed licuit Vlyssi ea fingere quæ non erant, ut suam peregrinationem, in qua tam miranda uidisset, & alijs locis insucta, magis ac magis commendaret. Repetendum est autem hoc loco cum Strabone, quod anteà ex Platone 3. de Legib. adducebamus: sed ulterius hic, quàm ibi, pergendum est. Conijcit Plato (inquit Strab. lib. 13. Geograph.) post diluuia tres uitæ degendæ formas extitisse. Primam in summis montium, simplicem & agrestem, metuentibus aquas hominibus etiamnum campos tegentes. Alteram ad radices montium, paulatim recepto animo, cùm campi etiam reficcari cœpissent. Tertiam in planis (quartã & quintam Strabo addit, immò etiam plures.) Est etiam in his discrimen rusticorum, semirusticorum, ciuilium. Hæc Plato discrimina ait ab Homero notari: atque eum pro exemplo primæ formæ posuisse Cyclopum uitam, qui fructus spõte natos carperent, inq́ summis montibus ac speluncis habitarent. Secundæ in Dardano Iliad. υ. Tertiæ sub Ilo, qui campos occupauit, Iliad. λ. Hæc ex Strabone. Iam ad fertilitatem Cyclopici soli reuertamur. Huic Albanorũ regionem comparat idem Strabo lib. 11. Ea enim omnis generis fructum, etiam mitissimum proferebat, omnes plantas, adeoque semper quoque uirentes: cùm tamen ne exiguus quidem cultus adhiberetur. Hinc prouerbialiter dicitur, Κυκλώπειος βίος, Cyclopica uita: pro, beata & nullius rei indiga, ut ex Eustathio in Dionysium, Philostrato Iconum 2. Strab. lib. 11. & Dione Chrysostomo in orat. secunda, de fortuna docet aduersus Erasmum Adrianus Iunius Adag. centur. 3. prou. 48. nõ quòd eo modo nõ etiã usurpari posset, ut uoluit Erasmus: sed quòd talis usus apud authores nõ reperiatur. Quòd autem Poeta dicit, Cyclopas Dijs immortalibus fretos agriculturæ non incumbere: id piè dictum est, cum terræ bona Deo accepta referuntur. Nam neque in ipsis cœlis, ex quorum benignitate uidetur terræ fertilitas pendere: non, inquam, in ipsis cœlis consistit Poeta, sed ulterius & altius ad primam causam penetrat, ut semper suis hominibus pietatẽ omni occasione instillaret. Sed contrà apud Euripidem Polyphemus arroganter & impiè hoc sibi tribuit, quasi ipse ad hanc feracitatem solum cogat, his uerbis: ἡ γῆ δ᾽ ἀνάγκη ϰᾆν θέλῃ, ϰᾆν μὴ θέλῃ τίκτουσα πόαν, τἀμὰ πιαίνει βοτά, &c. Sed ibidem plura & grauiora.

νῆσος) Hanc uicinam Cyclopibus insulam commendat etiam â fertilitate, quæ tunc tamen deserta fuit, & à nullis habitata, quòd Cyclopes eò permeare nõ possent nauium penuria. In ea capreas fuisse multas præstruit, ut uenienti Vlyssi paulò pòst uenandi esset

ſæt occaſio, & ſibi in longiorem pro nauigatione uictum proſpiciendi. Cæterùm aptam ad cultum & ſementem in ea terram dicit, ſi modò hominum induſtria eò accederet: unde forſan colligi poſsit, neque omnino incultam fuiſſe ipſam Cyclopicam regionem: ſed ita cenſeri, quòd minus in ea colenda opera impenderetur, quàm in reliquis, ut de Albana dicit Strabo: alioqui non uideo cur etiam talis hæc inſula non cenſeretur.

ν, πῆς θεὸς ἡμῖν ὁδώσει) Cum ſine propria induſtria aut conſilio eò appuliſſet, non potuit hunc felicem nauigationis ſucceſſum alteri quam ipſi Deo acceptum referre, non minùs uerè quàm piè. Quod ſi nobis diuinare liceat, hunc Deum Mineruam extitiſſe conijcie rit us, quæ ſola ferè ſemper Vlyſsi opitulatur: ipſe tamen quod certè exploratum non habebat, ambiguè etiam pronunciauit. Eadem uerò pietas Vlyſsis infrà adhuc apparebit, cùm felicem quoque ſuam uenationem caprearum tribuit Deo abſolutè. αὐτὰρ ὅ γ' ἰδὼς — ἐμοὶ ἐκπρεπὲς θῆκεν.

τοῖσ' ἐχρῆσατο) Ex hoc loco & alijs innumeris colligere licet, remigium munus fuiſſe liberum, non ſeruile ut noſtris ſæculis, ubi cum magna crudelitate exercetur. Hic autem ipſi Vlyſsis ſocij illo defunguntur.

ἔνθα δ' ἐν ἄντρῳ ἐγκατὴν) Priùs locum deſcribit, deinde incolam. Locus autem eſt antrum tale, quod ingentem Polyphemum capere poſſe putare quam uidentur hîc diſtingui duo loca, unus ſpelunca, in qua pecora degunt: alter aula, Polyphemi domicilium. Et ſanè res ita ſe habent, nihilominus uterque excelſus dicitur, quia etiam uterque ipſi Polyphemo patere debebat: ille cùm greges ſuos inuiſeret, hic cum ſe à paſcendi labore reciperet. Incola autem qui ſecundo loco deſcribitur, triplicem θαυμάσιον habet: primùm corporis uaſtitatem, deinde officium, tertiò mores. Vaſtitas illius tanta fuit, ut nulli rei meliùs quàm monti excelſo potuerit comparare: ita hyperbolicè rem meliùs ob oculos exhibens. Quod ad officium attinet, notandum eſt quàm ſit honeſta res paſtoralis, utpote quã ſuperbus ille, faſtumque humanum longè exuperans Cyclops, non ſit aſpernatus: quod erat proculdubio facturus, ſi rem maieſtate ſua indignam exiſtimaſſet. Neſcio quò ſæcula noſtra deuenerint. Honeſtiſsimum enim illud uiuendi genus cum alio commutarũt, ex quo tot flagitia inter mortales exorta ſunt ſub ſocietatis & communionis ſpecie, quæ ad uitia inducendà larua ſolum fuit commodiſsima, ut optimè dixit Natalis Mythol. lib. 9. cap. 8. Quod autem rei pecuariæ ſtudium honeſtiſsimũ ſit, docent ſatis ueterum exempla (ut Sacræ paginæ heroas illuſtriſsimos impræſentiarum non commemoremus) ut meminit Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 2. in altera parte capitis, ubi de rei paſtoriciæ dignitate diſputatur. De antiquis, ait, illuſtriſsimus quiſque paſtor erat, ut oſtendit Græca & Latina lingua, & ueteres Poetæ: qui alios uocant πολύαρνας, alios πολυμήλους, alios πολυβώτας, qui ipſas pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles tradiderunt, ut Argis Atreus, quã ſibi Thyeſtẽ ſubduxiſſe queritur: ut in Colchide Aeeta, ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicuntur Argonautæ: ut in Libya ad Heſperidas, unde aurea mala, id eſt ſecundum antiquam conſuetudinem, capras & oues, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauit. Ea enim ſua uoce Græci appellarunt μῆλα. Et paulò pòſt: Romanorum uerò, inquit, populum à paſtoribus eſſe ortum quis non dicit? quis Fauſtulum neſcit paſtorem fuiſſe nutricium, qui Romulum & Remum educauit? non ipſos quoque fuiſſe paſtores obtinebit, quod parilibus potiſsimùm cõdidêre urbem? &c. Fuiſſe porrò antiquam quoque rem paſtoritiam, idem author eodem loco docet, ubi de eius origine dicit. Tres enim gradus humanæ uitæ conſtituit. Primum naturalem, cùm uiuerent homines ex ijs quæ inuiolata ultrò ferret terra. Ex hac uita in ſecundam deſcendiſſe, paſtoritiam, è feris atque agreſtibus, ut ex arboribus ac uirgultis deçerpendo glandem, arbutum, mora pomaque colligerent ad uſum: ſic ex animalibus, cùm propter eandem utilitatem, quæ poſſent, ſylueſtria deprehenderent, ac concluderent & manſueſcerent. Tertio denique gradu à uita paſtorali ad agriculturam deſcenderunt. Hæc ille. Homerus tamen primam & ſecundam uiuendi formam Cyclopibus iſtis attribuit. Vide quæ anteà ex Strabone poſt Platonem hâc de re obſeruauimus. Hoc ergo nobis de repaſtoritia in præſentia notandum eſt, deque illius dignitate, quàm Satrapæ noſtri, quid Satrapæ? imò ferè omnes turpiter reſpuunt: unde ad infimæ claſsis homines tantùm pertinere exiſtimatur. Sed qui ſe illa ſpoliant, amabilem ſimul ſimplicitatis & candoris ornatum exuunt. Neque eſt quod hic crudelis & efferus Polyphemus obſtet: nam illius exẽplo tantùm utor perſonæ reſpectu, ſimpliciter, non morum. quæ tertia eſt perſonæ Polyphemi θεωρία, de qua commodiùs & copioſiùs paulò infrà.

ἠμὲν ὑπερφίαλος) Fortè ſecundum numerum nauium. Dixit enim anteà Vlyſſes; νῆες μὲν μοι ἅπαντο ἠμὲν ὑπερφίαλος. De hoc autem uino Maroneo in Lexico dicetur: Vide interea Plinium lib. 14. cap. 4.

ἄτε δίκας) Hæc uerba poſterioris ſunt mentis, nam anteà nondum norat hominis mores: ideò cùm hanc terram exploratum iret, dicebat,

——τῶν δ' αὐδρῶν πειρήσομαι οἵτινές εἰσιν
ἤ ῥ' οἵγ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι· ἢ φιλόξεινοι, καί σφι νόος ἐστὶ θεουδής.

Quin etiam ſequentia docebunt, Vlyſſem potiùs à Polyphemo hoſpitalitatem expectaſſe: nam noluit diſcedere, ſuadentibus ita ſocijs, antequàm eum ſalutaſſet, & aliquo munere tanquam ab hoſpite donaretur.

πρόσθι μὲν πυρὸν) Attendendus eſt ædium arrogantis illius hominis ornatus, nimirum abiectus & qui humili cuiuſdam noſtri temporis paſtoris caſa dignus potiùs, à nobis ſæculo tumidiore natis, quam præpotentis & faſtuoſi Cyclopumque principis, addam & Neptuni filij aula exiſtimetur.

ἀρνειοὶ δόλιχοι ἠδὲ τράγοι) Agni ex ouibus, hœdi ex capris. Quæ duo animalium genera ſub paſtore Polyphemo tantùm memorantur: paulo ante, in antro. πάντα μάλ' οἷσι περ αἶγες ἰαύουσιν. Et ueriſimile eſt, illorum curam cæteris omnibus honeſtiorem exiſtimatam. Cæterùm de ouibus conſtat eas primùm in rem paſtoriciam aſſumptas, & propter utilitatem & propter placiditatem. maximè enim hæc natura quietæ & aptiſsimæ ad uitam hominum. Ad cibum enim lacte & caſeum adhibitum, ad corpus ueſtitum & pelles attulerunt, ut eſt apud Varr. 2. de Re ruſt. 1. cap.

ἀλλ' ἐγὼ ἐ πίθωμαι) Ita ſolent plerunque prudentes homines ſuæ ipſius ad rerum actus adhibendæ dexteritatis obliuiſci, ut non ſolùm ipſi ſatis prouidi per ſe non ſint: ſed ne bene monentibus quidem auſcultent, licet eos audiant. Secus fecerat Vlyſſes in Ciconum regione, ubi fuga periculum ingruentium hoſtium anteuertere reliquis ſuadebat. Sed ut tunc ille cæteris, ut ita ſubitò diſcederent, non perſuaſit: ita nec ei nunc ſocij perſuadent, cùm tamen, ut ipſemet fatetur, ſalutare eſſet illorum conſilium. Id tamen demum poſtea intellexit cum ſuorum iactura: quanquam ſi exitum Polyphemi reſpicias, nihil eſt quòd de mora ſua Vlyſſes conqueratur, niſi quòd ex ſuorum excidio plus damni, quàm ex illius ultione emolumenti ſe accepiſſe intelligat.

ἔνθα δὴ τῷγε κέασσεν) Exiſtimauit proculdubiò Vlyſſes, ſe in humanæ & beneuolæ gentis manus incidiſſe, cùm abſente domino, à quo hoſpitij beneficium expectabat, iam ipſe poteſtatem in rem familiarem ſibi uſurparit: quod boni conſultum iri ab ipſo hoſpite, ubi redijſſet, ſperabat.

Caterùm poſtquã feſtinauit expeditis illis ſuis operibus
Et tum ignem accendit & aſpexit, interrogauit nos,
O hoſpites, quinã eſtis? unde nauigatis humidũ mare?
Num ad negotiationem, aut temerè erratis?
Perinde atq; piratæ ſupra mare qui errant
Animas periculo obijcientes, malũ alienigenis ferẽtes.
Sic ait, nobis. a. ſtatim exanimatũ eſt charum cor
Timentibus ſonitumq; grauem ipſumq; monſtrum.
Verũ etiã ſic ipſum uerbis excipiens alloquutus ſum;
Nos quidem à Troia aberrantes Græci,
Diuerſis uentis ſuper ingentes fluctus maris,
Domum petentes, alia uia, alijs itineribus
Venimus, ſic fortaſsis Iupiter uoluit moliri:

Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πεῦσε πυνησάμενος τὰ ἕκαστα,
Καὶ τότε πῦρ αὐέκαιε, καὶ εἰσίδε, εἴρετο δ' ἡμέας,
Ὦ ξεῖνοι, πόθεν ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
Ἦ τι κατ' ἐμπορίην, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε,
Οἷά τε ληϊστῆρες ἰδ' εἰρ ἅλα, οἵτε τ' ἀλόωνται
Ψυχὰς παρθέμενοι, κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες;
Ὡς ἔφατ'. ἡμῖν δ' αὖτε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ,
Δειδιότων φθόγγον τε βαρὺν, αὐτόν τε τέλωρον·
Ἀλλὰ καὶ ὣς μιν ἔπειτα ἀμειβόμενοι προσέειπον.
Ἦ μὲν δὴ Τροίηθεν ὑπερπλαγχθέντες Ἀχαιοὶ
Παντοίοις ἀέλλῃσιν ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης,
Οἴκαδε ἱέμενοι, ἄλλῃ ὁδὸν, ἄλλα κέλευθα
Ἤλθομεν· οὕτω πῃ Ζεὺς ἤθελε † μηχάσασθαι.

ll Λαοὶ

χ. μητίσα-
σθαι

Λαοὶ δ' Ἀτρεΐδεω Ἀγαμέμνονος εὐχόμεθ' εἶναι,
Τοῦ δὴ νῦν γε μέγιστον ἀπέρχεται κλέος ἐσθλόν·
Τόσσην γὰρ διέπερσε πόλιν, καὶ ἀπώλεσε λαοὺς
Πολλούς. ἡμεῖς δ' αὖτε κιχανόμενοι τὰ σὰ γοῦνα
Ἱκόμεθ', εἴ πού ξεινήιον, ἢ καὶ ἄλλως
χ. ἤτοι Δώης, ὅ τ' ἐπίνηυ, † ἥτε ξείνων θέμις ἐστίν.
Ἀλλ' αἰδεῖο θεούς· ἱκέται τοι δεῦρ' ἱκόμεθα.
Ζεὺς δ' ἔπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε
Ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.
Ὣς ἐφάμην. ὁ δέ μ' αὖτις ἀμείβετο νηλεῖ θυμῷ,
Νήπιος εἰς ὦ ξεῖν', ἢ τηλόθεν εἰλήλουθας,
χ. δειδίμεν Ὅς με θεοὺς κέλεαι ἢ * δειδίμεν ἠὲ ἀλέασθαι.
Οὐ γὰρ Κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν,
Οὐδὲ θεῶν μακάρων. ἐπεὶ πολὺ φέρτεροί εἰμεν.
Οὐδ' ἐγὼ Διὸς ἔχθος ἀλευάμενος πεφιδοίμην,
Οὔτε σεῦ, οὔθ' ἑτάρων, εἰ μὴ θυμός με κελεύοι.
Ἀλλά μοι εἰπὲ σύ γ' ὅππῃ ἔχες ἰὼν εὖ ναιετάουσαν νῆα;
Ἦ πῃ ἐπ' ἐσχατιῆς, ἦ καὶ σχεδόν· ὄφρα δαείω.
Ὣς φάτο πειράζων. ἐμὲ δ' οὐ λάθον εἰδότα πολλὰ,
Ἀλλά μιν ἄψορρον προσέφην δολίοις ἐπέεσσι,
Νέα μοι κατέαξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Πρὸς πέτρῃσι βαλὼν ὑμῆς ἄπο πείρατα γαίης,
Ἄκρῃ προσπελάσας· ἄνεμος δ' ἐκ πόντου ἔωσεν.
Αὐτὰρ ἐγὼ σὺν τοῖσδε διέκφυγον αἰπὺ ὄλεθρον.
Ὣς ἐφάμην. ὁ δέ μ' ὠδὺ ἀμείβετο νηλεῖ θυμῷ.
Ἀλλ' ὅγ' ἀϊξας ἑτάροις ἅπτ' χεῖρας ἰαλλε·
Σοὶ δ' ἦ δύω μάρψας, ὥστε σκύλακας πρὸς γαίῃ
Κόπτ'· ἐκ δ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δ' ἄρουραν.
Τοὺς δ' ἀδμηλεῖως μελέων ὡπλίσατο δόρπον.
Ἤσθιε δ' ὥστε λέων ὀρεσίτροφος, οὐδ' ἀπέλειπε
Ἔγκατά τε σάρκας τε καὶ ὀστέα μυελόεντα.
Ἡμεῖς δ' κλαίοντες ἀνεσχέθομεν Διΐ χεῖρας,
Σχέτλια ἔργ' ὁρόωντες· ἀμηχανίη δ' ἔχε θυμόν.
χ. ἐπλήσατο Αὐτὰρ ἐπεὶ Κύκλωψ μεγάλων † ἐμπλήσατο νηδύν,
Ἀνδρόμεα κρέ' ἔδων, καὶ ἐπ' ἄκρητον γάλα πίνων,
Κεῖτ' ἔντοσθ' αὐτοῖο διαπρὸ μήλων·
Τὸν μὲν ἐγὼ βάλλεσκον κῆρ' μεγαλήτορα θυμόν,
Ἄσσον ἰών, ξίφος ὀξὺ ἐρυσάμενος παρὰ μηροῦ,
Οὐτάμεναι πειρῶν στῆθος ὅθι φρένες ἦπαρ ἔχουσιν.
Χεὶρ' ἐπαμησάμενος· ἕτερος δέ με θυμὸς ἔρυκε.
Αὐτῇ γάρ κε κἠ ἄμμες ἀπωλόμεθ' αἰπὺ ὀλέθρῳ·
Οὐ γάρ κεν δυνάμεσθα θυράων ὑψηλάων
Χερσὶν ἀπωσάσθαι λίθον ὄβριμον ὃν πρόσθηκεν.
Ὣς τότε μὲν στενάχοντες ἐμείναμεν ἠῶ δῖαν.
Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Καὶ τότε πῦρ αἴθεσκε, καὶ ἤμελγε κλυτὰ μῆλα
Πάντα κατὰ μοῖραν, καὶ ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντα θοῶς κατὰ μοῖραν ἔπρησε,
χ. δίεπεν Σοὶ δ' ὅγε δὴ αὖτε δύω μάρψας ὡπλίσατο † δεῖπνον.
Δειπνήσας δ' ἄρα ἔξήλασε πίονα μῆλα,
Ῥηϊδίως ἀφελὼν θυρεὸν μέγαν· αὐτὰρ ἔπειτα
Ἄψ ἐπέθηκ' ὡς εἴ τε φαρέτρῃ πῶμ' ἀνδρὶ θείη.
Πολλῇ δ' ῥοίζῳ πρὸς ὄρος τρέπε πίονα μῆλα
Κύκλωψ. αὐτὰρ ἐγὼ λιπόμην κακὰ βυσσοδομεύων,
Εἴ πως τισαίμην, δῴη δέ μοι εὐχωλὴν Ἀθήνη.
Ἦ δὲ δέ μοι κῆρ θυμὸν ἀρείων φαίνετο βουλή·
Κύκλωπος γὰρ ἔκειτο μέγα ῥόπαλον παρὰ σηκῷ,
Χλωρὸν, ἐλαΐνεον, τὸ μὲν ἔκταμεν ὄφρα φορείη

Milites autem Atrida Agamemnonis gloriamur esse,
Cuius certè nunc maxima ad cœlum gloria est.
Tantam enim euertit urbem, & perdidit populos
Multos, nos autem rursus procumbentes ad tua genua
Supplicamus, si quod præbeas hospitale, siue etiã aliter
Donum dares, quale hospitibus dare fas est.
Sed uerere, optime, deos, supplices enim tibi sumus.
Iupiter autem ultor est supplicumq́, hospitumq́,
Hospitalis, qui hospitibus simul uerecũdis opitulatur.
Sic loquutus. ille v. mihi rursus respõdit sæuo animo,
Stultus es ô hospes, quòd longè aduenisti,
Qui me deos tubes siue timere, atq́ obseruare.
Non enim Cyclopes Iouem à capra nutritum curant,
Neq́ deos beatos, quoniam multò præstantiores sumus.
Neq́ ego Iouis inimicitias euitans parcam,
Neq́ tibi, neq́ socijs, si me animus iubeat,
Sed mihi dic ubi habes huc profectus benefactã nauẽ?
An alicubi in extremis locis, aut propè, ut sciam.
Sic ait tentans, me aũt non latuit scientẽ plurima,
Sed ipsum uicißim alloquutus sum dolosis uerbis,
Nauem quidem fregit Neptunus terræ quassator,
Ad scopulos coniectam uestræ ad fines terræ,
Ventus autem ex ponto intulit.
Caterùm ego cum hisce effugi arduam perniciem.
Sic loquutus sum, ille aũt nihil respõdit sæuo animo:
Sed ipse irruens socijs manus intulit,
Duos aũt corripiens, quemadmodũ catulos, ad terram
Illisit, cerebrum. a. humi effluebat, irrigabat. a. terram.
Hos autem membratim resecans apparabat cœnam,
Deuorabat. a. quẽadmodũ leo montanus, neq́ reliquit
Inteſtinaq́ carnesq́ & ossa medullis plena.
Nos autem flentes sustulimus Ioui manus,
Miserãrem uidentes, desperatio aũt inuasit animum,
Caterũ postquã Cyclops magnũ impleuerat uentrẽ,
Humanas carnes comedens, & ad hac merũ lac bibẽs,
Iacuit intra antrum extensus inter pecora.
Hunc quidem ego uolui magnanimo animo,
Propius accedens gladium acutũ stringens ab fœmore,
Vulnerare ad pectus, ubi præcordia hepar circumdãt,
Manus admouẽs, aliud autem consiliũ me impediuit.
Illic enim etiam nos perijſſemus sæua morte.
Non enim poteramus ab ianua excelsa
Manibus mouere saxum grauem quem admouit.
Ita q́ tũ ingemiſcentes expectauimus auroram diuinã.
Quãdo. a. manè genita apparuit roseis digitis aurora,
Tunc ignem accendit, & mulsit inclyta pecora
Omnia ut decuit, & suum fœtum submisit singulis.
Porrò postquam festinauit perficiens sua opera,
Simul ille rursus duob. correptis apparauit ientaculũ.
Vt ientauit autem ex antro egit pinguia pecora,
Leuiter dimouens obicem ingentem, caterùm postea
Rursus admouit, uelut si pharetræ operculũ opponeret.
Plurimo autem sibilo ad montem egit pinguia pecora
Cyclops, sed ego relinquebar mala profundè cogitans,
Si quo pacto ulciſcerer, daret autem uotum Pallas.
Illud aũt mihi in animo optimũ apparebat consilium.
Cyclopis enim iacebat ingens claua ad ſtabulum,
Viridis oleagina, hanc quidem inciderat ut ferret

Arefa-

Arefactã, hanc quidẽ nos aſsimilabamus inſpicientes,
Quantus eſt malus nauis uiginti remis agitatæ nigræ
Onerariæ latæ, quæ penetrat ingentes fluctus:
Tanta erat longitudo, tanta ſpiſſitudo aſpectu,
Ab hac quantum ulna eſt ego abſcidi aſtans,
Et appoſui ſocijs, polire autem iuſſi.
Hi uerò planum leuigarunt, ego autem acui aſtans
Sũmitatẽ, ſtatim. a. apprehẽdens prenſi in igne ardẽtẽ,
Et hanc quidem benè depoſui abſcondens ſub ſtercore,
Quod per ſpeluncam fuſum erat multum denſe abũdè.
Cæterùm alios ſorte ſortiri iuſſi
Quinam auderet mecum uectem ſublatum
Interere in oculũ, quando illũ dulcis ſomnus occuparet.
Illi ſortiti ſunt, quos utiq; uoluiſſem ipſe capere
Quatuor, cæterùm ego quintus, cum his electus ſum.
Veſpertinus autem redyit uilloſa pecora paſcens.
Continuò uerò in latam ſpeluncam egit pinguia pecora
Oĩa diligẽter, neq; ullũ reliquit profundã extra caulã
Aut dedita opera, ſiue etiam deus ſic iuſſit.
Porrò deinde admouit repagulũ ingẽs altè ſubleuans,
Sedens autem mulſit oues & balantes capras,
Omnia ut decebat, & fœtus ſubmiſit ſingulis.

Αὐαν θόν· τὸ μὲν ἄμμες εἰίσκομεν εἰσορόωντες,
Οἷον δ' ἰὸν νηὸς εἰκοσόροιο μελαίνης,
Φορτίδος εὐρείης, ἥτ' ἐκπερόα μέγα λαῖτμα·
Τόσσον ἔην μῆκος, τόσσον πάχος εἰσοράασθαι·
Τῆς μὲν ὅσσον τ' ὄργυιαν ἐγὼν ἀπέκοψα παραξὰς,
Καὶ παρέθηκ' ἑταίροισιν, δοχμοῦσαι δ' ἐκέλευσα.
Οἱ δ' ὁμαλὸν ποίησαν. ἐγὼ δ' ἐθόωσα παραστὰς
Ἄκρον, ἄφαρ δ' ἑλὼν ἐπυράκλεον ἐν πυρὶ κηλέῳ·
Καὶ τὸ μὲν εὖ κατέθηκα καταγρύψας ὑπὸ κόπρῳ,
Ἦ ῥα κῆ᾽ ἀτέιρης κέχυτο μεγάλ᾽ ἤλιθα πολλή.
Αὐτὰρ τοὺς ἄλλους κλήρῳ πεπαλάχθαι ἄνωγον,
Ὅς τις τολμήσειεν ἐμοὶ σὺν μοχλὸν ἀείρας,
Τρῖψαι * ἐν ὀφθαλμῷ ὅτε τὸν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι. Od. ix.
Οἱ δ' ἔλαχον τοὺς αὐτὸς κε κἀγὼ ἤθελον αὐτὸς ἑλέσθαι
Τέσσαρες, αὐτὰρ ἐγὼ πέμπτος μετὰ τοῖσιν * ἐλέγμην. Od. ix. ἐλήχθην

Εἰ ἀτέμβοι δ' ἦλθεν καλλίτριχα μῆλα νομεύων·
Αὐτίκα δ' εἰς ὄρυ ἀτέμβων ἤλασε πίονα μῆλα
Πάντα μάλ'· ἀδλέ᾽ ἔλειπε βαθείης ἔκλυθεν αὐλῆς,
Ἤ᾽τι οἰόσαμενος, ἢ κἠθελε θεὸς ὡς ἐκέλευεν.
Αὐτὰρ ἔπειτ' ἐπέθηκε θυρεὸν μέγαν ὑψόσ' ἀείρας,
Εἴ ζόμενος δ' ἤμελγε ὄις κἠμηκάδας αἶγας,
Πάντα κατ᾽. μοῖραν, κἠν ὑπὸ ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ.

COMMENTARIVS.

ὦ ξεῖνοι) Hi uerſus etiam antea Neſtori tribuuntur, nimirum lib. 3. Apud Eurip. ſic rogat hos hoſpites Polyphemus,

——πόθεν ἰτάλευσθ' ὦ ξένοι; — ποδαποί, τίς ὑμᾶς ἐξεπαύδωσεν πόλις;
Οδυσ. Γ' Ἰθακήσιοι μὲν τὸ γένος. Γ' λίᾳ δ' ἄπο — πίεζουσι ἄσυ, πνεύμασι θαλασσίοις
σὺν γαίαν ἐξορθέντες ἧκομεν Κύκλωψ. Quæ ex Homero ſunt adumbrata. Videnda eſt integra illa Tragœdia, & cum hoc loco à ſtudioſis conferenda:

φθόγγον τε βαρύν) Duo timent: ſonitum uocis, & uaſtitatem Cyclopis. De uoce paulò pòſt dicetur, σμερδαλέον δὲ μέγ' ὄμωξε. ὣς δ' ὅτε πέτρη. Apud Virgilium 3. Aeneid. *Clamorem immenſum tollit, quo pontus & omnes*
Intremuere undæ, penitusq; exterrita tellus — Italiæ, curuiſq; immugit Aetna ruinis.

Sed utrobique ingentior uox fuiſſe præſumitur: ibi enim gemitus eſt, hic cæterorum Cyclopum conuocatio: quod utrumque cum maiore contentione fieri oportuit, quàm in familiari ſermone, qualis eſt hic ad hoſpites: tamen etiam ualde fuit formidabilis & horrenda. De uaſtitate antea diximus. Apud Virgil. ibidem, ——*ipſe arduus, altaq; pulſat*
Sidera (dijs talem terris auertite peſtem) — Nec uiſu facilis, nec dictu affabilis ulli.

ἡμᾶς τοι πρόσθεν) Cùm tria quæſierit Polyphemus ab hoſpitibus. Primùm, Quinam ipſi eſſent: deinde, unde huc nauigarent: tertiò, quis eſſet illorum nauigationis finis & inſtitutum: illi reſpondet Vlyſſes, ſed non ſeruato ordine interrogationum. Secundæ primo, primæ uerò ſecundo, tertiæ tertio loco ſatisfacit. Ait ergo Vlyſſes, Nos quidem à Troia proficiſcebamur in patriam contendentes, ſed nos uentis abrepti Iouis conſilio à recta uia, quæ nos eò deducebat, aberrauimus, huc tandem appellentes. Et hæc eſt ſecunda interrogatio. Sumus autem, inquit, Agamemnonis milites celeberrimi illius ducis, ſub quo Troia eſt excita, totumq; Phrygiorum imperium dirutum & euerſum. Hæc autem eſt prima interrogatio. Cui generaliter ſatisfecit, nomine ſuo tamen non expreſſo, quod paulò pòſt fictè Cyclopi indicabit. Tertiò ſignificat ſe in hanc oram diuertiſſe ut ſupplices & hoſpites Polyphemi fierent: à quo ut eo nomine exciperentur, putabat ſe ſuæ calamitatis & errorum commemoratione ſatis perſuaſiſſe. ualidiore tamen adhuc utitur argumento, cùm ad Deorum reuerentiam Cyclopem hortatur, & ſpecialiter ipſius Iouis Xenij, qui Deus eſt hoſpitum, & ſupplicum tutelaris & defenſor: hoc eſt, qui illatas hoſpitibus & ſupplicibus iniurias uindicat & ulciſcitur. Qua de cauſa monitũ uult Cyclopem, ut iram Deorum reformidans à lædendis hoſpitibus ſibi temperet, potiusque ad eos omni humanitatis genere proſequendos incitetur.

τόσσον γὰρ διέπρησε) Aliud tradi ab Aegyptijs, aliàs ex Dione Chryſoſtomo docuimus,

νήπιος οὐδ' ὦ ξεῖνε) Poſtremis Vlyſsis uerbis reſpondet impiè Polyphemus, ſtulteq; loquutum Vlyſſem dicit, qui ſe ad Deorum reuerentiam exhortatus ſit. Cyclopas enim neque Iouem neque alios Deos curare, quibus ipſi nimirum longè ſint præſtantiores: proinde Iouis metu ab ipſo Vlyſſe cæterisque ſocijs deuorandis non abſtenturum, ſi hoc ita ſibi uideatur, id eſt, ſi eum eius rei libido inceſſerit. Notandum eſt autem, malè Polyphemum cæteris quoque Cyclopibus impietatem tribuere. Nam eorum oratio in ſequentibus aliud uidetur docere, cum exoculatum Polyphemum his uerbis ſolantur: νόσον γ' ὅπως ἐσὶ θεὸς μεγάλα ἀλιάσθαι. id eſt: Nullo modo licet Iouis plagam effugere. Itaque de ſe ipſo tantum apud Euripidem Cyclops ille loquitur,

ζηνὸς δ' ἐγὼ κεραυνὸν οὐ φέροσ' ὦ ξένε· — *Iouis ego fulmen non horreſco, hoſpes,*
ἀλλ' οἶδ' ὅτι ζεὺς ἐσ' ἐμοῦ κρείσσων θεός, &c. id eſt: — *Neq; nouì Iouem eſſe me præſtantiorem Deum*

ἀλλ' αὖ ἐγὼ Διός) Idem apud Euripidem,

——τὸν ἐμὸν ψυχὸν ἐγώ — ——*Meam animam ego*
Οὐ παύσομαι δρῶν σ', κατεδόμενός τ' ὅτι. — *Non ceſſabo benefacere, te ipſum etiam comedens:*
ξένια τε λήψῃ τοιάδ' (ὡς ἄμαιμακες ὦ) — *Hoſpitalia autem accipies talia (ut reprehendi non poſſim)*
Πῦρ καὶ πατρῷον τόνδε λέβητά γ' ὃς ζέσας — *Ignem, & paternum hunc lebetem qui feruens*
σὰς σάρκας ἔνδον φορήσεται καλῶς. id eſt: — *Tuas carnes graues continebit egregiè.*

ὡς φάτο πειθόμην) Intelligo hoc quæſiſſe Polyphemum, ut ſi forſan Vlyſſes reſpondiſſet, nauem ſuam in littore exiſtere, eam ipſe continuò diſrupiſſet. At Vlyſſes prudentiſsimus aſtutiam hominis eſt ſagaciter ſubodoratus, & opportunè confingit mendacium, ſibi nauem non eſſe, quòd illa tempeſtate confracta & à uentis aliò abrepta ſit, cum iam littora tetigiſſet.

σοὶ δὴ δύω μάρψας) Hoc factum eleganter refert Achæmenides apud Virgil. lib. 3. *Vidi egomet, duo de numero quum corpora noſtro*
Prenſa manu magna, medio reſupinus in antro, — *Limina: uidi atro quum membra fluentia tabo*
Frangeret ad ſaxum ſanieq; aſperſa natarent — *Manderet, & tepidi tremerent ſub dentibus artus.*

Vlyſſes apud Euripidem rem ita narrat,

ὡς δ' αὐ ἑτοιμα πάντα τῷ θεοσυγεῖ — *Vt autem erant parata omnia illi Dijs inuiſo*
ἄδην μαγείρου, φῶτα συμμάρας δύω — *Plutonis coquo, uiros corripiens duos*
ὑφῆζ' ἑταίρων τῶν ἐμῶν μυθῷ τινι — *Iugulauit è meis ſocijs contumelia quadam*

τὸν μὲν, λίβητος ἐς κύτος χαλκήλατον,
τὸν δ' αὖ, τένοντ' ἀρπάσας ἄκρῃ ποδὸς,
πρόσω ἔσω ἐξαΐξας. κ' ἐγκέφαλον ἐξέπλασε
λάβρῳ μαχαίρᾳ σάρκας ἐξοπτῶν πυρί.
τὰ δ' ἂς λίβητι ἔφκεν ἐψεθέμεν μέλη.

Alterum quidem, lebetis in ſinum æreum
Alterum uerò per tendonem arripiens ſummi pedis
Feriens ad acutum ſegmentum petroſi lapidis
Cerebrum effudit, & diripiens
Auido gladio carnes aſſauit igni
Alia uerò in lebetem immiſit ut elixarentur membra.

Cùm autem ſex ſocios ſibi à Cyclope deuoratos memoret Vlyſſes, mirum duos tantùm ab Euripide & Virgilio ſcribi. Duos priores in cœna habuit ueſpertina, alios duos altera die mane: alios rurſum duos, in eiuſdem diei cœna, ut paulò pòſt dicitur.

ἔπρᾳθ' ὅτε μοι θυμὸς ἐρύκοι) Hìc Vlyſſes docet, prudentis eſſe interdum primos furoris impetus compeſcere, ubi illi ſi ſuum finem ſortiantur, plus damni quàm commodi párere poſſunt. Sine dubio enim generoſus iſte heros, cum hęc à Cyclope crudeliter perpetrata uideret, non potuit non commoueri ad ſociorum iacturam ferro ſtricto uindicandam: ſed ubi rationem in cõſilium adhibuit, iudicauit alio pacto & tutiore ultionem illam exequendam eſſe. Viribus enim tanto monſtro reſiſti non potuit, ergo dolis (quorum mirus eſt Vlyſſes noſter artifex) res potius fuit tentanda, quàm ui aperta.

ῥηϊδίως) Memoria repetendum eſt, quod anteà de hoc obice & eius magnitudine dictum eſt, οὐκ ἂν τὸν γε δύω γ' ἄνδρ' ἄμφω, Ἐυθλὰ πεφάνυκλοι ἀπ' ὄδε Ὀχλίσσειαν.

ἠδὲ δέ μοι) Hoc eſt illud conſilium, quod poſt primum potius & ſecurius illi uiſum eſt, nimirum oculum Cyclopi eruendi. Támne leuiter, inquies, ſex ſociorum excidium ulciſcitur? Immò, inquam, ut anteà lib. 1. diſputauimus, maius eſt damnum Cyclopi cæcitas, quàm ſi uita illi fuiſſet adempta. Illo ſiquidem pacto acerba illi uita eſt reddita, lucis aſpectu priuata, ita ut innumeras mortes in una uita patiatur. Sanè hanc conſilij Vlyſſei cauſam eſſe auſim contendere, licet ab ipſo Poeta non exprimatur. Abſente ergo Cyclope inſtruit Vlyſſes telum illud (ſic enim appellauit Achæmenides) quo oculus ille unicus effodiatur. Quia autem in nimia multitudine minus concinnè & ordinatè geritur quoduis negotium, quàm à pauciori: ideò Vlyſſes quatuor tantùm è ſocijs ſuis eligi ſorte ſibi iubet, qui illi in hoc facinore egregio præſtò ſint. Ita duo uitioſa extrema uitat, nimirum ne ſolus ſit: quia unus uir, nullus uir, ut eſt in paroemia: deinde ne nimiæ multitudinis impedimentum accederet, quæ maximè in hoc negotio fuit periculoſa. Et ad hoc poſtremum refertur, quod Achæmenides dicit apud Virgil.

——*nos magna precati* *Numina ſortitiq; uices, unà undiq; circum* *Fundimur.*——

Illud enim ſortiri uices, ad hanc ſociorum electionem uidetur pertinere.

Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πᾶσιν ὑπηνήσαμεν δαῖτα,
Καὶ τότ' ἐγὼ Κύκλωπα προσηύδων ἄγχι παραστὰς,
Κισσύβιον μὲν χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο,
Κύκλωψ τῇ, τῶν οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα·
Ὄφρ' εἰδῇς οἷόν τι πότον τόδε νηῦς ἐκεκεύθει
Ἡμετέρη· σοὶ δ' αὖ λοιβὴν φέρον, εἴ μ' ἐλεήσας
Οἴκαδε πέμψειας. σὺ δὴ μάλα σὸν ἔτ' αἰεκέως.
Σχέτλιε, πῶς κέν τις σε καὶ ὕστερον ἄλλος ἵκοιτο
Ἀνθρώπων πολέων, ἐπεὶ οὐ κατὰ μοῖραν ἔρεξας.
Ὣς ἐφάμην. ὁ δ' ἔδεκτο καὶ ἔπιεν· ἥσατο δ' αἰνῶς
Ἡδύ πότον οἴνων· καί μ' ἤντιε δεύτερον αὖτις,
Δός μοι ἔτι σεῦ φρων, καί μοι τὸν οὔνομα εἰπὲ
Αὐτίκα νῦν, ἵνα τοι δῶ ξείνιον ᾧ κε σὺ χαίροις.
Καὶ γὰρ Κυκλώπεσι φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Οἶνον ἐριστάφυλον, καὶ σφιν Διὸς ὄμβρος ἀέξει·
Ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀπορρώξ.
Ὣς ἔφαθ'. αὐτὰρ οἱ αὖτις ἐγὼ πρὸς αἶθοπα οἶνον·
Τρὶς μὲν ἔδωκα φέρων, τρὶς δ' ἔπιεν ἀφραδίῃσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ Κύκλωπα περὶ φρένας ἦλυθεν οἶνος,
Καὶ τότε δὴ μιν ἔπειτα προσηύδων μειλιχίοισι,
Κύκλωψ, εἰρωτᾷς μ' ὄνομα κλυτόν; αὐτὰρ ἐγώ τοι
Ἐξερέω· σὺ δέ μοι δὸς ξείνιον, ὥσπερ ὑπέστης·
Οὖτις ἔμοι γ' ὄνομ' ἔσθ'· Οὖτιν δέ με κικλήσκουσι
Μήτηρ ἠδὲ πατὴρ, ἠδ' ἄλλοι πάντες ἑταῖροι.
Ὣς ἐφάμην. ὁ δέ μ' αὖτις ἀμείβετο νηλεῖ θυμῷ,
Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι μετ' οἷς ἑτάροισι.
Τοὺς δ' ἄλλους πρόσθεν. τόδέ τοι ξείνιον ἔσται.
Ἦ, καὶ ἀναπλιγθεὶς πέσεν ὕπτιος· αὐτὰρ ἔπειτα
Κεῖτ' ἀποδοχμώσας παχὺν αὐχένα· κὰδ δέ μιν ὕπνος
Ἥρει πάντα δαμάτωρ. Φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος,
Ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι, ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων.
Καὶ τότ' ἐγὼ τὸν μοχλὸν ὑπὸ σποδὸν ἤλασα πολλὴν,
Εἷος θερμήνοιτ· ἔπεσί τε πάντας ἑτάρους
Θάρσυνον, μήτις μοι ὑποδδείσας ἀναδύῃ.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ὁ μοχλὸς ἐλάϊνος ἐν πυρὶ μέλλεν
Ἀΐσσειν χλωρός περ ἐών, διεφαίνετο δ' αἰνῶς,
Καὶ τότ' ἐγὼν ἄσσον Φέρον ἐκ πυρὸς, ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Ἵσταντ'· αὐτὰρ θάρσος ἐνέπνευσεν μέγα θυμῷ.

Cæterùm poſtquã feſtinauit perfectis ſuis operibus,
Simul ille rurſus duobus correptis apparauit cœnam:
Et tum ego Cyclopem alloquebar propè aſtans.
Poculum in manibus tenens nigri uini,
Cyclops accipe, bibe uinũ, poſtq̃ cõmediſti humanas car- (nes
Vt ſcias qualẽ utiq; potũ nauis occultauerat
Noſtra, tibi. a. rurſus libamen ferã ut mei miſertus
Domum mittas: tu aũt furis non amplius tolerabiliter
Infelix, quomodo q̃ſquã ad te in poſterũ alius accedat
Ex hominibus plurimis, quoniam non ex officio egeſti.
Sic dixi: ille accepit & bibit gauiſus uehementer.
Dulcem potum bibens, & me rogauit ſecundò rurſus,
Da mihi adhuc benignus & mihi tuum nomen dic
Statim nũc, ut tibi dem hoſpitale munus quo tu gau- (deas.
Etenim Cyclopibus fert alma terra
Vinum generoſum & illis Iouis imber auget:
Verùm hoc ambroſiæ & nectaris eſt latex.
Sic ait, cæterùm ei rurſus ego dedi ardens uinum.
Ter quidem præbui, ter autem ebibit inſipientia.
Cæterũ poſtq̃ Cyclopẽ circa mentẽ occupauit uinum,
Tum certè ipſum uerbis alloquebar blandis,
Cyclops, interrogas me nomẽ inclytũ, cæterùm ego tibi
Dicam, tu. a. mihi da hoſpitale munus ut policitus es,
Vtis mihi nomen eſt, Vtim autem me uocant
Mater atq; pater atq; omnes alij ſocij.
Sic dicebam, ille aũt me rurſus excepit ſæuo animo,
Vtim ego extremum edam poſt ſuos ſocios,
Alios quidem prius, hoc tibi hoſpitale munus erit.
Dixit, & recũbens cecidit ſupinus, cæterùm deinde
Iacebat inflexus craſſam ceruicem, & illum ſomnus
Cepit omnia domans, è gutture ruebat uinum,
Fruſtaq; humanæ carnis. hic. a. eructabat uino grauatus
Et tum ego uectem ſub cinere demiſi multo,
Vt calefieret, uerbiſq; omnes ſocios
Confirmaui, ne aliquis mihi ſubueritus refugeret.
Sed cùm mox uectis oleaginus in igne erat
Arſurus uiridis exiſtens, candebat uehementer.
Et tum ego propiùs attuli ex igne, circum autem ſocij
Stabant, cæterum animũ inſpirauit ingentem damon.

Hi

Hi qdē uectē apprehēſo oleagino acuto in ſummitate,
Oculo infixerunt, ego autem infernè innixus
Verſabam, ueluti quis terebrat lignum uir nauale
Terebro, illi uerò infrà torquent loro
Attingentes utring, illud circūuoluitur aſſiduè ſemp.
Sic eius in oculo ignitum uectem capientes
Verſabamus. hunc. a. ſanguis circumfluebat calefactū.
Oēs. a. ei palpebras circū & ſupercilia cremauit uapor
Pupilla ardenti. ſtridebant. a. ei radices,
Veluti cùm uir faber ſecurim magnam aut aſciam
In aqua frigida mergit ualdè ſtridentem,
Corroborans, hoc enim ferri utiq; robur eſt.
Sic huius ſtridebat oculus oleaginum circa uectem.
Horrendè autem eiulauit, inſonuit autem petra.
Nos. a. perterriti diſſipati fugimus: caterum ille uectē
Exemit oculo aſperſum ſanguine multo.
Illum quidem deinde abiecit à ſe manibus anxius.
Caterùm ipſe Cyclopas altè uocauit, illi circa ipſum
Habitabant in ſpeluncis per promontoria uentoſa.
Illi autem uocem audientes accurrebāt alicunde alius,
Stātes. a. interrogabāt circa ſpeluncā quidnā ipſum af-
Cur tantū Polypheme laſus ſic clamaſti? (fligeret,
Noctem per diuinam & inſomnes nos feciſti?
Num quis. à te oues mortalium inuito abegit?
An' ne aliquis teipſum occiderit dolo an ui?
Hos rurſus ex antro alloquutus eſt fortis Polyphemus,
Amici, Vtis me interfecit dolo neq; uiribus.
Illi uerò reſpondentes, uerba uolatilia dixerunt,
Quod ſi certè iam quis tibi uim infert cùm ſolus ſis,
Nullo modo licet Iouis magni effugere plagam.
Sed tu ſupplica patri Neptuno regi.

Οἱ μὲν μοχλὸν ἐλόντες ἐλάϊνον ὀξὺν ἐπ' ἄκρῳ
Ὀφθαλμῷ ἐνέρεισαν· ἐγὼ δ' ἐφύπερθεν ἀερθεὶς
* Δίνεον. ὡς δ' ὅτε τις τερύπῳ δόρυ νήϊον ἀνὴρ
Τρυπάᾳ, οἱ δέ τ' ἔνερθεν ὑπαΐσσουσιν ἱμάντι
Ἀψάμενοι ἑκάτερθεν, τὸ δὲ τρέχει ἐμμενὲς αἰεί·
Ὣς τῷ γ' ὀφθαλμῷ πυρὶ κείμενα μοχλὸν ἐλόντες
Δινέομεν, τὸν δ' αἷμα περίῤῥεε θερμὸν ἐόντα.
Πάντα δέ οἱ βλέφαρ' ἀμφὶ καὶ ὀφρύας εὗσεν ἀϋτμὴ,
Γλήνης καιομένης· σφαραγεῦντο δέ οἱ πυελρίζαι.
Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ χαλκεὺς πέλεκιν μέγαν ἠὲ σκέπαρνον
Εἰν ὕδατι ψυχρῷ † βάπτει μεγάλα ἰάχοντα,
Φαρμάσσων (τὸ γὰρ αὖτι σιδήρου τε κράτος ἐστίν)
Ὣς τῷ σίζ' ὀφθαλμὸς ἐλαΐνεον περὶ μοχλῷ.
Σμερδαλέον δ' ἤμυγε· περὶ δ' ἴαχε πέτρη.
Ἡμεῖς δ' δείσαντες ἀπεστύμεθ'. αὐτὰρ ὁ μοχλὸν
Ἐξέρυσ' ὀφθαλμοῖο πεφυρμένον αἵματι πολλῷ·
Τὸν μὲν ἔπειτ' ἐρρίψεν ἀπὸ οἱ χερσὶν ἀλύων.
Αὐτὰρ ὁ Κύκλωπας μεγάλ' ἤπυεν, οἳ ῥά μιν ἀμφὶς
Ὤκεον ἀν πτελέαις ἠδ' ἀκροτάτῃσι λοφιῇσιν.
Οἱ δ' ἀΐοντες ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος·
Ἱστάμενοι δ' εἴροντο περὶ σπέος, τίς ἑ κήδει,
Τίπτε τόσον Πολύφημ' ἀρημονέων ὤσθ' ἐβόησας
Νύκτα δι' ἀμβροσίην, καὶ ἀΰπνους ἄμμε τίθησθα;
Ἦ μή τίς σεῦ μῆλα βροτῶν ἀέκοντος ἐλαύνει;
Ἦ μή τίς σ' αὐτὸν κτείνῃ δόλῳ ἠὲ βίηφι;
Τοὺς δ' αὖτ' ἐξ αὐτέων προσέφη κραταιὸς Πολύφημος,
Ὦ φίλοι, ἦ τίς με κτείνει δόλῳ, οὐδὲ βίηφι.
Οἱ δ' ἀπαμειβόμενοι ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον,
Εἰ μὲν δὴ μή τίς σε βιάζεται οἷον ἐόντα,
Νοῦσόν γ' οὔπως ἐστὶ Διὸς μεγάλης ἀλέασθαι·
Ἀλλὰ σύ γ' εὔχεο πατρὶ Ποσειδάωνι ἄνακτι.

COMMENTARIVS.

ἄγχι παρῆσται) Vlyſſes apud Eurypidem conqueritur, quòd in his crudelibus epulis Polyphemo aſtiterit quaſi famulus.

ἐγὼ δ' ὁ τλήμων σταχὺ ἀπ' ὀφθαλμῶν χέων — ἐχρεμπτόμην Κύκλωπι, καὶ διηκόνουν· id eſt:
Ego uerò miſer lacrymas ab oculis profundens — *Accedebam ad Cyclopem, & ei miſcebam.*

De ſocijs autem eos in receſſus antri ſeſe abdidiſſe,

ἄλλοι δ' ὅπως ὀρινθῆς, ὑπ' μυχοὺς πίτρας — πτήξαντες εἶχον, αἷμα δ' οὐκ ἐνῆν χροΐ. id eſt:
Alij autem, ut aues in latibulis antri — *Perterriti habitabant, ſanguis autem non inerat cuti.*

Vbi notanda eſt Vlyſſis noſtri conſtantia, non minima in rebus mortalibus uirtus.

πιεῖν οἶνον) Apud eundem Euripidem ſic dicit:

——ὦ παῖ ποντίου θεοῦ Κύκλωψ — ——*O fili marini Dei Cyclops,*
σπεῦσον τοιοῦτον οἷον Ἕλλὰς ἁμπέλων ἄπο — *Iudica hoc qualem Græcia ex uitibus*
πέλας κομίζει πῶμα Διονύσου γάνος. id eſt: — *Diuinum ferat potum, lætitiæ oblectamentum.*

οὐ δῆθ' μέντοι) Non ſe adeò ex præcedenti caſu conſternatum Vlyſſes præbet, aut perterrefactum ob ipſius Cyclopis crudelitatem, ut liberè tamen cum eo non loquatur, cum aſperitate uerborum, quæ inuictum illius animum ſatis ſignificat.

ἡδὺ μὲν οὖν πιεῖν) Illectus huius Maronei uini dulcedine, petit ex eodem alium hauſtum ab Vlyſſe: cui, ne ingratus uideatur, hoſpitale munus illi pollicetur: quale autem illud ſit, poſtea uidebimus. Laudat autem illud uinū, & non ſolùm Cyclopicis anteponit, quāquam præſtantiſsimis: ſed etiam cum Ambroſia & Nectare comparat. Vbi uidentur Ambroſia & Nectar pro uno eodemque ſumi, cùm tamen manifeſte alias diſtinguantur. Vide noſtrum Lexicon.

πρὶν δ' ἔκπιεν) Apud Euripidem numerus ternarius præfixè non ponitur, ſed ſimpliciter Vlyſſes dicit, ſe ſubinde Cyclopi ex eo uino propinaſſe:——ἐγὼ δ' ἐσ' ἐγχέων ἄλλο ἐσ' ἄλλο, σπλάγχν' ἡδόμενον ποτῷ. quod paulò poſt apud eundem Poetam melius exprimitur, cùm Cyclopi Vlyſſes & Silenus adſunt, ut ei pocula ſubminiſtrent, quod toties ab eis repetitum eſt, donec turbata ob ebrietatem mente dixerit Polyphemus:

ἰὼ ἰώ, ὡς ἐξεύδουσα μόχλος ἄκρατος ἡ χάρις. — τὴν γῆ φέρεσθαι τὴν Διὸς δι' τὸν ῥόθον
ὁ δ' ἥδιστος μοι συμπεμψόμενος δοκεῖ — λεύσσω, τὸ πᾶν τε δαιμόνων ἀγνὸν σέβας.

Sed Poeta noſter hoc numero contentus eſt, ut nimirum inde uis immenſa illius uini appareat, utpote quod in tam parua quantitate potuerit monſtrum illud Cyclopicum euertere.

ἐρωτᾷς μ' ὄνομα) Sic apud Euripidem Κυ σὺ δ' ὦ ξέν', ἀπὸ τοῦ μ'. ὅ, τι σε χρὴ καλεῖν. Ο' δὴν. Οὖτιν. χάριν δὲ τίνα λαβὼν σ' ἐπαινέσω; Κυ. πάντων σ' ἑταίρων ὕστερον δαιτυμονᾷ. Οδυ. Καλόν γε τὸ γέρας τῷ ξένῳ δίδως Κύκλωψ. id eſt: Tu uerò, hoſpes, dic nomen, quo te decet appellare. Vly. Vtim. Quo autem beneficio accepto te laudabo? Cyc. Omnium te ſociorum poſtremum comedam. Vly. Egregium ſanè munus hoſpiti dederis, Cyclops. Qua de re in ſequenti annotatione.

ἥπερ ἐγὼ φυλάσσω) Animaduertenda eſt Cyclopis iſtius feritas, qui magno beneficio deputari uult ab Vlyſſe, quod ei tādiu mortem proroget. Vnde factum eſt, ut Κύκλωπος δώρεα, Cyclopis munus, pro inutili munere prouerbialiter uſurpetur. Lucianus in κατατομῇ· ἐ πάνυ με ἡ τῶ Κύκλωπος ἐκείνη εὐφραίνει δωρεά, τὸ τελευταῖον αὐτὸν φύλακα ἐγὼ τὸν ἕπαι κατέδομαι. id eſt: Haud admodum me Cyclopis illud donum delectat, uidelicet quòd ita pollicetur, Ego Vtim poſtremum deuorabo. Verba ſunt Micylli cerdonis: qui cùm eſſet queſtus quòd non ſtatim cum alijs in cymbam Charontis reciperetur, atque hoc ipſum Clotho Parca beneficij uice imputaret, quòd interim tantillum moræ lucrifaceret ne deſcenderet ad inferos, in hunc modum reſpondit. Et rectè dixit Eraſmus, ad hūc locum Homeri Lucianum reſpexiſſe. Vide eundem Eraſmum Adag. Chil. 1. Cent. 4. prou. 5.

ἀλλ' ὅτι δὴ τοιχ' ὁ μόχλος) Hîc conſilium anteà ſuſceptum de excæcando Cyclope exitum ſortitur: adeò ſcelera non relinquit inul-

ta Deus. Hunc autem Polyphemum Euripides expressit, ubi Vlysses de hac re sic deliberat,

ὅταν δ' ὁ κύκλωψ βαρὺν ὕπνον κατάρᾳ·	Cùm autem dormiet uino uictus,
ἀκρίμων ἐλαίας ἔστιν ἐν δόμοισι τις,	Stipes olea exstat in aedibus quidam,
ὃν φασγάνῳ τοῦδ' ἐξαποξύσας ἄκρον,	Quem ense isto exacuens in summa parte
δὸς πῦρ καθῆπτ'· κἄθ' ὅπως πεπαυμένον	Igni imponam. posteà cùm incensum
ἴδω νιν ἄρτι θερμὸν ἐς μέσην βαλών	Videro illum, tollens callidum, in medium iaciem
κύκλωπος ὄψιν, ὄμματ' ὀπτήξω νεά.	Cyclopis oculum, uidendi facultatem illi tabefaciam.
ναυπηγίου δ' ὡς ἄπτε ἁρμοζῶν ἀνὴρ	Nauium structuram autem ut siquis adornat
δισσοῖν ζυλίνοιν, τρύπανον κωπηλατῇ,	Duabus habenis, terebrum uersat:
ὣς τὸν κυκλώπειον ἕλκων ὀφθαλμὸν ἐγὼ φασφέρᾳ	Sic includam torrem in lucente
κύκλωπος ὄψει, κῆρας σπουδαίους κόρης. id est:	Cyclopis uisu, & arefaciam simul pupillas.

Vbi miror pluraliter ὄμματα, & κόρας de Cyclope uno oculo dici. Quanquam ὀμμάτων, uidendi facultatem transtuli. Illud idem Achæmenides apud Virgil. sic narrat:——nec talia passus Vlysses,

Oblitusue sui est Ithacus discrimine tanto:	Nomina sortitique uices, unà undique circum
Nam simul expletus dapibus, uinoq; sepultus	Fundimur: & tolo lumen terebramus acuto
Cernicem inflexam posuit: iacuitq; per antrum	Ingens, quod torua solum sub fronte latebat
Immensum, saniem eructans ac frusta cruento	Argolici clypei aut Phoebea lampadis instar.
Per somnum commista mero: nos magna precati	Et tandem laeti sociorum ulciscimur umbras.

ἀμὴν δὴ μήτις) Cyclops ille sic uulneratus clamore suo reliquos Cyclopas excitauit, hi concurrunt, quæruntque clamoris causam: sed ambiguo uocabulo, quod ad fictum Vlyssis nomen accederet. quod inscienter quidem illi faciunt, sed ita res fortè tulit, ut hic insuper dolor Polyphemo accederet, cùm respondentē illum de illius nomine, qui uulnus hoc ei inflixerat, cæteri nō intelligerent, sed ambiguè quoque dictum illius interpretarentur. Quærunt enim his uerbis Cyclopes, ἦ μήτις: id est, nunquid aliquis. Illud autem μήτις, cum οὖτις idem esse uidetur: ideò cùm casum suum exponeret, diceretq;, οὖτίς μ' ἀπέκτανε, cæteri idem eum dicere arbitrati sunt, οὐδείς, uel οὐθείς, quibus æquipollet οὖτις, id est nullus. Iliad. α. οὖτις χεῖρας ἴσασιν. id est οὐδείς. Itaque opportunè afflictum hominem insuper eluserunt, quanquam ignoranter: referuntque si à nullo lædatur, cum solus existat, aliquid ei aduersi tamen à Ioue accidere, patienter illud ei esse ferendum. Vbi apparet, quod antè diximus, non perinde impios esse reliquos Cyclopas, ut uolebat Polyphemus. Porrò hoc Polyphemi & reliquorum Cyclopum colloquium elegantes expressit Euripides, quod referre non erit omnino inutile:

χο. τί χρῆμ' αὐτὰς ὦ κύκλωψ; κυ. ἀπωλόμην.	Κύ. Οὖτις μ' τυφλοῖ βλέφαρον. χο. οὐκ ἄρ' ἦ τυφλὸς
χο. οὐχεὸς γε φαίνῃ. κυ. καὶ σὺ σῖγ' δὴ γ' ἄθλιος.	Κύ. ὡς δὴ σύ. χο. τί φῶς σὺ τὸν σ' αὖ θεὶν τυφλὸν;
χο. μῶν τὸν κατ' ἄντρα δὲ μένοντ' ἐν αὐλίοις.	Κύ. σκώληξ. ὁ δ' Οὖτις, πῶ 'στι; χο. ἐδαμοῦ κύκλωψ.
κύ. Οὖτις μ' ἀπόλλυσιν. χο. οὐκ ἄρ' ἐσθ' ὁ δίκαιος.	Κύ. ὁ ξυνῶν, ὃ δ' ἐρῆς οὐ μαθὼν μ' ἀπόλλυσιν, &c.

Ibi cum οὖτις diceret Polyphemus, quod nomen sibi Vlysses imposuerat, Chorus Satyrorum pro οὖτις interpretabatur.

Ὣς ἄρ' ἔφαν ἀπόντες. ἐμὸν δ' ἐγέλασε φίλον κῆρ	*Sic dixerunt abeuntes, meū autem risit charū cor,*
Ὡς ὄνομ' ἐξαπάτησεν ἐμὸν καὶ μῆλα ἀμύμονα.	*Quod nomē decepisset meum & inculpatum consiliū.*
Κύκλωψ δ' ἠνίαχων τε καὶ ὠδίνων ὀδύνῃσι,	*Cyclops autem ingemiscens & dolens doloribus*
Χερσὶ ψηλαφόων, ἀπὸ μὲν λίθον εἵλε θυράων.	*Manibus palpitans, lapidem quidem amouit à ianua.*
Αὐτὸς δ' εἰνὶ θύρῃσι καθέζετο χεῖρε πετάσας,	*Ipse autem intra ianuam sedebat manus extendens*
Εἴπινά τῳ μετ' ὄεσσι λάβοι ἐίκοντα θύρηζε.	*Si aliquem fortassis inter oues caperet exeuntē foras.*
Οὕτω γάρ τῳ μ' ἤλπετ' ἐνὶ φρεσὶ νήπιον εἶναι.	*Sic enim me putabat in mente stultum esse.*
Αὐτὰρ ἐγὼ βάλλόμην ὅπως ὀχ' ἄριστα γένοιτο,	*Caterùm ego deliberabam quid factu optimum esset,*
Εἴπιν' ἑταίροισι θανάτῳ λύσιν ἠδ' ἐμοὶ αὐτῷ	*Si quam socijs mortis solutionem, atq; mihi ipsi*
Εὑροίμην. πάντας γὰρ δόλους καὶ μῆτιν ὕφαινον,	*Inuenirem, omnes enim dolos & consilium texui.*
Ὡς τοῦ ψυχῆς. μέγα γὰρ κακὸν ἐγγύθεν ἦεν.	*Videlicet ob uitam, ingens enim malum præsens erat.*
Ἥδε δέ μοι κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή.	*Illud aūt mihi in animo optimum apparebat consiliū.*
Ἄρσενες οἶες ἦσαν ἐϋτρεφέες δασύμαλλοι	*Mares oues erant benè nutriti lanosi,*
Καλοί τε μεγάλοι τε, ἰοδνεφέες εἰροπόκοντες·	*Pulchriq; magniq; uiolaceam lanam habentes.*
Τοὺς ἀκέων συνέειρον ἐϋστρεφέεσσι λύγοισι,	*Hos tacitè colligaui bene tortis funibus,*
Τῇς ἔπι Κύκλωψ εὕδεσκε πέλωρ, ἀθεμίστια εἰδώς.	*In quibus Cyclops dormiebat monstrum impia doctus,*
Σιτῆρες ἀρύμενος ὁ μὲν ἐν μέσῳ ἄνδρα φέρεσκεν,	*Tribus unā constructis, qui in medio, uirum ferebat,*
Τὼ δ' ἑτέρω ἑκάτερθεν ἴτην σώοντες ἑταίρους.	*Duo autem aly utriq; ibant seruantes socios.*
Τρεῖς δ' ἕκαστον φῶτ' ὄϊες φέρον· αὐτὰρ ἔγωγε	*Tres autem singulos uiros oues ferebant, caterùm ego*
(Ἄρσην γὰρ ἔην μήλων ὄχ' ἄριστος ἁπάντων·)	*(Aries enim erat pecudum longè optimus omnium)*
Τῷ κῆ' νῶτα λαβὼν, λασίῃσιν ὑπὸ γαστέρ' ἑλυθεὶς	*Huius tergum arripiēs uillosum sub uentrem delapsus*
Κείμην. αὐτὰρ χερσὶν ἀώτῳ θαητοῖσιν	*Pendebam: caterùm manibus lana preciosissima*
Νωλεμέως στρεφθεὶς ἐχόμην πετηλὸν θυμῷ.	*Firmiter implicitus tenebam audaci animo.*
Ὣς τότε μὲν στοναχοντες ἐμείναμεν ἠῶ δῖαν.	*Sic tū quoq; ingemiscētes expectauimus auroram diuinā.*
Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,	*Quādo. à. manè genita apparuit roseis digitis aurora,*
Καὶ τότ' ἔπειτα νομόν δ' ἐξέσσυτο ἄρσενα μῆλα.	*Et tum continuò ad pascua exegit mascula pecora.*
Θήλειαι δ' ἐμέμηκον ἀήμελκτοι περὶ σηκούς.	*Fœmina uerò balabant immulcta per stabula.*
Οὔθατα γὰρ σφαραγεῦντο· ἄναξ δ' ὀδύνῃσι κακῇσι	*Vbera enim grauabantur, custos uerò doloribus multis*
Τειρόμενος, παίτων ὄϊων ἐπεμᾴετο νῶτα	*Afflictus, omnium ouium nota palpitabat terga*
Ὀρθῶν ἑσταώτων. τὸ δ' ἔνηπιος οὐκ ἐνόησεν	*Rectè stantium: illud autem stultus non animaduertit*
Ὡς οἱ ὑπ' εἰροπόκων ὄϊων στέρνοισι δέδεντο.	*Vt illi uellera tonsa ouium pectoribus ligati essent,*
Τῷ πάντων ἀρνειὸς μήλων ἔσχε θύρηζε,	*Vltimus aries pecorum exibat foras*
Λαχμῷ στεινόμενος, κατὰ ἐμοὶ πυκινὰ φρονέοντι·	*Densitate pilorum grauatus, & me uaria cogitante.*
Τὸν δ' ἀμειβόμενος προσέφη κρατερὸς Πολύφημ.	*Hunc palpitans alloquutus est fortis Polyphemus,*

Igna-

Ignaue aries quid mihi per ſpeluncam exis ouium
Vltimus? neutiquam antea relictus ibas ab ouibus,
Sed multò primus paſcebaris teneros flores herbæ
Magnificè incedēs primus ad fluēta fluuiorū perueniēs.
Primus.a.ad caulam deſiderabas redire
Veſpertinus, nunc rurſus ultimus, num tu domini
Oculum deſideras? quem uir malus eruit
Cum moleſtis ſocijs, poſtquam domuiſſet mentem uino
Vtis, quem nondum exiſtimo elapſum eſſe mortem.
Vtinam idem ſentires uocaliq; fieres
Dicere. ubinam ille meum robur effugit.
Profectò ei cerebrum per ſpeluncam huc & illuc
Verberato flueret ad ſolum, meumq; cor
Quieſceret è malis, q̄ mihi nihili precij uir intulit Vtis.
Sic loquutus arietem ab ſe demiſit foràs.
Venientes.a.paululum à ſpeluncaq; & aula,
Primus ab ariete ſoluebar, ſolui autem ſocios.
Celeriter autem pecora rectipeda pinguia pinguedine
Multa ferientes pepulimus, donec ad nauem
Peruenimus, deſiderati charis ſocijs uiſi ſumus,
Qui effugimus mortē: alijs uerò ingemiſcebant ſtentes,
Sed ego non ſinebā, ſupercilijs autem innuebā ſingulis
Lugere, ſed iuſſi celeriter uilloſa pecora,
Multa in nauem recipientes renauigare ſalſam aquā.
Illi ſtatim conſcenderunt & per tranſtra ſederunt,
Ordine.a ſedentes canum mare uerberabant remis.
Sed quādo tantū aberāt quātū utiq; audire poteſt cla-
Et tunc ego Cyclopē alloquebar conuicijs: (mitās,
Cyclops, non debebas imbellis uiri ſocios
Mandere in ſpelunca caua forti ui.
Et ſanè te debebant inuadere mala facta,
Infelix quoniam hoſpites non uerebaris tua in domo
Abſumere, ideoq; te Iupiter ultus eſt & alij dij.
Sic dicebā, ille.a.continuò iraſcebatur ex corde magis
Miſit autem abrumpens uerticem montis magni.
Detecit autem ante nauem nigram proram habentē,
Paululū.a.abfuit gubernaculū extremum nanciſci.
Inundauit autem mare aduenīente à petra.
Hanc ſtatim ad littus refluus ferebat fluctus
Inūdatio ex mari, appropinquauit ut littus attīgeret.
Caterùm ego manibus apprehendens ingentem cōtum
Detruſi ab littore, ſocijs autem excitans imperaui
Inijcere remos, ut malum fugeremus
Capite annuens: hi autem incumbentes remigabant.
Sed quando certè bis tantum mare ſulcātes abiimus,
Certè tum Cyclopem alloquebar, circùm autem ſocij
Blandis uerbis prohibebant hinc atq; illinc,
Infelix, cur uis irritare agreſtem uirum?
Qui etiam nunc in pontum iacto telo deduxit nauem
Rurſus ad continentē, & certè exiſtimabamus illic peri
Si uerò reſonantē te aut loquentem audierit, (turos.
Collidere poterit noſtra capita, & naualia ligna,
Saxo aperto iaciens, tantum enim iaculatur.
Sic dicebā, ſed nō pſuaſerūt meū generoſum animū,
Sed ipſum rurſus alloquutus ſum elato animo,
Cyclops, ſi quis te inter mortales homines,
Oculi interrogauerit indecentem cecitatem
Dic Vlyſſem urbium euerſorem euulſiſſe

Κεῖνε πέπον, τί μοι ὧδε μετὰ σπέος ἔσυο μύλων
Τ' ἄφρων; ὅτι πάρος γε λελειμμένος ἔρχεαι οἰῶν,
Ἀλλὰ πολὺ πρῶτος νέμεαι τέρεν ἄγρωστιν πίνων,
Μακρὰ βιβᾶς· πρῶτος δ' ἠρῶας ποταμῶν ἀφικάνεις.
Πρῶτος δ' ἑσπόμενος λιλαίεαι ἀπονέεσθαι.
Ἐκ σπέος ἦ νῦ σε πανύφρων. ἦ σύ γ' ἄνακτος
Ὀφθαλμὸν πρόφρασσι, τὸν οὐτὴρ κακὸς ἐξαλάωσε,
Σοὶ λυγροῖς ἑτάροισι δαμασσάμενος φρένας οἴνῳ,
Οὖτις· ὃν οὔπω φημὶ πεφυγμένον εἶναι ὀλέθρου,
Εἰ δὴ ὁμοφρονέοις, καί κεν φωνήεις τε γένοιο
Εἰπεῖν ὅππῃ κεῖνος ἐμὸν μένος ἠλασκάζει·
Τῷ κέ οἱ ἐγκέφαλός γε δαφοινεὸς ἄλλυδις ἄλλῃ
Θεινομένου ῥαίοιτο πρὸς ὄδεϊ κἀδάϊ θυμὸν κῆρ
Λωφήσαι κακῶν· τά μοι οὐτιδανὸς πόρε Οὖτις.
Ὣς εἰπὼν, τὸν κριὸν ἀπὸ ἕο πέμπε θύραζε.
Ἐλθόντες δ' ἠμαῖον ἀπὸ σπείους τε καὶ αὐλῆς,
Πρῶτος ὑπ' ἀρνειῷ λυόμην, ὑπὸ δ' ἕλυσα ἑτάρους·
Καρπαλίμως δ' ἅ τε μῆλα ταναύποδα πίονα σημῷ
Πολλὰ διαπρο πέοντες ἐλαύνομεν, ὄφρ' ἐπὶ νῆα
Ἱκόμεθ'· ἀασάμενοι δ' ἑτάροισι φαίημεν,
Οἳ φύγομεν θάνατον, τοὺς δ' ἐσσυμένως γοόωντες.
Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἔων, ἀνὰ δ' ὀφρύσι νεῦον ἑκάστῳ
Κλαίειν· ἀλλ' ἐκέλευσα θοῶς κατὰ μῆλα πολιτὰς
Πόλλ' ἐν νηῒ βαλόντας ἁλιπλῆτα ἐπιπλεῖν ἀλμυρὸν ὕδωρ.
Οἱ δ' αἶψ' ἄσπετον, καὶ διὰ κληῖσι κάθιζον.
Ἑξῆς δ' ἐζόμενοι πολιὸν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς.
Ἀλλ' ὅτε τόσον ἀπῶ ὅσσον τε γέγωνε βοήσας,
Καὶ τότ' ἐγὼ Κύκλωπα προσηύδων κερτομίοισι,
Κύκλωψ, οὐκ ἄρ' ἔμελλες ἀνάλκιδα οἰδήσειν ἑταίρους
Ἔδμεναι ἐν σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῇφι βίηφι·
Καὶ λίην σοί γε μέλλε κιχήσεσθαι κακὰ ἔργα,
Σχέτλι' ἐπεὶ ξείνους οὐχ ἅζεο σῷ ἐνὶ οἴκῳ
Ἐσθέμεναι· τῷ σε Ζεὺς τίσατο καὶ θεοὶ ἄλλοι.
Ὣς ἐφάμην. ὁ δ' ἔπαφτο χολώσατο κηρόθι μᾶλλον.
Ἦκε δ' ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο.
Καὶ δὴ ὑπὲρ ἔβαλε πρηόπαρθε νεὼς κυανοπρῴροιο,
Τυτθὸν ἐδεύησεν δ' οἰήϊον ἄκρον ἱκέσθαι.
Ἐκλύσθη δὲ θάλασσα κατηρεφὴς ὑπὸ πέτρης·
Τὴν δ' αὖτ' ἤπειρόν δε παλιρρόθιον φέρε κῦμα
Πλημμυρὲς ἐκ πόντοιο, θέμωσε δ' ἤπειρον ἱκέσθαι.
Αὐτάρ ἐγὼ χείρεσσι λαβὼν πρεμνήκεα κοντὸν
Ὦσα περιξ, ἑτάροισι δ' ἐπευρώσας ἐκέλευσα
Ἐμβαλέειν κώπῃς, ἵν' ὑπὲκ κακότητα φύγοιμεν,
Κρατὶ κατανεύων. οἱ δ' ἐπεπόντες ἔρεσσον.
Ἀλλ' ὅτε δὴ δὶς τόσσον ἅλα πρήσσοντες ἀπῆμεν,
Καὶ τότ' ἐγὼ Κύκλωπα προσηύδων, ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἐρήτυον ἄλλοθεν ἄλλος,

Σχέτλιε, τίπτ' ἐθέλεις ἐρεθίζεμεν ἄγριον ἄνδρα,
Ὅς καὶ νῦν πόντονδε βαλὼν βέλος, ἤγαγε νῆα
Αὖτις ἐς ἤπειρον; καὶ δὴ φάμεν αὐτόθ' ὀλέσθαι.
Εἰ δ' ἡμεῖς γε βοὴν ἢ αὐδήσαντος ἄκουσε,
Σύριγξιν ἄρηξε μέσσων κεφαλὰς καὶ νῆϊα δῆσεν,
Μαρμάρῳ ὀκριόεντι βαλὼν τόσσον γε δίηνεν.
Ὣς φάσαν. ἀλλ' ἐμὸν μεγαλήτορα θυμὸν,
Ἀλλά μιν ἄψορρον προσέφην κεκοτηότι θυμῷ,
Κύκλωψ, αἴκέν τις σ' ὀϊζυρῶν ἀνθρώπων
Ὀφθαλμὸν ἔρηται ἀεικελίην ἀλαωτύν,
Φάσθαι δ' Ὀδυσῆα πτολιπόρθιον ἐξαλαῶσαι,

Τἰὸν Λαέρτεω, Ἰθάκῃ ἔνι οἰκἰ ἔχοντα.
Ὣς ἐφάμην. ὁ δέ μ' οἰμώξας ἠμείβετο μύθῳ,
Ὦ πόπι, ἦ μάλα δὴ μὲ παλαίφατα θέσφαθ' ἱκάνει.
Ἔστι τις ἐνθάδε μάντις ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε,
Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο,
Καὶ μαντεύόμενος κατιγήρα Κυκλώπεσσιν·
Ὅς μοι ἔφη πάντε ταῦτα τελεύτησεσθαι ὀπίσω,
Χειρῶν ἐξ Ὀδυσῆος ἀμαρτήσεσθαι ὀπωπῆς.
Ἀλλ' αἰεί τινα φῶτα μέγαν καὶ καλὸν ἐδέγμην
Ἔνθάδ' ἐλεύσεσθαι, μεγάλῳ δὴ πιφαύσκοντ' ἀλκῇ·
χ. ἀκακὸν χ. ἀλάωσας ἐπάμ' ἰφθιμέοισιν
Νῦν δέ μ', ἐὸν ἀλίγκιον τι καὶ ἀτιδασὸν καὶ * ἄκικυν,
Ὀφθαλμῷ * ἀλάωσεν, ἐπεί μ' ἐδαμάσατο οἴνῳ.
Ἀλλ' ἄγε δεῦρ' Ὀδυσεῦ, ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω,
Πομπλίω τ' ὀτρύνω δόμεναι κλυτὸν Ἐννοσίγαιον.
Τῶ γὰρ ἐγὼ παίς εἰμι, πατὴρ δ' ἐμὸς εὔχεται εἶναι·
Αὐτὸς δ' αἴκ' ἐθέλῃσιν ἰήσεται, ὐδέ τις ἄλλος
Οὔτε θεῶν μακάρων, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων.
Ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέφην,
Αἴ γὰρ δὴ ψυχῆς τε καὶ αἰῶνός σε δυναίμην
Εὖνιν ποιήσας πέμψαι δόμον Ἄϊδος εἴσω.
Ὡς σὸν ὀφθαλμόν γ' ἰήσεται οὐδ' Ἐνοσίχθων.
Ὣς ἐφάμην, ὁ δ' ἔπειτα Ποσειδάωνι ἄνακτι
Εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς ἠρανὸν ἀστερόεντα,
Κλῦθι Ποσείδαον γαιήοχε κυανοχαῖτα.
Εἰ ἐτόν γε σὸς εἰμὶ, πατὴρ δ' ἐμὸς εὔχεαι εἶναι,
Δὸς μὴ Ὀδυσῆα πολιπόρθιον οἶκαδ' ἱκέσθαι
Τἰὸν Λαέρτεω, Ἰθάκῃ ἔνι οἰκἰ ἔχοντα.
Ἀλλ' εἴ οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν, καὶ ἱκέσθαι
Οἶκον ἐϋκτίμενον καὶ ἐὴν ἐς πατρίδα γαῖαν,
Ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, ὀλέσας ἅπὸ πάντας ἑταίρους,
Νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, εὕροι δ' ἐν πήματα οἴκῳ.
Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος. τῷ δ' ἔκλυε Κυανοχαίτης.
Αὐτὰρ ὅγ' ἐξαῦτις πολὺ μείζονα λᾶαν ἀείρας,
Ἧ κ' ἐπιδινήσας· ἐπέρεισεν δ' ἶν' ἀπέλεθρον.
Κὰδ δ' ἔβαλεν μετόπισθε νεὸς κυανοπρῴροιο,
Τυτθὸν ἐδεύησεν δ' οἰήϊον ἄκρον ἱκέσθαι·
Ἐκλύσθη δ' ἅλαδε κατερχομένης ὑπὸ πέτρης·
Τλὼ δ' ἐπέσω φέρε κῦμα, θέμωσε δ' ἐπὶ χέρσον ἱκέσθαι.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τὰ νῆσον ἀφικόμεθ' ἔνθά περ ἄλλαι
Νῆες ἐϋσσελμοι μενέον ἀθρόαι, ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Εἵατ' ὀδυρόμενοι, ἡμέας πολὺ δέγμενοι αἰεί,
Νῆα μὲν οὖθ' ἑλθόντες ἐκέλσαμεν ἐν ψαμάθοισι,
Ἐξ δὲ καὶ αὐτοὶ βῆμεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
Μῆλα δ' Κύκλωπος γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἑλόντες
Δασσάμεθ', ὡς μή τις μοι ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης.
Ἄρνειὸν δ' ἐμοὶ οἴῳ ἐϋκνήμιδες ἑταῖροι
Μήλων δαιομένων δόσαν ἔξοχα. τὸν δ' ἐπὶ θοὶνὶ
Ζηνὶ κελαινεφέϊ Κρονίδῃ ὃς πᾶσιν ἀνάσσει,
Ῥέξας, μηρί' ἔκηον. ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο ἱρῶν,
χ. ἴστε Ἀλλ' * ἄρα μερμήριζεν ὅπως ὀλέσαιτο πᾶσαι
Νῆες ἐϋσσελμοι καὶ ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι.
Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἧμεθα δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ.
Ἧμος δ' ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε,
Καὶ τότ' ἐκοιμήθημεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
Ἧμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάροισιν ἐποτρύνων ἐκέλευσα
Αὐτούς τ' ἀμβαίνειν, ἀνά τε πρυμνήσια λῦσαι.

Filium Laërti in Ithaca domum habentem.
Sic dicebam, ille mihi eiulans respondebat sermone,
Papè, quàm scilicet mihi prisca uaticinia accidunt.
Erat quidam hic uates uir bonus magnusq;,
Telemus Eurymides qui uaticinijs superabat:
Et uaticinans consenuit inter Cyclopas,
Qui mihi dicebat hæc omnia perfectum iri in posterũ,
Manibus ex Vlyssis priuatum iri uisu.
Sed semp quẽdã uirũ ingentẽ & pulchrũ existimabã
Huc uenturum esse magna præditum uirtute.
Nunc autem me paruus & nihili & imbellis,
Oculo priuauit postquam domuit me uino.
Sed age huc ueni, Vlysses, ut tibi hospitalia præbeam,
Deductionemq; solicitem dare inclytum Neptunum.
Huius ego filius sum, pater autem meus gloriatur esse,
Ipse.a. si quidẽ uoluerit sanabit, neq; quisquam alius,
Neq; deorum immortalium, uel mortalium hominũ.
Sic ait, porrò ego ipsum excipiens alloquebar,
Vtinam uerò anima & uita te potuissem
Spoliatum mittere intra Plutonis domum.
Haud sanè oculum utiq; sanabit neq; Neptunus.
Sic dicebam, ille continuò Neptuno regi
Supplicabat, manus extendens in cælum stelliferum,
Audi Neptune terram continens nigra cæsarie,
Si utiq; tuus sum, pater autem meus gloriaris esse,
Da ut non Vlysses urbium euersor in patriam ueniat,
Filius Laërtis in Ithaca domum habens.
At si illi fatale est amicosq; uidere & peruenire
Domũ ad bene ædificatam, & suam in patriam terrã,
Serò malè ueniat, postquam perdiderit omnes socios
Naue in aliena, inueniat autem detrimentum domi.
Sic ait precans, hunc autem audiuit Neptunus.
Cæterùm ille rursus multò maiore lapide sublato,
Misit circumrotatum, intendit autem magnam uim.
Detecit autem post nauem nigro rostro:
Paululũ defuit. a. ut gubernaculũ summũ attingeret,
Exundauit autem mare proruente ab saxo. (adsre
Hanc. a. ulterius ferebat fluctus, appropinquat v. terrã
Sed quando certè ad insulam peruenimus, ubi aliæ
Naues benè tabulatæ stabant denſe, in ipsis autem socij
Sedebant lugentes, nos expectantes semper:
Nauẽ quidẽ illuc ubi uenissemus subduximꝰ in arenas,
Ipsi autem exiuimus ad littus maris.
Pecora autem Cyclopis caua ex naui deducta
Diuisimus, ut nullus mihi priuatus abierit sua portiõe.
Arietem autem mihi soli fortes socij
Diuisis ouibus dederunt præ alijs, eum enim in littore
Ioui atras nubes cogenti Saturnio, qui omnib. imperat,
Sacrificio facto fœmora incẽdi: ille. v. nõ curabat sacra.
Sed certè deliberabat quo pacto perderentur omnes
Naues benè tabulatæ, & mihi dilecti socij.
Sic nunc quidem tota die donec sol occidit
Sedebamus, epulantes carnes immensas & dulce uinũ:
Quando autem sol occidit, & tenebræ superuenerunt,
Et tum dormiuimus in littore maris.
Quãdo. a. manè genita apparuit roseis digitis aurora,
Tum ego socios illos excitans imperaui,
Et ipsos conscendere & rudentes soluere.

Illi

Illi uerò ſtatim ingredi, & per tranſtra ſedere.
Ordine aũt ſedentes canum maxe uerberabant remis.
Hinc uerò ulterius nauigauimus triſtati corde
Læti ex morte euitata poſtquã charos amiſimus ſocios.

Οἱ δ' ἂψ' ἔσσαινον καὶ ἐπὶ κληῖσι κάθιζον.
Ἑξῆς δ' ἐζόμενοι πολιὼ ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς.
Ἔνθεν ἦ προτέρω τλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ,
Ἀσμενοι ὀκ θανάτοιο, φίλους ὀλέσαντες ἑταίρους.

COMMENTARIVS.

ἄρσενες οἶες)Hîc duo uidentur in obſeruationem cadere. primùm generaliter ſtudium, quod ad ſuæ & ſociorum uitæ conſeruationem Vlyſſes adhibet: deinde ſpecialiter, quod ſocijs & ſibi, præſtat. Alio enim modo ſibi, alio ſocijs prouidet. Hos ſub ouibus recondit, ſe uerò ſub ariete qui totius gregis erat præſtantiſsimus, adeò ut maiorem ſui quàm ſociorum curam habuerit: ita quilibet ſibi potius quàm alijs conſulit, ut ſi cui duarum arcium detur optio, is ſibi munitiorem eliget. Tamen hoc quoque non eſt prætermittendum, quòd cum ſolus poſſet Vlyſſes effugere ſocijs relictis: tamen æquum non exiſtimauit id à ſe fieri, quod apertè apud Euripidem teſtatur his uerbis: —ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἀπολιπὼν φίλους

τοὺς ἐνδον ὄντας, ἡ μόνῳ σωθήσομαι· ἀλλ' ἡ δίκαιον, ἀπολιπόν τ' ἐμῶ φίλους
Καί τοι φύγοιμ' ἄν, κἀκβεβὼς ἄντρου μυχῶν· ξυὼ οἴσασ' ἦλθον ἐς τοῦρο, σωθῆναι μόνον.

καὶ πίπτει)Tactu hunc poſtremum exeuntem è grege ſuo Polyphemus cùm obſeruaret, idque præter morem & conſuetudinem præcedentium temporum, quibus ſolebat gregem antecedere ſiue exeundo in paſcua, ſiue in ſtabula redeundo: miratus hanc nouitatem eum alloquitur, quaſi nimirum intellectu præditum (quem animalibus ueteres tribuiſſe aliàs in Iliade copioſè enucleauimus) cauſamque huius ignauiæ rogat. Suſpicatur ergo, quia uocem ab eo non poterat extorquere (ideò ut uocalis eſſet, paulò pòſt exoptat) affici eum dolore, quòd paſtorem ſuum & dominum excæcatum uideret: tum exponit ei, à quo id effectũ ſit, excidiumque illi minitatur, ſi ab ariete poſſet indicari. Hac de re ſic ille apud Tullium 5. Tuſcul. Itaque augurem Tireſiam, quem ſapientem fingunt Poetæ, nunquam inducunt deplorantem cæcitatem ſuam: at uerò Polyphemum Homerus, cùm immanem ferumque finxiſſet, cum ariete etiam colloquentem facit, eiúsque laudare fortunas: quòd quà uellet, ingredi poſſet, & quę uellet attingere. Rectè hic quidem. nihilo enim erat ipſe Cyclops, quàm aries ille prudentior, &c. Vbi ego lubenter contenderim, elic hic Ciceronis lapſum, quia talia non dicuntur à Polyphemo arieti, ut licet ex ipſo textu Homeri colligere. Cæterùm apud Euripidem Polyphemus chorum Silenorum interrogat, ubinam ille Vtis ſit, à quibus etiam indicatur: ſed ubi longius iam ab illo receſsiſſet.

Κύκλωψ, οὐκ ἄρ' ἔμελλες)Prudenter Vlyſſes tum demum Cyclopem alloquitur, cùm aliquo iam interuallo diſtaret: periculum enim erat, ne ſi propior illi fuiſſet, illæſus non diſcederet, cùm uix quidem adeò remotus cauere ſibi ab illo potuerit, ut paulò pòſt referetur. Exprobrat autem illi Vlyſſes, quòd crudelitas quam in ſocios ſuos exercuit, meritam pœnam à Deo reliquiſſe Dijs conſe quuta ſit: non tam ob præſens iſtud factũ, ſed etiam ob præcedentem inhumanitatem, qua iam à longo tempore in hoſpites ſuos utebatur. Vnde colligitur ueritas illius ſententiæ Theognidis,

ἀθλίες πῶ ξεῖνον, πολυπαθὴς, ἐξαπατήσας *Hoſpes decipiens peregrinos, ſine rogantum*
ἀθλ' ἱκέτεω θνητῶν ἀθανάτους ἐλαθε. id eſt: *Supplicitèr uocem, nemo Deos latuit.* ut uertit Natalis.

ἀλλ' ἡ πᾶθον)Sic elatus ſecunda fortuna animus ſubmitti rationi uix poteſt. Periculum enim præcedens prudentiorem Vlyſſem eſſicere debuerat, ne Cyclopem ita uerbis aſperis amplius prouocaret: quod etiã ſocij monebant. Sed Vlyſſes non paruit, adeò etiam aliquid generoſitatis in uerbis aduerſus hoſtem contumelioſis ineſſe exiſtimatur: ideò toties in Iliade uidimus ſolitos uictores de uictis arroganter gloriari cum eorum contemptu & ſui iactantia. Itaque Vlyſſes dicit, ἀλλ' ἡ πᾶθον ἐμὸν μεγαληφορᾶθυμόν. Exponit autem Cyclopi uerum ſuum nomen, duabus de cauſis. primùm, ut hoc pacto ſe plenius ulciſceretur, quòd ipſi hoſti maior erat futurus dolor, ſi eum cognoſceret, à quo hoc damnum ſibi erat illatum. Moris eſt enim, ut accepta iniuria manſueſcamus eò citius, cùm nobis author illius eſt ignotus. Vide Ariſt. 2. Rhet. ad Theod. cap. 3. de Manſuetudine, ubi hunc ipſum locum adducit. Alteram cauſa eſt, ut hanc quoq; gloriam ſibi in ignota regione compararet. Adderem tertiam, ſi ex conſilio ipſius Vlyſsis proficiſceretur. Addam tamen, quia ex Poetæ inſtituto: ut nimirum intelligeret Polyphemus ueritatem illius uaticinij, de quo mox dicemus.

ὦ πόποι ἦ μάλα δὴ)Sic apud Euripidem, cùm Vlyſſes ſuum uerum nomen expoſuiſſet, illicò exclamat:

αἰαῖ, παλαιὸς χρησμὸς ὀκπεφάνθη μοι *Vah uah! uetus oraculum perfectum eſt.*
τυφλὸν γὰρ ὄψεσθ' ὀκ ὀφθὲν χρόνιον μ' ἔφη *Cæcum enim uiſum ex te habiturum me dixit*
τροίας ἀφορμηθέντ'. id eſt: *Troia profectò.*

Apud Homerum autem deſcribitur ipſius uaticinij author. Apud Ouid. 13. Metam. idem uaticinium ſic refert:

Telemus interea Siculum delatus in æquor, *Fronte geru media, rapiet tibi, dixit, Vlyſſes.*
Telemius Eurymides, quem nulla fefellerat ales, *Riſit, & ô Vatum ſtolidiſſime falleru (inquit)*
Terribilem Polyphemon adit lumenq; quod unum *Alterа iam rapuit.* ſup. Galatea quam amabat Polyphemus.

ἀλλ' αἰεί πνα φῶτα)Hoc ſemper decepit Polyphemum, quòd hanc ſibi cæcitatem à forti quodam uiro accidere exiſtimabat. Eum itaque ingentem etiam corpore imaginabatur, quaſi fieri non poſſet ut ille tantus ab alio quàm ab eo qui aut eo eſſet ingentior, aut ſaltem par uaſtitate, opprimi poſſet. Itaque hoc eum maximè angit, quòd à nullius precij uiro hoc ipſi inflictum ſit. Talem autem dicit Vlyſſem propter illius corporis ſui reſpectu gracilitatem, ac proculdubio cæcitatem illam æquiore erat animo toleraturus, ſi à uiro quodam ingẽtis magnitudinis hoc ipſi fuiſſet illatũ: nunc uerò quòd dolo tam miſerè ſit uictus, hoc eũ peſsimè habet.

ἀλλ' ἄγε δὴ)Doloſè ſine omni dubio Vlyſſem ad ſe pellicit, ut propiorem meliùs & commodiùs ulciſcatur. Sed nouit Vlyſſes huiuſmodi eſcas non attingere, ut qui intelligat tam manifeſto hoſti temerè non eſſe confidendum.

αἴ γὰρ δὴ ψυχῆς) Qui ſuperiora noſtra legerit de Vlyſsis uindicta per ſimplicem cæcitatem, & hæc attenderit, habet quod nobis opponat: quia ibi dicebamus grauiorem eſſe hanc ultionem, quàm ſi penitus nèci Cyclopem tradidiſſet: nunc uerò Vlyſſes optat, ut cum etiam interficere potuiſſet. Reſpondeo, hæc ab Vlyſſe dici quaſi animum Polyphemi inde magis exulceraret: nam ij nobis grauiores fiunt inimici, quos intelligimus de eripienda nobis uita cogitaſſe: cuius deſiderio & amore cùm omnes teneantur, ſic etiam mortẽ exhorreſcunt. Nam cur non potuerit Polyphemũ Vlyſſes interficere? Sanè perinde id facilè fuiſſe exiſtimo, atq; oculum effodere. Porrò ad exacerbandũ magis hoſtẽ hæc uidetur pronũciaſſe. Quod ſi quis hęc minus probauerit, meliora, ſi placet, afferat.

κλῦθι ποσιδάων)Hinc uidetur colligi, mutatum ex nouo caſu ad pietatem Polyphemum, cùm Deum ultorem aduocat: quem non in mari, cum tamen maris Deus Neptunus credatur, & proinde ibi quærendus uideretur, ſed in cœlo quærit. nam ἴυχετο χεῖρ' ὀρέων ἐς οὐρανὸν ἀστερόεντα: quaſi ſolus ille cœli rector uerus ſit Neptunus exiſtimandus, ut ſolus rerum omnium & conditor & moderator. Hoc porrò à lectoribus attentè conſiderari iubeo. Petit autem à Neptuno alterum ex his duobus, uel ut pereat in mari, antequam in patriam perueniat: uel ſi fatis impeditur, ne id faciat, ut ſaltem multis laboribus & erroribus agitetur cum ſuorũ omnium tum ſociorum tum nauium iactura. Et hanc partem uoti conceſsiſſe Polyphemo Neptunum intelligendum eſt, cum ſimpliciter poſtea dicitur eum exaudiſſe. Apud Euripidem illud etiam in oraculo & uaticinio illo de ſe contineri dicit Polyphemus:

—ἀλλά νύ σὲ τοι μίκρας ὑφείξειν αὐτὸ τῶν δ' ἐθέσπισε Πολυφὼ παλαίστῃ χρόνον ὀναμερίθμιον.

ὁ δὲ οὐκ ἐμπάζετο)Notandum eſt, Vlyſſem hæc poſtea ex ipſo exitu agnouiſſe. cùm autem propriè Neptunus omnia hæc illi damna inflixerit, ut ipſe etiam Iupiter ſuprà lib. 1. dicebat: tamẽ hoc altiùs Vlyſſes repetit, nimirum ab Ioue, ὃς πᾶσιν ἀνάσσει, quod etiam aliàs præſtitit, ubi nos quoque nonnihil diximus.

Finis libri noni.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Κ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Οδυσσείας

ARGVMENTVM DECIMI LIBRI Odysseæ.

ΑΠΕΡΙ τὴν Αἴολον ἀπαγγέλλει τὴν τῶν ἀνέμων φύλακα ἐν ἔδωκεν Ὀδυσσεῖ ἔχοντα Ζέφυρον, τοὺς ἄλλους ἀνέμους ἐγκεκλεισμένους ἐν ἀσκῷ· ὃν οἱ ἑταῖροι λύσαντες κομιοῦνται Ὀδυσσῆος, ἀπὸ σὺν αὐτῷ χρυσὸν εἶναι νομίζοντες, ὑπὸ τοῦ δὲ Αἰόλου ἀποπεμπόμενοι ἦλθον πρὸς Αἰολον. ἐκ δευτέρου δὲ ἦλθον πρὸς Αἰολον Ὀδυσσεύς, ἐκπλεύσας ἐκ τῆς Καλυψοῦς νήσου, καὶ ἀφικόμενος εἰς τὴν Λαιστρυγόνων ἀφικνεῖται· παρ' οἷς ἐνδεκα τῶν νεῶν ἀπολέσας, μετὰ ἑνὸς πλοίου εἰς τὴν Αἰαίαν παραγίνεται. κἀκεῖ Εὐρυλόχῳ τὸ ἥμισυ τῶν ἑταίρων κλήρῳ λαχόντας σκέψασθαι, πέμψαντος τινὰς οἱ κατοικήσοντας. μεταμορφωθέντων δὲ ἐκείνων εἰς σύας ὑπὸ τῆς Κίρκης, πλὴν Εὐρυλόχου, αὐτὸς ἐπὶ ζήτησιν ἐλθὼν, λαβὼν παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ φάρμακον τὸ μῶλυ, οὐδὲν βλαφθεὶς. ἀλλὰ καὶ τῶν ἑταίρων τὴν δοχαίαν φύσιν λαβόντων, ὁμοίως παραμένας παρὰ τῇ Κίρκῃ, εἰς ᾅδου κατέρχεται.

AQuæ apud Aeolum acciderant narrat, uentorum *custodem*, ut dederit Vlysi secundum uentum Zephyrum, alijs uentis inclusis in utre: quem socij ubi soluissent dormiente Vlysse, uidelicet in ipso aurum esse rati, redeunt ad Aeolum. Non autem recipiēte Aeolo Vlyssem, illinc nauigans, ad Læstrygonas peruenit, apud quos undecim nauibus amissis in insulam Aeæam proficiscitur. Et cum Eurylocho dimidium sociorum sorte electum emisit, interrogaturos quinam essent incolæ. Transformatis autem illis in sues à Circe præter Eurylochum, ipse ad inquisitionem egressus, accepto à Mercurio *nimirum* pharmaco moly non læsus est. Sed & iam socij pristinam formam cùm recepissent, & annum desedissent apud Circen, ad inferos descendit.

Ἄλλη.

Κάπηλον δ' ἴχ' Αἴολα, Λαιστρυγόνων, τ' Κίρκης ἔργα.

Aliud.

K. habet Aeoli, Læstrygonum, & Circes gesta.

ΑΙΟΛΙΗΝ δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιεν
Αἰολος Ἱππotάδης, φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ. πᾶσαν δέ τε μιν πέρι τεῖχος
Χάλκεον, ἄρρηκτον· λιστὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη.
Τοῦ καὶ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν·
Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἠβώοντες.
Ἔνθ' ὅγε θυγατέρας πόρεν ἡμῖν εἶναι ἀκοίτας.
Οἱ δ' αἰεὶ παρὰ πατρὶ φίλῳ καὶ μητέρι κεδνῇ
Δαίνυνται· παρὰ δὲ σφιν ὀνείατα μυρία κεῖται.
Κνισῇ δέ τε δῶμα θοῇσιν ἀχίζεται αὐλῇ
Ἤματα, νύκτας δ' αὖτε παρ' αἰδοίοις ἀλόχοισι
Εὕδουσ' ἐν τε τάπησι καὶ ἐν † τρητοῖς λεχέεσσι.
Καὶ μὲν τῶν ἱκόμεσθα πόλιν καὶ δώματα καλά.
Μῆνα μὲν αὐτὰρ φίλει με, καὶ ἐξερέεινε ἕκαστα,
Ἴλιον, Ἀργείων τε νέας, καὶ νόστον Ἀχαιῶν.
Αὐτὰρ ἐγὼ τῶ πάντα κατ' μοῖραν κατέλεξα.
Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼν ὁδὸν ἤτεον, ἠδ' ἐκέλευον
Πεμπέμεν, οὐδέ τι κεῖνος ἀνήνατο, πὺξε δὲ πομπὴν
Δῶκε δέ μοι δείρας ἀσκὸν βοὸς ἐννεώροιο·
Ἔνθα δὲ Βυκλάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα.
Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων,
Ἠμὲν παυέμεναι, ἠδ' ὀρνύμεν ὅν κ' ἐθέλῃσι.
Νηῒ δ' ἐνὶ γλαφυρῇ κατέδησε μέρμιθι φαεινῇ
Ἀργυρέῃ, ἵ' μήπη παρεκπνεύσῃ ὀλίγον περ.
Αὐτὰρ ἐμοὶ πνοιὴν Ζεφύρου * προέηκεν ἀῆναι,
Οἳ φέρα φέροι νῆάς τε καὶ αὐτούς. ἀτὰρ ἄρ' ἔμελλεν
Ἐκτελέειν· αὐτῶν γὰρ ἀπωλόμεθ' ἀφραδίῃσιν.
Ἐννῆμαρ μὲν ὁμῶς πλέομεν νύκτας τε καὶ ἦμαρ·
Τῇ δεκάτῃ δ' ἤδη ἀνεφαίνετο πατρὶς ἄρουρα·
Καὶ δὴ πυρπολέοντας ἐλάσσομεν ἐγγὺς ἐόντας.
Ἔνθ' ἐμὲ μὲν γλυκὺς ὕπνος † ἐπήλυθε κεκμηῶτα.
Αἰεὶ γὰρ πόδα νηὸς ἐνώμων· οὐδέ τῳ ἄλλῳ
Δῶκ' ἑτάρων, ἵνα θᾶσσον ἱκοίμεθα πατρίδα γαῖαν.
Οἱ δ' ἕταροι ἐπέεσσι πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον,
Καί μ' ἔφασαν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον οἴκαδ' ἄγεσθαι,
Δῶρα παρ' Αἰόλου μεγαλήτορος Ἱππotάδαο.
Ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον,
Ὦ πόποι, ὡς ὅδε πᾶσι φίλος καὶ τίμιός ἐστιν

IN Aeoliam insulam peruenimus, ubi habitabat
Aeolus Hippotades charus immortalibus dys,
Natanti in insula: totam uerò ipsam circumdat murus
Ferreus, infragilis, lauis uerò circùm currit petra.
Huius duodecim liberi in regia nati sunt:
Sex quidem filiæ, sex quidem filij pubescentes
Tum illa filias coniunxit filijs, ut essent uxores.
Hi semper iuxta patrē charū & matrem uenerandam
Conuiuantur: iuxta eas aūt tibaria uaria apponūtur:
Nidorosa autem domus circum personat in aula
Die, nocte uerò rursus apud pudicas uxores
Dormiunt, intrag. tapetas & in tessellatis lectis.
Equidē ad horū peruenimus urbē & domos eximias,
Mēsem. v. in totū amicè excipiebat me, et interrogabat
Iliū Argiuorūq. naues, & reditū Gracorū. (singula,
Caterùm ego huic omnia ut decebat enarraui.
Sed quando certè ego iter postulabam atq. admonebā
Dimittere, nihil qcq. ille abnuit, parauit. a. deductionē:
Dedit autem mihi excoriatum utrem bouis nouennis,
In quo procelloſorum uentorum ligauit flatus.
Illum enim promum uentorum fecit Saturnius,
Aut quidem mulcere aut tollere quemcunq. uelit.
Naue in caua alligaui funiculo splendido,
Argenteo, ut nō quicq. præterflaret ne paululū quidem,
Caterùm mihi flatum Zephyri immisit ut flaret,
Vt ferret naues. & nos, non autem iam erat
Perfecturus, ipsorum enim perÿmus insipientia.
Per nouem dies continuò nauigamus noctesq. & dies,
Decima uerò iam apparebat patria tellus.
Et iam qui faces præferrent uidimus propè existentes.
Ibi me dulcis somnus occupauit defessum,
Semper. n. pedem nauis mouebam, neq. cuiquam alij
Dedi sociorū, ut celeriter pueniremus in patriā terrā.
Socij autem uerbis ad se inuicem loquebantur,
Et me suſpicati sunt aurumq. & argentum reducere
Dona ab Acolo magnanimo Hippotadæ:
Sic aliquis dicebat conſpicatus in proximum alium,
O dÿ, quàm hic omnibus gratus est & magni precij

Homi-

Hominibus, ad quorũcunq; urbem & terram uenìat.
Multa quidem ex Troia ducit preciosa pulchra
Ex præda, nos rursus eadem profectione confecta,
In patriam redimus uacuas manus habentes.
Et nunc ipse hæc præbuit rẽ gratã faciens ob amicitiam
Aeolus, sed agè celeriter uideamus quæ nam illa sint,
Quantum auriq; & argenti utri insit.
Sic dicebant, consilium autem malũ uicit sociorum.
Vtrem quidem soluerunt, uenti aũt omnes eruperunt.
Hos statim furens ferebat in pontum procella,
Flentes terra à patria: caterùm ego
Experrectus, in animo eximia deliberabam,
Siue lapsus ex naui perirem in ponto,
An tacitus sustinerem & adhuc uiuis interessem:
Sed sustinui & mansi: absconditus autem in naui
Iacebam, illi uerò ferebantur malo uenti turbine
Rursus ad Aeoliam insulam, lugebant autem socij.
Ibi in littus conscendimus, & hausimus aquam.
Statim prandium ceperunt celeres apud naues socij.
Caterùm postquam cibumq; gustauimus atq; potum,
Tum uerò ego præconem comitem eligens & socium,
Iui ad Aeoli inclytas ædes: hunc uerò inueni
Conuiuantem iuxta suam uxorem & suos liberos.
Vt uenimus autem in domum ad fores in limine
Sedebamus, illi.v. in aĩo obstupescebãt interrogabantq;
Quomodo ueneristi Vlysses? qs tibi malus ingruit dæmõ?
An quidem te accuratè dimisimus, ut peruenires
In patriam terram & ædes, & sicubi gratum esset.
Sic dicebãt, caterùm ego alloquebar tristatus corde,
Læserunt me socij mali, ad illosq; somnus
Infelix, sed medemini amici: potestas enim penes uos.
Sic loquutus sum blandis demulcens uerbis.
Illi uerò muti facti sunt, pater. a. excipiebat sermone,
Valeas ocyus ex insula, pessime uiuentium,
Neq; enim mihi fas est excipere neq; dimittere
Virum illum qui dijs inuisus est beatis.
Abeas, quoniam certè dijs inuisus huc ueneristi.

Ἀνθρώποις ὁπίων τι πόλιν καὶ γαῖαν ἱκηταί.
Πολλὰ μὲν ἐκ Τροίης ἄγεται κειμήλια καλὰ
ληίδος· ἡμεῖς δ' αὖτι ὁμιλὸν ὁδὸν σκιλέοντες,
Οἴκαδε νισόμεθα κενεὰς σὺν χέρας ἔχοντες.
Καὶ νῶϊ οἱ πάγ' ἔδωκε χαριζόμενος φιλότητι
Αἴολος· ἀλλ' ἄγε θᾶσσον ἰδώμεθα ὅ, τι πόσ' ἐστίν,
Ὅσσος τις χρυσός τε καὶ ἄργυρος ἀσκῷ κέεται.
Ὣς ἔφασαν· βουλὴ δὲ κακὴ νίκησεν ἑταίρων.
Ἀσκὸν μὲν λῦσαν, ἄϋσεν δ' ἐκ πάντες ὄρουσαν·
Τὰς δ' αἶψ' ἁρπάξασα Φέρε σπέος ἐνδὸς θύελλα
Κλαίοντας, γαίης ἄπο πατρίδος. αὐτὰρ ἔγωγε
Ἐγρόμενος, κῆρ' ἧμὸν ἀμύμονα μερμήριξα
Ἦ ἐπεσὼν ἐκ νηὸς ἀποφθίμενος σὺν τοῖσιν,
Ἦ ἀκέων τλαίην, καὶ ἐπὶ ζωοῖσι μετείην.
Ἄλλ' ἔτλην καὶ ἔμεινα καλυψάμενος δ' ἐνὶ νηῒ
Κείμην· αἱ δ' ἐφέροντο κακῇ αὐέμοιο θυέλλῃ
Αὖτις ἐπ' Αἰολίην νῆσον· ἐστενάχοντο δ' ἑταῖροι.
Ἔνθα δ' ἐπ' ἠπείρου βῆμεν, καὶ ἀφυσάμεθ' ὕδωρ,
Αἶψα δ' ἕλαπρον ἕλοντο ἧος παρὰ νηυσὶν ἑταῖροι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ σίτοιό τε καὶ ποτῆτος,
Δὴ τότ' ἐγὼ κήρυκά τ' ὀπασάμενος καὶ ἑταῖρον,
Βῶ εἰς Αἰόλου κλυτὰ δώματα· τὸν δ' ἐκίχανον
Δαινύμενον παρὰ ἧ τ' ἀλόχῳ καὶ οἷσι τέκεσσιν.
Ἐλθόντες δ' ἐς δῶμα, παρὰ σταθμοῖσιν ἐπ' αὐδῇ
Ἐζόμεθ'· οἱ δ' ἀνὰ θυμὸν ἐθάμβεον, ἔκτ' ἐρέοντο,
Πῶς ἦλθες Ὀδυσεῦ; τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων;
Ἦ μάλ' ἐνδυκέως ἀπεπέμπομεν, ὄφρ' ἀφίκοιο
Πατρίδα σὴν, καὶ δῶμα, καὶ εἴτῳ τι φίλον ἐστίν.
Ὣς φάσαν. αὐτὰρ ἐγὼ μετεφώνεον ἀχνύμενος κῆρ,
Ἄασέ μ' ἑταροί τε κακοὶ, πρὸς δ' οἶσί τε ὕπνος
Σχέτλιος· ἀλλ' ἀκέσασθε φίλοι δυώδεκα γὰρ ἐν ὑμῖν.
Ὣς ἐφάμην, μαλακοῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν.
Οἱ δ' αὖτε ἐγρόντο. πατὴρ δ' ἠμείβετο μύθῳ,
Ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον ἐλέγχιστε ζωόντων·
Οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶ κομίζεμεν ἠδ' ἀποπέμπειν
Ἄνδρα τὸν ὅς κε θεοῖσιν ἀπέχθηται μακάρεσσιν.
Ἔρρε, ἐπεὶ ἄρα θεοῖσιν ἀπεχθόμενος τόδ' ἱκάνεις.

COMMENTARIVS.

αἰολίλω δ' ἐς νῆσον) Hæc insula Aeolia dicitur ab illius rege Aeolo, quæ solùm ab Homero memoratur, cùm tamen constet septem esse insulas, quæ Aeoliæ appellantur: uel etiam nouem, ut quidam uoluerunt. Non desunt tamen, ut refert Didymus, qui aliã quandam remotam insulam hîc ab Homero intelligi arbitrentur. Alij uerò contrà, qui contendunt Vlyssem circa Siciliam & Italiam nauigasse. Itaque Lotophagos uolunt eos esse, qui Acragantini appellantur, uel qui Camarinæi. Per Cyclopas uerò Leontinos intelligunt. Aeoli uerò insulas septem, Strongylem, Didymen, Hieram, Hicesiam, Liparam, Erycodem, & Phænicodem. Alij uerò has insulas in Tyrrhenico mari sitas esse dicunt. Præstat tamen id nos intelligere, quòd magis patet. Constat enim, has insulas esse in mari Siculo, ut testatur Diodorus & ipse Siculus lib. 5. ubi etiam, cum de Aeolo scribit, refert ad hunc fabulas tradere Vlyssem errantem diuertisse: cùm tamen unius solùm meminerit Poeta. Si liceat nobis diuinare, Strongylem intelligemus, quæ Aeoli domus appellatur tum à Strabone tum à Solino. Strab. lib. 6. *ἡ δὴ στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἔστι δὲ καὶ αὐτὴ λιμένος, βία μὲν φλογὸς λειπομένη, τῷ δὲ φέγγει πλεονεκτοῦσα, σύνταξιν δὲ τὴν Αἰόλου οἰκῆσαι φασίν.* id est: Strongyle à rotunditate figuræ sic dicta, ignita ipsa quoque uiolentia flammarum minor, fulgore excellens. Hîc habitasse Aeolum aiunt. Solinus cap. 11. uersus finem: Strongyle tertia, Aeoli domus uergit ad solis exortum minimè angulosa, quæ flammis liquidioribus differt à cæteris.

πλωτὴ ἐνὶ νήσῳ) Dionysius in sua περιηγήσει septem illas insulas communi nomine πλωτὰς appellari dicit, quasi circum undique nauigabiles, *ἔπλωσε δὲ αἰ πᾶσαι· ὡσὶν ἐπώνυμοι αὐσθάσι πλωταὶ ἔνεκα μίσσον ἔχουσι περὶ πλοῦν ἀμφίλικτον.*
Et paulò antè uocauit eas eodem sensu περιδρόμους· *τὰς δὲ μείζ', αἰόλας ἐούσας περιδρόμους ἐν ἁλὶ νήσους.* quod enarrans ibidem Eustathius, *ἐπώνυμοι, φησίν, αὐσθάσι πλωταὶ, τουτέστι φερομένας καλύμμασι πλωταὶ. ἐχ' ὅπ μετακινοῦνται, ὡς ἡ Δῆλός ποτε ἐνομίσθη, ἀλλὰ ὅτι ὡς περίδρομοι, μέσου, φησὶν, ἔχουσι περίπλουν ἀμφίλικτον, τουτέστι περιπλέονται, καὶ ἐπιγράφονται, καὶ ἄκτλοοι, ἀδὲ μαχθήσιμοι πνά. τοῦτο δὲ ἀρετὴ νήσου ἐστίν.* Eò redit eius interpretatio, πλωτὰς dici non quòd moueantur & fluctuent, ut de insula Delo fabulantur: sed quòd circumnauigantur, & sunt notæ, neq; innominatæ, neque innauigabiles, quòd aliquid incommodi in illis existat (*ἀδὲ μαχθήσιμον πνά*, puta propter scopulos aut freta periculosa, ut Scylla & Charybdis fuisse memorantur.) Et hæc, inquit, est uirtus insularum: hoc est, hoc nomine maximè commendari possunt. Hîc autem πλωτὰς νήσους appellari uolunt quidam, quasi πλειομένας eodem sensu: *οἷον πλὼ σὸ πλοῦς μείοις τόποις κεκμένου*, quæ in nauigabili loco sita fuerit. Sed Aristarchus, Didymo referente, πλωτὰς φορητὰς interpretabatur, quasi *παραφερομένους*, id est mobilem & inconstantem, ut quæ nunc ad dextras nunc ad sinistras partes uideatur. Quod refutat Didymus, defendit Eustathius. Vide in Lexico Homerico.

φιλοξ ἀθανάτοισι) Cur amicus Dijs Aeolus diceretur, explicat Diodorus Siculus lib. 5. nimirum *ἀδὲ πλὼ ὑπερβολὴν τῆς εὐσεβείας*, ob eximiam illius pietatem, qua puta cæteros antecellebat.

τὰ κ' ὀλόλικα) Diodorus Siculus eodem libro sex quidẽ Aeoli filios recensẽt, Astyochũ (uel Astychũ) Xuthũ, Androcleũ, Pheræmona (uel Pheramona) Iocastũ & Agathyrnũ (Latina uersio habet Agathyrsum) qui oẽs ob gloriã ac uirtutes paternas magno in honore

nore sunt habiti, adeò ut Siculi & Sicani (quorum illi orientem, hi occasum spectant) cùm inuicem dissiderent, tamen his sponte pã ruerint: intelligit autem Pheræmona & Androcleum, ut ex filo narrationis sequitur. At noster Vlysses eiusdem quoque Aeoli sex filias agnoscit, quæ fratribus ipsis à patre sint desponsatæ, nobili exemplo incestuosi matrimonij, quod illis seculis uidetur fuisse licitum, ut antea in alijs personis monebamus lib. 6. in Alcinoi coniugio. Vnde ergo cepit Ouidius argumentum illius epistolæ Canaces filiæ Aeoli ad Macareum fratrem? Credo damnasse & puniuisse factum filiæ patrem, quòd extra cõiugium illud perpetrasset:

ἀεόλῃ π αὖθι φίλτατο) Fuit enim hospitalitatis laude clarissimus Aeolus. de quo sic idem Diodorus: ὁ δ' Αἰολ& ἔτὶς ἐν ἐκείνοις ὁ μυθολογῦμε τὸν Ὀδυσσέα κ τὴν πολύπλοκον ἀφικόμε. ἱστορεῖ δ' αὐτὸν φάσκων ἐνοικῆσ κ φιλικῶς, ἐπ δὲ κ ἐκεῖνος τὺς ξένους φιλοφρόνως. id est: Aeolus uerò is est, ad quem Vlyssem errantem uenisse fabulantur. Fuisse autem illum dicunt pium & iustum, insuper etiam erga hospites humanum. Et Dionysius eum φιλοξένῳ donat epitheto Αἰόλῳ ἱπποτάδῃ φιλοξένῳ βασιλῆ&. Hanc humanitatem nunc se expertum Vlysses refert.

κῆνον γὰρ πομπῆα) Aeolus uentorum custos à ueteribus est creditus, proinde in illius esse potestate tempestates uel excitare uel pacare, uentos nimirum laxando uel coercendo. Iuno itaque Virgiliana sic eum affatur:

Aeole (nam tibi Diuûm pater atq; hominum Rex Et mulcere dedit fluctus & tollere uentos, &c.

& paulò antè dixerat Poeta *——hic uasto rex Aeolus antro*

Luctantes uentos, tempestatesq; sonoras Imperio premit, & uinclis ac carcere frenat.

Apollonius, αἰόλον ὃς' ἀνέμοις αἰθριοδόσιον ἀνάσσει: Aeolum qui uentis æthere natis imperat. Dionys. in περιηγήσει iam à nobis laudata, αἰόλα, ὃς ἠπιτὰ μετ' ἀνδράσιν ἐπλάγχθη δῶρα, Κοιρανίλιν ἀνέμων κλονεόντων δ' ἐκέκαστο: Aeoli qui miranda inter homines sortitus est dona, Imperium uentorum, siue turbantium siue quiescentium. Nam, ut ait Natalis Mythol. 8. cap. 10. antequàm uentis Aeolus imperaret, dicta sunt multa accidisse uentorum certamina, quæ urbes frequentissimas ac regiones deuastarint: qualia fuerunt illa, quæ tantoperè mare infestarunt, ut Siciliam ab Italia seiunxerint: & cùm prius nullum esset mare mediterraneum, uis tempestatis in Oceano orta per quoddam spatium terram discidit, unde aqua per calpen ingressa, mare quod est intra terram fecit, ob depressam regionem, Africamque ab Europa determinauit. ut in his ait Valerius Flac. 1. Argon.

Has nimbi uentiq; domos & naufraga seruat Rector erat) Libya cum rumperet aduena calpen
Tempestas, hinc in terras, latumq; profundum Oceanus, cùm flens Siculos Oenotria fines
Est iter, hinc olim solus miscere polumq; Perderet, & medijs intrarent montibus undæ, &c.
Infelixq; fretum: (neq; enim tunc Aeolus illis

Quod negari propter antiquitatem non posse ait Natalis: illud scilicet quod de irruptione Oceani dicitur. Ergo Aeolus uentis est præfectus, qui arbitrio suo illos regeret ac moderaretur. Id multi interpretati sunt allegoricè, inter quos est Polybius apud Strab. lib. 1. Is cùm errores Vlysis apud Homerum explicaret, dicebat Aeolum, qui prædiceret quomodo per fretum nauigari posset, cùm ijs locis ob affluxum & refluxum maris cursus difficulter teneri, fretumque superari queat, uentorum promũ dictum fuisse ac regem: quemadmodum Danus quod Argis ὑδρᾶι (id est aquatica instrumenta, ut uertit Xylander) demonstrasset: & Atreus, quòd solis cursum cœli conuersioni renitentis, docuisset, uatesque & sacrorum inspectores Reges sunt creati, & olim sacerdotibus Aegyptiorum, Chaldæis, Magisque sapientia alios superantibus honores & imperia sunt delata. atque ita etiam unusquisq; Deorum honores repèrit, eo quòd aliquid utile excogitasset. Hæc ille. Tzetzes scribit, Aeolum hominem fuisse astronomiæ peritissimum, & illam scientiam præcipuè exercuisse, quæ pertinet ad naturam uentorum, ut prodesset nauigantibus, &c. Vide Natalem ibidem. Diodorus lib. 5. iam antea citato de Aeolo sic scribit: ὡς δὲ τύτοις τὴν τῶν ἰσιων χρείαν τοις ναυτικοῖς ἐπισκήψασθαι. κ ἀπὸ τῆς τῦ πυρὸς ἀναθημασίας παρατετηρηκέναι, ὡς λεγειν τὰς ἐγχωρίας: αὐτὸς γὰρ εὑρέσει. ἐξ ἧ παμίαν αὐτὸν ἐλαμβανε τῶν ἀνέμων ὁ μῦθος ἀνάδειξε. id est: Præterea uclorũ usum nautas docuisse (dicitur, repetendo τὸ φασιν ὁπ τῦ κρείττ) & ignis obseruatione, qui uẽti in regione futuri essent, certa coniectura prædixisse. Vnde promum eum esse uentorum fabula indicauit. Hic ergo cum talis esset, dicitur Vlysi uentos utre inclusos omnes tradidisse præter Zephyrum, qui solus nauigationem illius fortunaret. Id quomodo sit intelligẽdum, quidam penitius secreta naturæ intuentibus docere uoluerunt. Aiunt enim, si quis utrem è pelle Delphino detracta fecerit, illamque penes se habeat, posse eum per quasdam cæremonias obtinere, ut spiret quicunque uentus ille uoluerit, atque solus ille spirabit: unde hæc finxisse Homerum de uentis ab Aeolo datis Vlysi. Hoc referunt Natalis & Rhodiginus ex Tzetzis Scholijs in Lycophronem: quod inter ἀήρατα κὰ numeratur. Sed ego has allegorias, ut iam sæpe monui, tutò admitti non posse arbitror. Non quòd fructus aliquis ex fabulis excerpi non possit: sed quia eas quò uolueris detorquere, non liceat.

μίγνυσι φαεινῇ) Huius funiculi splendor & precium socios ad utrem referandum uidetur illexisse, sub spe thesauri in eo recõditi, ut posteà dicitur.

ὕπν' ἐκὰ μὲν γλυκὺν) Mirum est quòd Vlysi tam uicino iam suæ patriæ somnus obrepserit, ubi eum uigilantiorem esse oportebat. Sed uerisimile est eum iam nimium de securitate sibi spopondisse: & cùm huc usque tutò processisset, in tam exiguo interuallo itineris, quod sibi conficiendum restabat, fieri non posse ut aliquid impedimenti illi incideret. Exitus tamen docuit, quàm imprudenter hoc fecerit. Ita solent oculatissimi interdum cæcutire, & res, quæ maiorem uigilantiam postulant, somniculosiùs gerere. Proinde egregium hoc loco prudentiæ ex illius imprudentia præceptum colligi potest, nimirum in negotij alicuius confectione, ubi maximam illius partem exegeris diligenter & prouidentissimè, cauendum esse ne in ipsa catastrophe, quod dicitur, negligentia aut incuria pecces: Res est enim satis uulgata, ut qui sæpe iam se in portu nauigare arbitrantur, in ipso eodẽ portu impingãt. Ideò elegãter Nilus ille, μὴ ἐπείγευ, inquit, μήπως τὸ ναυάγιον ἐν τῷ λιμένι ᾖ γένηται: id est, Ne efferaris animo, ne fortè naufragiũ tibi fiat in portu. Hoc Vlysses noster nunc expertus est, non quòd reuerà naufragium fecerit: sed quòd, cùm iam ad portum accederet, ignauia sua eum penitus non attigit. Hoc enim ipsi magis est uertendum uitio, quàm ipsis socijs, quòd aliorum moderatoris negligentia ansam peccandi subditis exhibeat. Socij tamen culpa non carent, quin temeritatis & perfidiæ damnandi sunt, ut de curiositate, siquidem ita licet ἀδιεξίκακον interpretari, taceam. Denique finis docet, ex utraq; parte turpiter peccatũ. Quid enim profuit Vlysi per nouem dies & noctes integras sedulum in moderando nauis cursu extitisse, si tandem, ubi res ad salutis uadum accedebat, ab eo propria desidia repellitur? Scilicet nõ intellexit, ὡς πολλὰ χείλεσι κ δέπαϊ φεύγων ποτὲ μίσγε κύλικι δεινὸ μοῖραν πιμπλάμενον βροτῷ: ut est apud Lycophronẽ.

κλαῖον, ἔδον Hoc solùm illis restabat. nam alio modo præsenti tempestati succurri non poterat, ideò ad miserorum solatium confugiunt, quòd in lacrymis est positum. Vt enim in bello, sic neq; in mari bis peccare licet.

αὖτις ἐπ' αἰόλιλν) Verisimile est, actam nauim rursus ad Aeoliam insulam impellentibus ita uentis, qui notas sedes & assueta domicilia repetebant: qua occasione arrepta Vlysses Aeolo sit rursus supplex: sed frustra, ut uidebimus.

ἐπ' ἀεόλῃ) Eustathius, quid hoc sit, docet his uerbis: τὸ πεζὸν τοις οἰκέταις σεθμοις ἐπ' ἀεόλῃ ἐξέθαι, πτωχικὸν λέγ κ δυσπρεπὲς, ὃ κ πάνυ ἐν τοις τῆ αἰόλυ οἴκοις ἐδύνατο ποιεῖ παλαιστὰ. ἀγνοῆσαι ἐκεῖ τὸ δεύτερον, κ ὅτε δὲ ἐς τὸν ἰθάκλυ ἐπιλήθη, ἡνίκα δὲ κ Πηνελόπη ἐπ' ἀεόλῃ ἵζε πολυκλαυτος θαλάμυ ὅτε τὸν κατὰ τῦ ἰῦ λοχον ἐμηχέτο. id est: Ad fores in limine sedere pauperum erat, & eorum quos se tales uideri pudebat: quod etiam nunc in Aeoli ædibus Vlysses facit, illuc rursus errore actus: quod item facit, cùm in Ithacam peruenit, sic Penelope in limine thalami sedit, cum insidias filio suo strui cognouit. Hoc ergo notandum est, & immurata Vlysis fortuna, ut qui tam humanũ hospitem liberè iam non accedat, quod eum facti sui pudeat, qui tam ignauiter beneficium Aeoli conseruarit, sibique de potestate excidere passus sit: qua re non leuiter offensum iri Aeolum intelligebat.

ἄσσον μ' ἐπεφρ) Duo sunt quæ hic obseruare licet. Primùm breuem orationem, quæ calamitosos & afflictos grauiter homines maximè decet. Deinde formam orationis, cuius duæ sunt partes: prima casum illius exponit, secunda auxilium nouum implorat. In exponendo aũt casu longiùs non immoratur, tum quòd eum ingillatim recensere sine grauissimo animi dolore non potuerit, tum quod Aeolum & reliquos rem facilè intellecturos crediderit. Auxilium item paucis petit, quia lubenter beneficium conferenti longa non est opus oratione, qua ad humanitatem, ad quam ipse satis sponte propensus est, incitetur: cà enim uti solemus erga eos, qui duriore sunt animo & minus facili, & à quibus non rogari, sed extorqueri beneficium oportet. Deinde quem antea perhumanum Aeolum erat expertus, talem se nunc quoque expertarum sperabat.

ἐρρ' ὁπ πάτυ) Diximus antea, Aeolum clementiæ & hospitalitatis nomine plurimi apud antiquos æstimatum: nunc uerò dicas penè eum humanitatem omnem exuisse, adeò à nuperò illo Aeolo mutatus est hic Aeolus, qui tam contumelioſè & proteruè Vlyssem excipiat. Sed uir prudens intelligit, ex illius casu, eum Dijs esse inuisum, & hanc calamitatem aliqua ex parte promeruisse, itaque nihil eorum uoluntati contrarium faciendum sibi esse statuit: quod accidisset, si rursus ei uentos utre inclusos tradidisset. Maluit

ergo

ergo mortali, quàm Numinibus displicere. Sed cur tam acerbè in eum inuehitur? Aegrè tulit nimirum, beneficium suum tam miserè ex Vlyssis ignauia periisse, quod paulò antè monebamus.

Sic loquutus: dimisit ex ædibus grauiter suspirantẽ.
Hinc uerò ulterius nauigamus afflicti corde,
Fatigabatur.a.uirorũ animus à molesta remigatione
Nostra stoliditate, quoniã nõ amplius apparuit redit⁹.
Sex dierũ quidẽ cõtinuò nauigauimus noctesq; & dies
Septima uerò uenimus Lami ad excelsam urbem
Longè distãtes portas habentes Lastryg. ubi pastorẽ pa-
Euocat impellens, alter uerò exiens audit. (stor
Ibi uerò insomnis uir pastor duplicem capit mercedẽ:
Vnũ pascẽdis bobus, alterũ pascendis albis pecoribus.
Propè enim noctisq; & diei sunt uiæ.
Ibi postq̃ ad portũ inclytũ uenimus, quẽ circũ petra
Excelsa erat, contiguè utringq;
Littora prominentia contraria sibi inuicem
In ostia procurrunt, angustus autem introitus est.
Ibi illi intus omnes tenebant naues æquales,
Ipse quidem intra portum concauum ligabantur
Propinquæ, nunquam enim attollitur fluctus in ipso,
Neq; magnus neq; paruus: cãdida erat circũ trãquillitas.
Cæterùm ego solus tenui extra nauem nigram,
Illic in extrema parte petræ funes alligabam.
Stabam uerò specula excelsa conscensa.
Ibi.q. neq; boum neq; uirorum apparebant opera.
Fumum autem solum uidebamus à terra erumpẽtem.
Cæterùm tunc ego socios præmisi sciscitatum profectos,
Quinam uiri essent supra terram panem uescentes,
Viris duob. electis, tertiũ præconẽ unà comitẽ tradens.
Illi iuerunt egressi in planam uiam qua currus utiq;
Ad urbem ab excelsis montibus deducunt syluam:
Puellæ uerò obuij facti sunt ante urbem aquam petẽti
Filiæ forti Læstrygonis Antiphatæ.
Hæc quidem ad fontem descenderat limpidum
Artaciam, hinc enim aquam ad urbem ferebant.
Illi uerò astantes alloquebantur interrogabantq;,
Quisnam eorum esset rex & quibus imperaret.
Illa ualde statim patris ostendit excelsam domum.
Illi postquã ingressi inclytam domũ, ipsam.v. mulierẽ
Inuenerunt, uelut montis uerticẽ, illã.a. perhorruerũt.
Illa uerò continuò è foro euocabat inclytum Antiphatẽ
Suũ maritũ, qui certè illis intendebat sæuã mortem,
Statim uno correpto sociorum, apparauit cœnam,
Duo uerò ruentes fuga ad naues peruenerunt.
Cæterũ ille clamorẽ excitauit per urbẽ, illi audiẽtes
Ibant fortes Læstrygones aliunde alius,
Innumeri non hominibus similes, sed Gigantibus,
Illi à petris grauibus lapidibus
Laciebãt: statim.a. malus strepitus p naues excitatus est
Virorum pereuntium nauiumq; fractarum.
Tanquam pisces.v. transfigẽtes tristes epulas ferebãt.
Dum illi hos perdebant profundum portum intra.
Interea ego gladium acutum extraxi à fœmore,
Eo funes abscidi nauis nigra prora.
Statim autem meos socios excitatos iussi
Incumbere remis, ut calamitatem subterfugeremus.
Illi simul omnes incumbunt timentes mortem.

Ὣς ἐιπὼν, ἀπέπαυτο δόμων βαρέα στενάχοντα.
Ἔνθεν ἦ πρόσθεν πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ.
Τέρετο δ' ἀνδρῶν θυμὸς ὑπ' ἐιρεσίης ἀλεγεινῆς
Ἠ μετέρη ματίη· ἐπεὶ οὐκέτι φάινετο πομπή.
Ἑξῆς μὲν ὁμῶς πλέομεν νύκτας τε καὶ ἦμαρ.
Ἑβδομάτῃ δ' ἰκόμεθα Λάμου αἰπὺ πολίεθρον,
Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην, ὅθι πυμάτη πυμάτου
Ἠ πύλη ἐισελάων, ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπαντύει.
Ἔνθά κ' ἄϋπνος ἀνὴρ δοιὼ ἕξῆς ἐργάζετο μισθώ,
Τὸν μὲν βουκολίων, τὸν δ' ἄργυφα μῆλα νομεύων.
Ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματος εἰσὶ κέλευθοι.
Ἔνθ' ἐπεὶ ἐς λιμένα κλυτὸν ἤλθομεν, ὃν πέρι πέτρη
Ἠλίβατος τετύχηκε διαμπερὲς ἀμφοτέρωθεν·
Ἀκταὶ δ' ἀντικρὺ ἐναντίαι ἀλλήλῃσιν
Εἰς ὁμαλὴ * προύχουσιν. ἀραιὴ δ' εἴσοδός ἐστιν, χ. προΰχουσιν
Ἔνθ' οἵγ' εἴσω πάντες ἔχον νέας ἀμφιελίσσας.
Αἱ μὲν ἄρ' ἔντοσθε λιμενὸς κοίλοιο ἕδοντο
Πλησίαι. ἀτὰρ μὲν γάρ ποτ' ἀέξεται οὔμά γ' ἐν αὐτῷ,
Οὔτε μέγ', οὔτ' ὀλίγον· λάβρη δ' ἀμφὶ γαλήνη.
Αὐτὰρ ἐγὼν οἶος κοίλην ἔξω νῆα μέλαιναν,
Αὐτῆ ἐπ' ἐσχατιῇ, πέτρης ἐκ πείσματα δήσας.
Ἔστην δὲ σκοπιὴν εἰς παπταλόεσσαν ἀειρθείς·
Ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν οὔτ' ἀνδρῶν φαίνετο ἔργα,
Καπνὸν δ' οἶον ὁρῶμεν ἀπὸ χθονὸς αἰόσοντα.
Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάρους πρόφρασιν πομπεύειν ὀΐσσας
Οἵ τινες ἀνέρες εἶεν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες·
Ἄνδρε δύω κρίνας, τρίτατον κήρυχ' ἅμ' ὀπάσσας·
Οἱ δ' ἴσαν ἐκβαίνοντες λείην ὁδόν, ἥπερ ἅμαξαι
Ἄσυ δ' ἀφ' ὑψηλῶν ὀρέων καταγίνεον ὕλην.
Κέρῃ δ' ξύμπαλλον πρὸ ἄστεος ὑδρηλόσῃ,
Θυγατρὶ ἰφθίμῃ Λαιστρυγόνος Ἀντιφάταο.
Ἣ μὲν ἄρ' ἐς κρηλίην † καταβήσετο καλλιρέεθρον χ. κατεβήσετο
Ἀρτακίην· ἔνθεν γὰρ ὕδωρ πρὸς ἄστυ φέρεσκον.
Οἱ δ' παριστάμενοι προσεφώνεον, ἐκ τ' ἐρέοντο
Ὅστις τῶν εἴη βασιλεύς, καὶ οἷσιν ἀνάσσοι.
Ἣ δὲ μάλ' αὐτίκα πατρὸς ἐπίφρασιν ὑψιρεφὲς δῶ.
Οἱ δ' ἐπεὶ εἰσῆλθον κλυτὰ δώματα, τὴν δ' γυναῖκα
Εὗρον ὄσσον τ' ὄρεος κορυφήν, ᾗ δ' ἔσυτο αὐτήν.
Ἣ δ' αἶψ' ἐξ ἀγορῆς κάλει κλυτὸν Ἀντιφατῆα,
Ὅν ῥ' ὤσιν, ὃς δὴ τοῖσιν ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον·
Αὐτίχ' ἕνα μάρψας ἑτάρων, ὡς πρῶτα σάωσε † δέρπων. χ. δέπνον
Τὼ δὲ δεῦ' ἀΐξαντε φυγῇ ἐπὶ νῆας ἰκέσθην.
Αὐτὰρ ὁ πύχε βοὴν ἀμφὶ ἄστεϊ. οἱ δ' ἀΐοντες
Φοίτων ἴφθιμοι Λαιστρυγένες ἄλλοθεν ἄλλος,
Μυρίοι, οὐκ ἀνδρεσσιν ἐοικότες, ἀλλὰ Γίγασι·
Οἵ ῥ' ἀπὸ πετράων αὐδαχθέσι χερμαδιοισι
Βάλλον. ἄφαρ δ' κακὸς κόναβος κὰτ' νῆας ὀρώρει
Ἀνδρῶν ὀλλυμένων, νηῶν θ' ἅμα ἀγνυμενάων.
Ἰχθῦς δ' ὡς * πείροντες. ἀτρπέα δαῖτα φέροντο. χ. ἀταίρεσ-
Ὅφρ' οἱ τὸν ὄλεκον λιμένα βλυσθέος ἐντός, σιν
Τόφρα δ' ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηρῷ,
Τῷ ἀπὸ πείσματ' ἔκοψα νεὸς κυανοπρῴροιο.
Αἶψα δ' ἑμοῖς ἑτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσα
Ἐμβαλέειν κώπῃσ', ἵν' ὑπ' ἐκ κακότητα φύγοιμεν.
Οἱ δ' ἅμα πάντες ἀνέρριψαν, δείσαντες ὄλεθρον.

mm Ἀτα-

Α᾽ πασσύμφω δ᾽ ἐς πόντον ἐπηετανὰς φύγα πέτρας
Νηῦς ἐμή· αὐτὰρ αἱ ἄλλαι ἀολλέες αὐτόθ᾽ ὄλοντο.
Ἔνθεν ἢ τετράφθω πλέομεν ἀκαχήμενοι ἦτορ,
Ἄσμενοι ὀκ θανάτοιο, φίλους ὀλίσαντες ἑτάρους.
Αἰαίην δ᾽ ἐς νῆσον ἀφικόμεθ᾽· ἔνθα δ᾽ ἔναιε
χ. ἐϋπλόκαμος Κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεὸς, † αὐδήεσσα,
Αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο. η
Ἄμφω δ᾽ ὀκηγαθέω Φαεσιμβρότω ἠελίοιο
Μητρός τ᾽ ὀκ Πέρσης, τὴν Ὠκεανὸς τέκε παῖδα.
Ἔνθα δ᾽ ἐπ᾽ ἀκτῆς νηῒ κατηγαγόμεσθα σιωπῇ
Ναύλοχον ἐς λιμένα· καί τις θεὸς ἡγεμόνευεν.
Ἔνθα τότ᾽ ὀκβαίντες, δύο τ᾽ ἤματα καὶ δύο νύκτας
Κείμεθ᾽ ὁμῶς καμάτῳ τε καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντες.
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ τρίτον ἦμαρ ἐϋπλόκαμος τέλεσ᾽ ἠώς,
Καὶ τότ᾽ ἐγὼν ἐμὸν ἔγχος ἐλὼν καὶ φάσγανον ὀξὺ,
Καρπαλίμως παρὰ νηὸς ἀὴσιον εἰς ἀσκοπιὴν,
Εἴπως ἔργα ἴδοιμι βροτῶν, ὀκοπιὴν τι πυθοίμην.
Ἔστην δ᾽ ἐπὶ σκοπιὴν εἰς παπταλέος σαν ἀνελθὼν,
Καί μοι ἐείσατο καπνὸς ὀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Κίρκης ὀν μεγάροισι, διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλεα.
Μερμήριξα δ᾽ ἔπειτα κῆ φρεσὶ καὶ κῆ θυμὸν
Εἰ λθεῖν ἠδὲ πυθέσθαι, ἐπεὶ ἴδον αἴθοπα καπνόν.
Ὡ δε δέ μοι φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι,
Πρῶτ᾽ ἐλθόντ᾽ ὀπὶ νῆα θοὴν καὶ δῖνα θαλάσσης,
Δεῖπνον ἑτάροισι δόμεναι, πεφέμεν τι πυθέσθαι.
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ ὀχεδὸν ἦα κιὼν νεὸς ἀμφιελίσσης,
Καὶ τότε τίς με θεῶν ὀλοφύσατο μοῦνον ἐόντα,
Ὅς ῥά μοι ὑψίκερων ἔλαφον μέγαν εἰς ὁδὸν αὐτὴν
Ἧκεν, ὁ μὲν ποταμόνδε κατήιεν ὀκ νομῶν ὕλης,
Πίσεσθ᾽ (δὴ γάρ μιν ἔχεν μένος ἠελίοιο)
Τὸν δ᾽ ἐγὼ ὀκβαίνοντα κατ᾽ ἄκνησιν μέσα νῶτα
Πλῆξα· τὸ δ᾽ αὐτικρὺ δόρυ χάλκεον ἐξεπέρησε·
Καὶ δ᾽ ἔπεσ᾽ ὀν κονίῃσι μακών, ὀπὸ δ᾽ ἔπτατο θυμός·
Τῷ δ᾽ ἐγὼ ἐμβαίνων, δόρυ χάλκεον ἐξ ὠτειλῆς
Εἴρυσάμην· τὸ μὲν αὖθι κατακλίνας ἐπὶ γαίῃ
Εἴασα· αὐτὰρ ἐγὼ ἀπασάμην ῥῶπάς τε λύγους τε·
Πεῖσμα δ᾽ ὅσον τ᾽ ὄργυιαι ἐϋστρεφὲς ἀμφοτέρωθεν
Πλεξάμενος, σὺν ἑδῆσα πόδας δεινοῖο πελώρου.
χ. καπαλο- Βῶν δ᾽ * καπαλοφάλαρα φέρων ἐπὶ νῆα μέλαιναν,
φάλαια Ἔγχει ἐρειδόμενος, ἐπεὶ ἄπνευστος * ἦεν ἐπ᾽ ὦμῳ
χ. ἐπὶ ὦμ Χειρὶ φέρειν ἑτέρῃ· μάλα γὰρ μέγα θηρίον ἦεν·
Κὰδ δ᾽ ἔβαλον πρόπαροιθε νεός· ἀνέγειρα δ᾽ ἑτάρους
Μειλιχίοις ἐπέεσσι, παραστὰς ἄνδρα ἕκαστον,
χ. ὦ Ὦ φίλοι, ὐ γάρ † πως καίπερ δυσόμενθ᾽, ἀχνύμενοί περ,
χ. ὦ Εἰς ἀΐδαο δόμους, πρὶν μόρσιμον ἦμαρ * ἐπέλθῃ·
χ. ἐπιλθῇ Ἀλλ᾽ ἄγετ᾽, ὄφρ᾽ ὀν νηῒ θοῇ βρῶσίς τε πόσις τε,
Μνησόμεθα βρώμης, μηδὲ τρυχώμεθα λιμῷ.
Ὣς ἐφάμην· οἱ δ᾽ ὦκα ἐμοῖς ἐπέεσσι πίθοντο·
Ἐκ δ᾽ καλυψάμενοι παρὰ θῖν᾽ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
Θηήσαντ᾽ ἔλαφον· μάλα γὰρ μέγα θηρίον ἦεν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τάρπησαν ὀφθαλμοῖσιν, ὁρώμενοι φθαλμοῖσιν,
Χεῖρας νιψάμενοι πύχοντ᾽ ἐρικυδέα δαῖτα.
Ὣς τότε μὲν πεφόπειν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἤμεθα δαινύμενοι κρέα τ᾽ ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ.
Ἦμος δ᾽ ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε,
Δὴ τότ᾽ ἐκοιμήθημεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.

Libenter autem in pontum alias effugit petras
Nauis mea, caterùm reliqua denſa illic perierunt.
Hinc autem ulterius nauigamus triſtes corde,
Lati ex morte enitata poſtq́ dilectos amiſimus ſocios.
Aeeam aũt ad inſulã peruenimus, ibi.a. habitabat
Circe pulchricoma uenerãda dea eloquens,
Germana ſoror prudentis Aeëtæ:
Ambo enim natæ ſunt ex illuſtrante homines ſole
Matre ex Perſe, quam Oceanus genuit filiam.
Hic uerò in littore naue deuenimus clàm
Nauium capacem in portũ, & Deus aliquis dux erat.
Ibi tum exeuntes, duos dies & duas noctes
Iacebamus pariter & labore & dolore aĩm macerãtes.
Sed quãdo certè tertiã diẽ pulchricoma pfecit aurora,
Et cum egò meã haſtam capiens & gladium acutũ,
Celeriter ab naue aſcendi in ſpeculam,
Sicubi opera uiderem mortalium uocemq́ audirem.
Stabam. a. ſpeculam in præruptam ubi conſcendiſſem,
Et mihi apparebat fumus à terra lata
Circes in ædibus per arbores denſas & ſyluam.
Deliberabam autem deinde in mente & in animo
Proficiſci, atq́ audire poſtquã uidi ſplendidum fumũ.
Sic autem mihi reputanti uiſum eſt ſatius eſſe,
Primùm proficiſci ad nauem celerem & littus maris
Prandium ſocijs dare præmittereq́ ad audiendum.
Sed quãdo iã prope erã ualdè ad nauẽ utrinq́ agitatã
Certè tum aliquis me deorũ miſertus eſt ſolũ exiſtentẽ,
Qui mihi excelſis cornibus ceruũ magnũ in uiã ipſam
Miſit, qui ad flumen deſcendebat ad paſcua ſylua
Potaturus, certè enim ipſum ceperat uis ſolis.
Hunc egò ingredientem per ſpinam medio tergo
Percuſsi, ipſum autem penitus haſtile ferreũ tranſijt.
Decidit. a. in pulueres longũ uociferãs, et euolauit anĩa
In hunc egò irruẽs haſtã ferream ex uulnere (mus,
Extraxi: illam quidẽ illic reclinans in terra
Reliqui, caterùm egò auulſi uirgultaq́ uiminaq́.
Fune ad ulnæ longitudinem benè torto undiq́
Complicato colligaui pedes ingentis monſtri.
Deſcendi autem in ceruice gerens ad nauem nigram,
Haſta innixus, quoniã nullo pacto poterã in humero
Manu ferre altera, ualdè enim magnum animal erat,
Deieci autem ante nauem, excitaui autem ſocios
Blandis uerbis aſtando uiros ſingulos,
O amici, nondum enim deſcendimus, tametſi triſtes
In Plutonis ædes, antequam fatalis dies adueniret.
Sed agitè quamdiu eſt in naui celeri cibuſq́ potuſq́,
Memores ſimus eſcæ neq́ uexemur fame.
Sic dicebam, hi celeriter meis uerbis parebant.
Egreſſi autem ad littus maris irrequieti
Admirabantur ceruũ, ualdè enim magna beſtia erat.
Caterùm poſtquam oblectati ſunt uidentes oculis,
Manibus lotis apparabant eximium conuiuium.
Sic tum quidem totum diem ad ſolis occaſum
Sedebamus, comedentes carnes multas & uinũ dulce.
Quando autem ſol deſcendit, & tenebræ aduenerunt,
Certè tum dormiuimus in littore maris.

COMMENTARIVS.

ἰὼ ἀσὶν) Id eſt, quòd iam amplius non erat nobis aliunde expectandum auxilium, cum iam iratos & ipſos Deos & ipſos homines haberemus.

ἐλθ-

ἔδμάτη δ' ἱκόμεθα) Vide ut miseriæ Vlyssis continuentur, ut nihil dicere de illo possis, quàm quod Aeolus, eum esse nimirum θεοῖς ἀπεχθόμενον. Incidit enim in Lęstrygonum solum, quæ gens fuit à Cyclopum natura non aliena, & si unitatem ōculi demas, nihil dissimilis. Nam inhospitalis etiam fuit, & ἀνθροποφάγος, ut socius Vlyssis paulò pòst sentiet. Commendatur tamen illorum hominum abundantes & copiosæ pecuriæ, & ipsius urbis Lami magnitudo, si quidem πλέπυλον intelligas, quod diuisas inter se haberet portas, quod magnitudinem urbis innuit. Vide Lexicon nostrum Homericum.

ὅθι ποιμένα ποιμαίνει) Id est, ut inquit Didymus, Διὰ τὸ σωίεγγυς εἶναι τὰς νομάς. ἢ μᾶλλον τῷ διαστήματος τὸ ἀπεναντίον τῶν πυλῶν μέτρον ἀπέχειν ἢ ὅπου τὴν φωνὴν ἐξακούεσθαι τὸν ἐσιόντα ἢ τὸν ἐξιόντα. Quòd uicina sint inter se pascua, uel potiùs quòd interualli exaduersò portarum mensura distet, ut ita uox ingredientis & exeuntis possit exaudiri. Sed mihi prior sensus arridet.

ἐγγὺς γὰρ νυκτὸς) Ex Didymo repetit Eustathius, quę in hunc locum scribit. Nos ex utroque. Duplex est ergo secundum illos huius loci sensus, aut potiùs duobus modis diuersis à quibusdam exponitur. Alij enim dicunt, κελεύθους νυκτὸς ἢ ἡμέρας, intelligi pascua, quæ ipsi urbi sint uicina. Lęstrygonas autem regionem illam Siciliæ, quæ posteà fuit Leontinorū, incoluisse: ibi asilos uel tabanos, & œstros, uel si mauis Græca, μύωπας τε ἢ οἴστρους, nasci, quæ insecta animalibus minus uillosis nocere nemo nescit. Itaque apud eos die uillosa pecora pasci, noctu uerò glabra, hoc est minus pilis obtecta: quales sunt boues, equi, &c. Itaque duplicem mercedem consequi eum qui noctu etiam uigilare poterit, ut pascendis armentis sit intentus. Alij ex Cratetis authoritate dicunt Læstrygonas sub capite draconis esse sitos: de quo capite dixit Aratus, sub eo ortus & occasus Solis confundi.

κείνη τοι κεφαλὴ τῆ νήχεται, ἦχι περ ἄκρη
μίσγονται δύσις τε ἢ ἀνατολαὶ ἀλλήλοισιν. id est, ut uertit Tull.

Hoc caput hic paullum sese subitoq; recondit
Ortus ubi atq; obitus partem admiscentur in unam.

Itaque hìc intelligi longos esse dies, breuissimas uerò noctes, proinde qui euigilare illas potest, duplici mercede affici, nimirū diurna & nocturna. Sic quod Aratus dixit, μίσγονται δύσις ἢ ἀνατολαί: Homerus dicit, ἐγγὺς νυκτὸς τε ἢ ἡμέρης εἰσὶ κιλεύθοι. At uir eruditissimus Iosephus Scaliger in suis comm. in Manil. lib. 3. docet, aliud sentire Aratum ab Homero. Arateum enim illud, inquit, ad eleuationem tantum 59. 30'. contingit: Homericum autem ad eleuationem 66. 30'. nimirum de ijs qui sub polis Ecliptica habitant. Quanquam & Aratum decipi, qui Eudoxum hac in re sequutus est, satis ibidem docet. Porrò hoc sensu à Læstrigonibus diuersi erunt Cimmerij, quibus longissimæ noctes, & minima diei portio. Addam de Læstrygonibus, quod scribit Thucydides lib. 6. παλαιότατοι μὲν λέγονται οἰκῆσαι μέρει τινὶ τῆς χώρης (σικελικῆς) κύκλωπες ἢ λαιστρυγόνες οἰκῆσαι. ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὔτε ὁπόθεν ἦλθον, ἢ ὅποι ἄπ' χώρησαν, ἐρκέτω δὲ ὡς ποιηταῖς τε εἴρηται, ἢ ὡς ἕκαστός πη γιγνώσκει πόθεν αὐτῶν. id est: Antiquissimi quidem feruntur partem quandam regionis (Siciliæ) Cyclopes atque Læstrygones, quorum ego neque genus, neque unde uenerint, neque quò abierint, dicere habeo: sufficiat quod à Poetis memoratum est, & apud se quisque de illis sentit. Hæc ille. Eos Formias Campaniæ urbem habitasse, scribunt Plinius & Solinus. Vnde Cic. 2. ad Attic. Si uerò in hanc πλέπυλον ueneris λαιστρυγονίδα, (Formias dico) qui fremitus hominum! quàm irati animi!

τρίτατον κήρυχ' ἅμ' ὀπάσσας) Nihil profuit præco apud gentem barbaram, & humanis legibus non utentem. Nam statim ut hos Vlyssis legatos animaduertit, statim unum ex illis corripuit, interfectumque sibi in epulas parauit: cæteri uerò fuga salutem sibi quæsiuerunt: tandem cum eos Læstrygones prosequerentur, perierunt omnes Vlyssis socij & naues, præter eos quos in unica sua naui habebat. Et hæc est prima ingens iactura, quàm in toto nauigationis cursu fecit. Sex enim socios tantùm apud Cyclopem amisérat, hìc penè omni comitatu destituitur: tandem effugit periculum mortis unica naui, qua ad Aeëam insulam saluus & incolumis peruenit: ibi alia rursus pernicies illi infligetur in sociorum persona, ut uidebimus in sequentibus.

ἄμφω δ' ἐκγεγάτην) Exponit genus huius Circes, quam anteà ab adiunctis formæ, grauitatis & affabilitatis (sic enim αὐδήεσσαν interpretari uidetur Didymus) Nunc eam Solis & Perses Oceani filiæ filiam esse dicit, sororemque Aeëtæ. Hesiodus uerò in Theogonia Persеidem appellat, quam Homerus Persen: cætera inter se similes. Sic ergo ille:

ἠελίῳ δ' ἀκάμαντι τέκε κλυτὴ ὠκεανίνη
Περσὴς, Κίρκην τε ἢ Αἰήτην βασιλῆα. id est:

Soli uerò indefesso peperit inclyta Oceani filia
Perseis Circen, & Aeetem regem.

Orpheus uerò in Argonauticis Solis & Asteropes esse filiam scribit. Alij aliter, de quibus consule Natalem Mythol. lib. 6. cap. 6. Eius originem Diod. Siculus lib. 5. hìc enarrat: Solem ferunt duos procreasse pueros, Aeetam & Persen. Aeetas in Colcho regnauit, in Tauri ca Perses: crudeles ambo, efferique. Ex Perse Hecate orta est, superans audacia immanitatequè patrem, ut quæ cruciatu hominum læta eos pro feris appetere sagittis consuerit. Sed ad uenena mortifera conficienda summum studium operamque impendens, prima aconitum inuenit, uim naturamque cuiusque ueneni in cibis, quos aduenis dabat, experta. His rebus admodū edocta, primùm ueneno patrem sustulit: deinde regno assumpto, templum statuit Dianæ, cui præternauigantes hospites sacrificabat; existimans ea crudelitate suum nomen clarius futurum. Post hæc nupsit Aeëtæ, genuitque liberos tres: Circen, Medeam & Aegialeum. Circe ad omnis generis uenenorum curam uersa, multarum herbarum radicumque uarias uires mirabilesque reperit. Et quamuis à matre Hecate in plurimis instructa esset, tamen multis à se de nouo inuentis, omnibus in ea re præstitit. Hæc Sarmatarum regi, quos quidam Scythas dicunt, cum nupsisset, primùm ueneno uirum abstulit: deinde regno capto, multa ui crudelitateque subditos uexauit. Quibus rebus regno expulsam, quidam scriptores ad Oceani quandam desertam insulam cum mulieribus, quę eam secutę erant, confugisse: quidam ad Italiam uenisse tradunt, inque eo promontorio, quod nunc quoque ab ea Circæū uocatur, resedisse. Hæc ille. Eam autem Homerus in Aeëa insula habitare dicit, quæ proculdubio etiam in mari Siculo fuisse existimanda est cognominis illi, quæ est fluuio Phasidi in Colchica regione uicina. Quam etiam Apollonius Rhodius Argon. 4. in Italia apud Tyrrhenorum agrum esse dicit. Videndus est idem lib. 3. Strab. lib. 5. Circæum montem dicit stadijs CCXC. (hic numerus tamen uariat in Græcis. Vide Xylandri annot. in lib. eundem Strab. num. 18.) distantem, quem mare & paludes insulam faciunt (uersio Latina hìc erat uitiosa in Xylandro) Is radicibus dicitur abundare, fortásis (inquit Strabo) ut fabulæ de Circe accommodent. Est ibi Circes oppidum, & sacra Mineruæ ara, aiuntque ibi pateram quandam Vlyssis monstrari.

ἀνῆον ἐς αἰθαίην) Videtur ex hoc loco & alijs constare, in portubus fuisse excelsas quasdam speculas, ex quibus præternauigantes possent terram habitatam cernere. Sic anteà in Læstrygonum portu speculam dicitur Vlysses ascendisse. ἰὼν δὲ σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθών. Stabam uerò specula ardua conscensa.

Κίρκης) Tunc quidem nesciebat illas esse Circes ædes, sed posteà resciuit: ideò hæc sunt posterioris mentis.

καὶ τότε δὴ μοι ἔπειτα) Nō dicit fortunâ, temerè aut casu hoc accidisse: quia, ut aliàs diximus, nihil agnoscit Homerus, quod sine Deorum uoluntate ac permissu eueniat. Et hoc est diligenter obseruandum, quia alioqui uulgus etiam similia contingentia casui solet tribuere: malè, ut hìc tacitè docet Vlysses.

ὦ φίλοι, ἠ γάρ πως) Quasi dicat: Nihil est, ò socij, quòd diutius tristemur ob aliorum iacturam, quam anteà fecimus. illis enim præstituta iam ista moriendi hora à fato, cui quis repugnauerit? Imò habemus quod lętemur, si quidem adhuc superamus, & nondum, quia fatalis dies nondum aduenit, occubuimus. itaque quandiu licet per nostras facultates, agite genio indulgeamus. Quàm sit importunus uenter in medijs etiam calamitatibus, dixit idem antea in primo Alcinoi conuiuio.

Quãdo.a.manè genita apparuit roseis digitis aurora,
Et tum egò concione coacta sermone alloquutus sum:
Audite meos sermones mala etsi patientes socij,
O amici, non enim scimus ubi tenebræ, neq; ubi aurora,
Neq; ubi sol hominib. lucẽ præstans uadit sub terram,
Neq; ubi resurgit: sed consilium ineamus celeriter,
Num quid adhuc sit consilij, egò uerò non existimo esse.
Vidi enim, speculam ubi ad excelsam ascendi,

Ἦ μὲν δὴ ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Καὶ τότ' ἐγὼν ἀγορὴν θέμεν᾽ μετὰ πᾶσιν ἔειπον, ἀγορεύω
Κέκλυτέ μευ μύθων κακὰ περ πάσχοντες ἑταῖροι,
Ὦ φίλοι, ἠ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος, ἠδὲ ὅπη ἠώς,
Οὐδὲ ὅπη ἠέλιος φαείνεται ὑπὸ γαῖαν, ἀγορεύω ὑπὸ γαῖαν
Οὐδὲ ὅπη ἀνέπτη· ἀλλὰ φραζώμεθα θᾶσσον
Εἴπις ἔτ' ἔσται μῆτις. ἐγὼ δέ κε οἴομαι εἶναι.
Εἶδον γὰρ σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀελθών,

Νῆσον, τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται·
Αὐτὴ ὑψηλὴ κεῖται, καπνὸν δ' ἐν μέσῃ
Εἶδρακον ὀφθαλμοῖσι διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλλα.
Ὣς ἐφάμην τοῖσιν ὑπὸ κραδίη φίλον ἦτορ,
Μνησαμένοις ἔργων Λαιστρυγόνος Ἀντιφάταο,
κ. αὐθροφόνοιο
Κύκλωπός τε βίης μεγαλήτορος † αὐθροφάγοιο.
κ. κατιδακρυχέοντες
Κλαῖον ὑπὸ λιγέως, θαλερὸν * κατὰ δάκρυ χέοντες.
Ἀλλ' οὐ γάρ τις πρῆξις ἐγίνετο μυρομένοισιν.
Αὐτὰρ ἐγὼ δίχα πάντας ἐϋκνήμιδας ἑταίρους
Ἠριθμεόν, ἐδίδοσαν δ' ἐπὶ ἀμφοτέροισιν ὀπάονα.
Τῶν μὲν ἐγὼν ἦρχον, τῶν δ' Εὐρύλοχος θεοειδής.
Κλῆρος δ' ἐν κυνέῃ χαλκηρεῖ πάλλετο ὦκα,
Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος μεγαλήτορος Εὐρυλόχοιο.
Βῆ δ' ἴεναι, ἅμα τῷ γε δύω καὶ εἴκοσ' ἑτᾶροι
Κλαίοντες· κατὰ δ' ἄμμε λίπον γοόωντας ὀπίσθεν.
Εὗρον δ' ἐν βήσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης
Ξεστοῖσι λάεσσι, θυήεντι δ' ἐνὶ χώρῳ.
Ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρεσκῷοι, ἠδὲ λέοντες,
Τοὺς αὐτὴ κατέθελξε, δοῦσ' εἴδατα κακὰ φάρμακ' ἐδωκεν.
Οὐδ' οἵγ' ὡρμήθησαν ἐπ' ἀνδράσιν, ἀλλ' ἄρα τοίγε
Οὐρῇσι μακρῇσι θηεύμενοι ἀμφεσάλοντο.
Ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαίτηθεν ἰόντα
Σαίνωσ' (αἰεὶ γάρ τι φέρει μειλίγματα θυμῷ)
Ὡς τοὺς ἀμφὶ λύκοι κραιπνώνυχες ἠδὲ λέοντες
Σαῖνον· τοὶ δ' ἔδδεισαν ἐπεὶ ἴδον αἰνὰ πέλωρα.
Ἔστασαν δ' εἰνὶ θύρῃσι θεᾶς καλλιπλοκάμοιο·
Κίρκης δ' ἔνδον ἄκουον ἀειδούσης ὀπὶ καλῇ,
Ἱστὸν ἐποιχομένης μέγαν, ἄμβροτον οἷα θεάων
Λεπτά τε καὶ χαρίεντα καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται.
Τοῖσι δ' μύθων ἦρχε Πολίτης ὁρχαμος ἀνδρῶν,
Ὅς μοι κήδιστος ἑτάρων ἦν, καδνότατός τε,
Ὦ φίλοι, ἔνδον γάρ τις ἐποιχομένη μέγαν ἱστὸν,
Καλὸν ἀοιδάει (δάπεδον δ' ἅπαν ἀμφιμέμυκεν)
Ἠὲ θεός, ἠὲ γυνή· ἀλλὰ φθεγγώμεθα θᾶσσον.
Ὣς ἄρ' ἐφώνησεν· τοὶ δ' ἐφθέγγοντο καλεύμενοι.
Ἡ δ' αἶψ' ἐξελθοῦσα θύρας ὤϊξε φαεινὰς,
Καὶ κάλει· οἱ δ' ἅμα πάντες ἀϊδρείῃσιν ἕποντο.
Εὐρύλοχος δ' ὑπέμεινεν, ὅτι ὅσαμις δόλον εἶναι.
Εἶσεν δ' εἰσαγαγοῦσα καὶ κλισμούς τε θρόνους τε·
Ἐν δέ σφιν τυρόν τε καὶ ἄλφιτα καὶ μέλι χλωρὸν
Οἴνῳ πραμνείῳ ἐκύκα· ἀέμισγε δ' ὄσιτῳ
Φάρμακα λύγρ', ἵνα πάγχυ λαθοίατο πατρίδος αἴης.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκέν τε καὶ ἔκπιον, αὐτίκ' ἔπειτα
Ῥάβδῳ πεπληγυῖα, καὶ οὐ συφεοῖσιν ἐέργνυ.
Οἱ δ' συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς φωνήν τε δέμας τε,
Καὶ τρίχας· αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ.
Ὣς οἱ μὲν κλαίοντες ἔερχατο· τοῖσι δ' Κίρκη
Πάρ ῥ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλε, καρπόν τε κρανείης,
Ἔδμεναι, οἷα σύες χαμαιδυνάδες αἰὲν ἔδουσιν.
Εὐρύλοχος δ' αἶψ' ἦλθε θοὴν ἐπὶ νῆα μέλαιναν,
Ἀγγελίην ἑτάρων ἐρέων καὶ ἀδυκέα πότμον·
Οὐδέ τι εἰκφάσθαι δυνάτο ἔπος, ἱέμενός περ,
Κῆρ ἄχεϊ μεγάλῳ βεβολημένος· ἐν δέ οἱ ὄσσε
Δακρυόφιν πίμπλαντο, γόον δ' ὤϊετο θυμός.
Ἀλλ' ὅτε δὴ μιν πάντες ἀγασσάμεθ' ἐξερέοντες,
Καὶ τότε τῶν ἄλλων ἑτάρων κατέλεξεν ὄλεθρον,
Ἤομεν, ὡς ἐκέλευες, ἀνὰ δρυμὰ φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ·
Εὕρομεν ἐν βήσῃσι τετυγμένα δώματα καλὰ

Insulam quam pontus infinitus circumdat.
Ipsa uerò humilis iacet, fumum autem in medio
Vidi oculis per arbores densas & syluam.
Sic dicebam, his uerò perculsum est amicum cor,
Recordatis facinorum Lestrygonis Antiphatæ
Cyclopisq; uiolentiæ magnanimi uiros deuorantis.
Flebant autem ualdè uberes lacrymas profundentes,
Sed nullares succurrebat lugentibus.
Cæterùm ego bifariam omnes fortes socios
Numerabam. principem autem utrisq; prabui.
Alterorũ ego dux erã, alterorũ Eurylochus deo similis,
Sortes autem in galea ferrea concussimus celeriter:
Cecidit autem sors magnanimi Eurylochi.
Festinabat a. ire, unà cum eo duo & uiginti socij
Flentes, nos a. reliquerunt lugentes post eos.
Inueniebant a. in conualle ædificatas ædes Circes
Politis lapidibus conspicuo in loco.
Circa ipsam a. lupi erant montani atq; leones,
Quos illa demẽtarat, postq; mala pharmaca dedisset.
Neq; illi irruerunt in uiros, sed certè ipsi
Caudis longis adblandientes assurgebant:
Quẽadmodũ quoties dominũ canes è cõuiuio prosciscẽtẽ
Circũblandiuntur (semp n. adfert lenimenta animi)
Sic circa hos lupi fortibus unguibus atq; leones (stra.
Assultabãt: hi uerò timuerũt postq; uiderũt grauia mõ-
Stabant a. in ianuis deæ pulchricomæ.
Circen a. intus audiebant cantillantem uoce pulchra,
Telam percurrentem ingentem diuinã, qualia dearũ
Subtilia & gratiosa & splendida opera sunt.
His uerò sermonibus cœpit Polites princeps uirorum,
Qui mihi chariss. sociorũ erat, maximeq; uenerationi,
O socij intus sanè aliqua percurrens ingentẽ telam
Pulchrè canit (pauimentum a. totum resonat)
Aut dea aut fœmina. quare pulsemus ocyùs.
Sic sanè suasit, illi uerò pulsarunt uocantes.
Illa continuò egressa ianuas aperuit pulchras,
Et inuitabat, illam unà oẽs imprudenter sequebãtur:
Eurylochus autem remansit suspicatus fraudem esse.
Sedere fecit introductos per sediliaq; thronosq;,
Ipsis. a. caseumq; & farinam & mel dulce,
Vino pramnio immiscuit, commiscuit autem pani
Venena nocẽtia, ut prorsus obliuiscerẽtur patriæ terræ.
Cæterũ postquã porrexitq; & ebiberunt, statim deinde
Virgula percutiens intra haras conclusit.
Illi suum habebant capita uocesq; corporaq;,
Et setas: cæterùm mens erat firma ut antea.
Sic hi quidem flentes conclusi sunt, his a. Circes
Apposuit glandẽ ilicis quercũ fructũq; corni arboris,
Edere, perinde sues humi cubantes semper edunt.
Eurylochus a. continuò uenit celerẽ ad nauem nigram
Nuncium de socijs relaturus, & amarum fatum.
Sed neq; proloqui quibat uerbum, cupidus licet,
Cor dolore ingenti perculsus: in ipso autem oculi
Lacrymis implebantur, luctum uerò arguebat animus.
Sed cùm tandem omnes instamus interrogantes,
Tum aliorum sociorum commemorauit exitium.
Iuimus ut iusseras per syluas inclyte Vlysses,
Inueuimus in uallibus fabricatas ædes pulchras,

Politis

Politis lapidibus conſpicuo in loco.
Illic quidē magnā telam percurrens ſtridulè canebat,
Seù dea ſeu mulier, hi uerò loquebantur uocantes.
Illa continuò egreſſa ianuam aperuit pulchram,
Et uocabat: ſimul omnes illā imperitia ſequebantur.
Caterùm ego ſubſtiti exiſtimans dolum eſſe,
Illi ſimul euanuerūt cōfertim, neq; quiſquam eorum
Apparuit, diu autem deſidens animaduertebam.
Sic ait, caterùm ego qdē gladiū argēt. clauis confixū
Humeris appoſui ingentem ferreum, circum. a. arcum:
Illum continuò iuſſi eandem uiam monſtrare.
Caterùm ille utraq; prehenſis precabatur genibus,
Et me lugens uerbis alatis alloquebatur:
Ne me duc illuc inuitum ô generoſe, ſed deſere hic.
Noui. n. quod neq; ipſe redibis, neq; quenquā aliorum
Abduces tuorum ſociorum, ſed cum illis ocyus
Fugiamus: adhuc ſanè effugere poterimus malū fatū.
Sic ait, caterùm ego ipſum excipiens alloquebar,
Euryloche, certè quidem tu mane illic, hoc in loco
Edens & bibens cauam apud nauem nigram:
Caterū ego uadam, ingēs autem mihi adeſt neceſſitas.

Ξεστῖσιν λάεσσι, θεὸς δέ μοι ἐνθέτο θυμῷ.
Ἔνθα δέ τις μέγαν ἱστὸν ἐπιστομόεσσαν ἀοιδὴν,
Ἦ θεὸς, ἠὲ γυνή· τοὶ δ' ἐφθέγγοντο καλεῦντες.
Ἡ δ' αὐτὴ ἐξελθοῦσα θύρας ὤϊξε φαεινὰς,
Καὶ κάλεον· οἱ δ' ἅμα πᾶσιν ἀϊδρείῃσιν ἕποντο·
Αὐτὰρ ἐγὼν ὑποβᾶς, οἷος ἅμοσσα, δόλον εἶναι.
Οἱ δ' ἀμφ' αὖτις ἔμιμνον ἀολλέες, οὐδέ τις αὐτῶν
Ἐξεφάνη· δηρὸν δὲ καθήμενος ἐκτοπίαζον.
Ὡς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγὼ περὶ μὲν ξίφος ἤγαρε νώτοις
Ὤμοιϊν βαλόμην, μέγα, χάλκεον· ἀμφὶ δὲ τόξα.
Τὸν δ' αὖτ' ἰθύνειν αὐτῷ ὁδὸν ἠνώγεα πάντῃ.
Αὐτὰρ ὅγ' ἀμφοτέρῃσι λαβὼν ἐλίσσετο γούνων,
Καί μ' ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.
Μή μ' ἄγε κεῖσ' ἀέκοντα διοτρεφές, ἀλλὰ λίπ' αὐτοῦ.
Οἶδα γὰρ ὡς ἔτ' αὐτὸς ἐλεύσεαι, οὔτε τιν' ἄλλον
Ἄξεις σῶν ἑτάρων. ἀλλὰ ξὺν τοῖσδεσι θᾶσσον
Φεύγωμεν· ἔτι γάρ κεν ἀλύξαιμεν κακὸν ἦμαρ.
Ὡς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον·
Εὐρύλοχ', ἦτοι μὲν σὺ μένε· αὐτοῦ τῷδ' ἐνὶ χώρῳ
Ἔδων καὶ πίνων κοίλῃ παρὰ νηῒ μελαίνῃ·
Αὐτὰρ ἐγὼν εἶμι, κρατερὴ δέ μοι ἔπλετ' ἀνάγκη.

COMMENTARIVS.

ὃ γάρ τ' ἴδηθ')In huius loci illuſtrationem aduocandus eſt clariſsimus author Strab. lib. 10. ubi cùm hos uerſus adduxiſſet, ſubijcit hæc, interprete Xylandro: Licet ſanè, inquit, accipere quatuor mundi plagas, ſi per auroram intelligatur meridionalis: idque habet quandam ſpeciem (nam illud in præcedentibus docuerat) ſed præſtat intelligi eam plagam, quà Sol tranſit, oppoſitam Septentrionali. Vult enim hac oratione magnam cœleſtium mutationem ſignificare, non nudam plagarum occultationem. Oportet quippe quouis continuo tempore, ſiue noctu, ſiue interdiu, id conſequi: cœleſtia autem magis mutantur, pro eo atque ad meridiem magis minúſue accedimus: eoque non ortus & occaſus Solis comprehenduntur (cum fiat etiam ſudo cœlo) ſed meridiei & ſeptentrionis mutationes. Nam polus Septētrioni eſt proximus: qui polus cum moueatur, & aliquando ſupra uerticem noſtrum ſit, aliquando infra terram, mutantur ſimul etiam arctici circuli, & nonnunquā deficiunt in huiuſmodi migrationibus, ut ubi ſit plaga ſeptentrionalis, neſcias, aut eorum initium: unde etiam oppoſitam plagam ignorari neceſſe eſt. Hæc ille. Nos etiam anteà de eadē re quædam annotauimus. Hic autē locus ſi expendatur, apparebit quatuor mundi partes ab Homero conſtitui. Per ζόφον Septentrionem, per ἠώ meridiem: per illa, ὅθι ἠέλιος, &c. occaſum, per ὅθι αὐγάζεται, Ortum intelligendo. Alioqui ſi duas tantùm indicaret, ut quoſdam falsò uoluiſſe exiſtimo, fruſtra rem eandem bis repetereret. Sed cum Vlyſſes aſtronomiæ ignarus non fuerit, ut anteà lib. 5. uidimus, mirum eſt quòd nunc hæc pronunciet. Scio quid Strabo dicat, ſed addam quod à ueteribus in hunc locum dici refert Euſtathius, τὸν ἀπηρῶτον ἀεὶ νότον ἀεὶ δὲ τὸν Ὀ δύσιον τιθέναι λέγειν· hæc ab Vlyſſe non quaſi dubitaret, ſed præ animi angore dici.

μνησαμένοις ἔργων)Fœliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit, inquit ille apud Plautum. Hoc Vlyſsis ſocij in præſentia faciunt. Verentur enim nouam hanc terram ingredi, ne in barbaræ gentis manus inciderent, perinde ac ſuperioribus diebus cæteri tum apud Cyclopas tū apud Læſtrygonas: quod geminatum periculum eos cautiores efficiebat. nam ob prius tantùm non ſunt deterriti ab inſpicienda Læſtrygonia. Itaque nunc & eorum recordatione & præſentis metu confugiunt ad lacrymas, quibus forſan ad ſui commiſerationem Vlyſſem permouerent. Sed ille dicit eas nihil eis profuiſſe: hoc eſt, immotum ſe ad illas in ſuo inſtituto permanſiſſe. Ratum ſiquidem iam apud illum fuerit, inſulam à ſe obſeruatam inuiſere. Itaque Eurylochus cum parte ſociorum ſorte electus ad eam explorandam pergit.

κλῆρος δ' ἐν κυνέῃ. Hunc morem mouendi ſortes in galea, uideor mihi aliàs in Iliade attigiſſe.

δύω καὶ εἴκοσι)Macareus apud Ouidium 14. Metam. uiginti duos ſocios etiam numerat. *Sorte ſumus lecti: ſors me, fidumq; Polytem*
Eurylochumq; ſimul, nimiumq; Elpenora uini, *Biumq; nouem ſocios Circaea ad mœnia miſit.*

Addam & ſequentia, quia hunc locum Homericum exprimunt:

Quæ ſimul attigimus. ſtetimusq; in limine tecti *Noſtraq; adulantes comitant neſtigia, donec*
Mille lupi, mixtiq; lupis urſiq; leæq; *Excipiunt famulæ, peraq; atria marmore tecta*
Occurſu fecere metum: ſed nulla timenda *Ad dominam ducunt: pulchro ſedet illa receſſu*
Nullaq; erat noſtro factura in corpore uulnus, *Sublimi ſolio, pallamq; induta nitentem*
Quinetiam blandas mouere per aera caudas *Inſuper aurato circumnectatur amictu.*

Audiendus etiam Virgilius de eadem re ſimilia ſcribens 7. Aeneid.

Proxima Circææ raduntur littora terræ, *Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum:*
Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos *Setigeriq; ſues, atq; in præſepibus urſi*
Aſſiduo reſonat cantu: tectiq; ſuperbis *Sæuire, ac formæ magnorum ululare luporum,*
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum *Quos hominum ex facie dea ſæua potentibus herbis*
Arguto tenues percurrens pectine telas. *Inducrat Circe in uultus ac terga ferarum.*
Hinc exaudiri gemitus, iraq; leonum

Quibus omnibus primus Poeta noſter iſta ſcribendi anſam præbuit. Neque dubito quin ea fabuloſa exiſtimentur, & indigna fide, quod à multis clamitari audio. Non poſſunt enim perſuaderi, hominum corpora in bruta tranſmutari poſſe: ſed quicquid de eiuſmodi rebus circumfertur, portentoſa mendacia eſſe hominum, uel potius ipſius Diaboli commenta, qui generi humano oculos ſic præſtringat, ut aliam atque aliam formam ſe uidere exiſtiment. Nos, ſi placet, cum bona uulgi, cui etiam doctiſsimos pleroſque homines annumero, uenia rem iſtam diſcutiamus. In primis hoc ſtatuo, Circem magam fuiſſe præſtantiſsimam, cui omnia uenena fuerint notiſsima, inſuper etiam radicum herbarumq; uires perſpectiſsimæ: adderem etiam fuiſſe illam Diabolo magiſtro & præceptore uſam, ſi qua eius rei ueſtigia in ueterum de ea ſcriptis apparerent: ſed addam, quia alio modo fieri non potuit, ut ubi Deus Opt. Max. non eſſet notus, ibi eſſet incognitus leo ille rugiens, qui ſemper mortalium animis inſidiatus eſt ab ipſa mundi origine, neque poteſt illius uafricies & exitioſa ad homines perdendos induſtria ſopita & deſidioſa tunc temporis latuiſſe. Iam uerò quæritur, utrum homines in beſtiam, hoc eſt illius corpus in huius corpus tranſmutari poſsit? Reſpondeo, ſiue ipſius naturæ immēſam poteſtatem (per naturam autem res creatas intelligo, ut arbores, plantas, herbas, &c.) ſiue Satanę in mundum imperium cōſideres, hoc inter ἀδύνατα non eſſe connumerandum. Etenim conſtanter credo, in hoc uaſto mundi ambitu extare res innumeras mirandæ facultatis, adeò ut ne quidem iſta quæ ad transformanda corpora pertinet, iure è mundo eximi poſsit. Scio multos, ſi hæc legerint, exclamaturos, & me aut ſeuem aut impium pronunciaturos. Enimuerò ſi hæc Deus homines celauit, non erunt? Sed uideant

illi ne Deo maiorem faciant iniuriam, quem credant breui & angusta manu operibus suis mundum repleuisse, hacque parte tam admiranda & stupenda terrarum orbem carere existiment. At, inquient, hoc est diuinare, & de re incerta pronunciare? Sed hócne est incertum, quod ego grauissimorum authorum & ueterum testimonijs confirmo? Putas hoc temerè de Circe scriptum sine ulla ratione? Scio Poetis familiare esse fabulosa scribere, hoc autem fabulosum dici posse ego constanter pernego, ut neque illa de Cyclopibus aut Lestrygonibus, cũ similia etiã ab historicis prodãtur. Scimus Arimaspos & Anthropophagos in Scythia Europea. Similia etiam huic facto Circæ paulo pòst intelligemus. Redeamus ad herbas: quarum si mirãdas uirtutes recensuero, nõ dubito quin hoc quoque ipsum de quo contendimus, persuasero. Primùm quæro, quid maius esse putas animam lædi tantùm, aut corpus? Dices animam? ergo non est quod de corpore ambigas. Dices corpus? Atqui animam quis nescit ob simplicitatem suam, imò ob diuinitatem minus esse mutationi obnoxiam quàm corpus, quod ex crassis & terrestribus fructis compactum est? Animam autem herbis lædi quis ignorat? Qui insani redduntur & dementes, qua parte læduntur nisi anima? Si anima non læduntur, quâ igitur parte? Sed læduntur profectò anima. Itaque qui gustata herba Cohobba, quæ nascitur in Hispaniola insula occidentalis Indiæ, fanatici redduntur: illa etiam parte uulnus accipiunt. Qui Dæmoniaci dicuntur, obsecro an non ipsorum animo plaga est inflicta? At, dices, hoc fit Diabolica ui. Quid tum? inquam, si hæc quoque nostra metamorphosis eodem modo accidat? fuis autem instrumentis utatur Diabolus? ut eum facere paulò pòst dicemus: uix est enim ut aliquid immediatè perficiat. Notus fuit nõ soli mihi, sed multis amicis meis & toti ciuitati Basiliẽsi (in qua ego hæc scribo) uir quidã nobilis: qui cũ olim fortissimus heros & prudẽtissimus fuerit, nũc de mẽte planè decideret, & p uiro infans uideretur. Iã, rogo, quid in eo læsum est, annón anima? Atqui, dices, remanet illi forma hominis. At tu, inquã, formã hominis, speciem corporis uisibilem appellas, cùm sit læsa tantùm uera forma illa hominem constituens, nempe anima. Atqui, inquies, non est sublata, immò, inquam, tantillum animam lædi, hoc ipsum magis est quàm massam corporis totam alia forma indui. Et quod hoc magis stupendum uideatur, facit raritas, cùm illud satis frequenter uideatur. Id tamen homines non cogitare, me maiorem in admirationem pertrahit. Nequis autem putet me malè τῶν ἀφθαρσίας animæ sentire, ut qui eam immortalem orthodoxè sentiens nunc lædi posse ac corrumpi dicam, quæ duo planè sunt repugnantia. Admitto enim, si uis, illæsam remanere ipsam animæ essentiam, illius autem organa solùm lædi ac uitiari in illis affectibus, quos anteà memorauimus, & si quid acutius Peripatetici philosophi in medium afferunt. Sed mihi sanè functiones animæ posse impediri ac perturbari, res non adeò exigua & nihili uidetur: quin maiorem longè censeo nuda illa corporum metamorphosi, de qua sermo noster est institutus. Dices Poeticè loquutum esse Poetam, sed ita tamen loquitur Ouidius 15. Metamorp.

Quodq; magis mirum est? sunt qui non corpora tantùm,
Verùm animos etiam ualeant mutare liquores.
Cui non audita est obscœnæ Salmacis undæ?
Aethiopesq; lacus? quos siquis faucibus hausit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.

Ego tamen illam mutationem nolo essentialem intelligi, sed accidentalem tantùm, quæ possit mentem aliquantulum de statu suo mouere, ut sui compos non sit: quod tamen multum est posse fieri. Sed age, si tibi leue hoc argumentum uidebitur, sequentia forsan grauiora iudicabis: quanquam apud me illud satis habeat momenti, urgeriq; illud maximè uolo, quòd multiplices sunt naturæ uires, quas ignorantia nostra non imminuit. In herbis autem, gemmis, & eiusmodi quantum sit potestatis, sciunt qui illas studiosè perscrutantur: & cùm iustum uolumen requirant, ad ea perquirenda lectorem remittam, ne omnia in os præmansa illi indere uidear. At Diaboli potestatem uideamus, & an hocipse præstare possit, quod uulgus pernegat. Mihi sanè dubium non fit, Spiritum illum qui iam ab initio scientissimus creatus est, cui naturæ arcana patentissima sunt, hoc etiã ignorare. Sed utut id faciat, sine naturæ auxilio nòn facit, utitur enim & herbis & unguentis in eum finem, ut satis constat ex eorum relatione, qui hanc mutationem in se ipsis experti sunt, ut semper idem fit hoc posterius cum priore, quod de amplissima naturæ facultate dicebamus: nisi quòd illa Diabolo tantùm plenè perspecta sit, hominibus uerò minimè, nisi quantùm illam Diabolus patefacit, quod tamen fieri ab ipso nõ existimo: quia facta unguenta tantùm illis distribuit, modum uerò illa componendi non memini me legisse ab eo declarari. Sed quia res est eiusmodi, quæ non opinione simplici, sed exemplis nitatur, audiamus ea quæ notissimis istis temporibus pro compertis & indubitatissimis habentur. Quæstio ergo est, an homines in bestiam corpore possint transformari? Possunt, inquam, & eius rei exempla attende, quæ à Ioanne Bodino, uiro eruditissimo & diligentissimo scriptore nostri sæculi afferuntur Mag. Dæmon. lib. 2. cap. 6. ubi specialiter hoc argumentum disputat, ad cuius ego partes libenter transij. Aegidius Garnerius Michaelis festo ad Serranam syluam in uineis Chastenoyanis (quæ à Dolensi oppido quadrante milliaris absunt) puellam decem aut duodecim annos natam ceperat manibus, quæ luporum pedibus consimiles uidebantur, dentibusque occiderat, femorum & brachiorum carnem deuorauerat, & de ea ad uxorem detulerat: quod item post mensem eadem forma alteram puellam ceperat occideratque uoraturus, nisi tres homines (ut ipse fatebatur) impedimentum attulissent: quod etiam post dies quindecim puerum decennem in Gredisanorum uineis strangulauerat, carnemque crurum, tibiarum, & uentris comederat: quòd denique puerum alium hominis, non lupi specie quasi tredecim annos natum in uici Perusani saltu occiderat comedendi animo (ut ipse sponte ac non coactus aiebat) nisi fuisset impeditus: his ergo de causis ad ignem uiuus est damnatus, effectaq; sententia in Parlamento Dolensi die XVIII Ianuarij CIↃ IↃ LXXIII. Alia est causa Vesontione cognita à Ioãne Bodino Inquisitore anno CIↃ IↃ XXI. Decembri mẽse. Rei Petrus Burgotus & Michael Verdunus se Deo renunciasse, fidemq; dedisse Diabolo confessi sunt. Burgotum igitur Michael duxit in uicũ castelli Carlonij, ubi candelam uirentis ceræ obscura flamma & coloris Veneti habebant singuli, ita saltabant & sacrificabant Diabolo. Posteà se unguento oblitos fassi sunt lupos fuisse factos, celeritate summa excurrentes: tum uersos in homines, ac subinde in lupos, eaq; specie lupas iniuisse eadem uoluptate, qua cum mulieribus rem habere sunt soliti. Præterea confessi sunt, Burgotus quidem se puero septenni lupinis pedibus dentibusq; mortem attulisse, uoraturum nisi rustici abegissent: Verdunus uerò se puellam in horto quodam pisa carpentẽ occidisse, & à domino Cuueæ depulsum esse, &c. Vide similia apud Iobum Fincelium in libris Mirabilium, & alios fortilegiorum scriptores: ut Malleum Malef. Petrum Mamorium, Henricum Coloniẽsem, Vlrichum Molitorem, &c. Caspar Peucerus, inquit noster Bodinus, homo doctus, gener Philippi Melanchthonis, scribit has sibi semper uisas fuisse fabulas, sed coactum fuisse credere, ex quo istud sibi mercatores plurimi fide digni negotiantes in Liuonia confirmarunt: multos etiam fuisse accusatos, euictos, & à confessione adiudicatos morti: itaque describit modum, qui in Liuonia obseruatur: nempe quotannis sub finem Decembris nebulonem esse, qui Magos omnes citat, ut loco indicto compareant: si defuerint, eos à diabolo ictibus ferreæ uirgæ cogi, adeò ut uibices extent: præire ducem, myriadas sequi tranantes fluuium: eo traiecto mutari in lupos, in homines & in pecora inuolare, & innumerabilia damna importare: post dies duodecim eodem fluuio remeare, & humanam formam recipere. Herodotus lib. 4. Neurios scribit uideri esse incantatores, quod dicerentur à Scythis & ab ijs Græcis qui Scythiam incolebant, semel quotannis singuli ad aliquot dies effici lupi, & rursus in habitum pristinum redire. quod tamen dicentes, inquit Herodotus, mihi non persuadent: nihilominus tamen illi aiunt ita esse, ac deierant. At Bodinus refert, habere se Germani cuiusdam literas, qui stipẽdiarius fuit Henrici II. Gall. Regis, scriptas ad Galliæ Conestabilem, quibus certiorem eum facit de Liuonia à Moscho capta: deinde subijcit, In illis locis Herodotus Neurios collocare uidetur. apud quos dicit homines cõuerti in lupos: quod est adhuc usitatissimum in Liuonia. Pomponius Mela lib. 2. Neuris, inquit, statum singulis tempus est, quo, si uelint, in lupos, iterumque in eos qui fuêre, mutentur. Solinus cap. 25. Verùm Neuri, inquit (ut accepimus) ætatis (quidam statis, fortè meliùs, ut constat ex Mela & Herodoto) temporibus in lupos transfigurãtur. Alphesibœus apud Virg. in Pharmac.

Has herbas atq; hæc Ponto mihi lecta uenena
Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto:
His ego sæpe lupum fieri & se condere syluis
Mœrim.

sup uidi, &c. Notum est quod de Lycaone proditur non solùm ab Ouidio 2. Metam. sed etiam à Pausania in Arcadicis, qui est liber octauus, quod à ratione non abhorrere idem affirmat, quòd illud diuina ira illi contigerit, pro infantis ad Iouis Lycæi aram mactati libato sanguine: qua in re dissentiunt Ouidius & Pausanias. Vide Scholiastem Lycophronis. Id tamen à multis etiam ueteribus creditum non fuit. Nam & Plinius (quem alioqui uulgus mendacem appellare solet) lib. 8. Nat. hist. cap. 22. negat posse homines in lupos cõuerti. Eius integrum locum afferam, quia similem etiam mutationem de Arcadibus complectitur. Sic ergò ille: Homines in lupos uerti, rursumque restitui sibi, falsum esse confidenter existimare debemus, aut credere omnia quæ fabulosa tot sæculis comperimus. Vnde tamen ista uulgo infixa sit fama intantum, ut in maledictis uerspelles habeat, indicabitur. Euanthes inter authores Græciæ non spretus, tradit Arcadas scribere, ex gente Antæi cuiusdam sorte electum ad stagnum quoddam regionis eius duci, uestituque in quercu suspenso tranare, atq; abire in deserta, transfigurariq; in lupũ, & cum cæteris eiusdem generis congregari per annos nouem. Quo in tempore si homine se abstinuerit, reuerti ad idem stagnum: & cum tranauerit, effigiem recipere ad pristinum habitum, addito nouem annorum senio. Id quoq; Fabius, eandem recipere uestem. Mirum est, quò procedat Græca crudelitas. Nullum tam impudens

men-

mendacium est, ut teste careat. Itaque Copas Agriopas, qui Olympionicas scripsit, narrat Demænetum Parrhasium in sacrificio, quod Arcades Ioui Lycæo humana etiam tum hostia faciebant, immolati pueri exta degustasse, & in lupum se conuertisse: eundem decimo anno restitutum athleticæ, certasse in pugilatu, uictoremque uictoria Olympia reuersum. Huc usque Plinius. Quem autem ille Demænetum appellat, Pausanias Demarchum Dinyttæ filium ait uocatū, ut hoc loco etiam obseruauit Hermolaus Barbatus: Sed & Plato 8. de Repub. hoc ut fabulosum attingit, quod circa templum Lycæi Iouis in Arcadia referebatur, quòd quisquis humana uiscera fortè gustarit, lupus fieri cogitur. Quid nos ad hæc? Sinamus Apuleium respondere ei qui quæsierit, Minus hercle calles prauissimis opinionibus ea putari mẽdacia, quæ uel auditu noua, uel uisu rudia, uel certè supra captum cogitationis ardua uidentur: quæ si paulò accuratiùs exploraris, non modò compertu euidentia, uerum etiam factu facilia senties, &c. Neque nos uirorum illorum authoritatem rationi, quæ in experientia uires ingentes accipit, anteferimus. Sed uis augustiora testimonia? Audi quid dicat sacra pagina de Nabuchodonozore, qui muratus in bouem per septennium fœnum & gramen duntaxat comẽdit. At, inquies, hoc est peculiariter Dei uoluntate factum. Sed heus tu, an nos aliquid, nedum hoc ipsum contra aut præter illius permissum fieri contendimus? Minimè gentium. Imò constanter assero, hoc ipsum uelle Deum ad castigandam hominum impietatem, qua ab eo in Satanæ cultum miserè deflectunt. Hoc ita nobis est necessariò pronunciandum, si constat hoc admitti, mutari corpora. At quis neget contra superiora exempla & alia quæ mox recensebimus? Dices, has esse fascinationes Diabolicas, quibus res aliæ quàm sint à nobis perspiciuntur. Vide quæso quid dicas, quantumque potestatis Spiritui illi maligno tribuas in te ipsum. Quam ego quidem non nego, quia fieri scio, & plus satis experientia tritum est. Sed cogita qualis sit illa fascinatio, & quàm diuturna. Vix enim est ut nõ præsente Mago oculi tibi præstringantur, aut si in eius initio non interfuisti, nihil tale senties ac cæteri qui interfuerint, & fallacias Magi aut Sagæ deteges. Hîc uerò per longos annos durat illa transfiguratio, & talis apparet omnibus. Sic Lucianus, sic Apuleius, qui eam experti sunt, asini semper uidebantur, donec accepto remedio pristinam formam receperunt. Sic etiam in Liuonia illi permanent ad certum tempus, & tales ab omnibus iudicantur. Audi quid Sprangerus Inquisitor narret. Iuuenis Anglus miles in Cypro fuit à saga transformatus in asinum: qui cùm in nauem ad socios uolens remeare, fustibus abactus esset, ad Magam redijt. Itaque illa eo usa est, donec asinus in Ecclesia uisus est, in genua procidere, eaque facere quæ ab animante bruta nequeunt proficisci: tum Maga quæ agebat ipsum, ex suspicione ad Iudices rapta, eum triennio elapso restituit, & morte affecta est. Idem de Ammonio philosopho legimus asinum ordinariè lectioni eius interfuisse. Vis exemplum grauissimum? Vincentius in Speculo libro tertio capite 109. & Fulg. libro octauo, capite undecimo scribunt, duas in Germania hospitas fuisse Sagas, quæ hospites solebant in bestias interdum uertere: cùm itaque histrionicum adolescentem in asinum conuertissent, qui (ut erat rationis compos) uoluptates mille uiatoribus exhibebat, hunc magno fuisse à uicino emptum: illas tamen dixisse se non esse præstituras, nam eum si flumen accederet, amissum iri: asinum itaque die quodam elapsum in lacum proximum abijsse, & simul ac fuisset immersus, formam recepisse. Id Petrus Damianus, cùm rem scisciatus esset diligentissimè ex hero, ex asino, ex mulieribus Sagis confessis factum, & ex ijs qui asinum elapsum ac restitutum uiderant, Leoni 7. Papæ narrauit: & postquam diu in utramque partem coram Papa fuit disputatum, hoc tandem posse fieri constitutum fuit. Iam uerò si pertinaciores ad tot exempla simus, nescio quid credi debeat. Quòd autem uulgò dicitur non esse has uires à Deo Satanæ attributas, rectè mihi uidetur diluisse Bodinus, cùm ait, hoc speciem non habere ueritatis: etenim neque Dei consilium ab hominibus comprehendi, neque potestas Diabolo data cognosci potest, cùm in libro Iobi dicatur non esse potestatem ullam in terra, quæ possit ei obsistere. Audio tamen Theologos quosdam huic transfigurationi refragari, & inter eos Nicolaum Lyrensem in Commentarijs Exodi, ubi quærit, An uirtute Dæmonum, qua incantatores utuntur, & magi, potuerit fieri, ut uirgæ in dracones uerterentur? Duoque ab eo statui, unum quod reuerà uirgæ non fuerint in dracones conuersæ: alterum, quòd id factum fuerit quadam apparentia & uera sensuum illusione: Sed ab eo nostram disputationem expressiùs in capit. quarto Danielis, ubi est Nabuchodonozoris mutatio, exagitari. Sed mihi illius scripta uidere non licuit. Neque eum puto ualidioribus niti argumentis quàm cæteri, aut inter Doctores pluris fieri quàm Thomas, qui etiam Magistri cognomen promeruit. Is, referente Bodino, in secundum librum Sententiarum distinct. 7. artic. 5. pronunciat, Omnes Angelos bonos & malos ex uirtute naturali habere potestatem transmutandi corpora nostra. Sed obstat omnium Doctorum Antesignanus ille D. Augustinus, cuius libri si mihi ad manum essent, ex 18. lib. de Ciuit. Dei, capit. 18. & 79. Quæstion. eius libri qui 83. Quæstionum inscribitur, possem hunc campum feraciorem reddere. Tamen audio eum non ita obnixè in his refutandis hærere, nisi quòd hæc à Diobolo præstari non possint, si Deus, penes quem est incomprehensa formarum potestas, formam nouam indiderit. Verba illius sunt in dicto loco de Ciuitate Dei: Nos, inquit, cùm essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, ubi stabularias mulieres imbutas his malis artibus in caseo dare solere dicebant, quibus uellent seu possent uiatoribus, unde in iumenta illicò uerterentur, & necessaria quæque portarent: postque perfunctam operam iterum ad se redirent, nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem humanamque seruari: sicut Apuleius in libris, quos Asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto ueneno, humano animo permanente asinus fieret, aut indicauit, aut finxit. Hæc uel falsa sunt, uel tam inusitata, ut meritò non credantur. Hæc ille. Postrema autem illius uerba diligenter sunt obseruanda. Prudenter enim fecit uir sanctissimus, qui rem tam inusitatam & sibi incognitam temerè noluit credi. quanquam fubijcit hoc uerè ita contingere, non fateri: sed ut phantasticum hominis, quod etiam cogitando siue somniando per rerum innumerabilia genera uariatur: & cùm corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figura corporea possit perduci. Sed si nostra exempla intelligeret, proculdubio aliter erat ea de re pronunciaturus, & illud potiùs quod eodem capite dicit fieri hoc permissu Dei, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Sic ille eadem ignorantia Antipodas esse pernegauit. Minus ergo moror rationes, quas è Philosophis depromunt quidam. specierum enim differentia, ut ait Aristoteles, à forma rerum ultima suum esse sumit. Non posset ergo homo lupus fieri, nisi anima ipsa hominis, in lupi animam uerteretur omnino. Id autem fieri natura non patitur. Forma enim perfectissima non nisi subiectum perficis sibi simile. Et hoc adducitur à Ioan. Camerte apud Solinum. Sed notandum est, nos non intelligere formam hominis in hac transfiguratione perire: quia remanet eadem ratio, quæ est uera forma, ex qua suum esse homo accipit. Et hoc ipsum Homerus probat, qui sic scribit de socijs Vlyssis in Sues conuersis: *οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς φωνήν τε δέσας τε τριχάς. αὐτὰρ νοῦς κὶ ἐμπεδος ὡς τὸ πάρος περ.* Vnde fortasse uideatur lapsus Horatius in Epod. cum mentem restitutam illis dicit. uerba illius sunt:

Setosa duris exuere pellibus
Laboriosi remiges Vlyssei
Volente Circe membra:
Tunc mens & sonus
Relatus atq; notus in ultro honor.

Imò aliud est quod in nostro Poeta obseruemus, lupos istos qui uenientibus Vlyssis socijs occurrebant, feritate destitui, nam illis potius adblandiebantur. contrà ij, de quibus suprà loquebamur, rabiẽ feræ illius cum specie penitus induunt, eandemq; crudelitatem in humana uiscera exercent, quibus etiam horrendè uescuntur non minus ac Læstrygones aut Cyclopes Homerici. Quod dictum uolo, ut intelligamus minus stupẽda Circen præstitisse, quàm hac tempestate Diabolum, & iam olim si ueterum dicta non repudianius. Quia autem Homerus primo loco luporum formæ, & nos etiam de ea primùm egimus: nõ est silentio prætermittendum, quod uulgus Medicorũ existimat, Lycanthropiam esse genus morbi, quo affecti noctu discurrunt, & circa sepulchra commorantur, de quo Aëtius 6. 11. qui hoc eos mense Februario corripi dicit: uidendus etiam Paulus Aegineta. Sed eos uellicat Bodinus, quàm ridiculũ sit res naturales æquari ijs quæ naturã superãt, & actiões animantiũ actionib. Spirituũ dmæonũq; cõparari. Absurdius uerò illud, inquit, hîc causari morbũ: malũ enim Lycãthropo inesset soli, nõ eos afficeret qui hominẽ in bestiã uerti, deinde restitui uidẽt.

ὡς δ' ὅτε περὶ ἄμφι κύνες Lupos istos & leones socijs Vlyssis adblandientes canibus comparat, qui domino è conuiuio proficiscenti caudis etiam assentari solent, quod *σαίνειν* propriè dicitur: *σαίνειν* etiam & *ὑποσαίνειν* pro eodem reperio. Eius rei causam explicat, *ἀεὶ γάρ τι φέρει μειλίγματα θυμῷ*. Quid per illa animi lenimenta intelligat, uidendum est. Sciendum igitur, quod Pollux 6. 14. scribit, plerosque ex ueteribus ad manuum ablutionem apomagdalia usos esse: id uerbum significat molle & medullam panis: quod quia mox obijcerent canibus, Lacedæmonij cynada appellabant: uel si mauis Græca, *οἱ δὲ πάλαι, τοῖς καλαμίνοις δόπμαγδάλιαις ἐχρῶντο, οἷ νῦν τὸ ὂν τῷ ἄρτῳ μαλακὸν καὶ σαπρὸν τοῖς κυσὶν αὐτὸ παρίσασιν. ὅθεν καὶ λακεδαιμόνιοι κυνάδα τὴν δόπμαγδαλίαν καλέσιν.* In quibus uertendis Erasmum errasse docuit iam olim Gesnerus de quadrup. in cap. de Cane. apud quem uide plura de his apomagdalijs, quæ canicæ appellantur à Sex. Pompeio & Nonio. Hoc ergo est quod Homerus per *μειλίγματα θυμῷ* intelligit, ut etiam monuit Eustathius. Pollucis etiam locum indicauerat ante nos Giphanius. De Apomagdalijs autem dicemus quoque olim in

nostro Athenæo lib.4.quarum usum ibi apud Arcades fuisse docet: quem locum tamen deprauauerat Erasmus, ut ibi uidebimus Deo bene fauente, cuius auxilium in nostris laboribus semper obnixè imploramus.

εὐρύλοχ- δ' ὑπέμιμνεν) Vt nimia feritas odiosa est, sic nimis facilis humanitas & beneuolentia suspecta uiris prudentibus esse solet, ubi maximè de uitæ periculo agitur. Res meliùs ex hoc loco Homerico apparebit. Eurylochus igitur cùm aliàs regionum illarum inhospitalitatem & crudelitatem obseruasset, non censuit ullo modo nunc Circæ fidendum esse. Quanquam enim illa perhumaniter (ut uidebatur) eum cum reliquis socijs exciperet: tamen persuaderi sibi nõ potuit aliquid doli sub hac tanta facilitate non latère, quasi eâ ipsi ad exitium astutè allicerentur diuerso crudelitatis modo à præcedentibus. Itaque prudenter dicitur huic Circæ sese temerè non credidisse, exitusque eum planè non fefellit: qui forsan non fuit talis, qualem ille præsagiebat, sed neque longè minor. Cur autem illi hæc procliuitas, Circæ suspecta fuerit, hæc uidetur esse causa: quòd nullo modo eos percunctaretur quinam essent, unde profecti huc aduenirent, aut quē in finē, quod ab ijs fieri alioqui solitū est, qui extraneos & peregrinos hospites excipiebāt.

οἱ δ' ἀμ' ἑταίροισιν) Verisimile est, Eurylochum ita credidisse, quia nondum sciret hoc à Circe præstari, ut homines in bruta conuerteret. Cùm ergo diutiùs præ foribus socios expectasset, qui Circen erant temerè intrò sequuti, donec redirent, eosque non apparere uidit: tum demum in suspicione sua confirmatus est, sublatosque eos de medio existimauit. Itaque nunc dicit eos disparuisse, dicturus proculdubio eos in sues transfiguratos, si id exploratum habuisset.

Ὣς ἐιπὼν παρὰ νηὸς ἀϊήϊον ἠδὲ θαλάσσης.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ἄρ' ἔμελλον ἰὼν ἱερὰς ἀνὰ βήσας
Κίρκης ἴξεσθαι πολυφαρμάκου εἰς μέγα δῶμα,
Ἔνθά μοι Ἑρμείας χρυσόῤῥαπις αἰπόλλησιν
Ἐρχομένῳ κατὰ δῶμα, νεηνίῃ αὐδρὶ ἐοικὼς
Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τῆπερ χαριεστάτη ἥβη·
Ἔντ' ἄρα μοι φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε,
χ.αὐτ' ἄ Πῆ δὴ * αὖτως δύστηνε δι' ἄκριας ἔρχεαι οἶος,
Χώρα ἄϊδρις ἐὼν; ἑταροι δέ τοι οἵδ' ἐνὶ Κίρκης
Ἔρχατα, ὥστε σύες πυκινὸν κλῃθμῶνας ἔχοντες.
Ἦ τοὺς λυσόμενος δεῦρ' ἔρχεαι; οὐδέ σε φημὶ
Αὐτὸν νοστήσειν, μενέειν δ' σὺ γ' αὖθι περ ἄλλοις.
Ἀλλ' ἄγε δή σε κακῶν ἐκλύσομαι ἠδὲ σαώσω·
χ.σὺ δ' ὅμως Τῆ τόδε φάρμακον ἐσθλὸν, ἔχων † ὃ' ἐς δώματα Κίρκης
σε Ἔρχευ, ὄ κέν τοι κρατὸς † ἀλαλκήσῃ κακὸν ἦμαρ.
χ.ἀλάλκησε Πάντα δέ τοι ἐρέω ὀλοφώϊα δόλια Κίρκης·
καὶ ἀπαλάλ- Τεύξει τοι κυκεῶ, βαλέει δ' ἐνὶ φάρμακα σίτῳ.
κῃ Ἀλλ' οὐδ' ὡς θέλξαι σε δυνήσεται· οὐ γὰρ ἐάσω
Φάρμακον ἐσθλὸν ὅ τοι δώσω. ἐρέω δ' ἔκαστα·
Ὁππότε κεν Κίρκη σ' ἐλάσῃ περιμήκεϊ ῥάβδῳ,
Δὴ τότε σὺ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
Κίρκῃ ἐπαΐξαι, ὥστε κταμέναι μενεαίνων.
Ἡ δέ σ' ὑποδδείσασα κελήσεται εὐνηθῆναι·
Ἔνθα σὺ μηκέτ' ἔπειτ' ἀπανήνασθαι θεὸν εὐνὴν,
Ὄφρα κέ τοι λύσῃ θ' ἑτάρους, αὐτόν τε κομίσῃ·
Ἀλλὰ κέλευθόν μιν μακάρων μέγαν ὅρκον ὀμόσαι,
Μή τι τοι αὖτῳ πῆμα κακὸν βουλεύσεται ἄλλο,
Μή σ' ἀπογυμνωθέντα κακὸν κατὰ οὐλοὸν θείη.
Ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον Ἀργεϊφόντης,
Ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν αὐτὸς ἔδειξεν.
Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δ' ἴκελον ἄνθος·
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι· θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.
Ἑρμείας μὲν ἔπειτ' ἀπέβη πρὸς μακρὸν Ὄλυμπον,
Νῆσον ἀν' ὑλήεσσαν· ἐγὼ δ' εἰς δώματα Κίρκης
Ἤϊα πολλὰ δέ μοι κραδίη τόρφυρε κιόντι.
Ἔστην δ' ἐνὶ θύρῃσι θεᾶς καλλιπλοκάμοιο·
Ἔνθα στὰς ἐβόησα, θεὰ δέ μου ἔκλυεν αὐδῆς.
Ἡ δ' αἶψ' ἐξελθοῦσα θύρας οὖϊξε φαεινὰς,
Καὶ κάλει· αὐτὰρ ἐγὼν ἐπόμην ἀκαχήμενος ἦτορ.
Εἶσε δέ μ' εἰσαγαγοῦσα δίφρον ἀργυρόηλον,
Καλὸν, δαιδαλέον· ὑπὸ δ' ἴχνιον ποσὶν ἦεν.
χ.δέπας Τεῦξε δέ μοι κυκεῶ χρυσέῳ * δέπαϊ ὄφρα πίοιμι·
Ἐν δέ τι φάρμακον ἧκε, κακὰ φρονέουσ' ἐνὶ θυμῷ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκέν τε, καὶ ἔκπιον, οὐδέ μ' ἔθελξεν,
Ῥάβδῳ πεπληγυῖα, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζεν,
Ἔρχεο νῦν συφεόνδε, μετ' ἄλλων λέξον ἑταίρων.

Sic fatus, ab naue ego discedebam, atq; mari.
Sed cum iam iam pergens sacras per ualles
Circes accedebam uenefica ad magnam domum,
Ibi mihi Mercurius aurea uirgula obuiam uenit
Incedenti ad domum, adolescenti uiro similis
Primùm pubescenti, cuius gratiosissima est pubertas.
Manui mihi inhæsit, uerbūq; dixit & proloquutus est,
Quorsum ô felix per tesqua incedis solus
Locorū ignarus nimirū? socij. a. tibi illi Circes ædibus
Claudūtur, q ut sues benè munita latibula inhabitātes
An hos liberaturus huc uenis? neq; te puto
Ipsum rediturum esse: manebis. a. tu ubi utiq; alij.
Sed agè certè te ex malis soluam atq; seruabo,
Accipe hoc remediū bonum, quod habēs ad ædes Circes
Vade, quod sanè à capite auertet malum diem:
Omnia. a. tibi dicam pernicioſa consilia Circes.
Apparabit tibi potionē, mittet uerò uenena in panē,
Sed neq; sic incantare poterit, non enim permittit
Remedium eximiū quod tibi dabo, dicā uerò singula.
Quando Circes te percutiet prælonga uirga.
Tum sanè tu gladio acuto extracto à fœmore,
In Circen irrue, perinde atq; interficere cupiens.
Illa te subtimescens inuitabit ad concubitum,
Ibi tu neutiquam deinde abnega deæ cubile,
Vt tibi soluatq; socios ipsum teq; benignè excipiat:
Sed iube ipsam beatorū magnum iuramentū iurare,
Ne ullum tibÿpsi detrimentum malum paret aliud,
Ne te nudatum imbellem inuirilem faciat.
Sic certè loquutus præbuit remedium Mercurius
Ex terra euulsum, & mihi naturā eius cōmonstrauit.
Radix quidem nigra erat, lacti quidem similis flore,
Moly autem ipsum uocant dÿ: difficile autem effossu
Viris utiq; mortalibus, dÿ autem omnia possunt.
Mercurius quidem discessit ad magnum Olympum,
Insulam in syluosam, ego autem ad domum Circes
Iham: multa autem mihi cor cogitabat eunti.
Constiti autem in ianuis deæ pulchricomæ,
Ibi stans uocaui, dea autem meam exaudiuit uocem.
Illa statim egressa ianuas aperuit splendidas,
Et inuitabat: caterū ego sequutus sum tristatus corde:
Collocauit. a. me introductū in throno arg. claue muni.
Pulchro, fabrefacto, scabellū uerò sub pedib. erat.
Adornauit. a. mihi potionem aureo poculo ut biberem.
Intus pharmacum misit mala meditans in animo.
Caterùm postquam dedit & ebibi, neq; sic me demulsit
Virgula feriens uerbumq; dixit & proloquuta est,
Abi nunc in haram, cum alÿs cuba socijs.

Sic

Sic ait, ego a. gladium acutum ſtricto à fœmore
In Circen irrui tanquam occidere moliens:
Illa uerò magnũ exclamãs ſubtercurrit & prendit ge-
Et mihi plorabunda uerba uolatilia dixit. (nua,
Quis? cuias es hominum? ubi tibi urbs atq; parentes?
Stupor me tenet q̃ nõ bibens hæc uenena mutatus es.
Minimè enim quiſq; alius uir hæc uenena ſuſtinuit,
Quicũq; hauſerit, & primùm trãſmiſit ſeptũ dentiũ.
Tibi uerò aliqua in pectoribus immutabilis mens eſt,
Nimirum tu Vlyſſes es uerſutus, quem mihi ſemper
Prædixit uenturum aurea uirga utens Mercurius,
Ex Troia reuerſum celeri cum naue nigra.
Sed agè certè in uaginã gladiũ pone, nos uerò deinde
Lectulum meum conſcendamus, ut commixti
In lecto & amicitia confidamus inuicem.
Sic ait, cæterùm ego ipſam excipiens alloquebar,
O Circè quo pacto me iubes tibi manſuetum eſſe,
Quæ mihi ſues quidem feciſti in domibus ſocios,
Ipſum autem hic detinens dolos agitans iubes
Ad thalamum ire, & tuum conſcendere cubile,
Vt me nudatum imbellem & inuirilem facias:
Non ſanè ego uolo tuum conſcendere lectum,
Niſi mihi ſuſtineas dea magnum iuramentum iurare,
Ne ullum mihi detrimentũ malum machineris aliud.
Sic dicebam, illa continuò iurauit ut iuſſi.
Cæterùm poſtquam iurauit & perfecit iuſiurandum,
Tum ego Circes conſcendi pulchrum lectum:
Ancillæ aũt interea quidem intra domum ſatagebãt
Quatuor, quæ ei domi adminiſtræ erant.
Natæ autem hæ erant ex fontibus & à ſyluis,
Et ex ſacris fluminibus, quæ ad mare profluunt:
Harum una quidem iniecit thronis ſtragula pulcra
Purpurea ſupernè, infernè lintea tenuia ſubiecit.
Altera uerò ante toros extendit menſas
Argenteas, his autem apposuit aureas lances.
Tertia uerò in cratere mellifluum uinum miſcebat
Dulce in argenteo, diſtribuit autem aurata pocula.
Quarta uerò aquam ferebat, & ſuccendit ignem
Magnum ſub tripode magno, calefiebat autem aqua.
Cæterùm poſtquam efferbuit aqua in ſplendido aheno,
In labrum me collocatum lauit ex tripode magno
Suauiter fuſa aqua per caputq; & humeros,
Vt mihi laborem animum rodẽtem demeret membris.
Porrò poſtea lauit & unxit pingui oleo,
Chlænam mihi pulchram circùm induit atq; tunicam.
Collocauit aũt me introductum ad thronum argenteũ
Pulchrum fabrefactum, ſcabellum. a. ſub pedibus erat.
Aquam autem ancilla lotionem perfundebat ferens
Pulchro aurato ſuper argenteo lebete
Ad lauandum, iuxta aũt politam extendit menſam:
Panem autem uenerandæ proma apposuit ferens,
Edulijs multis appositis gratificata præſentibus.
Edere autem iuſſit, meo autem non placuit animo,
Sed ſedebã alia cogitans, mala a. prouidebat animus:
Circe autem ut agnouit me ſedentem, neq; ad cibum
Manũ extendentẽ, grauem aũt me dolorem habentem,
Propè aſtans uerba uolatilia dixit,
Quid ſic Vlyſſes ſedes ſimilis muto

Ὣς φάτ᾽· ἐγὼ δ᾽ ἄορ ὀξὺ ἐρυσάμενος παρὰ μηροῦ,
Κίρκῃ ἐπήϊξα, ὥστε κλάμσαι μενεαίνων.
Ἣ δὲ μέγα ἰάχουσα ὑπαὶ πτέρυγα δύσατο, καὶ λάβε γούνων,
Καί μ᾽ ὀλοφυρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; ποῦ τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;
Θαῦμά μ᾽ ἔχει ὡς οὔτι πιὼν τάδε φάρμακ᾽ ἐθέλχθης.
Οὐδέ γὰρ ἄλλος τις ἀνὴρ τάδε φάρμακ᾽ ἀνέτλη
Ὅς κε πίῃ, καὶ πρῶτον ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.
Σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐστίν.
Ἦ σύ γ᾽ Ὀδυσεύς ἐσσι πολύτροπος, ὅν τέ μοι αἰεὶ
Φάσκεν ἐλεύσεσθαι χρυσόῤῥαπις Ἀργειφόντης,
Ἐκ Τροίης ἀνιόντα θοῇ σὺν νηῒ μελαίνῃ.
Ἀλλ᾽ ἄγε δὴ κολεῷ μὲν ἄορ θὲο, νῶϊ δ᾽ ἔπειτα
Εὐνῆς ἡμετέρης ὀπιβήσομεν, ὄφρα μιγέντε
Εὐνῇ καὶ φιλότητι, πεποίθομεν ἀλλήλοισιν.
Ὣς ἔφατ᾽, αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον.
Ὦ Κίρκη, πῶς γάρ με κέλῃ σοὶ ἤπιον εἶναι;
Ἦ μοι σῦς μὲν ἔθηκας ἐνὶ μεγάροισιν ἑταίρους.
Αὐτὸν δ᾽ ἐνθάδ᾽ ἔχουσα, δολοφρονέουσα κελεύεις
Εἰς θάλαμόν τ᾽ ἰέναι, καὶ σῆς ὀπιβήμεναι εὐνῆς,
Ὄφρά με γυμνωθέντα, κακὸν καὶ ἀϊδρέα θείης;
Οὐδ᾽ αὖ ἔγωγ᾽ ἐθέλοιμι τεῆς ὀπιβήμεναι εὐνῆς,
Εἰ μή μοι τλαίης γε θεὰ μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι,
Μήτι μοι αὖτε πῆμα κακὸν βουλεύσεσιν ἄλλο.
Ὣς ἐφάμην· ἡ δ᾽ αὐτίκ᾽ ἀπώμνυεν ὡς ὀφέλλον.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ᾽ ὄμοσέν τε τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον,
Καὶ τότ᾽ ἐγὼ Κίρκης ἐπέβην εὐπλοκάμοιο εὐνῆς.
Ἀμφίπολοι δ᾽ ἄρα † κεδνὰι ἐνὶ μεγάροισι πόνοντο *χ. πῶς μὲν*
Τέσσαρες, αἵ οἱ δῶμα καταδρήσειραι ἔασι.
Γίνονται δ᾽ ἄρα τῇ γ᾽ ἐκ τε κρηνέων, ἀπό τ᾽ ἀλσέων,
Ἐκ θ᾽ ἱερῶν ποταμῶν, οἵτ᾽ εἰς ἅλαδε προρέουσι.
Τάων ἡ μὲν ἔβαλλε θρόνοις ἐνὶ ῥήγεα καλὰ
Πορφύρεα καθύπερθ᾽, ὑπένερθε δὲ λῖθ᾽ ὑπέβαλλεν
Ἡ δ᾽ ἑτέρη προπάροιθε θρόνων ἐτίταινε τραπέζας
Ἀργυρέας, ἐπὶ δέσφι τίθη χρύσεα καίρεια·
Ἡ δὲ τρίτη κρητῆρι μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα
Ἡδυὸν ἐν ἀργυρέῳ, νέμε δὲ χρύσεα κύπελλα·
Ἡ δὲ τετάρτη ὕδωρ ἐφόρει, καὶ πῦρ ἀνέκαιε
Πολλὸν ὑπὸ τρίποδι μεγάλῳ· ἰαίνετο δ᾽ ὕδωρ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ λύσσῃ χαλκῷ,
Ἐς ῥ᾽ ἀσάμινθον ἔσασα, λόεν δὲ τρίποδος μεγάλοιο,
Θυμηρὲς κεράσασα κὴξ κρατός τε καὶ ὤμων,
Ὄφρά μοι ἐκ κάματον θυμοφθόρον εἵλετο γυίων,
Αὐτὰρ ἐπεὶ λόσσέν τε, καὶ ἔχρισεν λίπ᾽ ἐλαίῳ,
Ἀμφὶ δέ με χλαῖναν καλὴν βάλεν ἠδὲ χιτῶνα·
Εἶσε δέ μ᾽ εἰσαγαγοῦσα ἐπὶ θρόνου δαιδαλέου,
Καλόν, ὑποδαλέες ὑπὸ δ᾽ ὑποδρῆναι πόσιν ἦεν.
Χέρνιβα δ᾽ ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι· παρὰ δ᾽ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.
Σῖτον δ᾽ αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
Εἴδατα πολλ᾽ ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.
Ἐσθέμεναι δ᾽ ἐκέλευσεν· ἐμῷ δ᾽ οὐκ ἤρεσσε θυμῷ·
Ἀλλ᾽ ἤμην * ἀλλοφρονέων, κακὰ δ᾽ ὄσσετο θυμός. *χ. ἄλλα φρονέων*
Κίρκη δ᾽ ὡς ἐνόησεν ἐμ᾽ ἥμενον, οὐδέ τι σίτῳ
Χεῖρας ἰάλλοντα, συγερὸν δέ με πολὺν ἔχοντα,
Ἄγχι παρισταμένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Τίφθ᾽ ὕτως Ὀδυσεῦ κατ᾽ ἄρ᾽ ἕζεαι ἶσος ἀνάνδῳ,
θυμὸν

Θυμὸν ἔδων; βρώμης δ' οὔ πω πατῆτος;
Ἦ τινά πω δόλον ἄλλον ὀΐεαι, ὅδε τι σε χρὴ
Δειδίμεν· ἤδη γάρ τοι ἀπώμοσα καρτερὸν ὅρκον.
Ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέφην,
Ὦ Κίρκη, τίς γάρ κεν αἰνῇ ὡς ἐναίσιμος εἴη,
Πρὶν τλαίη πάσασθαι ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος,
Πρὶν λύσασθ' ἑτάρους καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι;
Ἀλλ' εἰ δὴ πρόφρασσα πιεῖν φαγέμεν τε κελεύεις,
Λῦσον, ἵν' ὀφθαλμοῖσιν ἴδω ἑρίηρας ἑταίρους.
Ὣς ἐφάμην. Κίρκη δ' ἰν μεγάροιο βεβήκει
Ῥάβδον ἔχουσ' ἐν χειρί, θύρας δ' ἀνέῳξε συφειοῦ·
Ἐκ δ' ἔλασεν σιάλοισιν ἐοικότας ἐννεώροισιν.
Οἱ μὲν ἔπαν τ' ἔσαν ἀντίοι· ἦ δ' ἄρ' αὐτῶν
Ἐρχομένη προπάλεπτεν ἑκάστῳ φάρμακον ἄλλο·
Τῶν δ' μὲν μελέων τρίχες ἔρρεον, ἃς πρὶν ἔφυσε
Φάρμακον ὀλοόεσσαν, τὸ σφιν πόρε πότνια Κίρκη·
Ἄνδρες δ' αὖψ' ἐγένοντο νεώτεροι ἢ πάρος ἦσαν,
Καὶ πολὺ καλλίονες καὶ μείζονες εἰσορόωντο.
Ἔγνωσαν δέ μ' ἔπειτα, ἕκαστος δ' ἐπέγνω ἑταίρους.
Πᾶσιν δ' ἱμερόεις ἐπέδυ γόος, ἀμφὶ δὲ δῶμα
Σμερδαλέον κονάβιζε. θεὰ δ' ἐλέαιρε καὶ αὐτή·
Ἦ δέ μ' ἄγχι στᾶσα προσηύδα δῖα θεάων,
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Ἔρχεο νῦν δὴ νῆα θοὴν καὶ θῖνα θαλάσσης·
Νῆα μὲν ἀρ πάμπρωτον ἐρύσσατε ἠπερόνδε,
Κτήματα δ' ἐν σπήεσι πελάσσατε, ὅλα τε πάντα·
Αὐτὸς δ' αὖψ' ἰέναι, καὶ ἄγειν ἐελπομαι ἑτάρους.

Animũ macerans? cibum aũt nõ attendis neq; potum
An aliquem certè dolum aliũ times: neq; n. te oportet
Timere, iam enim iurauit forte iuramentum.
Sic ait, caterùm ego ipsam excipiens dixi,
O Circe quis sanè uir, qui æquus & iustus sit,
Prius audeat gustare cibum atq; potum,
Antequam redimantur socij & in oculis uideantur:
Sed si sanè benigna bibere edereq; iubes,
Solue & palàm uideam dilectos socios.
Sic dicebam, Circe autem ex ædibus transibat
Virgam tenens in manu, ianuas autem aperuit haræ:
Exegit porcis similes nouennibus.
Illi quidẽ continuò stabant contrarij, illa aũt per eos
Incedens adunxit unicuiq; pharmacum aliud.
Horũ qdẽ è mẽbris pili defluebãt, quos antè pduxerat
Pharmacum pernicioſum, quod ipſis dederat Circe.
Viri. a. cõtinuò reddebãtur iuniores q̃ antea fuerunt
Et multò pulchrioresq; & maiores aſpectu.
Agnouerũt. a. me illi, inq; hæserunt in manibus ſinguli.
Omnibus. a. iucundus ſubortus eſt luctus, per domũ aũt
Horrendum reſonabat, dea uerò miſerta eſt & ipſa.
Illa autem prope me ſtans loquuta eſt diua dearum,
Generoſe Laërtiade multiſcie Vlyſſes,
Vade nunc ad nauem celerem & ad littus maris,
Nauẽ quidẽ omniũ primùm ſubducite ad continentẽ:
Facultates uerò in ſpeluncis abſcondite armaq; omnia.
Ipſe autem ſtatim reuertere, & adduc dilectos ſocios.

COMMENTARIVS.

ἀλλ' ἄγε δή τι καὶὼν)Quanquam Vlyſſes in toto nauigationis curſu Deos habuerit infenſiſsimos, hîc tamen Mercurij beneuolentiam experitur, à quo antidotum aduerſus Circæ ueneficia accepit. Mercurium autem Magiæ peritiſsimum fuiſſe nõ dubito, quem etiam multi præſtigiorum inuentorem aſſerant, ideò potuit etiam alexipharmaca aduerſus incantationes callere. An autem eiuſmodi auxilia extare poſsint, quibus tutus ſis à faſcinationibus Diabolicis, quiſpiam quæret. Sanè, ut dicam primùm quod ſentio, neq; hac in parte naturę uires anguſtiores eſſe puto, ut non tam propellere quàm inferre damnũ poſsit. Vix eſt enim res ulla exitialis, cui aliqua ſalutaris non ſit è regione oppoſita. Cùm ergo herbis, unguentis, aut pulueribus faſcinationes induci poſsint, aut incantationes fieri: non dubito quin ſimilibus etiam modis non ſolùm prohiberi, ſed etiam anteuerti poſsint. Quanquam non ſuadeo ijs tantam facultatem tribui, ut Deo ſua demãtur gloria, quin ſine huius auxilio implorata illa aut infirma eſſe ſtatuo: ſaut ſi iuuent, ut ſolet efficaciam erroris Deus etiam Satanæ operibus, tribuere, nos ſumma ſuperſtitione & impietate obligari, ſi illis utamur, neceſſe eſt. Sic Angelus hepate piſcis & ſuffimẽtis utitur ad malignum ſpiritum depellendum, qui ſeptem illius puellæ uiros, quam Thobias duxit, occiderat: ſed tamen etiam preces adhibet, ut eſt Tobiæ 5. Quam hiſtoriam ſcio inter ἀποκρύφα numerari, ſed neque tamen fabula eſſe exiſtimanda eſt. Itaque nimis nudè illi pronunciare mihi uidentur, qui dicunt huiuſmodi faſcina ieiunijs & precibus eſſe amolienda: quod deberi quidem fieri non nego, imò maximè ſuadeo: ſed neque legitima etiam remedia, quæ inter res creatas exiſtunt, ſecurè contemni arbitror. (Attende me dixiſſe, legitima, & quid eo uocabulo latiſsimo complectar, expende.) imò ex mirandis eorum effectis ſummam in Deum laudem ex piorum ore redundare, certò mihi perſuadeo. Hæc per tranſennam dicta ſunto.

δείδιθι πότνι' ὀΐομαι)Aduerſus Sagarum incantationes nihil eſt tutius, animi confidentia & audacia. Quòd ſi Chriſtianè uis audire, Fidem in Deum intellige, quæ ſola homines huiuſmodi periculis eripit: ſi uerò Ethnicè, habemus hîc exemplum in Vlyſſe, quem Mercurius fortem & magnanimum eſſe iubet aduerſus Circæ incantamenta. Hoc enim eſt, quòd monet eum ut intrepidè in eam inuolet, quo pacto ſit illi terrorem incuſſurus. Sanè noſtris temporibus hoc etiam teneri ſolet, Sagis & Magis nefandis hac ratione reſiſti poſſe, ſi ui aduerſum eos utaris: adeò ipſe etiam Diabolus aliquatenus hominibus hac in parte quoque eſt ſubiectus. Referam eius rei exemplum, quòd à noſtro Bodino Dæmonom. lib. 3. cap. 5. memoratur. Carolus Martinus, præfectus Laodunẽſis, factus certior mulierem pauperem in ualle (id ſuburbij Laodunenſis nomen) fuiſſe à Saga uicina faſcinatam, miſertusque illius, necem interminatus eſt Sagæ, niſi morbum uicinæ adimeret. Metuens illa promiſit ſe curaturam: itaque ad pedes cubilis uenit, uultum in terram demittit, manus iungit, Diabolum maximum magna uoce appellat, ſubinde preces renouat uoces incognitas aliquot repetẽs, & fruſtum panis ægrotæ tradit, quæ eodem momento cœpit reualeſcere. Hoc facto Præfectus reuertens domum ſtatuebat eam comprehendere, & igni quàm primùm tradere: ſed illa in his partibus ex eo tẽpore non fuit conſpecta. In hoc facto impiè quidem factum eſt, quòd ad Sagæ auxilium deuentum ſit: conſtat inde tamen, cogi poſſe etiam minis & uiolentia deteſtanda illa Leuiathani inſtrumenta. Quod nunc in Circe Vlyſſes experitur.

μίζη μὺν μέλαν ἔσπε)Hunc locum ſic exprimit Ouid. 14. Metam.

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album. — *Pocula, conantem uirga mulcere capillos*
Moly uocant ſuperi, nigra radice tenetur. — *Reppulit, & ſtricto pauidam deterruit enſe.*
Tutus eo, monitiſq; ſimul cœleſtibus intrat — *Inde fides, dextræq; datæ, thalamoq; receptus*
Ille domum Cyrces, & ad inſidioſa uocatus — *Coniugij dotem ſociorum corpora poſcit.*

Quæ etiam ad ſequentia pertinent. Lector ſingula ſuis locis accõmodabit. Eſt ergo Moly inter antidota ueneficiorum, ſed hoc hodie non dignoſci plerique exiſtimant: non deſunt tamen, inquit Amatus Luſitanus, aliqui herbarum inueſtigatores, qui eam in agro Neapolitano naſci contendant. Audio Melchiorem Guillandinum, medicum Patauinum, uirum doctiſsimum, & præcipuè ſtirpium hiſtoriæ ſcientia hoc ſæculo clariſsimum, quam uarijs peregrinationibus per Europam, & Mediterranei maris ad Africam traiectu ſibi comparauit (ut eſt in Bibliotheca Geſneri de eo pronunciatum) audio, inquam, eum penes ſe Moly iſtud Homericum habere, quod in Aegypto naſcitur, ab hominum nullo extrahi, ſed à cane ad illud alligato, quia extrahentibus lethiferum eſt (Homerus tamen tradit, eſſe tantum difficile eam extrahere, neſcio an periculum mortis intellexerit) & reuera canis qui illud eradi mouerit, ex eo interit. Hoc mihi Fráciſcus Stuuardus, Comes à Bothuuel, & Scotię Admirallus, in tam iuuenili ætate moribus & ingenio

genio senex, generositate non uulgari, multisque præterea tum corporis tum animi dotibus insignis, dum unà Basileæ uiueremus simulque cum suo consanguineo, & moderatore, planè candido, bene morato, & præstantissimo uiro D. Hebburino, anno CIↃ IↃ LXXXI. narrauit, ut cui idem Guillandinus radicem illam ostendisset, quam ille inter sua charissima κειμήλια reconditam accuratissimè, ut par est, seruaret. Neque mihi fit dubium, Homerum qui ex Aegyptijs obseruationibus factus est doctior, dum in ea regione uersaretur, de hoc Moly Aegyptio intellexisse. Id unum ambigo, an eâdem uirtute polleat, quam ei Homerus tribuit aduersus incantamenta. Quod si uerum sit, non erit solum Moly huius facultatis, nam parem dicuntur habere, etiam alia, ut stella marina (apud Bodinum Dæmon. lib. 3. cap. 5 malè dicitur de squilla, nescio an ipsius authoris, Gallicum enim exemplar nō habui, an Interpretis Latini erratum sit) de qua Plinius scribit in hunc modum: Mala medicamenta inferri negant posse, aut certè nocere, stellæ marina uulpino sanguine illita & affixa limini superiori, aut clauo æreo ianuæ. Isacius Tzetzes, αὐτὰρ ὅδυσσεὺς, inquit, μωλυ ἔχων ἐρυθρὸν ἀπὸ πεδίοιο φέρεσκε, ἀστὴρ θαλάσσιος. Ibi uides laurum etiam inter illa antidota recenseri. De Iaspide idem scribit Dionysius Afer,

Φύει δὲ (κρυστὸν sup. θαλασσα) κρύσταλλον, ἰσῆ᾽ ἠερόεσσαν ἰάσπιν — *Fert autem (mare Caspium) crystallum, & uaporosam Iaspida*
Ἐχθρὴν ἐμπαύσῃσι, νέ᾽ ἄνδρας εἰδώλοισιν. id est: — *Inimicam Empusis,* (de quo spectro uide Eras. Chil. 2. cent. 2. pro. 74. & hîc Eustathium) *& alijs larua.* In eodem albo recensentur, rhamnus, salix, pulicaria, aliaque multa plantarum, lapillorum, animaliumque genera, ut obseruat Natalis Mythol. lib. 6. cap. 6. Hunc autem locum Homericum de Moly expressit Lycophrō, cuius uersus idem Natalis ibidem refert & uertit. Nos de hac herba plura aliàs, atque etiam ex Goropio Hermath. lib. 9.

ἀλλ᾽ αὖ ἔγωγ᾽ ἰθύνομαι) Optimè Vlysses sibi cauet, cùm temerè in manus & potestatem Circes non se dedit ex præcepto ἐπῳδοῦ: quæ prohiberetur amicitiæ fuco, aut speciei simpliciter fidere, ubi tibi potissimùm cum perfidis est negotium, quorum improbitatem aut in te aut in alijs expertam tenes. Non ergo statim delicijs & blāditijs Circes delinitur, ut se exarmatum illi tradat, ueritus ne aliquid doli ipsi illa sub hoc beneuolentiæ prætextu machinetur. Itaque priùs sanctissimo iuramento ab ipsa cauere uult. Qua ratione sibi etiam apud Calypsō lib. 5. suprà prouidebat.

κὴ τότ᾽ ἐγὼ Κίρκην) Hæc in parte Vlysses uituperandus est, qui se his uoluptatum illecebris capi patitur contra leges temperantiæ, qua bellum huiusmodi cupedijs indicimus, & eas fortiter profligamus, si quidem τὸ λογικὸν τοῦ ἐπιθυμητικοῦ non subijcimus. At dices, hoc eum maioris boni spe fecisse, nimirum ut sibi consuleret, & ut socios pristinæ formæ restitui à Circe impetraret. Respondeo, Vlyssem sibi iam satis minis & gladio prospexisse, ne quid tale ab ea pateretur: deinde antidoto illo aduersus eiusmodi incantamenta securus erat, ut anteà uidimus. Sic malum unum effugiens, in grauius prorsus dubiò incidit. Neque enim transfiguratio illa quicquam habebat uitij (uitium autem intelligo id, quod uirtuti contrarium est) cuius gratia culpandus uideretur: hoc uerò adulterio nescio an in rebus humanis maius sit, & pernicioſius crimen existimandum. Et hæc uidetur Satanæ fuisse calliditas, ut cùm leuiori ratione nocere huic heroi potuerit corpus illius transformando: animum illi, quod longè est grauius, hac labe inquinauerit: ut, quia illud non potuit, hunc perderet. Fecit autem ut socios liberaret. Nihil refert, præstabat enim alios corpore, quàm te, Vlysses, animo deformari. Sed respondendum est alia quoque ratione. Quæritur, an maioris boni spe liceat malè quippiam perpetrare? Sacra pagina quidem hoc expressè soluit, negatque faciendum. Philosophi uerò distinguūt. Aristoteles Ethic. Nicom. lib. 3. ob res turpes honesti gratia aut maiorum malorum metu susceptas homines aliquando laudari, aliquando ueniam mereri, aliquando etiam uituperari scribit. Laudantur nonnunquam, inquit, cùm pro magnis & honestis rebus aliquid turpe ferunt, aut molestum: si uerò contrà faciunt, uituperantur. Est enim improbi pro nulla re honesta, uel mediocri res turpissimas ferre. In quibusdam autem laus non sit, sed uenia locum habet, cùm ea, quæ non agere oporteat, quispiam egerit ob huiusce modi res, quæ naturā humanam superant, nemoque perferret. Sunt autem quædam, ad quæ forsitan non licet quenquam esse cōpulsum, sed potius oportet summa perpessum tormenta mortem obire. Ridicula namq; uidentur ea, quæ ad necem matris Alcmæonem Euripidis compulerunt. Hęc ille. Iam si roger, ad quódnam horum trium factum istud Vlysis referam? Respondebo, ad postremum, nisi forsan illa sæcula hoc pro graui uitio existimarint, ut quod etiam Dijs illorum esset familiare.

ὄφρά μοι ὧν πάμφατα) De lauacris & eorum usu diximus aliàs ex Athenæo lib. 1. ut etiam de unctione post balneum.

ἐχθρὴν ἐμπαύσῃσι) Hunc locum eleganter expressit Macareus apud Ouid. 14. Met. ubi hoc idem factum refert:

13 | *Spargimur ignotæ succus melioribus herbæ* — *Rima pedes, redeunt humeri, & subiuncta lacertis*
Percutimurq́; caput conuersæ uerbere uirgæ, — *Brachia sunt, flentem flentes complectimur illum.*
Verbaq́; dicuntur dictis contraria uerbis. — *Haremusq́; ducis collo, nec uerba locuti*
Quò magis illa canit, magis hoc tellure leuati — *Vlla priora sumus quàm nos testantia gratos.*
Erigimur fetaq́; cadunt, bifidosq́; relinquit

Sic ait, cæterùm mihi ꝑsuasus est animus generosus.
Festinabam ire ad nauem celerem & littus maris.
Inueni deinde iuxta nauem celerem dilectos socios,
Miserabiliter lugentes, uberes lacrymas profundentes.
Vt cũ in agro degẽtes buculæ circa uaccas armẽtarias
Venientes ad mandram, postquam herba saturæ sunt,
Omnes simul ludunt oppositæ, neq; ipsa stabula
Detinent, sed indesinenter mugientes circùm currunt
Matres: sic me illi postquam uiderunt oculis,
Lacrymãtes circũdabãt: uidebatur. a. ipsorũ animus
Sic esse ueluti in patriam uenissent & urbem suam
Asperæ Ithacæ, ubi nutriti sunt atq; nati.
Et me lugentes uerbis uolatilibus alloquebantur,
Tibi quidem redeunti, generose sic gratulamur,
Perinde atq; si in Ithacam uenissemus patriam terrã,
Sed agè aliorum sociorum narra interitum.
Sic dicebant, cæterùm ego alloquebar blandis uerbis,
Nauẽ quidẽ omnium primùm subducamus in littus,
Bonaq́. in ſpeluncis recondamus armamentaq́. omnia:
Vos autem accelerate me unà uniuersi sequi,
Vt uideatis socios sacris in ædibus Circes,
Bibentes & comedentes, copiosum uictum habentes.
Sic dicebam, illi celeriter meis uerbis obediebant.
Eurylochus autem solus mihi detinebat omnes socios,
Et ipsos alloquutus uerba celeriter proloquutus est,

Ὣς ἔφατ᾽. αὐτὰρ ἐμοιγ᾽ ἐπιπείθετο θυμὸς ἀγλαΐηφι.
Βλῶν δ᾽ ἰσαν ἐπὶ νῆα θοὴν καὶ ἐπὶ θῖνα θαλάσσης·
Εὗρον ἔπειτ᾽ ἐπὶ νηὶ θοῇ ἐρίηρας ἑταίρους
Οἰκτρῶς ὀλοφυρομένους, θαλερὸν † κατὰ δάκρυ χέοντας. κατὰ δακρυχέοντας
Ὡς δ᾽ ὅταν ἀγραῦλαι πόρτιες περὶ βοῦς ἀγελαίας
Ἐλθοῦσαι εἰς κόπρον, ἐπὴν βοτάνης κορέσωνται,
Πᾶσαι ἅμα * σκαίρουσιν ἐναντίαι· ἐδέτι σηκὸς γε. σκαίρουσιν
Ἴσχει, ἀλλ᾽ ἀδινὸν μυκώμεναι ἀμφιθέουσι
Μητέρας· ὣς ἡμὲν κεῖνοι ἐπεὶ ἴδον ὀφθαλμοῖσι,
Δακρυόεντες ἔχυντο. δόκησε δ᾽ ἄρα σφίσι θυμὸς
Ὡς ἔμεν ὡς εἰ πατρίδ᾽ ἱκοίατο καὶ πόλιν αὐτῶν
Τρηχείης Ἰθάκης, ἵνα τ᾽ ἔτραφεν ἠδ᾽ ἐγέννατο·
Καί μ᾽ ὀλοφυρόμενοι ἔπεα πτερόεντα προσηύδων·
Σοὶ μὲν νοσφισσαῦλε διοτρεφὲς ὡς ἐχάρημεν
Ὡς ἕτ᾽ ἐις Ἰθάκην ἀφικνείμεθα πατρίδα γαῖαν·
Ἀλλ᾽ ἄγε τῶν ἄλλων ἑτάρων κατάλεξον ὄλεθρον.
Ὣς ἔφαν. αὐτὰρ ἐγὼ προσέφην μαλακοῖς ἐπέεσσιν·
Νῆα μὲν ἄρ πάμπρωτον ἐρύσσομεν ἠπερόπευε,
Κτήματά τ᾽ ἐν σπῆεσι πελάσσομεν, ὅπλά τε πάντα·
Αὐτοὶ δ᾽ ὀτρύνεσθε ἐμοὶ ἅμα πάντες ἑπέσθαι,
Ὄφρα ἴδηθ᾽ ἑτάρους ἱεροῖς ἐν δώμασι Κίρκης
Πίνοντας καὶ ἔδοντας· ἐπήετανον γὰρ ἔχουσιν.
Ὣς ἐφάμην. οἱ δ᾽ ὦκα ἐμοῖς ἐπέεσσι πίθοντο.
Εὐρύλοχος δέ μοι οἶος ἐρύκανε πάντας ἑταίρους,
Καὶ σφέας φωνήσας, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

Δ᾽ δμω-

Ἆ δμῳοὶ πόσ' ἴμεν; τί κακῶν ἰμείρετε τύτων,
Κίρκης ἐς μέγαρον κ) ἔβημεναι; ἤκεν ἅπαντας
χ. ἢ ἐλάφυς Ἢ σῦς * ἠὲ λύκυς ποιήσειε, ἢὲ λέοντας,
Οἵ κέ οἱ μέγα δῶμα φυλάσσοιμεν κὴ ἀνάγκη,
Ὡ' αὖτερ Κύκλωψ ἔρξ', ὅτε οἱ μέσσαυλον ἵκοντο
Ἡ' μέτεροι ἕταροι, σὺν δ') ὁ θρασὺς εἵπετ' Ὀδυσεύς,
Τύτυ γὰ κὴ κεῖνοι ἀπεφθαλίησιν ὄλοντο.
Ὣ ς ἔφατ' · αὐτὰρ ἔγωγε μ) φρεσὶ μερμήριξα,
Σπασσάμενο) τανύηκες ἄορ παχέο) παρὰ μηρῦ,
χ. λαπαξαι- Τῷ οἱ † ἀποτμήξας κεφαλὴν ἔδάσδε πελάσσαι,
ξας Καὶ πὴν περ ἐόντα μάλα χεδόν. ἀλλά μ' ἑτᾶροι
Μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἐρήτυον ἄλλοθεν ἄλλο),
Διογενὲς τῦτον μὲν ἐάσομεν, εἰ σὺ κελεύεις,
Αὐτῦ παὶ νηῒ τι μένειν κὴ νῆα ἐρυσθαι·
Ἡ' μῖν δ') ἡγεμόνευ' ἱερὰ πρὸς δώματα Κίρκης.
Ὣ ς φάμενοι, παρὰ νηὸς ἀνήϊον ἠδὲ θαλάσσης.
Οὐδὲ μὲν Εὐρύλοχο) κοίλῃ παρὰ νηῒ λέλειπτο,
Ἀ'λλ' ἕπετ' · ἔδδεισεν γὰ ἐμὸν ἔκπαγλον ἐνιπλήν.
Τόφρα δ') τοὺς ἄλλυς ἑτάρυς ἐν δώμασι Κίρκη
Ἐ'νδυκέως λῦσεν τε, κὴ ἐχρίσεν λίτ' ἐλαίῳ.
χ. πολλὰς χ. δ' εὖ πάν- Ἀ'μφὶ δ') ἄρα χλαίνας * ἕλας βάλεν, ἠδὲ χιτῶνας.
τας ἰφ. Δαινυμένυς * δ' ἄρα πάντας ἐφεύρομεν ἐν μεγάροισιν.
Οἱ δ') ἐπεὶ ἀλλήλυς εἶδον, φέσσατο τὸ πάντα,
Κλαῖον ὀδυρόμενοι, πολὺ δ') ἐνεχίζετο δῶμα.
Ἡ' δέ μοι ἄγχι στᾶσα προσηύδα δῖα θεάων,
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσεῦ,
Μηκέτι νῦν θαλερὸν γόον ὄρνυτε· οἶδα κὴ αὐτὴ
Ἡ' μὲν ὅσ' ἐν πόντῳ πάθετ' ἄλγεα ἰχθυόεντι,
Ἡ' δ') ὅσ' ἀνάρσιοι ἄνδρες ἐδηλήσαντ' ἐπὶ χέρσῳ.
χ. πίετε Ἀ'λλ' ἄγετ' ἐσθίετε βρώμην, κὴ * πίνετε οἶνον,
Εἰσόκεν αὖτις θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι λάβητε
Οἷον ὅτε πρῶτιστον ἐλείπετε πατρίδα γαῖαν
Τρηχείης Ἰθάκης· νῦν δ') ἀσκελέες κὴ ἄθυμοι
Αἰεὶ ἄλης ἀλεπῆς μεμνημένοι· οὐδέ ποθ' ὑμῖν
χ. πέπαθε Θυμὸς ἐν ἀφροσύνῃ, ἐπεὶ μάλα πολλὰ * πέπαθε.
Ὣ ς ἔφαθ'· ἡμῖν δ' αὖτ' ἐπεπείθετο θυμὸς ἀγλαΐωρ.
χ. ἧ Ἔ'νθα † μὲν ἤματα πάντα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν
Ἡ' μεθ' ἁλὶ αἰνύμενοι κρέα τ' ἄσπετα κὴ μέθυ ἡδύ·
χ. ἅρμαι, Καὶ τότε Ἀ'λλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐνιαυτὸς ἦλθ, ὥρῃσι δ') ἕτεσσιν * ὧραι,
πω Μηνῶν φθινόντων, ὥρῃ δ') ἤματα μακρὰ τελέσθη,
Καὶ τότε μ' ἐκκαλέσαντες ἔφαν ἑλίκρες ἑτᾶροι,
Δαιμόνι', ἤδη νῦν μιμνήσκεο πατρίδο) αἴης,
Εἴ τοι θέσφατόν ἐστι σαωθῆναι, κὴ ἱκέσθαι
Οἶκον ἐς ὑψόροφον κὴ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ὣ ς ἔφαν· αὐτὰρ ἐμοιγ' ἐπεπείθετο θυμὸς ἀγλαΐωρ.
Ὣ ς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἡ' μεθ' ἁλὶ αἰνύμενοι κρέα τ' ἄσπετα κὴ μέθυ ἡδύ·
Ἡ') μο) δ') ἠέλιο) κατέδυ, κὴ ὄρφνη κνέφας ἦλθεν,
Οἱ μὲν κοιμήσαντο κ) ἀμφὶ σκιόεντα·
Αὐτὰρ ἐγὼ Κίρκης ὑπερβὰς εὐκαλλέο) εὐνῆς,
Γούνων ἐλιτάνευσα θεὰ δ') ἐμὸ μῦθον ἔκλυεν αὐδῆς·
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδων,
Ὦ Κίρκη, τέλεσόν μοι ὑπόσχεσιν ἣν περ ὑπέστης,
Οἴκαδε πεμψέμεναι θυμός δέ μοι ἔστυγε ἤδη,
Ἡ' δ') ἄλλων ἑτάρων, οἵ μὲ φθινύθυσι φίλον κῆρ,
Ἀ'μφ' ἔμ' ὀδυρόμενοι, ὅτε περ σύγε νόσφι γένηαι.
Ὣ ς ἐφάμην· ἡ δ') αὐτίκ' ἀμείβετο δῖα θεάων,
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσεῦ,

Ah miseri quò ibimus? quid mala desideratis ista,
Circes ad ades descendere? quæ omnes
Aut sues aut lupos reddet, aut leones,
Qui ei magnã domum custodiamus etiam necessitate.
Sic sanè Cyclops fecit, quãdo eius ad stabulũ uenerunt
Nostri socij, cum his audax sequutus est Vlysses.
Huius enim etiam illi insipientia perierunt.
Sic ait, cæterùm ego in mente deliberabam
Extracto gladio oblongo à fœmore,
Quo ei abscisso capite, ad solum deijcere,
Etiãsi ualdè cõsanguinitate me attingeret, sed me socij
Mollibus uerbis continuerunt aliundè alius.
O generose hunc quidem linquamus, siquidẽ tu iubes,
Hic iuxta nauem manere & nauem custodire,
Nobis autem dux esto sacram ad domum Circes.
Sic loquuti, ab naue discedebant atq; mari,
Neq; qdẽ Eurylochus cauã apud nauẽ relinquebatur,
Sed sequebatur, timuit enim meas asperas minas.
Interea uerò alios socios in ædibus Circe
Studiosè lauitq; & unxit pingui oleo,
Circùm autem pulchras chlanas induit atq; tunicas:
Epulãtes autem pulchrè omnes inuenimus intra ædes.
Hi. v. postquã inuicẽ conspexerũt reputabantq; omnia,
Flebant lugentes, undiquaq; autem rẽsonabat domus.
Illa uerò prope me stans alloquebatur diua dearum,
Generose Laertiade uersute Vlysses,
Ne amplius nunc uberẽ luctũ excitetis: scio etiam ipsa
Vos quos in ponto passi estis dolores piscoso,
Atq; quacunq; iniusti uiri nocuerunt in terra.
Sed agite comedite cibum & bibite uinum,
Donec denuò animum intra præcordia receperitis,
Qualem quãdo primùm relinquebatis patriã terram
Asperæ Ithacæ, nunc uerò exules & tristes
Semper erroris duri memores neq; unquam uobis (stis.
Animus est in lætitia, quãdoquidẽ ualdè multa passi e-
Sic ait, nobis. a. continuò paruit animus generosus.
Hîc quidem diebus omnibus plenum in annum
Sedebamus conuiuãtes, carnes immẽsas, et suaue uinũ.
Sed quando certè annus erat, & circũuertebãtur horæ
Mensibus exactis ex ordine, dies longi perfecti sunt.
Et tum me euocatum alloquuti sunt dilecti socij,
Infelix iam nunc memor es patriæ terræ,
Si tibi ex fato est seruari atq; peruenire
Domum ad excelsam, & tuam in patriam terram.
Sic dicebãt: cæterũ mihi persuasus est animus gene-
Sic tum quidem tota die ad solis occasum (rosus.
Sedebamus cõuiuantes carnes immẽsas et suaue uinũ.
Quando uerò sol occidit, & crepusculum aduenit,
Illi quidem dormierunt per ædes obscuras.
Cæterùm ego Circæ conscenso splendido lecto
Ad genua supplex rogaui, dea uerò meã audiuit uocẽ,
Et ipsam compellando uerba uolatilia dixi,
O Circe, perfice mihi promissionem quam promisisti,
Domũ fore ut mitteres, at animus mihi impellitur iã,
Atq; aliorũ sociorum, qui mihi affligunt charum cor
Circa me lugentes, quando tu seorsum abes.
Sic dicebam, illa continuò excipiens diua dearum,
O generose Laertiade, uersute Vlysses,

Ne

Ne amplius nunc inuiti mea manete in domo:
Sed aliam oportet primùm uiã perficere & peruenire
Ad Plutonis domum, & splendida Proserpinæ,
Animam consulturos Thebani Tiresiæ
Vatis cæci, cuius mentes firmæ sunt.
Huic etiam mortuo mentem tribuit Proserpina,
Soli audire, ad te uerò umbræ circùm uolitabunt.
Sic ait. Caterùm mihi persuasum est amicum cor,
Flebam aũt in lectulo desidens, neq; ullo pacto animus
Voluit amplius uiuere, & uidere lumen solis.
Caterùm postquam fleniq; pronolutusq; satur eram,
Et tum iam ipsam uerbis excipiens alloquebar,
O Circe quisnam hanc uiam demonstrabit?
Ad Plutonem uerò nemo unquã peruenit naue nigra.
Sic dixi, illa continuò respondit diua dearum,
Generose Laertiade, prudens Vlysses,
Minimè tibi ducis desiderium pronaue cura sit.
Malum uerò erigens, ab ea uexò uelis albis extensis
Sede, illam uerò tibi flatus Boreæ ferat.
Sed cum iam naue per Oceanum transmiseris,
Hic littus breue & nemora Proserpinæ,
Longæq; alni, & salices frugiperdæ:
Nauẽ quidẽ illic siste in Oceanũ profundis uorticib.
Ipse autem in Plutonis eas domum obscuram,
Hic quidem in Acherontẽ Pyriphlegethõq; confluũt,
Cocytusq;, qui certè Stygis aquæ est fluxus,
Petraq; & cõcursus duorũ fluuiorum ualdè sonantiũ.
Hic deinde heroi accedens, propè ut te iubeo
Fossam fode cubitalem quoquo uersum.
Super illam libamen funde omnibus mortuis.
Primùm mulso, deinde autem suaui uino.
Tertiũ rursus aqua, insuper aũt farinã albam misce.
Multa uerò precare mortuorum imbecilla capita
Vbi ueneris in Ithacã sterilem, uaccam quæ optima sit,
Sacrificaturũ domi tuæ, pyrãq; erecturũ ex rebus opt.
Tiresiæ uerò separatim arietem sacrificaturum soli,
Prorsus nigrum, qui inter oues excellit uestras.
Caterũ postq; precib orueris inclyta exanima mortuo-
Hic ouem marẽ sacrifica fæmellamq; nigram, (rũ
Ad Erebum uersus, ipse autem seorsum auersus sis,
Iens ad fluuij fluenta: tibi uerò multæ
Animæ accedent mortuorum defunctorum.
Tum continuò socijs impera & iube
Oues, quæ quidem iacent mactatæ sæuo ferro,
Excoriatas comburere, uota uerò facere dijs,
Generoso Plutoni, & inclytæ Proserpinæ.
Ipse autem gladio acuto exerto à fœmore
Sedeas, neq; permitte mortuorum imbecilles umbras
Ad sanguinẽ propè accedere, antequã Tiresiã audieris,
Hic tibi statim uates adueniat dux populorum,
Qui sanè tibi diceret uiam & modum uiæ,
Reditumq;, ut per pontum proficiscaris piscosum.
Sic dixit, continuò autẽ aurea sede aduenit aurora,
Me uerò chlænamq; tunicamq; uestes induit.
Ipsa autem candidam togam ingentẽ induit Nympha
Tenuem & gratiosam, zona autem cinxit lumbos
Pulchra, aurea, capiti uerò imposuit flammeolum.
Caterùm ego per domum uadens excitaui socios,

Μηκέτι νῦν ἀέκοντες ἐμῷ ἐνὶ μίμνετε οἴκῳ·
Ἀλλ' ἄλλην χρὴ πρῶτον ὁδὸν πλέειν, καὶ ἱκέσθαι
Εἰς Ἀΐδαο δόμους καὶ ἐπαγνῆς Περσεφονείης,
Ψυχῆ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο.
Μαντῆος ἀλαοῦ, τοῦ τε φρένες ἔμπεδοί εἰσι.
Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
Οἷῳ πεπνύσθαι· τοὶ δ' σκιαὶ ἀΐσσουσιν.
Ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐμοιγε κατακλάσθη φίλον ἦτορ·
Κλαῖον δ' ἐν λεχέεσσι καθήμενος, ἐδέ μοι θυμὸς
Ἤθελ' ἔτι ζώειν καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ * κλαίων τε κυλινδόμενός τε κορέσθην, κ. κλαῖόν τε
Καὶ τότε δὴ μιν ἔπειτα ἀμειβόμενος προσέειπον,
Ὦ Κίρκη, τίς γὰρ ταύτην ὁδὸν ἡγήσεται ἔσται;
Εἰς Ἄϊδος δ' οὔπω τις ἀφίκετο νηὶ μελαίνῃ.
Ὣς ἐφάμην. ἡ δ' αὐτίκ' ἀμείβετο δῖα θεάων,
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Μή τι τοι ἡγεμόνος γε ποθὴ παρὰ νηὶ μελαίνῃ·
Ἱστὸν μὲν στήσας, ἁπὰ δ' ἱστία λευκὰ πετάσας,
Ἧσο· σὲ δ' οἶον ἕκητι βορέαο φέρησιν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ νῆί γε σῇ νῆσον περήσῃς,
Ἔνθ' ἀκτή τε λάχεια καὶ ἄλσεα Περσεφονείης,
Μακραί τ' αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι,
Νῆα μὲν αὐτοῦ κίλλαι ἐπ' Ὠκεανῷ βαθυδίνῃ,
Αὐτὰς δ' εἰς Ἀΐδεω ἰέναι δόμον ἠερόεντα.
Ἔνθα μὲν εἰς Ἀχέροντα Πυριφλεγέθων τε ῥέουσι
Κωκυτός θ', ὃς δὴ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀπορρώξ,
Πέτρη τε, ξυνέουσί τε δοῦνε δυτεμόων ἐρατεινώ.
Ἔνθα δ' ἐπεῖτ' ἥρως χαριμφθεὶς πέλας, ὥς σε κελεύω,
Βόθρον * ὀρύξαι ὅσον τε πυγούσιον εὖρος καὶ εὖρος, κ. ἰρίβ ὅσον
Ἀμφ' αὐτῷ δ' χοὴν χεῖσθαι πᾶσι νεκύεσσι, τον
Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δ' ἡδέϊ οἴνῳ,
Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι· ὀλὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλύνειν.
Πολλὰ δ' γεγνῆσθαι νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,
Ἐλθὼν εἰς Ἰθάκην, στεῖραν βοῦν ἥτις ἀρίστη
Ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρὴν τ' ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν.
Τειρεσίῃ δ' ἀπάνευθεν ὄϊν ἱερεύσασθαι οἰῶν,
Παμμέλαν', ὃς μήλοισι μεταπρέπει ἡμετέροισιν.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ χῆνε λίσῃ κλυτὰ ἔθνεα νεκρῶν,
Ἔνθ' ὄϊν ἀρνειὸν ῥέζειν θηλύν τε μέλαιναν,
Εἰς Ἔρεβος * στρέψας, αὐτὸς δ' ἀπονόσφι τραπέσθαι, κ. πρὸς
Ἱέμενος ποταμοῖο ῥοάων. σὺν δὲ πολλαὶ
Ψυχαὶ ἐλεύσονται νεκύων κατατεθνειώτων.
Δὴ τότ' ἔπειθ' ἑτάροισιν ἐπότρυνον καὶ ἀνώξαι
Μῆλα τὰ δὴ κατέκειτ' ἰσφαγμένα νηλεῖ χαλκῷ
Δείραντας κατακῆαι ἐπεύξασθαι δὲ θεοῖσιν,
Ἰφθίμῳ τ' Ἀΐδῃ καὶ ἐπαινῇ Περσεφονείῃ.
Αὐτὸς δ' ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
Ἧμαι, μηδὲ ἐᾷν νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα
Αἵματος ἆσσον ἴμεν πρὶν Τειρεσίαο πυθέσθαι.
Ἔνθά τοι αὐτίκα μάντις ἐλεύσεται ὄρχαμε λαῶν,
Ὅς κέ τοι εἴπῃσιν ὁδὸν καὶ μέτρα κελεύθου,
Νόστον θ', ὡς δὴ πόντον ἐλεύσεαι ἰχθυόεντα.
Ὣς ἔφατ'. αὐτίκα δὲ χρυσόθρονος ἦλυθεν ἠώς.
Ἀμφὶ δέ μοι χλαῖναν καὶ χιτῶνά τε εἵματα ἕσσεν.
Αὐτὴ δ' ἀργύφεον φᾶρος μέγα κῦντο Νύμφη
Λεπτὸν καὶ χαρίεν, περὶ δὲ ζώνην βάλετ' ἰξυΐ,
Καλὴν, χρυσείην κεφαλὴν δ' ἐπέθηκε καλύπτρην.
Αὐτὰρ ἐγὼ κατὰ δῶμα' ἰὼν ὤτρυνον ἑτάρους,

Μειλιχίοις ἐπέεσσι παραιφασδὸν αὐδρα ἕκαστον,
Μηκέτι νῦν εὐδοντας ἀωτεῖσθαι γλυκερὸν ὕπνον·
Ἀλλ' ἴομεν· δὴ γάρ μοι ἐπιφραδὲς πότνια Κίρκη.
Ὡς ἐφάμην· τοῖσιν δ' ἐπιπείθετο θυμὸς ἀγαυῶν.
Οὐδὲ μὲν ἔνθ' ἄνευ περ ἀπήμονας ἦγον ἑταίρους·
Ἐλπήνωρ δέ τις ἔσκε νεώτατος οὐδέ τι λίην
Ἀλκιμος οὐδὲ πολέμῳ, οὔτε φρεσὶν ἦσιν ἀρηρώς,
Ὅς μοι ἄνευθ' ἑτάρων ἱερῶν ἐν δώμασι Κίρκης
Ψυχεσθαι μείρων κατὰ λέξατο οἰνοβαρείων·
Κινυμένων δ' ἑτάρων ὅμαδον καὶ δοῦπον ἀκούσας,
Ἐξαπίνης ἀνόρουσε, καὶ οὐκλάδεν φρεσὶν ἦσιν
Ἄψορρον καταβῆναι ἰὼν ἐς κλίμακα μακρήν·
Ἀλλὰ κατ' αὐτόθι τῆγε πέσεν, οὐκ δέ οἱ αὐχὴν
Ἀψ ἐραφάλων ἐάγη, ψυχὴ δ' ἄϊδόσδε κατῆλθε.
Ἐρχομένοισι δὲ τοῖσιν ἐγὼ μετὰ μῦθον ἔειπον,
Φάσθαι νύ που οἰκόνδε φίλων ἐς πατρίδα γαῖαν
Ἔρχεσθ'· ἄλλην δ' ἡμῖν ὁδὸν ὑπεμήνατο Κίρκη
Εἰς Ἄϊδαο δόμους καὶ ἐπαιγῆς Περσεφονείης,
Ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο.
Ὡς ἐφάμην· τοῖσιν δὲ κατεκλάσθη φίλον ἦτορ.
Ἑζόμενοι δ' ἐκάειρον ὀδύρεσθαί τε γόῳ τε·
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐπὶ νῆα θοὴν καὶ ἐπ' ἠϊόνα ἁλὸς ἦμεν
Ἤομεν ἀχνύμενοι, ἁλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες,
Τόφρα δ' ἄρ' οἰχομένην Κίρκην παρὰ νῆι μελαίνῃ
Ἀρνειὸν κατέδησαν, ὄϊν θηλύν τε μέλαιναν,
Ῥεῖα παρεξελθοῦσα· τίς αὖ θεὸν ὄσσε ἰδέλονται
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδοιτ', ἢ εἴσεται ἢ εἰσάντα κιόντα;

Mollibus uerbis aſtando uiro unicuiq;:
Ne amplius nunc dormientes indulgete dulci ſomno:
At eamus, iam enim mihi indicauit uenerandæ Circe.
Sic dicebã, illis uerò perſuaſus eſt animus generoſus.
Neq; ſanè illinc illeſos abduxi ſocios.
Elpenor uerò quiſpiam erat iunior natu, neq; ualdè
Fortis in bello, neq; mente ſua aptus,
Qui ſeparatim à ſocijs ſacris in ædibus Circes
Refrigerium cupiens dormiuit benè potus,
Seſe mouẽtib. à ſocijs ſtrepitũ & tumultũ cũ audijſſet,
Repentè ſurrexit, & oblitus eſt mente ſua
Retrogradè deſcendere profectus in ſcalam longam.
Sed è regione tecti decidit, eius autem cervix
Ex iũcturis fracta eſt, anima uerò ad inferos deſcẽdit.
Venientes autem hos ego ſermone alloquutus ſum,
Exiſtimatis fortaſſis domũq; charã ad patriam terram
Venturos, aliam uerò nobis uiam prædixit Circe
Ad Plutonis domum, & inſignis Proſerpinæ,
Animam conſulturos Thebani Tireſiæ.
Sic loquutus illis confractum eſt charum cor.
Deſidentes autem illic flebant euellebantq; pilos:
Sed neq; ſic ullum remedium ſuccurrit lugentibus.
Sed quando certè ad nauem celerem & littus maris
Iuimus triſtes, calidas lacrymas profundentes:
Interea certè aduẽniens Circe ad nauem nigram
Maſculam alligauit ouem, fœmellamq; nigram
Faciliter ex oculis ubi euanuiſſet: quiſquã deum nolentẽ
Oculis uideret, aut huc aut illuc euntem?

COMMENTARIVS.

ἀκηδιέοντες ἔκλαιον) Anteà quidem lacrymatos Vlyſsis ſocios ob illius abſentiam uerisimile eſt, uel potius quòd eum periturum non ſecus atque cæteros arbitrarentur: nunc uerò lachrymantur, quòd eum ſaluum & incolumem redeuntem uideant, ſiquidem & lacrymæ ex gaudio proueniunt, ut ſatis alibi copioſè docuimus.

ἵνα τ' ἐηραφίη) Hæc eſt uera patriæ definitio, in qua uidelicet quiſpiam & natus eſt & educatus. Alio porrò ſenſu dicuntur illa, πᾶσα γῆ πατρίς: Quæuis terra patria. nam hoc, ut exponit Eraſmus, admonet uirum ſapientem ac bonum, ubicunq; gentium uixerit, felicem eſſe. Sic etiam illud Mercurij apud Ariſtoph. in Pluto, πατρὶς γὰρ ἐστὶν ἐν ᾧ πρᾶτ' ἂν πράττῃ τις εὖ: Omnis locus eſt patria, ubi rem feliciter geras. Sic quoque illud Teucri: Patria eſt, ubicunque eſt bene, ut eſt apud M. Tullium.

ἦ τοὺς ἢ λύκους) Dicebamus anteà, fieri mihi uerisimile Eurylochum ignoraſſe ſocios ſuos in ſues transfiguratos fuiſſe à Circe: cùm enim eorum caſum Vlyſsi memorabat, eos ſimpliciter dicebat perijſſe, aut euanuiſſe.

οἱ δ' ἄμ' ἀϊσσώμενοι ἀολλέες ἠδὲ πὸς αὖτων
Ἔρχεσθαι——

Nunc uerò id quaſi exploratum iam inde habuerit, refert. Credo ergo hoc eum poſtea ſuſpicatum, aut ſanè iam tum etiam cùm effugiſſet, ſed non auſum referre quaſi rem incredibilem: nunc uerò hoc dicere ad deterrendos ſocios, ne ad Circem proficiſcerentur, huius transfigurationis metu. uel hîc ſint noſtræ δεύτερα φρενηδὲς, ſi ita lectori placuerit.

ὡσεί τε Κύκλωψ) Malè Eurylochus factum Cyclopis cum facto Circes comparat. Neq; enim ille ſocios Vlyſsis ad ſuarum ædium cuſtodiam ſeruauit, ut Circe: ſed eos deuorauit. Rectè tamen Euſtathius hîc ait, mentem hominis perturbatam exprimi.

εἶσιν Ὀδυσσεύς) Acerbè eſt hoc dictum ab Eurylocho. quaſi dicat, Socij illi quos Vlyſſes ſecum adduxerat ad Cyclopem, periêrũt: ſic nunc idem etiam uobis dux eſt ad exitium. acerbius illud, quia magis expreſsè pronunciatur, quod ſubijcit, Vlyſsis temeritate & ſtultitia eos perijſſe: quaſi nunc idem euenturum ſit, & ſtultus ſit Vlyſſes iudicandus, qui nunc iſtos in tam manifeſtam perniciem ducat. Itaque ſequitur ipſius Vlyſsis ea de re indignatio, adeò ut uix ab Eurylocho interficiẽdo abſtinuerit, niſi preces reliquorum obſtitiſſent. Vbi duò ſunt notanda, Vlyſsis ὀξυχολία, & repentinus iræ impetus, neque tamen ſine ratione: deinde eiuſdem manſuetudo, & clementiæ facilitas. Tamen hoc perfecit, ut eius reuerentia Eurylochus itineri ſe quoque commiſerit.

οἶδα κ' αὐτὴ) Quomodo hoc ſciuerit, dubitari poteſt. An hoc etiam à Mercurio audiuit, cùm ei ille aduentum Vlyſsis prædiceret? An uerò etiam ut Dea erat & Saga præſtantiſsima, hoc quoque non potuit ignorare? Illud quidem prius uidetur uerisimile, quia ne ipſum quidem Vlyſſem alioqui uenturum ſciebat: immò ne quidem cùm tam illi uicinus eſſet, adeò etiam nec cùm eum uideret. Quanquam Sagis & Magis hoc ſoleat eſſe notum: nam quem nunquam uiderint, etiam à diſsita regione uenientem protinus agnoſcunt, immò exploratas habent eius cogitationes: easq; illi, non ſine miraculo, antequam uerbum ipſemet hiſcat, exponunt. Res planè ſtupenda, ſi hoſtis ille æternus generis humani tantum in nos iuris habeat, ut in ſecretiora mentis adyta penetret, nihilq; eum illi in animorum latebris obſcurum ſit. Exempla id docent ſatis frequentia, è quibus unum afferam luculentiſsimum ex noſtri Bodini Dæmonom. lib. 3. cap. 5. quod ille à Præſide Vitriaci Franci, honorato uiro accepiſſe dicit. Is ad conuentus maximos Bleſis fuerat allegatus anno CIↃ IↃ LXXVII. Cùm indigeremus, inquit Bodinus, opera illius, ut alij alios in communi onere iuuaremus, inhiti acerrimè ne antè loco excederet quàm ordines dimiſsi eſſent: reſpondit ſibi amicum eſſe quendam, qui ad mortem decumberet, ab eo ſe accerſi, & hæredem inſtitutum eſſe. Hunc inde ab annis quinque aut ſex ægrotum fuiſſe, & membris fractum: ideoq; parentem admonitum, in Flandria eſſe hominem, à quo filius curari poſsit, eò ſtatim abiuiſſe. Magum parenti morbum filij, quem nunquam uiderat, explicaſſe, & in Luſitaniam uſque ad Magum alterum (cuius indicauit nomen) in comitatu regio uerſantem ablegaſſe. Hoc ferentem æquo animo patrem, in Luſitaniam abiuiſſe, ubi Magus parenti, antequàm ſolùm hiſceret, Amice, inquit, filius tuus breui ſanabitur, abi in Galliam, inuenies Nouiodunum uerſus ad uigeſimum milliare à domo tua quendam M. Benedictum (ſunt autem multi hoc nomine) hic filium tuum curaturus eſt. Miratum itaque parentem peregrinationem tantam ſuſceptam eſſe, ut perueſtigaret procul quòd propè aderat, ſumpſiſſe animum, & ad M. Benedictum abiuiſſe: hunc autem parenti dixiſſe, plurimum laboris conſumpſiſti in Flandriam Luſitaniamq; proficiſcens, ut reſtituatur filius tuus; abi, iube ipſum uenire ad me, ego is ſum qui curabo eum, &c. Quæ ideò adduxi, ut docerem perſpectum eſſe maligno illi Spiritui quid homines animo uerſent, quod ille poſtea ſuis miniſtris execrandis patefacit. Alia quoque poſſem adducere, ſed breuitati ſtudeo: & ſi credendum eſt, unicum

hicum ſufficiet: ſin uerò, illud ipſum unicum ſuperfluum erit. Itaque forſan etiam hac ratione Circe hos Vlyſsis errores exploratos habuit, ut quos à nullo ex Vlyſsis ſocijs accepiſſet.

ὡς αὐτοῦ)Macareus apud Ouidium, *Anima mea illic tenuit mora.*

ὀλεμόν' ἄδη.) Hic quoque Vlyſſes culpandus eſt, quòd ita Circes uoluptatibus caperetur, ut iam reditus in patriam oblitus eſſet, & eum illi à ſocijs refricari oporuerit.

δῶ πρς ὑπόϑεσιν)Intelligendum eſt πρὸ τὸ πανσάμενον, pluries anteà Circen hoc Vlyſsi pollicitam.

μάντηος ἀλαοῦ)Huius cæcitatis Tireſiæ cauſam diuerſam obſeruo. Quidam dicunt (ut Didymus & Hyginus) eum in monte Cyllenio (Cytharone Didymus) cùm Dracones uenerãtes (id eſt coeuntes) uidiſſet, percuſsiſſe baculo, uel calcaſſe, ob id in mulieris formam eſſe conuerſum: poſtea monitum à ſortibus, in eodem loco Dracones cum calcaſſet, redijſſe in priſtinam ſpeciem. Didymus ait eum primùm draconam ſuſtuliſſe, & ita mutatum in fœminam: & rurſus Draconem, & ita in uirum redijſſe. Eodem tempore, inquit Hyginus, inter Iouem & Iunonem fuit iocoſa altercatio, quis magis de re uenerea uoluptatem caperet, maſculus an fœmina: de qua re Tireſiam iudicem ſumpſerunt, qui utrumque erat expertus. Is cùm ſecundum Iouem iudicaſſet, Iuno irata, manu aduerſa eum excæcauit. at Iupiter ob id fecit, ut ſeptem ætates uiueret, uatesq; præter cæteros mortales eſſet. Fulgentius Mythol. lib. 2. refert, Tireſiam in hac coniugum altercatione ait pronunciaſſe, tres uncias habere uirum amoris, & nouem fœminam. Didymus eius ſententiam his uerbis refert:

οἷν μὲν μοῖραν δέκα μοίρων πέρπνησι ἀνὴρ.	*Vnam quidem partem decem partium uoluptatis percipit uir,*
τὰς δ' ἕνεκα δ' ἐμπλήσει γυνὴ πέρπουσα νόημα. id eſt:	*Decem autem illas implet mulier delectata animo.*

Hinc excæcatum, ut diximus à Iunone Tireſiam, à Ioue uerò uaticinij donatum præſtantia. Vide Ouid. lib. 3. Metam. Alij dicunt Mineruam, quæ uirginitatis maximè ſtudioſa fuit, cùm fortè ſe lauaret in fonte Heliconidis, Hippocrenes conſpectã fuiſſe à Tireſia, quæ ex eo indignata illum cæcum fecit, quòd iniquum iudicaret ut mortalis quiſpiam poſſet gloriari ſe nudam Mineruam lauantemque uidiſſe. Verùm Chariclo Tireſiæ matrem ab eadem poſtmodùm impetraſſe, ut pro lumine corporis mentis ſplendorem & artem diuinandi ab ipſa Minerua Tireſias obtineret, ut eſt in hymno Callimachi in lauacra Palladis.

πρὸς Περσεφόνειαν)Quod hic Homerus Tireſiæ à Proſerpina datum eſſe ait, ut ſolus poſt mortem ſaperet, id ei Minerua apud Callimachum hymno iam laudato. Sic illa:

Καὶ μόνος, ὕστε θανὼν, πεπνυμένος ἔσκε νεκύεσσι	*Et ſolus, cùm morietur, ſapiens inter mortuos*
φοιτήσει, μεγάλῳ τιμηϑεὶς ἀγακλέϊ. id eſt:	*Incedet magno uenerabilis Plutoni.*

Cic. de Diuin. lib. 1. De Tireſia etiam, inquit, apud inferos Homerus ait, ſolum ſapere, cæteros umbrarum uagari modo. Plutarchus in præceptis Politicis refert, Catonem de Cornelio Scipione, quem pop. Romanus ædilitium candidatum repentè cõtra leges Conſulem creauit: qui adoleſcens in Hiſpania ex prouocatione dimicans uictoriam obtinuerat, ac breui pòſt apud Carthaginem Tribunus militum præclarè ſe geſſerat: de eo, inquam, Catonem Maiorem exclamaſſe, οὗτος πεπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀίσσουσι: Solus ſapit hic homo, reliqui uerò umbræ mouentur: hoc eſt, nihil ſunt niſi umbra, quæ nihil habet ſolidi. Aelianus de Animal. lib. 2. poſtquam narrauit, hirundines uiſum recipere: πρὸ ὧν, inquit, τὸν Τειρεσίαν ἄϑλιον; καὶ τοι μὴ σοφωτάτῳ; ἀλλὰ κὴ τὸ Α῎ιδα σοφώτερον ψυχῶν, ὡς Ο῾μηρος λέγει. id eſt: Quid igitur Tireſiam amplius admiramur, tametſi non hic, ſed apud inferos, Homeri teſtimonio inter manes ſapientiſsimus? Hoc etiam de Tireſia repetit Socrates apud Platonem in Menone.

ἀλλ' ὑπόμνει)Vlyſſem Circe inſtruit quomodo ſe in hac inferorum exploratione gerere debeat, locumque ei deſcribit, eiusque adiuncta: nimirum nemora Proſerpinæ infrugiferis & ſterilibus arboribus conſita, alnis & ſalicibus, quæ loco mortis maximè conueniunt. Deinde fluuios eiuſdem loci quatuor: Acheron, Pyriphlegeton, Cocytus, & Styx: Pyriphlegetontem autem & Cocytum in Acherontem fluere dicit, Cocytum uerò è Styge.

πέτρη)Hæc petra illa eſt, in qua Phlegeton & Cocytus confluunt in Acherontem. quam eleganter Virg. 6. Aeneid. deſcribit,

Reſpicit Aeneas ſubitò, & ſub rupe ſiniſtra	*Quæ rapidis flammis ambit torrentibus amnis,*
Moenia lata uidet, triplici circundata muro:	*Tartareus Phlegeton torquetq; ſonantia ſaxa, &c.*

βέλτερον)Nunc docet Vlyſsi modum, quo animam Tireſiæ ex inferis ſit euocaturus, de quo in ſequenti libro dicetur.

ἐλπήνωρ)Huius Elpenoris caſus infeliciſsimus monet, quàm ſit non ſolùm odioſa, ſed etiam periculoſa & damnoſa ebrietas. de qua rectè illud Alexis:

ἄτη γὰρ ἁπάντων ἐστὶ τὸ μεθύειν κακῶν	*Temulentia ergo non'ne maximum eſt omnium*
μάλιστα σωφρόνοσι, κὴ βλαβερώτατον:	*Malorum hominibus pariter & teterrimum?*

ὡς καὶ ϑεὸν ὄντα ὑϕίλονται) Ergo quod Poeta noſter Dijs humana affingit corpora, id pro captu mortalium facit, ut ea ratione craſsi & rudes homines cogerentur credere eſſe Deos, quòd uiderentur: alioqui Homerus nõ exiſtimauit aliud de diuina eſſentia, quàm eam per ſe oculis hominum non ſubijci, ſed eſſe inuiſibilem. quod hoc loco manifeſtè docet, quem ab ijs diligenter attendi uolo: qui cùm alicubi malè loquentem de Dijs Homerum audiãt, cæteris illius locis, in quibus ſe bene de ijs ſentire demonſtrat, non animaduerſis, temerè eum accuſant, & imprudenter explodunt. In hunc locum dixiſſet Lucretius.

Tenuis enim natura Deûm, longeq; remota	*Senſibus à noſtris, animis uix mente uidetur.*

Finis libri decimi.

ARGVMENTVM VNDECIMI LIBRI *Odyſſeæ.*

NARRAT quomodo de Circes mandato ad inferos deſcenderit, & quo pacto audierit Tireſiam uatem, & de ſua & aliorum ſalute. Et ut Heroas & Heroidas uiderit apud inferos & matrem, & eorum qui ad Ilium militarunt nonnullos qui ſecum apud inferos plectuntur.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Λ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Οδυσσείας

ΑΠΑΓΓΕΛΛΕΙ πῶς κατὰ τὰς Κίρκης ἐντολὰς εἰς ᾅδου κατέβη, κὴ ὡς ἤκουσε Τειρεσίου τοῦ μαντέως περὶ τῆς ἑαυτοῦ κὴ τῶν ἄλλων σωτηρίας, κὴ ὡς τὰς Η῾ρωΐδας κὴ τὰς Η῾ρωΐδας εἶδεν· ἐν ᾅδου, κὴ τὴν μητέρα, κὴ τῶν εἰς Ἴλιον συστρατευσαμένων τοὺς, κὴ τῶν ἐν ᾅδου κολαζομένων τινάς.

Aliud.

A, uerò apud inferos ad animas peruenit Vlyſſes.

AETERVM poſtquam ad naues uenimus q, & mare,
Nauem quidẽ omnium primùm deduximus in mare diuinum:
Malum autem poſuimus & uela naui nigra,
Intra autem pecora accepta induximus, intrò & ipſi

Α῎λλη.

Λάμβδα δ' ἐν ᾅϊδαο ψυχαῖς ἐύπωλος Ὀδυσσεύς.

ΑΥΤΑΡ ἐπεὶ ῥ' ἐπὶ νῆα κατήλϑομεν ἠδὲ ϑάλασσαν,
Νῆα μὲν ἁρ πάμπρωτον ἐρύσσαμεν εἰς ἅλα δῖαν·
Ἐν δ' ἱστὸν πϑέμεϑα κὴ ἱστία νηὸς μελαίνης.
Ἐν δ' ἤτοι μῆλα λαβόντες ἐβήσαμεν, ἐν δὲ κὴ αὐτοὶ

nn 2 Βοὶ-

Βαίνομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες.
κ. μετόπισθε Ἡμῖν δ' αὖ † κατόπισθε νεὼς κυανοπρῴροιο
Ἴκμενον οὖρον ἵει πομπηίτιον, ἐσθλὸν ἑταῖρον,
κ. ὀλοόφωνα Κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεὸς* αὐδήεσσα.
Ἡμεῖς δ' ὅπλα ἕκαστα πονησάμενοι κατὰ νῆα,
Ἥμεθα· τὴν δ' αὖτε μέσου κυβερνήτης τ' ἴθυνεν.
Τῆς δ' ἅμα πανημερίης τέτατ' ἱστία πὰρ πρυμνησίῃ,
κ. δύσετο † Δύσετό τ' ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.
Ἡ δ' εἰς πείρατ' ἵκανε βαθυρρόου Ὠκεανοῖο·
Ἔνθα δὴ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε
Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
κ. καπιδίς πτοι Ἠέλιος φαέθων † ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
Οὐδ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Οὐδ' ὅταν αὖ πάλιν γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν πεδιάσπτῃ·
Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι.
Νῆα μὲν ἐς τὸν ἐλθόντες ἐκέλσαμεν ἐκ δὲ τὰ μῆλα
Εἱλάμεθ'· αὐτὰρ δ' αὖτε παρ' ῥόον Ὠκεανοῖο
Ἤομεν, ὄφρ' ἐς χῶρον ἀφικόμεθ' ὃν φράσε Κίρκη.
Ἔνθ' ἱερῆα μὲν Περιμήδης Εὐρύλοχός τε
κ. ἔσχον † Ἔσχον ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσάμενος παρὰ μηροῦ,
Βόθρον ὄρυξα ἕκαστον τε πυγοστόον εὖρα καὶ εὖδα·
κ. χοὴν Ἀμφὶ δὲ τοῖσι † χοὰς χέομεν πᾶσι νεκύεσσιν,
Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδεῖ οἴνῳ,
Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι· ἐπὶ δ' ἄλφιτα λεύκ' ἐπάλυνον.
Πολλὰ δ' ὑπεκπέμπων νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,
Ἐλθὼν εἰς Ἰθάκην, στεῖραν βοῦν ἥτις ἀρίστη
Ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρὴν τ' ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν·
Τειρεσίῃ δ' ἀπάνευθεν ὄϊν ἱερεύσεμεν οἴῳ
Παμμέλαν', ὃς μήλοισι μεταπρέπει ἡμετέροισι.
Τὰς δ' ἐπεὶ εὐχωλῇσι λιτῇσί τε ἔθνεα νεκρῶν
Ἐλλισάμην, τὰ μὲν μῆλα λαβὼν ἀπέδειρον ἐμῆσι
Ἐς βόθρον, ῥέε δ' αἷμα κελαινεφὲς αἱ δ' ἀγέροντο
κ. Ἐρίβρως Ψυχαὶ ὑπὲξ * Ἐρέβεσφι νεκύων καταπεφνευώτων,
Νύμφαί τ', ἠϊθεοί τε, πολύτλητοί τε γέροντες,
Παρθενικαί τ' ἀπαλαὶ νεοπενθέα θυμὸν ἔχουσαι·
Πολλοὶ δ' ὀπάμενοι χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν
Ἄνδρες ἀρηϊφατοι, βεβροτωμένα τεύχε' ἔχοντες,
Οἱ πολλοὶ περὶ βόθρον ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος
Θεσπεσίῃ ἰαχῇ· ἐμὲ δ' ὠχρὸς δέος ἥρει·
Δὴ τότ' ἔπειθ' ἑτάροισιν ἐπιτρωπὼς ἐκέλευσα,
Μῆλα τὰ δὴ κατέκειτ' ἐσφαγμένα νηλεῖ χαλκῷ,
Δείραντας κατακῆαι, ἐπεύξασθαι δὲ θεοῖσιν,
Ἰφθίμῳ τ' Ἀΐδῃ καὶ ἐπαινῇ Περσεφονείῃ.
Αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσάμενος παρὰ μηροῦ
Ἧμην, οὐδ' εἴων νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα
Αἵματος ἆσσον ἴμεν, πρὶν Τειρεσίαο πυθέσθαι.
Πρώτη δ' ψυχὴ Ἐλπήνορος ἦλθεν ἑταίρου.
Οὐ γάρ πω ἐτέθαπτο ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Σῶμα δὲ ἐν μεγάρῳ Κίρκης κατελείπομεν ἡμεῖς
κ. ἄκλαυ- † Ἄκλαυτον καὶ ἄθαπτον, ἐπεὶ πόνος ἄλλος ἔπεγρε.
τον Τὸν μὲν ἐγὼ δάκρυσα ἰδὼν, ἐλέησά τε θυμῷ,
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδων·
κ. ἐλπήνωρ *Ἐλπήνωρ, πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα;
Ἔφθης πεζὸς ἐὼν ἢ ἐγὼ σὺν νηὶ μελαίνῃ;
Ὣς ἐφάμην· ὁ δέ μ' οἰμώξας ἠμείβετο μύθῳ,
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Ἄσχετόν με δαίμων κακὴ καὶ ἀθέσφατος οἶνος.
Κίρκης δ' ἐν μεγάρῳ κατακείμενος οὐκ ἐνόησα

Conscendimus tristes, uberes lacrymas profundentes.
Nobis aũt rursus à posteriori parte nauis nigræ prora
Secundũ uentum immittit implentẽ uelũ bonũ socium
Circe pulchricoma horrenda dea altiloqua.
Nos autem armis singulis ordinatis per nauem
Sedimus, hanc uentusq́ gubernatorq́ dirigebat.
Huius a. tota die extẽdebãtur uela p põtũ iter faciẽtis:
Occidit autem sol, obscurabantur autem omnes uici.
Illa ad fines peruenit profundi Oceani.
Hic uerò Cimmeriorũ erat uirorũ populusq́ ciuitasq́
Qui caligine & nubibus tecti sunt, neq́ unquam eos
Sol lucidus aspicit radÿs,
Neq́ cum conuertitur ad cœlum stelliferum,
Neq́ cùm in terra de cœlo defertur.
Sed nox pernicioſa superuolat miseris mortalibus,
Nauem quidem illuc profecti subduximus, pecora aũt
Extraximus, ipsi autem rursus ad fluxum Oceani
Ibamus, donec in regionẽ puenimus quã demonſtrauit
Hîc sacra quidẽ Perimedes Eurylochusq́ (Circe.
Gestabant, ego autem gladio acuto extracto à fœmore
Scrobem fodi cubitalem quoquo uersus,
Circa eam aũt libamina fundebamus omnib. manib.
Primùm mulso, postea uerò dulci uino,
Tertiùm uerò aqua, insuper farinam albam cõmiſcui.
Multùm aũt precatus sum mortuorũ infirma capita,
Vbi uenerim ad Ithacã sterilem, bouẽ quæ optima esset
Sacrificaturum in ædibus. pyramq́ impleturum bonis:
Tiresiæ uerò seorsum ouem sacrificaturum sòli
Totam nigram, quæ inter pecora excellat nostra.
Hos postquam uotis precibusq́ gentes mortuorum
Precatus sum, ea uerò pecora ubi cepissem, iugulaui
Super fossa: fluebat. v. sanguis niger, ipsa. a. cõgregabã-
Anima ex Erebo manium defunctorum, (tur
Sponsæq́ iuuenesq́, & multa passi senes,
Virgũculæq́ tenellæ nouo luctu affectũ animũ habẽtes:
Plures autem uulnerati hastis ferreis,
Viri bellicosi cruenta arma habentes,
Qui plures circa fossam obambulabant aliundè alius
Immenso clamore, me uerò pallidus timor cepit.
Certè tum deinde socios adhortatus iussi,
Pecora quæ utiq́ iacebant mactata sæuo ferro
Excoriata & adolere, uota facere autem dÿs,
Fortiq́ Plutoni, & graui Proserpinæ.
Caterum ego gladio acuto stricto à fœmore
Ibam, neq́ sinebam mortuorum inania capita
Ad sanguinẽ propè accedere anteq́ Tiresiã audiuiſſem.
Prima autem anima Elpenoris uenit socÿ,
Nondum sepultus erat sub terra latas uias habente.
Cadauer enim in ædibus Circes reliqueramus nobis
Indefletum & indefoſſum, quoniã labor alius urgebat.
Illum ego defleui ut uidi & miſertus sum animo,
Et ipsum alloquutus uerba alata dixi,
Elpenor, quo pacto ueniſti sub tenebras obscuras?
Præueniſti pedes cum sis, quàm ego cum naui nigra?
Sic dixi, ille me ploraus excepit sermone,
Inclyte Laërtiade artifex Vlyſſes,
Læſit me dæmonis fatum malum. & copioſum uinum.
Circes in domo cubans non attendi,

Retro

Retro me descendere, iens ad scalam longam,
Sed è regione tecti decidi, ceruix autem mihi
Ex uertebris fracta est, anima uerò ad inferos descēdit:
Nunc te per eos qui post te sunt oro non præsentes,
Per uxorē q́ & patrē qui enutriuit paruulus cùm esses
Telemachumq́, quem unicum in ædibus reliquisti.
Scio enim quòd hinc profectus ex domo Plutonis
Insulam in Aeæam sistes fabrefactam nauem,
Ibi te continuò domine, iubeo recordari mei,
Ne me indesletum insepultum discedēs pòst relinquas,
Setunctus, ne qua tibi deorum indignatio fiam:
Sed me combure cum armis quacunq́ mihi restant,
Sepulchrumq́ mihi erige spumosi in littore maris
Viri infelicis, etiam posteris audiendum.
Hæc mihi perfice, figeq́ super sepulchrum remum,
Quo etiam uiuus remigabā, cùm essem cū meis socijs.
Sic ait, caterùm ego ipsum excipiēs alloquutus sum,
Hæc tibi ô miser perficiam & explebo.
Nos quidem sic uerbis excipientes tristibus
Sedebamus: ego quidem super sanguine gladiū tenebā.

Ἄ ψορρον καταβλῶαι, ἰὼν ἐς κλίμακα μακρὴν,
Ἀλλὰ καταυλιχρὸν τέγεϊ πέσον, ἐκ δέ μοι αὐχὴν
Ἀ σπαγάλων ἐάγη, ψυχὴ δ' ἄϊδόσδε κατῆλθε.
Νῦν δέ σε τῶν ὄπιθεν γυνάζομαι ἠ παρεόντων,
Πρὸς τ' ἀλόχου θ' πατρὸς, ὅς ἑ τρέφε τυτθὸν ἐόντα,
Τηλεμάχου θ' ὃν μοῦνον ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπες·
Οἶδα γὰρ ὡς ἐνθένδε νέων ἐπὶ νῆα θοὴν ἔβης,
Νῆσον ἐς Αἰαίην ὀχήσεις εὐεργέα νῆα
Ἔνθά σ' ἔπειτα, ἄναξ, κέλομαι μνήσασθαι ἐμεῖο,
Μή μ' † ἄκλαυτον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπῃν. ἀκλαυτον
Νοσφισθεὶς, μή τοι θεῶν μήνιμα γένωμαι·
Ἀλλά με κακκῆαι σὺν πύρεσιν ἅσσά μοι ἔστιν,
Σῆμα τέ μοι χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης,
Ἀνδρὸς δυσ-ξείνοιο, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.
Ταῦτα τέ μοι πρήσσειν, πῆξαί τ' ἐπὶ τύμβῳ ἐρετμὸν,
Τῷ καὶ ζωὸς ἔρεσσον, ἐὼν μετ' ἐμοῖς ἑτάροισιν.
Ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγὼ μιν ἀμείβομενος προσέειπον,
Ταῦτά τοι ὦ δύστηνε πάντα τελευτήσω τε καὶ ἔρξω.
Νῶϊ μὲν ὧς ἐτέοντε ἀμειβομένω συνέροισιν
Ἧμενοι· ἐγὼ μὲν ἄορθεν ἐφ' αἵματι φάσγανον ἴσχων.

COMMENTARIVS.

βαίοσθε ἀχνύμενοι) Non quod simpliciter discedant ex hac insula, sed propter iter ad inferos susceptum ex Circes uaticinio, ut præcedenti libro uidimus.

ἐσθλὸν ἑταῖρον) Eleganter secundum & ferentem (ut uocat Virgilius) uentum bonum socium appellat, quòd fine eo infeliciter cedat nauigatio: & uidetur esse quædam allusio ad cæteros socios Vlyssis. Notandum est autem, hunc uētum dici à Circe immissum, ut antea etiam Calypso fecisse uidimus: siue quòd eam simpliciter ut Deam consideret, siue quòd etiam Sagæ in uentos, fulgura & tempestates aliquid iuris habere credantur.

βαθυρρόου ὠκεανοῖο) An Vlysses usque ad Oceanum peruenerit, & in eo nauigarit, quæri potest. Strabo in ea est sententia, ut ex multis illius locis primi libri constat. Sed & libro tertio refert, Vlyssem urbem in Hispania monstrari supra Abderam, & in ea fanum Minervæ, in quo etiam monimenta errorum Vlyssis affixa uideantur, clypeos & summa nauium rostra: ut Asclepiades Myrleanus tradidit, qui in Turditania Grammaticam docuerat, & descriptionem gentium in his regionibus habitātium ediderat. Est autem & Turditania regio Hispaniæ Bœticæ, quæ nūc Granata dicitur. Hunc tamen errorem in Oceanum fabulosum appellat Corn. Tacitus in lib. de Morib. Germ. Cæterùm, inquit, & Vlyxem quidam opinantur longo illo & fabuloso errore in hūc Oceanū delatum, aditúe Germaniæ terras, Asciburgium q́, quod in ripa Mœni situm, hodieque incolitur, ab illo constitutum nominatumque. Sed & nostro tempore Ioannes Brodæus, uir doctissimus, Miscel. lib. 3. cap. 4. negat Vlyssem in Oceano nauigasse. Cùm Homericorum nauigiorum, inquit, quæ aperta & aphracta erant, foris que carentia, formam considero, ea longè infirmiora ac depressiora reperio, quam ut Oceani æstum perferre quirent: quem tribus anni mensibus uix triremes egregiè factæ, optima materia atque opportunè cæsa ædificatæ, sustinere ualent. Ἀφραῦχενον uerò ab eo conditum existimare, ut opinari quosdam ait Cornelius Tacitus, summæ est amentiæ. nam per Hispanicum, Gallicum, Britannicum Oceanum peruagari, & in Germanicum demum penetrare, aras (si Dijs placet) illic consecrare, bene instructæ classis opus est, non lembi à paucis remigibus agitati. Sed extant Vlyssippo (*uocatur etiam Vlyssbona, uel Vlyssipona hodie Lubona, regum Portugaliæ regia*) ac alia in Lusitania eius præclara monumenta: an Vlyssis omnino extent, dubito: Homerici, inficior. Nec tamen extra fidem est, ut multos Hercules fuisse remur, ita non unum Vlyssem putare: quod etiam mihi uidetur. Tantùm autem abest ut uerear, nequis mihi Virgilianum testimonium obijciat, triremibus Aeneam in Italiam transmisisse ut in hoc ipso Poeta stomacho meo non satisfaciat. Aliquot enim post excidium Troianū sæcula, constructas Corinthi primùm triremes, docet magnus in primis author Thucydides. Si quis uerò mihi aduersetur, atque etiam ἰσοπρῳρεῖν πολλὰ homines ut credat, per me non stabit. Hæc Brodæus, quæ in lectorum gratiam huc describi placuit. Ego uerò de re litigiosa nil ausim statuere: hoc unum moneo, non esse temerè ab antiquissimi Poetæ & ipsius Strabonis authoritate discedendum.

Macrobius in Virgil. 6 8

ἔσχατα οἰκ Κιμμερίων) Duo sunt hîc nobis consideranda: primùm inferorum situs, deinde ipsorum Cimmeriorum. Inferos ergo Homerus ultra Oceanum constituit. Sic enim libro præcedenti Circe:

ἀλλ' ὁπότ' εἰς Ἀΐδαο δόμους καὶ δεινὰ πέλωρα
ἔλθῃς, νῆα μὲν αὐτὴν κίονι ἐν ὠκεανοῖο βαθυδίνῃ
μακρήν τ' αὖλιγερὴν, καὶ ἐπίσσυτα πάντα τελέσσαι·
αὐτὸς δ' εἰς αἰδόα ἴτεον δόμον εὐρώεντα, &c.

Sciendum autem Herculem primum in Occidentem usque nauigando peruenisse, certoque loco sui monimentum reliquisse duas columnas: quarum altera Alybe, altera Abena dicta est: quibus indicauit hucusque nauigari mare posse, neque ulterius esse progrediendum, quoniam post illum terminum à se præfixum nullum inueniri præterea littus. Itaque credula antiquitas finxit, æquum esse ut ultra illas inferi constituerentur, ubi Sol diu non lucet, sed fulguris in modum præterlabitur, quemadmodum Isacius scripsit. Claudianus huic rei assentitur, cùm dicit,

Est locus, extremum pandit qua Gallia littus,
Oceani prætentus aquis, quâ fertur Vlyssei
Sanguine libato populum monuisse silentum.
Illic umbrarum tenui stridore uolantum
Flebilis auditur questus, simulacra coloni
Pallida, defunctaq́; uident migrare figuras.

Quod autem ad Cimmerios attinet, Strabo scribit lib. 1. & 3. Geograph. Homerum cùm nosset Cimmerios uersus Septentrionem habitare, ad Bosphorum Cimmerium loco caliginoso, transtulisse eos in tenebricosum locum, opportunè inferos ad hoc commētum in Vlyssea peregrinatione. Quod autem eos nouerit, ex eo liquere: quia uel eius ætate uel paulò ante ipsum natum Cimmeriorū excursionē annaliū scriptores retulerint. de qua uide Herodotū lib. 1. De Cimmerijs plura aliàs ex nostri Goropij monumētis.

ἠέρα καὶ νεφέλην) Hunc locum uidetur imitatus Ouid. 11. Metam. ubi Somni ædes prope Cimmerios describit.

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu
Mons cauus, ignauæ domus & penetralia somni:
Quò nunquam radijs Oriens, mediusue, cadensue
Phœbus adire potest, nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo, dubiæq́; crepuscula lucis, &c.

βόθρον ὄρυξα) Superiori libro Vlyssem ritus istius ψυχαγωγίας docebat Circe, eos nunc Vlysses perficit. Describitur autē hîc species illa Magiæ detestabilis, quā Necromantiā uel Necyomantiā appellāt, cuius beneficio animæ defunctorū ex inferis euocabātur, & de futuris consulebantur. Talis est facta apud Silium à Scipione, apud Statium à Tiresia, apud Flaccum ab Aesone, apud Horatiū à Canidia fortasse, apud Lucanum ab Erichthone. Hanc porrò Magiæ speciem reliquarum omnium antiquissimam esse puto: sunt enim multæ aliæ (quia non una ratione humano generi illusit ueterator ille Satanas) ut Axinomantia, Dactyliomantia, Hydromantia, Pagomantia, Aeromantia, Alphitomantia, & si quæ sunt præterea huiusmodi monstra, de quibus uide Bodinum Dæmon. lib. 2.

cap.1. Cæterùm dubium non eſt apud ſolidæ religionis ſtudioſos cultores uiros, quin ea omnia abhorrere debeamus: ſed in his nullum eſſe uidetur genus horribilius & tetrius quàm hæc, de qua dicimus, Necyomantia. Cuius quidam duas faciunt ſpecies. Vnam, Necyomantiam propriè dictam, qua cadauer ipſum erigitur, quæ non fit abſque ſanguine: alteram, Sciomantiam, in qua ſola ſufficit umbræ euocatio. Ego uerò hoc recentiorum eſſe commentum arbitror, quia apud ueteres ſola umbra euocatur, & tamen ſanguine illa euocatio perficitur. Intelligat autem Lector me de Ethnicis loqui. nam ſcio etiam euocatum Samuelis cadauer, de quo tamen adhuc dubitatur, ut mox dicemus. Quòd ſi placet illam diſtinctionem admitti, mea nil refert, & hæc à me ignorari ſummæ ſcientiæ deputo. Quia tamen oportet etiam impiorum & fanaticorum putidos errores cognoſci, ut à peritis medicis aconitorum uires & uenenorum omnium facultates: uidendum eſt, ſed paucis, quid ſibi iſti Necromântici uelint. Eſt ergo attendendum quis ſit eorum finis, quis locus, & quis modus huic fini conſequendo accommodatus ſit. Finem hunc habent, ut manes & mortuorum umbras, ſubterraneoſque dæmonas per Stygia quædam carmina & infernales inuocationes perque feralia ſacrificia & immolationes deteſtandas euocent ab inferis. Hoc an præſtari poſſit diſquiramus. De profanis Ethnicis, ſi illis fidem adhibeamus, id ſatis exemplis conſtabit ex authoribus, quos anteà laudauimus, & Homero noſtro. Sed nos temerè illis non credimus, itaque è Sacris paginis authoritas eius rei petenda eſt, quia noſtra maximi intereſt hoc ſcire his temporibus, ubi Diabolus non ceſſat, imò ut uidetur fortioribus machinis nos oppugnare. Adducitur ergo locus apud Samuelem lib.1. cap.28. ubi ſcriptum eſt Saulem exitum poſtremi contra Philiſtæos prælij cognoſcere cupientem, Magam Endore conſuluiſſe, quæ euocatum Samuelem aut Samuelis imaginem ſola uidit, eum Saule nullo modo uidente. Itaque Samuel eum rogauit, cur interturbaret quietem ſuam, cùm à Deo relictus, & Deus ipſi inimicus eſſet: adiecit, eum Dauidi regnum tradidiſſe, quòd uerbo eius Saul obſequutus non eſſet, ipſumque & liberos ſecum die poſtero. Quo exẽplo uidetur maximè niti hęc Necyomãtia, primùm quòd à Spiritu ſancto referatur, qui à mendacio omni abhorreat: deinde quòd tam expreſsis uerbis enuncietur factum. nam & Samuelem apparuiſſe dicit, & exitum Sauli præſignificaſſe. Accedit quòd Eccleſiaſt. cap.46. dicitur, ubi inter Samuelis laudes hæc quoque memoratur, quòd poſt mortem prophetauerit prænunciata morte Regis & Philiſtæorum uictoria. Itaque Bodinus Dæmon. lib.2. cap.3. refert, in eadem ſententia eſſe Iuſtinum Martyrem, Rabbi Sædiam, Haiam & Hebræorum pleroſque, quibus ait ſuffragari, quòd reſponſio per Samuelis imaginem (quem Diabolum putant fuiſſe quidam, ut R. Dauidis Kimhi, Tertullianus libro de Anima, & Auguſtinus) Sauli facta magnũ Iehouæ nomen habet quinquies repetitum, quod etiam audire Dæmones perhorreſcunt. Sed de his non eſt temerè pronunciandum, ne uideamur Satanæ in animas tantum imperium tribuere, aut ipſis etiam Magis & Sagis, qui eas uerbis ſuis & imprecationibus aliiſque ritibus poſſint allicere ad ſe ut uoluerint. Vnde uel cum Auguſtino & alijs Orthodoxis doctoribus ſentiendum, hanc fuiſſe Diaboli illuſionem: uel ſanè, ſi ipſius narrationis uerbis anxiè uelimus adhærere (quanquam non rarò figuratè loquatur Spiritus ſanctus) id peculiari quadam Dei uoluntate accidiſſe exiſtimandum eſt. Alioqui enim certum eſt, animas illas quæ à Necromanticis indigitantur, aut ſacrificijs euocari putant, eſſe diabolos. Bodinus addit, terè: rationem ego non uideo, immò neque addendum eſſe cenſeo, ne uideamur hac particula reſtrictiua nefandæ huic arti locum dare. Hactenus de ipſo fine, de loco nunc eſt uidendum. Locus ergo omnis non fuit huic abominandæ euocationi aptus, ſed is tantùm, ubi animæ maximè uerſari crederentur: itaque non ſine cauſà Necromantici illi quos Poetæ ſuperiùs laudati commemorant, ad inferos iuſſe dicuntur, qui locus animabus ſcateret. Poſteà uerò ubi cœpit ignorari locus proprius inferorum, alij ſunt excogitati qui ad tartaream naturam maximè accederent, qualia ſunt cœmeteria, & ubi fit criminalis iudicij executio, uel loci in quibus recenter ſtrages publicæ contigerunt, aut in quibus cadauera iacent nondum ritè expiata, aut etiam quæ inſepulta iacent. Ibi enim creduntur animæ magis uagari, quia ſupradictis mortis generibus, creduntur illæ corporum ſuorum deſiderio teneri, & ea diligere, unde ea etiam indefinenter oberrent. Hinc conſurgit grauior diſputatio de loco animarum, in quem ſe recipiant, ubi à corpore ſuo excedunt. Qua de re licet ſcripſerint etiam quidam Doctores, tamen nihil niſi probabiliter dicũt, nobisq; proinde cum Auguſtino ſtatuendum eſt, Melius eſſe dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. Porrò quòd animas defunctorum in eiuſmodi locis quærunt Necromantici, id abſurdum & impium pronunciamus: quia proculdubio quicquid eis apparet, totum eſt ex Diabolo. Veteres etiam illi non carent errore, qui inferorum locos adierunt, quos Deus nobis occultauit. Iam ad modum accedamus, quo Necromantici ad hanc putidam animarum euocationem utuntur. Homerus, qui primus reliquos Poetas hoc uidetur docuiſſe, quatuor memorat: locum, libationem, preces cum uoto, & ſacrificium. Locus, eſt foſſa, quam gladio fodit Vlyſſes in cubiti altitudinem: quo pacto indicabatur, animabus inferorum hæc fieri, quod etiam in ſacrificijs Deorum eiuſdem loci fiebat. Libatio Vlyſsis ſit ex muſſo, ex uino, ex aqua & farina ſimul commixtis, tribus diuerſis uicibus: alij etiam addiderunt oua, lac, & oleum & alia infinita, ut ſpumam canum, lyncis uiſcera, oculos draconum & alia quæ Erichtho Lucani *in ſuis ſacris* adhibet. Ex horum ſuffitu corporibus facilè iungi animas credunt, quaſi medio ad id aptiſsimo. Preces autem ſunt expreſſæ animarum euocationes, indigitamentis quibuſdam factæ cum uoto primum generaliter omnibus animabus concepto pendendarum certarum uictimarum, præcipuæ autem illi animæ, quam euocabant ſpecialiter, ut hoc loco Tireſiæ. Tandem fiebat ſacrificium nigrarum pecudum, ex quarum ſanguine foſſa aſpergebatur, ut uoluit Lucianus: uel potiùs replebatur, hoc eſt totus ſanguis in foueam infundebatur. Vnde colligimus, capita pecudum illarum ad terram deprimi, cùm in cœleſtium ſacrificijs contra cœlum uerſus conuerterentur. Et ita hunc ritum prodidit Myrtilus in ſecundo rerum Lesbicarum referente Natali Mythol. lib.1. cap.12. his uerbis: ἐνόμιζον οἱ ἱερεῖς τὰ ἐνθυμα τῶν κατω θεοις σπαζόμενα συ τῇ γῇ δύπτειν τὰς κεφαλας. ἅτε γὰρ θύσει τοῖς ὑποχθονιοις. τοῖς δὲ ἐναντιοις αὖθ αἱμαξιφοσι τῶν ἱερείων τὸν τραχηλον ὀφαζοντες. id eſt: Cõſueuerũt ſacerdotes uictimis, quæ mactantur *inferis*, humi capita incidere: ſic enim ſubterraneis ſacrificant. At cœleſtibus immolantes colla ſurſum cõuertentes iugulãt. Deinde color pecudum eſt notandus, qui Dijs inferis tribuitur, nimirum niger. Quæ omnia ſic præſtat Medea Ouidiana 7. Metam.

Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit, cultroſq; in gutture uulneris atri
Conjcit, & patulas perfundit ſanguine foſſas.
Tum ſuper inuergens tepidæ carchęſia lactis
Alteraq; inuergens liquidis carchęſia mellis
Verba ſimul fundit, terrenaq; numina poſcit.

Sic etiam Autonoe Siliana lib.13. Scipionem.

Inducit iuuenem ferroq; cauare repoſſam,
Ocyus urget humum. & paulò poſt:
Fundunt mella ſuper, Bacchiq; & lactis honorem.

Sic Manto Papiniana lib.4.

Principio largos nouies tellure cauata
Inclinat Bacchi latices, & munera uerni
Lactis, & Aclaos imbres, ſudumq; cruorem
Manibus aggeritur, quantum bibit arida tellus, &c.

Sed de his fortaſſe nimis multa. Interea tamen Lectores ut hæc omnia piè abominẽtur, ſtudioſiſs. & amantiſsimè hortamur, ne ſpreta pietate his infandis pedicis execrandus ille tenebrarum Imperator intricet ad corporis & animæ noſtræ æternam perniciem, ad cuius recordationem nos oportet contremiſcere.

ἀ γὰ πω ἐπίθαντο) Hæc eſt ratio, cur prior hæc Elpenoris umbra acceſſerit. credebant enim olim corporũ inſepultorum animas oberrare, & à quiete arceri, ideò promptiores erant illæ ad exaudiendas Necromanticorum incantationes, quia uiciniores eſſent terræ, ab ipſoque inferorum aditu prohiberentur: ut docent Palinurus Virgilianus & Appius Silianus. Ille enim ab Aenea, hic à Scipione ſepulturam poſtulant, ut exinde undas Acherontis tranare poſſint. Eas enim præteruehi non licebat inſepultis & non expiatis cadaueribus: quod Sibylla Aeneæ apud inferos demonſtrabat.

Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataq; turba eſt:
Portitor ille, Charon: hi, quos uehit unda ſepulti
Nec ripas datur horrendas nec rauca fluenta
Transportare prius, quàm ſedibus oſſa quierunt.
Centum errant annos uolitantq; hæc littora circum:
Tum demum admiſſi ſtagna exoptata reuiſunt.

Itaque, ut aliâs quoque nos obſeruaſſe memini, ſummo ſtudio & cura ueteres cadauera ſepeliebant, inhumataque illa relinqui religioſiſsimum habebatur. Vnde ſuperſtitioſa etiam noſtra ſæcula expiationes cadauerum ſeruant, ut quod ualde immundum eſt, aſpergatur aqua, quam benedictam uocant, incenſoque thurificetur, ſacris orationibus exorcizetur, illuſtretur luminibus, quouſque ſuper terram fuerit, demũ ſacro in loco inhumetur. Sed purioris religionis cultores nuda & ſimplici ſepultura utuntur, cæremonijs illis ſanctiſsimè abrogatis. Varios autem ritus circà cadauera percurrit Silius Italicus lib.13.

ἄσή μὲ ἐλαίμορ@) Exponit Elpenor Vlyſſi mortis ſuæ genus, quam malo dæmonis fato, & ebrietati ſuæ tribuit. Quid autem per illud malum Dæmonis ferum intelligat, forſan aliquis percunctabitur: nimirum cauſam ſuperiorem, principem & remotam, qua hoc ſibi contigerat: proxima enim fuit ebrietas. Malum autem appellat ſui reſpectu tantùm.

ψυχὴ δ' ἀίδος δὲ) Hinc & ex multis alijs locis cõſtat, credidiſſe Homerum animæ immortalitatem, contra quàm Epicurei ſenſerint, ut alibi docuimus.

ἐῶν ὄπιθεν) Credo per hos non præsentes intelligi socios Vlyssis. Hic autem orandi modus notandus est satis ueteribus illis usitatus, cùm aliquid sibi ab alio suorum respectu habito fieri postulabant. Sic apud Virgilium Palinurus,

Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli.

οἶδα) Huic animæ Elpenoris diuinandi quoque & futura prædicendi facultatem tribuit: unde colligere est, quid ipsi ueteres de animæ dignitate senserint. Nam quandiu huius corporis uinculis astringitur uarijs occupata negotijs, minus illam potest exerere: ubi uerò libera est & soluta, tum perfectissimè officio suo fungitur, adeò ut etiam futura intelligat, quod mihi quidem certè non constat, ita solùm ueteres sensisse pronuncio. Quod enim nos Deus celat, id impium est perscrutari.

ἦ ῥα μάλιστα) Fortasse intelligit se Vlysi semper hostiliter institurum, si honore mortis, id est, sepulchro ab eo non afficiatur. Nam ueteros ita crediderunt, animas mortuorum interdum uiuis adesse: uel ut bene consulant, uel ut eos hostiliter exagitẽt. De quo posteriore loquitur Dido Virgiliana, cùm ad Aeneam sic dicit:

Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.

Quod Platonici diuina Nemesi & Dæmone præuidẽte accidere existimabant. Et hanc ultionem, hoc ἦ ῥα μάλιστα uidetur innuere Elpenor Homericus. Quod autem instare ita uiuis, à quibus damno aliquo aut iniuria sint affectæ, mortuorum animas olim sit creditum, docet quod à Plutarcho de Pausania Lacedæmoniorum rege memoratur. Is cùm esset Constantinopoli, generosam adolescentulam munere accepit: ut autem puellam uirginem ad ipsum pudebat accedere, nisi digressis omnibus, sola cubiculum ingrediens noctu lucernam abiecit, cuius casu Pausanias repẽtè excitatus, & tanquam si uita ipsius in tenebris peteretur, attonitus arripuit pugionem, & incognitam adolescentulam occidit: ex eo tempore sine intermissione Pausanias à spiritu uexatus dicitur ad mortem usque, quem spiritum adolescentulæ similem esse narrabat. Bodinus uerò Dæmonom. lib. 2. cap. 3. hominem se in uinculis uidisse tradit anno CIↃ IↃ LXIX. quòd ira percitus uxorem occidisset, qui data sibi & confirmata uenia maleficij conquerebatur sibi nullam quietem esse: se enim singulis noctibus ab ea cædi. Nos autem huius rei periculosam fidem esse arbitramur. Sufficit si intelligamus id à ueteribus sic existimatum, & nunc Elpenorem nostrum hoc indicare uoluisse.

πῆξαί τ' ἐπὶ τυμβῳ ἐρετμόν) Hic mos antiquissimus est, ut in sepulchris defunctorum uitæ genus insigniatur, quale illi olim exercuerint: ut militum, arma puta hasta, clypeus, ensis: tubicinum, tubæ, nautarum remi. Quod hodierno etiam die usurpatur, sicut uidere licet in huius inclytæ urbis Basilicnsis cœmeterijs. Hinc Archimedes sphæram & cylindrum tumulo suo insculpi uolebat, quorum inuentionem sibi uendicabat. Et nunc Elpenor olim in uiuis remex remum quoque sepulchro suo apponi ab Vlysse petit. Misceno etiam Aeneas apud Virgilium

——ingentem moles sepulchrum Imponit, suaq; arma uiro, remumq; tubamq;.

φάσγανον ἴσχων) Gladium tenet præ manibus Vlysses, ut reliquas animas à sanguine arceat, cuius bibendi desiderio omnes maximè teneri credebantur. Timeri autem ab ipsis gladios & enses hinc constat, quòd etiam paulò pòst Tiresias ueniens gladium ut Vlysses remoueat petit, ne scilicet ab ebibendo sanguine prohibeatur.

Idolum uerò ex altera socij parte multa loquebatur,
Aduenit posthac anima matris demortuæ.
Autolici filia magnanimi Anticlei,
Hanc uiuam reliqui profectus ad Ilium sacrum:
Hanc quidẽ ego defleui conspicatus, miseratus animo.
Sed neq; sic permittebã priorẽ, tametsi ualdè tristatus,
Ad sanguinẽ propè accedere, antequã Tiresiã audirẽ.
Superuenit tandem anima Thebani Tiresiæ,
Aureũ sceptrũ tenens, me aũt agnouit & alloquuta est,
Quid huc ô infelix relicto lumine solis
Veniſti ut uideas manes & tristem regionem?
Sed retrocede à fossa: remoue autem gladium acutum,
Sanguinem ut bibam, & tibi uerè dicam.
Sic ait, ego a. retrocedẽs, gladiũ arg. clauis distinctũ
Vagina recondi, ille deinde bibit sanguinem nigrum,
Et tũ certè me uerbis alloquebatur uates inculpabilis,
Reditum quaris gratissimum eximie Vlysses,
Quem tibi difficilem faciet deus. non enim puto
Desiturum Neptunum, qui iram reposuit animo,
Iratus, quòd ei filium charum excæcasti.
Sed adhuc quidẽ sic mala quantũuis passi peruenietis,
Modo uelis tuum animum arcere & sociorum.
Eo tempore quando primùm appuleris firmam nauem
Thrinaciæ insulæ, ubi effugeris obscurum pontum:
Pascentes autem inuenietis boues & pinguia pecora
Solis, qui omnia uidet & omnia audit:
Hos quod si illæsas permiseris reditumq; memor sis,
Sanè adhuc in Ithacam mala licet passi peruenietis.
Quòd si læseris, tum tibi prædico mortem,
Nauiq; & sodalibus, ipse etiamsi effugies,
Serò calamitosè redibis, ut perdidisti omnes socios
Naue in aliena: inuenies autem clades domi,
Viros superbos, qui tibi substantiam consumunt
Petentes diuinam uxorem & munera dantes.
Sed certè illorum iniuriam ulciscêris aduenies.
Cæterùm postquam procos domi tuæ

Εἴδωλον δ' ἑτέρωθεν ἑταίρης πόλλ' † ἀγόρευεν. χ. ἀγορεύων
Ἦλθε δ' ἔπὶ ψυχὴ μητρὸς καταπθνειύης,
Αὐτολύκη θυγάτηρ μεγαλήτορ Ἀντίκλεια,
Τὴν ζωὴν κατέλειπον ἰὼν εἰς Ἴλιον ἱρήν.
Τὴν μὲν ἐγὼ δάκρυσα ἰδὼν, ἐλέησά τε θυμῷ·
Ἀλλ' ὀδ' ὡς εἶπον πτερόεντα. πυκινόν περ ἀχεύων,
Αἷματ' ὄφρα ἄσσον ἴμεν, πρὶν Τειρεσίαο πυθέσθαι·
Ἦλθε δ' ἔπὶ ψυχὴ Θηβαίης Τειρεσίαο,
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων, ἐμὲ δ' ἔγνω καὶ προσέειπεν,
Τίπτ' αὖτ' ὦ δύστηνε λιπὼν φάος ἠελίοιο
Ἤλυθες, ὄφρα ἴδῃς νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον;
Ἀλλ' ἀποχάζεο βόθρου, ἄπεχε ξίφος ἠγυρόηλον
Αἵματ' ὄφρα πίω, καί τοι νημερτέα εἴπω.
Ὣς φάτ' ἐγὼ δ' ἀναχασσάμενος, ξίφος ἀργυρόηλον
Κολεῷ ἐγκατέπηξ'. ὁ δ' ἐπεὶ πίεν αἷμα κελαινόν,
Καὶ τότε δή μ' ἔπεσι προσηύδα μαντὶς ἀμύμων,
Νόστον δίζηαι μελιηδέα φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ·
Τὸν δέ τοι ἀργαλέον θήσει θεὸς ὑ γὰρ ὀΐω
Λήσειν Ἐννοσίγαιον, ὃ τοι κότον ἔνδεγε θυμῷ,
Χωόμενον ὅτι οἱ υἱὸν φίλον ἐξαλάωσας.
Ἀλλ' ἔτι καί γε καὶ ὡς κακά περ πάσχοντες ἵκησθε,
Αἴκ' ἐθέλῃς σὸν θυμὸν ἐρυκακέειν καὶ ἑταίρων,
Ὅππότε * δὴ πρῶτον πελάσῃς εὐεργέα νῆα χ. καὶ
Θρινακίην νήσῳ, προφυγὼν ἰοειδέα πόντον·
Βοσκομένας δ' εὕρητε βόας καὶ ἴφια μῆλα
Ἠελίου, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει·
Τὰς εἰ μέν κ' ἀσινέας ἐάσῃς, νόστου τε μέδησθαι,
Καί κεν ἔτ' εἰς Ἰθάκην κακά περ πάσχοντες ἵκησθε·
Εἰ δέ κε σίνησαι, τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον
Νηί τε καὶ ἑτάροις. αὐτὸς δ' εἴπερ κεν ἀλύξῃς,
Ὀψὲ κακῶς νεῖαι, ὀλέσας ἅπο πάντας ἑταίρους,
Νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης. δήεις δ' ἐν πήματα οἴκῳ,
Ἄνδρας ὑπερφιάλους, οἵ τοι βίοτον κατέδουσιν,
Μνώμενοι ἀντιθέην ἄλοχον καὶ ἕδνα διδόντες.
Ἀλλ' ἦτοι κείνων γε βίας ἀποτίσεαι ἐλθών.
Αὐτὰρ ἐπεὶ μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τοῖσι

Κτείνῃς ἠὲ δόλῳ, ἢ ἀμφαδὸν ὀξέϊ χαλκῷ,
Ἔρχεσθαι δ' ἤπειτα λαβὼν εὐήρες ἐρετμόν,
Εἰσόκε τοὺς ἀφίκηαι οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
Ἀνέρες, οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσι,
Οὐδ' ἄρα τοί γ' ἴσασι νέας φοινικοπαρῄους,
Οὐδ' εὐήρε' ἐρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ τέλονται.
Σῆμα δέ τοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδές, οὐδέ σε λήσει·
Ὅππότε κεν δή τοι ξυμβλήμενος ἄλλος ὁδίτης
Φήῃ ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν ἀϊὰ φαιδίμῳ ὤμῳ.
Καὶ τότε δὴ γαίῃ πήξας εὐήρες ἐρετμὸν,
χ. ἴξεις * Ῥέξας ἱερὰ καλὰ Ποσειδάωνι ἄνακτι,
Ἀρνειὸν, ταῦρόν τε, συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον,
Οἴκαδ' ἀπονέεσθαι, ἔρδειν θ' ἱερὰς ἑκατόμβας
Ἀθανάτοισι θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
χ. ἔξαλος Πᾶσι μάλ' ἑξείης. Θάνατος δέ τοι * ἐξ ἁλὸς αὐτῷ
Ἀβληχρὸς μάλα τοῖος ἐλεύσεται, ὅς κέ σε πέφνῃ
χ. δ' ἐπιῤῥεῖ Γήρᾳ ὑπὸ λιπαρῷ ἀρημένον· ἀμφὶ † δὲ λαοὶ
Ὄλβιοι ἔσονται. τάδε δέ τοι νημερτέα εἴρω.
Ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον,
Τειρεσίη, τὰ μὲν ἄρ ταῦτ' ἐπέκλωσαν θεοὶ αὐτοί.
Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Μητρὸς τὴν δ' ὁρόω ψυχὴν κατατεθνειυίης·
χ. ἀείρει Ἥ δ' † ἀκέουσ' ἥησι σχεδὸν αἵματος, οὐδέ ὁν ἠδη.
Ἔτλη ἐναντία ἰδεῖν, οὐδὲ προσιμυθήσασθαι.
Εἰπὲ ἄνα ξ τῶς κεν μ' ἀναγνοίη τοῖον ἐόντα.
χ. αὖτις Ὣς ἐφάμην. ὁ δέ μ' * αὖτις ἀμειβόμενος προσέφη,
Ῥηϊδίον τοι ἔπος ἐρέω, καὶ ὅππῃ φρεσὶ θείω·
Ὅν τινα μέν κεν ἐᾳς νεκύων καταπεπνευκότων
Αἵματος ἆσσον ἵμεν, ὁ δέ τοι νημερτὲς ἐνίψει·
Ὧ δέ κ' ἐπιφθονέῃς, ὅδε τοι πάλιν εἶσιν ὀπίσω.

Interfeceris siue dolo siue palàm acuto ferro,
Proficiscere deinde accepta fabrefacta naue,
Donec ad illos perueneris qui non sciunt mare
Viri, neq; sale conditum cibum comedunt.
Neq; sanè hi sciunt naues proras rubricatas habentes:
Neq; fabrefactos remos, quiq; alæ nauium sunt.
Signũ uerò tibi dico naldè manifestum neq; te latebit,
Quando certè tibi obuiam factus alius uiator
Dixerit te uentilabrũ habere super splendido humero.
Tum certè terræ infiges fabrefactum remum,
Faciens ritè litatis sacris Neptuno regi,
Arietem taurumq; suumq; maritum uerrem,
Domum reuertere, faciasq; sacras hecatombas
Immortalibus dijs, qui cœlum latum inhabitant.
Omnibus sanè ordine, mors uerò tibi ex mari ipsi
Debilis sanè talis aduenier, quæ te occidet
Senectute sub molli confectum, circùm autem populi
Felices erunt, hæc sanè tibi uera dico.
Sic dixit, cæterùm ego ipsum excipiens allocutus sum,
Tiresia, hæc fortassis decreuerunt dij ipsi.
Sed agè mihi hoc dic & uerè enarra,
Matris hanc uideo animam demortuæ,
Illa tacita sedet prope sanguinem, neq; suum filium
Dignatur palàm aspicere, neq; alloqui,
Dic rex, quo pacto me agnoscat talem esse.
Sic dicebam, ille me rursus excipiens alloquutus est,
Facilè tibi uerbum hoc explicabo & in mente ponam.
Quemcunq; quidem sines mortuorum defunctorum
Sanguinem prope accedere, ille tibi uerum dicet:
Cui uerò inuides, ille tibi abibit retrò.

COMMENTARIVS.

νόστον δίζησαι) Hinc constat quanta sit huius Tiresiæ facultas diuinatrix, ut qui, etiam Vlysse de suì aduentu causa non interrogato, exploratum habeat cur aduenerit, nimirum ut sciat qualem reditum in patriam sit habiturus, hoc est quid sibi in eo adhuc subeundum esset: quod Tiresias exponit partim certò, partim dubitanter. Certò, cùm restare illi dicit multa pericula ob excæcatum Polyphemum: dubitanter, ubi sub conditione eum saluum & integris rebus suis in patriam peruenturum dicit, si uidelicet socij à bobus Solis abstineant. Illud item certò, quod cum procos ulturum affirmat: dubitanter autem, cum modum ultionis ambiguè pronunciat, uel dolum, uel uim apertam. nisi utrumque simul intelligi uelit. Illa obscurè, quòd neque locum quò Vlysses post interfectos procos ad Neptuni sacrificium peruenturus sit nomine proprio designet, sed solis personarum circumstantijs & signo homi nis uentilabrũ humero gestantis, qui Vlysi obuiã futurus est indicet: itẽ quòd mortis eiusdem herois genus dilucidè nõ exprimit.

ἅλεσσι δ' ἅλεσσι) Pausanias in Atticis hoc de Epirotis intelligit, quorum maxima pars illis temporibus neque mare nouerit, aut salis escis uescereturcuius hæc sunt uerba: Φοινικας δέ ἐφ' ὧν τῷ Καρχηδονίων οἱ θαλάσσης τῶν τότε βαρβάρων μάλιστα εἶχον ἐμπειρίας, πελάει Φοίνικες τὸ ἀρχαῖον ὄντες, τάττων σκαφῶν ἐπὶ ξύλῳ ναυμαχήσαι τοῖς ἠπειρώταις χρώμενοι. οἱ μὲν δὴ ἅλσεσι ἁλὶ χαλασαν οἱ πολλοὶ, μικροῖς ἅλσεσιν ἠπίσαντο πω χρῆσθαι. μφερυρεῖ δέ μοι ἡ Ὀμήρου ἔπος τὸ Ὀδυσσέα

——οἱ οὐκ ἴσασι θάλασσαν Ἀνέρες, οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσι. id est:

Deinde quamuis Carthaginenses nouali disciplina, quippe qui essent è Tyro Phœnices oriundi, Barbaris planè cæteris præstare intelligeret: cum illis tamen, solis Epirotarum copijs fretus confligere non dubitauit, Epiri certè ne post captum quidem Ilium maxima pars aut mare nouerat, aut salsis escis uescebatur: cuius mihi rei Homerus in Odyssea testis est,

——Nec norunt cærula ponti Nec dapibus uesci sale admiscere uaporem.

Sic Amaseus uertit. Eustathius tamen dicit, usum salis à quibusdam scribi, fuisse apud Epirotas nimirum fossilis, uel quòd salsæ ibi aquæ è puteis efferuescerent, quod etiam in Orientis aliqua regione fit: uel etiam ex radicum quarundam quodammodo sallarum adustione. Itaque eos hoc interpretari, τὸ ἅλεσσι, pro τοῖς ἐκ θαλάττης βεώμασι, id est, cibis marinis. Hoc tamen Eustathio non probatur, quia ἅλες non dicitur in plurali pro maria. Itaque mauult intelligi τὰς ἡμετέρας λεγομένας ἅλας, qui communiter appellantur sales: ut summam feritatem, id est ἀχρειοτάτην & rusticitatem illorum hominum significet, qui ipsos sales nesciant, siue marinos, siue fossiles siue alios quosuis.

τὰ τε πλῆκά) Qui de prima nauis inuentione loquuntur, dicunt exemplum illius fabricandæ ueteres à piscibus duxisse: nam ab illorum dorso carinam, ut est apud Gyrald. de Nauig. cap. 3. à capite proram, à cauda temonem, à branchijs remos formauerũt. Quidam uerò nõ à piscibus, sed potiùs ab auibus id factum arbitrati sunt, unde & Poeta uelorum alas uocat. id quod & Hesiodus τὰ πλῆκα, ubi & Proclus id ab auibus desumptum ait. Temonem quidem in naui ab auium cauda formatum plerique credidêre: sed & auibus nunc quoque seruant rostra uocabulum. Hæc Gyraldus. Quod forsan ex hoc loco Homerico confirmari potest, qui remos eleganter nauis alas appellat, facta egregiè ad aues similitudine. Vnde etiam puto à Virgilio Remigium alarum appellari eadem ratione, ut quod Homerus in remigio alas, id è contrà in alijs remigium Virgilius uocet.

φὴ ἀθηρηλοιγὸν) Hic locus miserè fuit olim uersus, nos restituimus: neque dubito quin hoc ipsum F. Portus emendarit in sua recenti uersione, sed ea mihi ad manum non fuit. Sensus autem huius loci est: Tiresias cùm locum illum non designet proprio nomine, ideoque dubium esse potuisset Vlysi, quónam se conferre debuisset, aut quam longam peregrinationem conficere: munit eum hoc indicio, quo apparẽte locum illum sit obseruaturus. Signum autem est huiusmodi, Vlysses per regionem illam incedet, remum humeris gestans: occurret ei aliquis eius loci incola, qui (uel iocosè uel ignoranter) remum illum uẽtilabro assimilabit. Ibi ab Vlysse Neptunus est placandus, & Dijs cæteris litandum pro saluo fortasse reditu.

θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλὸς) Duplex est lectio: ἑξαλος, & ἐξ ἁλός. Si prius leges, intelligendum est prædici Vlysi mortem extra mare, & in continenti: qua ratione æquiore animo est labores suos sequentes toleraturus, cum se in mari non esse moriturum intelligat. Si uero,

νὸ ἰξ ἄλλε, alius eſt ſenſus: innuitur enim, ex mari aduenturam Vlyſsi mortem. Aiunt enim, ut poſt Didymum refert Euſtathius, Telegonum Vlyſsis & Circes filium haſtam à Vulcano fabricatam habuiſſe, cuius adamantina eſſet ἡ ἀκιδοφόρος, id eſt ſpiculum: cuſpis uerò (ἡ αἰχμὴ) aculeus paſtinacæ marinæ: & haſtile (ὁ σαυρωτὴρ) aureum. Quo inſtructus Tyrrhenia relicta ad patris inquiſitionem profectus, & ignorantia poſſeſsiones quaſdam Vlyſsis in continenti populatus: ubi aduerſum ſibi patrem offendit, inſcius interfecit. Hoc etiam ſcribit Oppianus, cuius locum ſic conuertit Geſnerus: Circe uenefica filio ſuo Telegono huius piſcis (paſtinacæ marinæ) radium haſtili præfigendum dedit, ut eo in hoſtes uteretur. Is uerò cum ad inſulam quandam appuliſſet, & greges deprædaretur, inſcius patrem ſuum Vlyſſem, quem quærebat: & ad quem greges illi pertinebant, defendendi cauſa accurrentem uno ictu occidit. Lycophron etiam in Alexandra: κτανεῖ δὲ πύας πλείους λοιχὸς πτερυξ Κίρκης δυσαλθὴς ἰὸς πόρου Σαρδωνικοῦ. Occidet autem (Vlyſſem) haſtile pernicioſum, aculeo præpilatum ægre curabili piſcis uenenati, uulnere coſtis impacto. Dictys Cretenſis lib. 6. dicit hunc Telegonum haſtile habuiſſe, cui ſummitas marinæ cuiuſdam turturis oſſe armabatur: inſigne ſcilicet inſulæ eius, in qua ipſe genitus erat. Itaque rectè dixit Tireſias, Vlyſſem ἐξ ἁλὸς moriturum, nimirum ex aculeo paſtinacæ marinæ. Sic olim Tito prædicebatur, moriturum eum ſicut Vlyſſes ἐκ τῆς θαλάττης. Perijt enim peſtifera ui marini leporis, ut eſt apud Philoſtratum lib. 6. & Tzetzen in Varijs 6:43. Quàm ſit autem uenenoſus hic paſtinacæ marinæ aculeus, teſtantur Plinius, Aelianus (apud quem nos etiam quædam de eo annotauimus) & alij: Malè tamen creditum eſt olim, aduerſum illius ictum nulla eſſe remedia: cùm tamen extent, ut uidere eſt apud Rondeletium & Geſnerum poſt Dioſcoridem, Aeginetam, Aëtium, Plinium, Hieroclem & alios.

ἀλλ' ἄγε μοι τόδε) Miratur Vlyſſes, quòd cùm ipſe matris ſuæ umbram agnoſcat, tamen ab illa is minimè agnoſcatur. Se autem ab ea non agnoſci inde colligit, quòd ea à ſe recedat: quod facturam eam non eſt uerisimile, ſi ſe agnoſceret: cui reſpondet Tireſias, id ob id accidere, quòd nondum ſanguinem ſacrificij deguſtarit, à quo non ſolùm eam, ſed etiam reliquos omnes umbras præter Tireſiæ antea ex præcepto Circes ſtricto gladio prohibebat. Itaque Vlyſſes eam paulò pòſt ad hunc potum admittit, quo ebibito à matre agnitum Vlyſſem expreſsis uerbis dicitur,

ἦ ῥα νιν αἷμα κελαινεφὲς αὐτίκ' ἔγνω.

Sic loquuta, anima quidē abijt in domū Plutonis intus
Tireſia regis, poſtquam oracula explanauit.
Caterùm ego illic manebam firmiter, donec mater
Aduenit, & bibit ſanguinē nigrū: ſtatim. a. agnouit,
Et mihi lugens uerba alata dixit,
Fili mi quo pacto ueniſti ſub caliginem obſcuram
Viuus cùm ſis? difficile uerò hæc uiuentibus uiſu,
Interſunt ingentes fluuij & grauia fluenta.
Oceanus quidem primùm quem non licet tranſmittere
Peditem, niſi quis habuerit benè compactam nauem.
Nunc tam à Troia errans huc ueniſti
Nauiq̄, & ſocijs longo tempore, nondum acceſsiſti
Ad Ithacam? neq; uidiſti domi uxorem?

Ὣς ἔφαθ'· αὐτὰρ ἐγὼ μὲν ἀμείβομενος προσέειπον,
Μῆτερ ἐμή, χρειώ με κατήγαγε εἰς Ἀΐδαο,
Ψυχὴ χρησομένου Θηβαίου Τειρεσίαο.
Οὐ γάρ πω σχεδὸν ἦλθον Ἀχαϊδος, οὐδέ πω ἀμῆς
Γῆς ἐπέβην, ἀλλ' αἰεὶ ἔχων ἀλάλημαι ὀϊζύν,
Ἐξ οὗ πρῶτα δ' ἑπόμην Ἀγαμέμνονι δίῳ
Ἴλιον εἰς εὐῴωλον, ἵνα Τρώεσσι μαχοίμην.
Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Τίς νύ σε κὴρ ἐδάμασσε ταναηλεγὴς θανάτοιο;
Ἦ δηλιχὴ νοῦσος, ἦ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα
Οἷς ἀγανοῖς βέλεσσιν ἐπιχομένη κατέπεφνεν;
Εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος, ὃν κατέλειπον,
Ἦ ἔτι πὰρ κείνοισιν ἐμὸν φέρας, ἦέ τις ἤδη
Ἀνδρῶν ἄλλος ἔχει, ἐμὲ δ' οὐκ ἔτι φασὶ νέεσθαι.
Εἰπὲ δὲ μοι μνηστῆς ἀλόχου βαλέω τε νόον τε,
Ἦ ἐμίμνει παρὰ παιδί, καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσει·
Ἦ ἤδη μιν ἔγημε Ἀχαιῶν ὅστις ἄριστος.

Ὣς ἐφάμην· ἡ δ' αὐτίκ' ἀμείβετο πότνια μήτηρ,
Καὶ λίην κείνη γε μένει τετληότι θυμῷ
Σοῖσιν ἐνὶ μεγάροισιν· ὀϊζυραὶ δέ οἱ αἰεὶ
Φθίνασι νύκτες τε καὶ ἤματα δακρυχέουσῃ.
Σὸν δ' οὔπω τις ἔχει καλὸν γέρας, ἀλλὰ ἑκηλὸς
Τηλέμαχος τεμένη νέμεται, καὶ δαῖτας ἴσασι
Δαίνυται, ἃς ἐπέοικε δικασπόλον ἄνδρ' ἀλεγύνειν·
Πάντες γὰρ καλέουσι. πατὴρ δ' ὅ γε αὐτόθι μίμνει
Ἀγρῷ, οὐδὲ πόλινδε κατέρχεται· οὐδέ οἱ ἐναὶ
Δέμνια καὶ χλαῖναι, καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα·
Ἀλλ' ὅγε χείματα μὲν εὕδει ὅθι δμῶες ἐνὶ οἴκῳ,
Ἐν κόνι ἄγχι πυρός, κακὰ δ' ὠρῇ εἵματα εἵνα·
Αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃσι θέρος καὶ πολλὰ τ' ὀπώρη,

Παίτη

Παύτη νοί κ᾽ ἔγγυον ἀλωῆς οἰνοπέδοιο
Φύλλων κεκλιμένων χθαμαλαὶ βεβλήατο εὐναί·
Ἔνθ᾽ ὅγε κεῖτ᾽ ἀχέων, μέγα δ᾽ ὀρέσι πένθος ἄεξεν,
Σὸν † πότμον γοόων καλεπὴν δ᾽ ἀλὶ γῆρας ἱκάνει.
Οὕτω γὰρ κἀγὼν ὀλόμην, καὶ πότμον ἐπέσπον.
Οὔτ᾽ ἔμ᾽ ἐνὶ μεγάροισιν ἐΰσκοπος ἰοχέαιρα
Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνε,
Οὔτέ τις οὐδή μοι νοῦσος ἐπήλυθεν, ἥ τε μάλιστα
Τηκεδόνι ξυνερῇ μελέων ἐξείλετο θυμόν·
Ἀλλά με σὸς τε πόθος, σά τε μήδεα, φαίδιμ᾽ Ὀδυσσεῦ,
Σή τ᾽ ἀγανοφροσύνη μελιηδέα θυμὸν ἀπηύρα.
Ὣς ἄφατ᾽· αὐτὰρ ἔγωγ᾽ ἔθελον φρεσὶ μερμηρίζας
Μητρὸς ἐμῆς ψυχὴν ἐλθεῖν καταπευθήνειν.
Τρὶς μὲν ἐφορμήθην, ἐλέειν τέ με θυμὸς ἄνωγε,
Τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ ἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ
Ἔπτατ᾽· ἐμοὶ δ᾽ ἄχος ὀξὺ μᾶλλον ἐνὶ φρεσὶ κηδομένῳ γένετο.
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδων,
Μῆτερ ἐμή, τί νύ μ᾽ οὐ μίμνεις ἐλέειν μεμαῶτα,
Ὄφρα καὶ ἐν Ἀΐδαο φίλας περὶ χεῖρε βαλόντε
Ἀμφοτέρω κρυεροῖο πάρος πεπάσμεθα γόοιο;
Ἦ τί μοι εἴδωλον τόδε δ᾽ ἀγανὴ Περσεφόνεια
Ὤτρυν᾽, ὄφρ᾽ ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος κλαγχίζω;
Ὣς ἐφάμην· ἡ δ᾽ αὐτίκ᾽ ἀμείβετο πότνια μήτηρ,
Ὤ μοι τέκνον ἐμὸν, πέρι πάντων κάμμορε φωτῶν,
Οὔτι σε Περσεφόνεια Διὸς θυγάτηρ ἀπεφίσκει,
Ἀλλ᾽ αὕτη δίκη ἐστὶ βροτῶν, ὅτις κέν τε θάνῃσιν.
Οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν,
Ἀλλὰ τὰ μὲν τε πυρὸς κρατερὸν μένος αἰθομένοιο
Δαμνᾷ, ἐπεί κε πρῶτα λίπῃ λευκὰ ὀστέα θυμός,
Ψυχὴ δ᾽ ἠΰτ᾽ ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται.
Ἀλλὰ φόωσδε τάχιστα λιλαίεο τοῦτο γ᾽ ἄπαυστα
Γνῶθ᾽, ἵνα καὶ μετόπισθε τεῇ εἰπῇσθα γυναικί.
Ὣς τοὶ μὲν ὧς ἐπέεσσιν ἀμειβόμεθ᾽· αἱ δ᾽ γυναῖκες
Ἦλυθον (ὤτρυνε γὰρ ἀγανὴ Περσεφόνεια)
Ὅσσαι ἀρηιόων ἄλοχοι ἔσαν ἠδὲ θύγατρες.
Αἱ δ᾽ ἀμφ᾽ αἷμα κελαινὸν ἀολλέες ἠγερέθοντο.
Αὐτὰρ ἐγὼ βάλλόμην ὅπως ἐρέοιμι ἑκάστην·
Ἡ δὲ δέ μοι κῆ θυμὸν ἀρήϊφι φαίνετο βουλή,
Σπασσάμενος ταυήκεα ἄορ παχέος περὶ μηροῦ,
Οὐκ ἔων πιέειν ἅμα πάσας αἷμα κελαινόν.
Αἱ δ᾽ ἀθρόαι σπεύσαν, * ἡ δ᾽ ἑκάστη
Οὔνομα ἐξαγόρευεν· ἐγὼ δ᾽ ἐρέεινον ἀπάσας.

Vndiq; illi per fertilem partem uineæ uitiferæ
Et foliis delapsis humi sternitur lectulus.
Hîc ille iacet tristis, ingentem. a. in mente dolorẽ auget
Tuum fatum deflens, molesta autem senectus uenit.
Sic enim etiam ego perij, & fatum contraxi.
Neq; me domi sagittandi perita iaculatrix
Suis mitibus telis subterueniens interemit,
Neq; aliquis me morbus inuasit, qui maximè
Tabe horrenda ex membris tollit animum.
Sed me tuiq; desiderium, tuaq; cura inclyte Vlysses,
Tuaq; benignitas dulci animo priuarunt.
Sic ait, cæterùm ego uolui mente deliberans
Matris meæ animam prehendere defunctæ:
Ter quidem irrui, amplectiq; me animus inuitabat:
Ter. a. mihi ex manib. instar umbræ, similis etiã somnio
Auolabat: mihi uerò dolor acutus exoriebatur ex ani-
Et ipsam alloquutus uerba uelocia dixi, (mo magis.
Mater mea cur me non expectas amplecti cupidum,
Vt etiã apud inferos charis circa manib. amplectentes
Vterq; sauo saturemur luctu?
Nunquid mihi idolum hoc illustris Proserpina
Incitat, ut adhuc magis lugens ingemiscam?
Sic dicebam, ipsa rursus respondit uenerãda mater,
Eheu fili mi super omnes infelix uiros.
Minimè Proserpina Iouis filia eludit,
Sed ipsa lex est mortalium, cum mortui fuerint,
Nõ enim amplius carnes q; & ossa nerui sustentãt,
Sed ea quidem ignis fortè robur ardentis
Absumit statim, ut primũ reliquit alba ossa animus.
Anima uerò tanquam somniũ auolitans euolitat.
Sed in lucẽ iuuentum celerrimè cõtende, hæc. a. omnia
Scias, ut etiam in posterum tua dicas uxori.
Nos quidem sic uerbis respondeamus, ipsæ fœminæ
Accesserunt (egit enim inclyta Persephone)
Quotquot optimatum uxores erant atq; filiæ.
Illæ. a. circa sanguinẽ nigrũ frequẽtes congregabantur.
Caterũ ego consulebã quo pacto interrogarẽ singulas:
Illud aũt mihi in animo optimũ uidebatur consilium,
Stricto acuto gladio crasso à fœmore,
Non sinebam bibere, simul omnes sanguinem nigrum.
Illæ uerò deinceps accedebant, unaquæq; autem
Suũ genus narrabat, ego autem interrogabã singulas.

COMMENTARIVS.

τέκνον ἐμόν) Ex hac Anticleæ interrogatione constat non esse donatam omnibus umbris diuinandi facultatem, ideoque solum Tiresiam iussus est Vlysses consulere. Illa enim causam aduentus filij, & cætera percunctatur, quod à Tiresia non fuit præscitum. Quæsit ergo Anticlea, quî fieri potuerit, ut Vlysses adhuc uiuus, in has tenebras peruenerit? Nam obstare uidebatur illud ipsum quòd uiueret (uersus enim tres qui sequuntur, μίσφ γδ, &c. ἀφιπέσθαι Didymus monet) Viuere autem illud appellabant, cùm anima adhuc iuncta est corpori: nam alioqui anima etiam à corpore separata uiuit. Sed enim uulgare non fuit, ut uiui homines mortuorum loca adirent: id tamen Deorum beneficio quibusdam dicitur fuisse concessum, ut huic nostro Vlyssi, & antea ipsi Cereri, filiam suam Proserpinam quærenti: Baccho, ad Semelem matrem suam Cadmi filiam descendenti: Herculi, ad canem Cerberum educendum: Aesculapio, Castori & Polluci morte alterna, Protesilao Iphicli filio, Alcestidi Pelei filiæ, Theseo, Orpheo, Aeneæ. de quibus Hyginus fab. 251.

μῆτερ ἐμή) Respondet matri Vlysses primùm, cur ad inferos uenerit: quod tamẽ Anticlea non quærebat, sed qua ratione solùm eò usque peruenisset. quanquam & huic ipsi uidetur satisfacere, cùm dicit, χρειὼ με κατήγαγεν: quasi dicat, Scio quidem esse uiuis hominibus difficile in hęc loca peruenire, id tamen ego feci necessitate me eò adigente & impellente, quæ res difficillimas solet peruincere. Deinde id etiam mater rogauerat, an nunc primùm ex Troia proficisceretur, & an nondum ad Ithacam accessisset: cui etiam Vlysses respondet, se nondum eò peruenisse, ex quo cum Agamemnone Troiam profectus esset. Tum ab ipsa matre duo ipse quærit. Primùm, quo pacto illa mortua sit, & quo genere mortis, an morbo, an à Diana interfecta, hoc est repentinè & subitò: deinde, statum patris, filij & uxoris suæ scisciatur.

ἢ ἄρτεμις) De hoc genere mortis aliàs dictum est, & in Odyss. & in Iliade.

καὶ λίαν κέαν) Attendenda est series responsionum Anticleæ. Quod enim postremo loco ab Vlysse quærebatur, id Anticlea primò soluit: quod ille primo, hæc postremo. De uxore filij sui ergo primùm respondet, docetque eam indefinenter lacrymis & æruminis confici, nimirum ob coniugis sui absentiam diuturnam. Filium uerò Telemachum possessiones paternas adhuc retinere, & honorificè dignitati suæ conuiuijs & alio honesto uiuendi genere uelificari. Patrem denique Laërtem in agrum secessisse, ubi miserri-

mam

nam uitam agit, doloribus perpetuis sese macerans ob ipsius Vlyssis fatum: quam ob causam etiam se mortuam Anticlea testatur. Hæc illa. De procis autem ne quidem: quia quadriennio post illius mortem aduenerint, ut refert Didymus.

χαλεπὸν δ' ἐπὶ πολλὸν) Quasi dicat: Duo sunt quæ Laërtem tam miseram uitam & calamitosam uiuere cogant. primùm, fatum tuum, Vlysses: nam illi persuasum est, te iam è uiuis excessisse: secundò, ipsa senectus, quæ per se satis molesta & grauis esse consueuit, ut ærumnis etiam externis facilius conficiatur: quod in Telemacho non accidit, qui iuuentutis suæ robore huiusmodi calamitatibus melius resistit: ideò eum conuiuijs oblectari dicit, quanquam fine dubio patris sui casum ægrè ferret.

ἀλλά με σός τε πόθος) Apud recentiores traditur, Anticleam mortem laqueo sibi conscisuisse præ dolore, cùm intellexisset Vlyssem à Nauplio sublatum fuisse. Hic autem Nauplius multos è Græcorum numero dolosè interfecit propter ereptum sibi filium Palamedem, quem etiam Vlysses astu damnari ad mortem fecit, ut de eo memoratur. Sed Poeta noster Anticleam hoc genere mortis extinctam non agnoscit, sed solo dolore. Qui uerò eam suspendio uitam finijsse afferunt, inquit Eustathius, dicunt Poetam illud reticuisse, ἀφ' οὗ τὸ μιαρὸν τῆς πίστεως ἐνόμιζε: quòd hoc genus mortis scelestum & impium habebatur, & infames erant qui eo interibant. Tamen Poeta similem mortem Epicastæ paulò pòst refert.

τρὶς μὲν ἐφωρμήθην) Sic Aeneas apud Virg. 6. Aeneid. cum Anchisæ patris umbram apprehendere uellet:

——da iungere dextram	Ter conatus ibi collo dare brachia circùm;
Da genitor, teq; amplexu ne subtrahe nostro,	Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Sic memorans, largo fletu simul ora rigabat,	Par leuibus uentis, uolucrique simillima somno.

ἀλλ' οὐκ ἔμελλεν ἰσχάνειν βροτοῦ) Existimabat Vlysses hoc sibi doloris à Proserpina immitti, ut cùm matrem amplecti cuperet in beneuolentiæ significationem, tamen non posset, quia illa semper sibi è manibus effugeret: sed Anticlea docet hanc esse animarum naturam, ut ubi semel è corporibus excesserint, tangi non possint, quod alioqui proprium est corporum. Mirum tamen est quòd eas oculis subijci arbitrati sint, & formam corporis retinere. Qua de re in Iliade dictum est: quin & eas uulnera timere crediderunt, ut hîc iam sæpius uidimus.

ὅσσαι δ' ἡρίστευον) Varietate narrationis Lectores uidetur uelle delectare Homerus, & suos Phæacenses auditores Vlysses. interserit enim aliarum quarundam animarum descriptionem, quæ ipsi apud inferos apparuerunt.

Hîc uidelicet primam Tyro uidi bono patre natam,
Quæ dicebat Salmonei inculpati filiam esse.
Dicebat autem Crethei se uxorem esse Aeoliadi,
Quæ fluuium amauit Enipeum diuinum,
Qui multo pulcherrimus fluuiorũ per terram labitur,
Et iuxta Enepei uersabatur pulchra fluenta.
Huic certè assimilatus Neptunus terram continens
In ostijs fluuij accubuit uorticosi
Cæruleum quidẽ circa fluctũ circũstitit monti æqualẽ
Curuatum, abscondit. a. deum mortalẽq; fœminam.
Soluit aũt uirginalem zonam somnũq; superinfudit.
Cæterùm postquam perfecit deus amatoria opera,
Inhæsit sanè manui uerbũq; dixit & proloquutus est,
Gaude mulier in amicitia, circumuoluto autem anno
Paries pulchros liberos, quoniam non inanes cõcubitus
Immortalium. tu uerò hos nutri & educa:
Nũc. a. feras ad domũ & tibi caue. ne. v. nominaueris,
Cæterùm ego tibi sum Neptunus terræ quassator.
Sic loquutus, pontum subijt fluctuantem.
Illa autem impregnata Peliam & Neleum
Qui inclyti ministri Iouis magni erant
Vtrinq; Pelias quidem in spatiosa Iaolco
Habitabat pecorosus, hic uerò in Pylo arenosa.
Alios uerò socios marito peperit regina fœminarum,
Æsonẽq; atq; Pheretẽ, Amithaonaq; gaudentem equis.
Post hanc Antiopem uidi Asopi filiam,
Quæ certè & Iouis gloriabatur in ulnis dormijsse,
Et habuit duos filios Amphionemq; Zethumq;
Qui primi Thebarũ fundamẽta locarũt septiẽ portarũ,
Turribusq; circũdederũt postq; nõ ipsam absq; turrib. po
Habitare latas Thebas quãuis fortes essent. (terant
Postquam autem Alcmenã uidi Amphitryonis uxorẽ,
Quæ Herculem audacem animum leonis habentem
Peperit in complexu Iouis magnanimi congressa:
Et Megaram Creontis superbi filiam,
Hãc habuit Amphitryonis filius robore semp indomit⁹.
Matremq; Oedipodis uidi pulchram Epicastem,
Quæ ingens facinus commisit insipientia mentis
Nupta suo filio: ille suum patrem interficiens
Vxorem duxit, statim. a. nulgata dÿ fecerunt hominib.
Sed ille quidem in Thebe amabili dolores patiens,

Εἶνδ' ἦσι † πρώτην Τυρὼ ἰδον εὐπατρείαν,
Ἣ φάτο Σαλμωνῆος ἀμύμονος ἔγνον εἶναι,
φῆ ῥ' Κρηθῆος γυνὴ ἔμμεναι Αἰολίδαο,
Ἣ ποταμῷ ἠράσατ' Ἐνιπῆϊ θείοιο,
Ὃς πολὺ κάλλιστος ποταμῶν ἁλὶ γαῖαν ἵησιν·
Καί ῥ' ἐπ' Ἐνιπῆϊ πωλέσκετο καλὰ ῥέεθρα.
Τῷ δ' ἄρα ἐισάμενος Γαιήοχος ἐννοσίγαιος,
Ἐν προχοῇς ποταμοῦ παρελέξατο δινήεντος.
Πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα περισχάθη ὄρεϊ ἶσον
Κυρτωθὲν, κρύψεν τε θεὸν θνητήν τε γυναῖκα.
Λῦσε δ' παρθενίην ζώνην, ἧ δ' ὕπνον ἔχευεν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἐτέλεσσε θεὸς φιλότητα ἔργα,
Ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε,
Χαῖρε γύναι φιλότητι, περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα· ἐπεὶ σέθεν οὐκ ἀποφώλιοι δυνᾶι
Ἀθανάτων. σὺ δ' τὰς κομέειν, ἀτιτάλλεμεναί τε.
Κεῖσ' δ' ἐρχὸ πρὸς δῶμα, καὶ ἴσχεο, μηδ' ὀνομήνῃς·
Αὐτὰρ ἐγώ τοι εἰμὶ Ποσειδάων ἐνοσίχθων.
Ὣς εἰπὼν, ὑπὸ πόντον ἐδύσετο κυμαίνοντα.
Ἣ δ' ὑποκυσαμένη, Πελίην τέκε καὶ Νηλῆα,
Τὼ ἀμφοτέρω πρὸ θεράποντε Διὸς Μεγάλοιο γενέσθην
Ἀμφοτέρω· Πελίης μὲν ἐν Ἰωλκῷ εὐρυχόρῳ ἐναλκὼ
Ναῖε πολυρρήνῳ, ὁ δ' ἄρ' ἐν Πύλῳ ἠμαθόεντι.
Τὰς δ' ἑτέρας κρυόεσσα τέκε βασίλεια γυναικῶν,
Αἴσονά τ', ἠδὲ Φέρητ', Ἀμυθαόνά θ' ἱππιοχάρμην.
Τὴν δ' μετ', Ἀντιόπην εἶδον Ἀσωπίδα θυγατέρα,
Ἣ δὴ καὶ Διὸς εὔχετ' ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαῦσαι,
Καί ῥ' * ἔτεκεν δύο παῖδ', Ἀμφίονά τε Ζῆθόν τε,
Οἳ πρῶτοι θήκης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο,
Πύργωσάν τ' ἐπεὶ † ὃ μὲν ἀπύργωτόν γ' ἐδυνάσθην
Ναιέμεν εὐρύχορον Θήβην, κρατερώπερε ἐόντε.
Τὴν δ' μετ', Ἀλκμήνην εἶδον Ἀμφιτρύωνος ἄκοιτιν,
Ἣ ῥ' Ἡρακληα θρασυμέμονα θυμολέοντα
Γείνατ', ἐν ἀγκοίνῃσι Διὸς μεγάλοιο μιγεῖσα.
Καὶ Μεγάρην, Κρείοντος ὑπερθύμοιο θύγατρα,
Τὴν ἔχεν Ἀμφιτρύωνος ὑὸς μενεπτόλεμος αἰχμητής.
Μητέρα τ' Οἰδιπόδαο εἶδον καλὴν Ἐπικάστην,
Ἣ μέγα ἔργον ἔρεξε ἀϊδρείῃσι νόοιο,
Γημαμένη ᾧ υἷϊ· ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας
Γῆμεν. ἄφαρ δ' ἀνάπυσε θεοὶ θέσπιν ἀνθρώποισιν.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων,

Καδ-

Καδμείων ἴνασσε, θεῶν ὀλοὰς ἀλὸ βυλάς·
Ἡ δ' ἔβη εἰς Ἀΐδαο πυλάρταο κρατεροῖο,
Ἀψαμένη βρόχον αὐτοῦ ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου,
Ὠκὺ ἄχεϊ χομένη. τῷ δ' ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσω
Πολλὰ μάλ', ὅσα τε μητρὸς Ἐριννύες ἐκτελέουσι.
Καὶ Χλῶριν εἶδον περικαλλέα, τὴν ποτε Νηλεὺς
Γῆμεν ἑὸν μνηστῆ κάλλει, ἐπεὶ πόρε μυρία ἕδνα,
Ὁπλοτάτην κούρην Ἀμφίονος Ἰασίδαο,
Ὅς ποτ' ἐν Ὀρχομενῷ Μινυηΐῳ ἶφι ἀνάασσεν·
Ἣ δὲ Πύλῳ βασίλευε, τέκεν δέ οἱ ἀγλαὰ τέκνα,
Νέστορά τε, Χρομίον τε, Περικλύμενόν τ' ἀγάρροχον.
Τοῖσι δ' ἔπ' ἰφθίμῃ Πηρὼ τέκε, θαῦμα βροτοῖσι,
Τὴν πάντες μνώοντο περικλυτὸν ἀμφὶς ἁπάσῃ Νηλεὺς
Τῷ ἐδίδου ὃς μὴ ἕλικας βόας εὐρυμετώπους
Ἐκ Φυλάκης ἐλάσειε βίης Ἰφικληείης
Ἀργαλέας. τὰς δ' οἷος ὑπέσχετο μαίλις ἀμύμων
Ἐξελάαν· χαλεπὴ δὲ θεὸν κατὰ μοῖρα τέλεσσαι,
Δεσμοί τ' ἀργαλέοι, καὶ βουκόλοι ἀγριοώπαι.
Ἀλλ' ὅτε δὴ μῆνές τε καὶ ἡμέραι ἐξετέλευτο
Ἀψ περιπλομένου ἔτεος, καὶ ἐπήλυθον ὧραι,
Καὶ τότε δὴ μιν ἔλυσε βίῃ Ἰφικληείη,
Θέσφατα πάντ' ἀπόνητο· Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.
Καὶ Λήδην εἶδον τὴν Τυνδαρέῳ παράκοιτιν,
Ἥ ῥ' ὑπὸ Τυνδάρεῳ κρατερόφρον' ἐγείνατο παῖδε,
Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα·
Τὼς ἄμφω ζωὸς κατέχει φυσίζοος αἶα·
Οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχοντες,
Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε
Τεθνᾶσιν, τιμὴν δ' ἐλάγχασιν ἶσα θεοῖσι.
Τὴν δ' μετ', Ἰφιμέδειαν Ἀλωῆος παράκοιτιν
Εἴσιδον, ἣ δὴ φάσκε Ποσειδάωνι μιγῆναι.
Καί ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδε (μινυνθαδίω δ' ἤτην ἀέθλω)
Ὦτόν τ' αὐτίθεον, τηλεκλειτόν, τ' Ἐφιάλτην,
Οὓς δὴ μηκίστους θρέψε ζείδωρος Ἄρουρα.
Καὶ πολὺ καλλίστους, † μετὰ γε κλυτὸν Ὠρίωνα.
Ἐννέωροι γὰρ τοί γε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
Εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε ἑκὼν ἐννεόργυιοι.
Οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην, ἐν Ὀλύμπῳ
Φυλόπιδα στήσειν πολεμαίχοι πολέμοιο.
Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.
Καὶ νύ κεν ἐξετέλεσσαν ἃ οὐκ ἔμελλον ἔσεσθαι·
Ἀλλ' ὤλεσσε Διὸς υἱὸς ὃν ἠϋκόμοιο τέκε Λητὼ,
Ἀμφοτέρω, πρὶν σφῶϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους
Ἀνθῆσαι, θυκάσσαί τε † γένυν δασυθεῖ λάχνῃ.
Φαίδρην τε Πρόκριν τε ἴδον, καλήν τ' Ἀριάδνην,
Κούρην Μίνωος ὀλοόφρονος, ἣν ποτε Θησεὺς
Ἐκ Κρήτης ἐς γυνὸν Ἀθηναίων ἱεράων
Ἦγε μὲν οὐδ' ἀπόνητο. πάρος δέ μιν Ἄρτεμις ἔκτα
Δίῃ ἐν ἀμφιρύτῃ Διονύσου μαρτυρίῃσι.
Μαῖράν τε Κλυμένην τε ἴδον, στυγερήν τ' Ἐριφύλην,
Ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο λωβήσατο.
Πάσας δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω
Ὅσσας Ἡρώων ἀλόχους ἴδον ἠδὲ θυγατρας.
Πρὶν γάρ κεν ἔνυξ * φθῖτ' ἄμβροτος· ἀλλὰ καὶ ὥρη
Εὕδειν ἢ ἔπι νῆα θοὴν ἐλθόντ' ἐς ἑταίρους,
Ἠὲ αὐτοῦ. πομπὴ δ' ἔσται θεοῖς ὑμῖν τε μελήσει.

Thebanis imperabat deorum dira per fatũ.
Illa abijt in Plutonis domum ualidas portas habentẽ,
Alligato fune ſummo ab alta trabe,
Suo dolore correpta, huic dolores reliquit poſt ſe
Valdè multos, quotquot matris Furiæ efficiunt.
Et Chlorin uidi perpulchram, hanc olim Neleus
Vxorẽ duxit ſuã propter pulchritudinẽ, poſtq; præbuit
Minimã natu puellã Amphionis Iaſida, (ſponſalia,
Qui quõdã in Orchomeno Minyeo fortiter imperauit,
Atq; in Pylo regnauit. peperit. a. illi pulchros liberos
Neſtorem q; Chromium q; Periclymenum ſuperbum.
Poſt hos eximiã Pero peperit miraculum hominibus.
Quam omnes precabantur accolæ, neq; Neleus
Huic dabat qui non boues latis frontibus
Ex Phylace abegerit uis Iphicleæ
Indomitas, has ſolus promiſit uates inculpatus
Abacturum, ſæuum autem dei fatum impediuit
Vincula q; ſæua & paſtores agreſtes.
Sed quando certè menſes q; & dies perficiebantur,
Rurſus circumuoluti anni & aduenerunt horæ,
Tum certè ipſum ſoluit uis Iphiclea,
Vaticinia omnia loquutũ, louis. a perficiebatur cõſiliũ.
Et Ledam uidi Tyndari uxorem,
Quæ ex Tyndaro ſapientes peperit filios:
Caſtorẽ q; equorũ domitorẽ & pugnis ualentẽ Pollucẽ.
Hos ambos uiuentes detinet fertilis terra.
Qui etiam infra terram honorem ab Ioue habentes,
Interdũ quidẽ uiuunt alternis diebus, interdũ rurſus
Moriuntur, honorem autem ſortiti æqualem dijs.
Poſt hanc Iphimediam Aloëi uxorem
Aſpexi, quæ ſanè dicebat Neptuno cõmixtam fuiſſe,
Et peperit duos filios, breuis autem uitæ fuerunt,
Otum q; uirilem, inclytum q; Ephialtem.
Quos certè longiſſimos enutriuit alma Terra,
Et longè pulcherrimos poſt inclytum Oriona.
Nouennes enim cùm eſſent, nouem cubitorum erant
Latitudine, cæterùm longitudo erat nouem ulnarum.
Qui ſanè immortalibus minabantur in Olympo,
Moturos certamen tumultuoſi belli,
Oſſã ſuper Olympũ conati ſunt imponere: cæterùm Oſſa
Peleum frondoſum ut cælum peruium eſſet.
Et fortaſſis pfeciſẽt ſi ad pubertatis menſurã uenijſſẽt,
Sed pdidit Iouis filio, quẽ pulchricoma peperit Latona,
Ambos, antequam ipſis ſub temporibus lanugo
Floreret, ornarenturq; gena florenti barba.
Phædram q; Procrem q; uidi pulchram q; Ariadnam
Filiam Minois prudentis, quam olim Theſeus
Ex Creta in ſolum Athenarum ſacrarum
Duxit quidẽ, ſed nõ potitus eſt, antea. a. ipſum Diana de-
Dia in circumflua, Bacchi teſtimonio. (tinuit
Meram q; Clymenem q; uidi odioſam q; Eriphylem,
Quæ aurum dilecti uiri accepit precioſum.
Omnes uerò non ego eloqui poſſum neq; nominare,
Quotquot Heroum uxores uidi & filias,
Antea enim etiã nox periret immortalis, ſed etiã hora
Dormiendi, ſiue ad nauem celerem digreſſũ ad ſocios,
Sine hîc, reductio autem dijs uobiſq; curæ erit.

COM-

COMMENTARIVS.

εὐπατέρειαν) Quamuis reliqui omnes Poetæ Salmoneum pro impio homine agnoscant, quòd fulminantem Iouem imitaretur, uti de etiam ab eo fulmine percussus sit, ut est apud Virg. 6. Aeneid. tameh Homerus illud non uidetur intellexisse, cùm filiam eius Tyro εὐπατέρειαν appellat. Et hoc rectè monet Eustathius: quin & ipse Homerus ipsum Salmoneum ἀμύμονα appellat. Imò licet fulmina Iouis expressérit, non ideò impius esset existimandus. nam non esset θεόμαχος, siquidem Iupiter pro aere accipiatur: sed potiùs peritus artifex & μηχανικός, qua ratione & alij similia præstiterunt. Est enim βρεττὸν apud ueteres uas (malè ergo in Lexicis uulgaribus exponitur, locus in scena. Eustathius enim ait σκεῦος, Interp. Arist. ἀμφορεὺς, Pollux κάνεον) quòd iniectis in eũ lapillis tonitruum sonitum exprimebat, λίθοις λεπτοῖς μυκήματος ἤχους ἀφιέντα ὑσμίνων. Nota etiam sunt ex historijs Archimedis urentia fulgura ex speculis eiaculata. Memoratur etiam quidam, qui inimicum ulturus domum illius ita concussit, ut planè terræ motum æmularetur, adiunctis etiam radijs quibusdam fulgurantibus: unde ab hoste etiam ἐνοσίχθων ut Neptunus, & περικέραυνος ut Iupiter appellatus sit. Et ita quidem Eustathius, sed tamen Didymus illud εὐπατέρειαν ironicè dictum accipit expressis uerbis. iudicet lector.

ἡ ποταμῷ μιγεῖσα τό) Mirum hoc est, quòd antiqui fluuios non solùm animatos, sed etiam mortali corpore finxerunt. nam & Deos illos censeri anteà monuimus. Itaque uarij amores eorum scribuntur, inter quos est hic Enipei Peloponnesi fluuij, ut est apud Strabonem. cum enim amasse dicitur hæc Tyro, neque dubito quin eius reciprocam mentem experta sit: tamen non ex eo, sed ex Neptuno Enipeum illum simulante duos liberos suscepit.

λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην) Quid sit zonam soluere, alias, ni fallor, diximus. Referam tamen quod apud Natalem Mythol. lib. 3. cap. 18. obseruaui, zonam soluere dici, quod gratiidam fieri. Fuisse enim moris, ut cùm ita uterus excreuisset grauidis puellis, ut sueta zona amplius uti non possent, ea zona in templo Dianæ λυσιζώνου, zonam soluentis: unde est in Epigrammate, Ἀρτέμιδι ζώνην αὐτὸ τὸ καλὸν ἱρόν: Dianæ zonam dicauit Callirhoe, supple grauida facta.

διογενῆτε θεοὶ) Ideò Peliam & Neleum ministros Iouis appellat, quòd reges fuerint, quemadmodum etiam milites διοτρεφεῖς ἄνδρες uocantur. Hinc patet quid Reges de sua dignitate superbire, quam non à se, sed à Deo administrandam tenent, quod ab Ethnicis ipsis fuisse cognitum, à nostris uerò Regibus negligi, summi est pudoris, & maximè à recta ratione alienum, qua sola dictante hoc ipsum ueteres perceperunt: nos uerò etiam à sanctissimo Dei ore olim illud audiuimus. Fuit autem Pelias rex Thessaliæ, cuius exitum describit Ouidius 7. Metam. Neleus uerò à fratre Pelia pulsus in Laconiam uenit, ubi condidit Pylium, & ex uxore Chloride duodecim liberos suscepit, quos omnes præter unicum Nestorem Hercules interemit. Vide eundem Ouid. 12. Metam. de ipsa Chloride etiam posteà.

πολύρρηνος) Quod ex rei pecuariæ abundantia ipsi Reges olim laudati sint, docuimus anteà ex Varrone.

ἣ δὴ τέκε δῖος) Ex hoc concubitu Iouis, Antiopem Asopi (alij Nyctei) filiam dicit Homerus duos filios suscepisse, Amphionem & Zethum: quod etiam Agis apud Pausan. in Corinthiacis, qui liber est secundus, his uersibus exprimit:

Ἀντιόπη δ' ἔτεκε ζῆθον, κ' ἀμφίονα δῖον	*Antiope pepert Zethum atq; Amphiona diuum*
Ἀσωπῷ κύρη πεπαμένη βαθυδινήεντος,	*Asopo celeri cultrenti uertice natâ*
ζηνί τε κυδαμόνη τε ἰποπλήτιδι πειθόμενα λαοῖν. id est:	*Iuppiter hos, genuitq; simul regnator Epopeus.*

Fuit enim ab Epopeo rapta Antiope, qui fuit rex Sicyoniorum. Tum subiungit ipse Pausanias: Ὅ μὲν δὴ σοφὸς αὐτῶν λόγος, ἐπὶ τὸ σεμνότερον τῆς γλώσσης, τοὺς θήβας φησὶν οἰκίσαι πρώτους, ἀποκρίνων τῶν κάτω πόλιν ἐμοὶ δοκεῖν ἀπὸ τῆς Καδμείας. id est, ut uertit Amasæus: Sed hos ad augustiores, multò natales retulit Homerus, cùm Thebas ab illis primùm conditas dixerit, quippe qui, ut mihi uidetur, inferiorem urbem à Cadmea distinguat.

ἣ τ' Ἡρακλέα) Quomodo Herculem Ioui peperit, satis notum est uel ex Plauti comœdia, Amphitryone: Hercules tamẽ Amphitryonis filius paulò pòst à Poeta uocatur, & à reliquis Amphitryoniades: quia uidelicet is pater præsumitur, quem nuptiæ demonstrant. Sic paulò antẽ Agis Amphionem & Zethum, Epopei etiam filios appellat. Sic Castor & Pollux Tyndaridæ uocantur, quanquam à Ioue geniti.

καλὴν ἐπικάστην) Hæc ab alijs Iocasta appellatur, ut iam annotauit Giphanius. Notum est quod de Oedipode memoratur, eum matrem interempto patre in uxorem duxisse. Siquidẽ Laius ex Apollinis oraculo intellexerat occisum se à filio suo iri, itaque hunc Oedipodem ex Epicaste susceptum exposuit in Sicyone: eum pastores miserati aluerunt. Is ubi adoleuisset, Thebas profectus ad parentum perquisitionem, patrem ibi inscienter interfecit: tum Iocastam matrem (uel Epicastem) duxit: ex qua multi dicunt eum liberos suscepisse, id tamen Homerus ignorauit, ut probat ex hoc loco Pausanias lib. 9.

Καδμείων ἤνασσε) Si post detectum hoc turpe & incestuosum Oedipi cum matre coniugium, Thebis tamen posteà imperasse eum Homerus dicit: non uidetur ergo exilium illius agnoscere, ut Tragici, in Colonum. Vide Sophoclis Colonæum Oedipodẽ. Nam illud non erat prætermissurus Homerus, ut ait Eustathius, sicut neque Epicastæ suspendium.

μητρὸς ἐριννύες) Duæ possunt in hunc locum moueri quæstiones. Primam ego moueo, alteram Eustathius. Quæro igitur quid sint hic matris Oedipodis Furiæ, quæ ita eum cruciant, & sexcentis torqueunt doloribus? Equidem scio generaliter Furias, uel Erinnyes, uel Eumenides appellari, quæ sceleratorum hominum pectora in ipsa uita discruciant: quas, *facta impia multantes mundice pœna*, appellat Catullus in Argon. de quibus etiam Orpheus in hymno illarum, κλῦτε θεαὶ πάντημοι, ἰοπλόκαμοι, εὐῤῥάφεναι, &c. Hîc autem animam demortuæ Epicastæ puto intelligi. Vidimus autem paulo antè, creditum fuisse ab antiquis mortuorum animas uiuis instare, eosque torquere, à quibus aliquid damni acceperint. Verisimile est autem, Oedipodem agnito suo scelere uarijs modis Iocastam matrem & coniugem suam torsisse, ut ait Eustathius: nam hæc est eius quæstionis solutio, qua quærit, cur matris Furiæ, non item patris dicantur Oedipum cruciare.

νέστωρ) Nestor in Iliade duodecim liberos Nelei commemorat, nunc autem Vlysses tres tantùm recensẽt ex Chloride, Nestorem, Chromium & Periclymenum. Id fieri Didymus uult κατ' ἐξοχήν: Chromiumq; ut natu maximum, Periclymenum ut fortissimum, Nestorem ut sapientissimum nominari.

ἐκ δὴ τοι Νηλεύς) Hæc ab Vlysse obscurè præ festinatione ad reliqua dicuntur, nos ex Eustathio locum illustrabimus. Primùm repetendum est, quòd anteà uidimus, Tyro filiam esse Salmonei, cuius frater fuit Cretheus: huic autem desponsata est illa (pro more ueterum coniugiorum, ut alias docuimus) Iam uerò ex Cretheo & Tyrone natus est Neleus: qui ex Chloride uxore, inter alios liberos, Peronem etiam filiam habuit forma præstantissimam. Mortuo itaque Salmoneo patre Tyro ex Phylace, (quod est oppidum Phthioticæ regionis Thessaliæ) ad Deioneum patris fratrem: uel ut alij dicunt, ex Iolco (quod est oppidum Magnesiæ regiunculæ Thessaliæ, ab Ortu annexæ) Phylacam ad auunculum uenit. Mortuo autem Deioneo, Iphiclus eius nepos (fuit enim Deioneo filius nomine Phylacus Iphicli pater) qui etiam Iphicles appellatur. Hic bona quædam ipsius Tyrus occupauit, inter quæ erant etiam boues quædam præstantissimæ, quas diligenter asseruari curabat. Eas cùm repeteret Neleus, negauit Iphiclus se redditurum. Itaque Neleus filiam suam Pero ei pollicitus est, qui boues illas Iphiclo abstulisset. Hoc omnes facere recusabant, quia fieri non posse uidebatur, propter accuratam earum custodiam. Vnus Bias Melampodem fratrem suum rogauit, ut hoc sui causa tentaret. Ille uerò, licet ex diuinandi scientia, qua maximè pollebat, intelligeret sa captum iri, si hoc aggrederetur: tamen fratris gratiâ ausus est aggredi. Ad boues ergo capiendas cùm accessisset, captus est, traditusque Iphiclo, & carcere inclusus custodiebatur. Dati sunt ei autem custodes duo, qui ei ministrarent, uir & mulier: & uir quidem humaniter eum tractabat, mulier uerò contrà. Procedente tempore, audijt uermium strepitum & stridorem quendam in superiore parte cœnaculi: ille uerò, ut talium uocum erat intelligentissimus, cognouit eos dicere se trabem integram iam consumpsisse & corrodisse. (Fuit autem Melampus ita diuinandi peritissimus, ut animalia ratione carentia intelligeret; repurgatus enim illi aures à draconibus crediderunt. Hoc igitur ille cum percepisset, dicitur morbum simulasse, & quasi ex imbecillitate concidens aduocat suos ministros, petitque ut foras educatur: sic arrepto cubili à parte pedum mulier, à parte capitis uir eum extrahunt. Interea cùm uir iam esset extra fores, restaret autem mulier intus, trabes illa fracta mulieri in caput concidit, & eam interficit. Vir qui superfuerat factum Phylaco, Pirylacus Iphiclo exponunt. Hic uerò à Melampode quærit quisnam esset, & cur huc aduenisset: ille uatem se dicere, & boum Iphicli causa uenisse. Ei igitur boues illas Iphiclus pollicetur, si rationem ei indicet, qua prolem susciperet ex uxore posset. Melampus immolato boue, partes auibus distribuit. Eò cùm omnes præter uulturem accessissent, rogat an possit fieri, ut Iphiclus liberos suscipiat: illæ cùm hoc exponere non possent, post eas aduenit uultur, & causas Iphicli ἀπαιδίας docet: quæ erant huiusmodi, quòd Phylacus aliquando Iphiclum præ ira persequens stricto gladio, eumque non ualens assequi, gladium ἀχλὺς (quod spinæ genus est) uel, ut alij uolunt, syluestri pyro affixisset, ita gladio

circumnatum esse corticem, & in hoc eum occultari: hincque præ timore Iphiclum imposterum gignendo aptum nõ extitisse. Arborem illam autem indicauit uultur, & ubi gladius latêret reconditus, cui demi corticem iussit, eiusque rubiginem in decem dies Iphiclo propinari. Quo facto Iphiclus prolem suscepit, Melampoque boues Tirũs restituit: quibus acceptis, Melampus Pylum reuersus eas Neleo in dotem Biantis fratris pro eius filia Pero tradidit: quã Neleus cùm recusaret, pugna tamen uictus eam dare coactus est. Vnde Melampus effugisse Nelei auunculi sui & Regis iram dicitur. Iam uerò his intellectis facilis erit Lectori locus hic Homericus. Porrò hoc idem factum Melampodis attinget Poeta infrà lib. 15.

ἢ ῥ' ὑπὸ Τυνδάρεῳ) Ex fabula intelligimus, Castorem & Pollucem à Leda ex Ioue conceptos fuisse: tamen à Poetis semper Tyndaridæ appellantur, ut aliàs monuimus. utrumque complexus est Homerus in hymnis, cum dicit:

Κάστορά τ' ἠΠολυδεύκε' ἀείσετο μοῦσα λίγεια	*Castorem & Pollucem cane Musa arguta*
Τυνδαρίδας, οἳ ζηνὸς ὀλυμπίου ἐξεγένοντο.	*Tyndaridas, qui ex Ioue Olympio geniti sunt.*
τοὺς ὑπὸ Ταϋγέτῳ κορυφῆς τέκε πότνια Λήδη,	*Quos sub Taygeti uertice peperit ueneranda Leda*
λάθρῃ ὑπεὶ δμηθεῖσα κελαινεφέϊ κρονίωνι, id est:	*Occultè subacta à Ioue nigras nubes facienti.*

Theocritus eos Iouis filios, non autem Tyndaridas appellat,

ὑμνέομεν Λήδας τε καὶ αἰγιόχοιο Διὸς υἱώ	*Canimus Ledæ & Aegiochi Iouis filios*
Κάστορα καὶ φοβερὸν πολυδεύκεα πυξὶ ἐριδμάζειν.	*Castorem & formidabilem Pollucem in pugnorum certamine.*

Hic autem Homerus eos Tyndari filios appellat, & Apollonius 1. Argon. eos peperisse Ledam ait in ædibus Tyndari.

——τὸν δ' ἦτοι δόμοις ἐνὶ τυνδαρέοιο Τηλυγέτης ὀδίνει μιῇ πίτνει, Pater enim præsumitur, quem nuptiæ demonstrant, ut non ita pridem dicebamus.

τὼ ἀμφω ζοιὼ) Præcedenti annotatione diximus, Tyndaridas istos Iouis filios appellari: sunt tamen qui distinguant. Nam Pollucem & Helenam ex Ioue, Castorem autem & Clytæmnestram ex Tyndaro esse dicunt: unde interfectum quidem Castorem, Pollucem uerò minimè. Quòd autem eos uiuentes alternis uicibus Poeta dicit, ita est intelligendum: Castorem dicitur Lynceus (alij dicunt Idam, alij Meleagrum, alij Polynicem) interfecisse: quod cum uideret Pollux, petijt à patre Ioue, ut is suam immortalitatẽ fratri communicare posset: quod ei Iupiter concesit, unde alternatim in cœlis & in inferis uterque uersari olim est existimatus. Vide Hyginum fab. 67. & 80. Apollodorum de Orig. Deor. lib. 3. Virg. lib. 6.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,	*Itq; redituq; uiam toties.*

ὥτοι τ' αὐτάδεον) De Gigantum origine non conuenit Homero cum reliquis Scriptoribus. Nam Hesiodus eos ex Terra & Cœli sanguine natos esse ait in Theog. & Orpheus lib. 8. sacri sermonis. Vide Natalem Mythol. lib. 6. cap. 21. ubi rem aurem accuratiùs examino, Aloidas à Gigantibus distingui uideo, ut falsus sit Natalis, qui hunc locum de Gigantibus intellexerit. Distingui autem constat ex Apollod. de Orig. Deorum lib. 1. ubi diuersis locis de utrisque scribit. Gigantes enim Opis & Cœli filios; Aloidas Iphimediæ & Neptuni esse ait. Quia autẽ locus ille Aloidarum huc maximè facit, non grauabor eum integrum describere. Sed Aloëus, inquit Aegio interprete, Iphimediam Triopis filiam, quæ Neptunum exarsit, uxorem habuit: ea continenter ad mare se conferens, & haustos manibus fluctus intra sinum ferebat: quæque à Neptuno compressa geminos peperit, Otum & Ephialtem, quos Aloidas appellarunt. Hi quotquot annis latitudine cubitum, longitudine uerò ulnam increscebant: qui ubi nonum expleuêre annum, latitudinem cubitum nouem, & ulnarum totidem magnitudinem adepti, Ioui bellum inferre non erubuerunt. Proinde Olympo Ossam imposuerunt, Pelioque super Ossam impositio, eum in modum cœlum conscensum ire minitari. Ingestis adhæc montibus de mari continentem, deque terra rursus maria se redditutos dictitabãt. Quinetiam Ephialtes Iunonẽ, Otus autem Dianam sibi coniugem deposcebant: Martem insuper in uincula cõiecêre, quem demum Mercurius furto eripuit. Diana interim Aloidas per dolum de curru peremit: nam in ceruam mutata per eorum medium exiliuit. Tum hi uelut in feram collimaturi, alter alterum telis coniectis occiderunt. Hæc ille. Homerus autem eos à Ioue interemptos esse dicit, nimirum fulmine, ut etiam Virg. 1. Georg. intellexit:

Et conuratos cœlum rescindere fratres,	*Scilicet atq; Ossæ frondosum imponere Olympum*
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,	*Ter pater extructos disiecit fulmine montes.*

Eosdem intelligit 6. Aeneid.

Hîc & Aloidas geminos, immania uidi	*Aggressi, superiq; Iouem detrudere regnis,*
Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum	

Φαίδρῃ) De Phædra Thesei uxore uide Ouid. 15. Metam. De Procride eundem 7. Metam. & Hyginũ fab. 189. de Ariadna Plutarch. in Theseo. De qua cùm latiùs quàm de reliquis duabus agat, nos ea adferemus, quæ huic loco magis congruere uidentur. Athenienses cùm Androgeum filium Minois & Pasiphaes palestritam præstantissimum dolosè interemissent, indignatus Minos dicitur eis acerrimum bellum intulisse, uictosque eos coegisse (alij dicunt eos ita ab oraculo admonitos) ad pendendum sibi quotannis per integrum nouennium septem adolescentum & totidem uirginum tributum, quod à Minotauro deuorari credebatur. Accidit autem ut Theseus sponte aliquando cum illis profectus sit: quò ubi peruenisset, res ita tulit, ut Ariadne Minois filia illius amore inflammaretur: eius proinde miserta rationem ei præscripsit, qua se Dædaleo labyrintho (in quo erat inclusus Minotaurus) posset expedire. Quod cùm successisset, Theseus Ariadnem adolescentesque & puellas Athenienses secũ abduxit: ubi autem ad insulam Dian (quæ Naxus etiam appellatur) Baccho sacram peruenisset, eamq; stuprasset, à Minerua est admonitus, ut illinc relicta Ariadne excederet: quod ipse postera die fecit. Bacchus uerò testatus Dianæ Ariadnem in eius fano cum Theseo coiuisse, fecit ut ab ea interficeretur. Quod Eustathius de repentina illius morte interpretatur. Et hæc sunt μυστηρία διονύσου apud Homerum. Illud obstat, quòd ea non potitum Theseum dicat: quod tamen intelligi potest de diuturniore coniugio. Quod si nudè & simpliciter accipi uelis, calumnias Bacchi in Ariadnem apud Dianam intelligemus. Recentiores tamen dicunt, eam à Libero fuisse deuirginatam, & à Diana ob uiolatam pudicitiam sagitta percussam.

μαῖραν) De Mæra uide Ouid. 7. Metam. & de Clymene 1. & 2. De Eriphyle autẽ, quia etiam hîc circumstantia quadam designatur, de ea aliquid plus quàm de reliquis agendum est. Itaque Eriphyle Talai filia fratris Adrasti fuit, quam Amphiaraus Oiclei in uxorem duxit. Accidit autem ut Adrastus & Amphiaraus aliquando inter se dissiderent, postmodùm uerò compositio negocio, conuenit inter eos, ut in posterum si quid controuersiæ incideret, de ea Eriphyle (quam ideò prudentem esse oportuit) iudicaret, ipsi in eius sententia acquiescerent. Cùm ergo Adrastus expeditionem ad Thebas pro Polynice instrui uellet, Amphiaraus autem repugnaret: res iudicio Eriphyles stetit, quæ aureo monili ab Adrasto fratre accepto, pro eo aduersus maritum pronunciauit. Cum amplius effugiendi locus Amphiarao non daretur, comitem se etiam huic bello addidit, increpata priùs uxore: nam se illic moriturũ intelligebat ex arte sua uaticinandi. Insuper uerò filio suo Alcmæoni, quem Alcmanem uocat Pindarus, in mandatis dedit, ut statim ac se perijsse audiret, matrem interficeret. Id demum ab Alcmæone factum est, ideoq; à Furijs cruciatus: tandẽ uerò liberatus, quòd patris proditionem uindicasset. Hæc ita commemorat Eustathius post Didymum, diuersè ab alijs & ab ipso Hygino fab. 73. ubi dicit, Amphiaraum se abscondisse, ne ad bellum ire cogeretur, corruptamque monili aureo ab Adrasto Eriphylem eum indicasse. Quod secutus est, ni fallor, Statius in Thebaide.

Ὣς ἐφατ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ·	*Sic ait, hi certè omnes quieti facti sunt silentio,*
Κηληθμῷ δ' ἔχοντο κατὰ μέγαρα σκιόεντα.	*Voluptate autem tenebantur per domum obscuram.*
Τοῖσιν δ' Ἀρήτη λευκώλενος ἤρχετο μύθων,	*His uerò Arete albis lacertis cœpit sermonibus,*
Φαίηκες, πῶς ὔμμιν ἀνὴρ ὅδε φαίνεται εἶναι	*Phæaces, quo pacto nobis uir ille apparet esse,*
Εἶδός τε μέγεθός τε, ἰδὲ φρεσὶν εὖδον ἐΐσας;	*Formaq; magnitudineq;, atq; mente intus æquabili?*
Ξεῖνος δ' αὖτ' ἐμός ἐστιν ἑκάστου δ' ἔμμορε τιμῆς.	*Hospes sanè meus est, unusquisq; a. particeps est honorũ,*
Τῷ μὴ ἐπειγόμενοι δοπέμπετε, μηδὲ τὰ δῶρα	*Ideo non festinantes dimittite, neq; dona*
Οὕτω χρηίζοντι κατειρύετε, πολλὰ γὰρ ὔμμιν	*Sic egenti decidite: multa enim nobis*

Bona

Bona in edibus deorum benignitate iacent.
Inter illos autem interfatus senex heros Echeneus,
Qui certè Phæacum uirorum maximus natu erat,
O amici, nõ scilicet nobis prater opinionẽ & à scopo
Loquitur regina prudens, sed obedite,
Alcinoo autem ex ipso sequetur opusq; dictumq;.
Hunc autem rursus Alcinous excepit dixitq;,
Hoc quidem sic erit uerbum, si modò ego
Viuus Phæacibus nauigandi peritis imperabo.
Hospes autem sustineat, tametsi reditus indignus est:
Permaneat igitur expectare in crastinum, donec totũ
Munus perficiam, deductio autem uiris cura erit
Omnibus, potiss. a mihi, huius.n. imperiũ est in populo.
Huic respondens alloquutus est prudens Vlysses,
Alcinoë rex omnium gloriosissime populorum,
Si me etiam in annum iusseritis hìc manere,
Deductionẽq; apparaueritis, et splẽdida dona dederitis.
Profectò illud mallem, & sanè utilius esset
Pleniori cum manu charam ad patriam peruenire,
Et magis honorandus & charior uiris essem
Omnibus, quotquot me in Ithacam uiderint reuersum.
Hunc rursus Alcinous alloquutus est dixitq;,
O Vlysses ideo neutiquam te comparamus aspicientes,
Impostoremq; esse & furem, perinde ut multos
Pascit terra nigra errones homines
Mendacia cõcinnantes, unde qs rẽ nõ intelligere potest.
Tibi inest forma uerborum mentesq; bonæ,
Historiam uerò ut musicus ex ordine recensuisti
Omnium Græcorum tuiq; ipsius dolores tristes.
Sed agè mihi hoc dic & uerè enarra,
Si quosdam eximiorum sociorum uidisti, qui teipsum
Ad Iliũ simul cõsequuti sunt, & illic fatũ nacti sunt.
Nox hæc ualdè longa, immensa, neq; tempus est
Dormire in ædibus, tu autem mihi dic mira opera.
Sed ad auroram diuinam sustinerem, quando mihi tu
Velles domi tua tuos dolores dicere.
Hunc aũt excipiens alloquutus est prudens Vlysses,
Alcinoë rex omnium gloriosissime populorum,
Tempus quidẽ multa loquendi, tempus & dormiendi:
Si adhuc audire utiq; capis, non sanè ego
Hæc tibi abnegare, & miserabiliora alia dicere
Dolores meorum sociorum, qui iam postea perierunt,
Qui Troianorum quidẽ effugerunt luctuosum bellũ,
In reditu perierunt consilio malæ fœminæ.
Cæterũ postquã animas quidem dispersit huc atq; illuc
Casta Proserpina mulierum fœminarum,
Superuenit anima Agamemnonis Atridæ,
Tristis circùm alia congregabantur quacunq; cum eo
Domo in Ægisthi perierunt & fatum contraxerunt.
Agnouit statim me ille postquã bibit sanguinẽ nigrũ,
Fleuit. a. ille uehemẽter floridas lacrymas distillans,
Extendens ad me manus porrigere cupidus:
Sed non amplius ei aderat uis firma, neq; illa potentia,
Qualis utiq; antea erat in mobilibus membris.
Illũ quidem ego fleui ut uidi, misertusq; sum in animo
Et ipsum compellans uerba alata dixi,
Atride rex uirorum Agamemnon,
Quódnam te fatum domuit asperæ mortis?

Κτήματ' ἐνὶ μεγάροισι θεῶν ἰότητι κέονται.
Τοῖσι γὰρ καὶ μετέπειτα γέρων ἥρως Ἐχένηος,
Ὃς δὴ φαίηκων ἀνδρῶν πρωτόγονος ἦεν,
Ὦ φίλοι, ἠμὰν ὕμμιν ἄπο σκοπὸν ἐσθλὸν ἄπο θ' ὁδοῖο
Μυθεῖται βασίλεια πρὸ φρένας, ἀλλὰ πίθεσθε·
* Ἀλκινόῳ δ' ἐκ τοῦδ' ἔσσεται ἔργον τε ἔπος τε. χ. ἀλκίνοε.
Τὸν δ' αὖτ' Ἀλκίνοος ἀπαμείβετο, φώνησέν τε,
Τῦτο μὲν ἤτω δὴ ἔσσεται ἔπος, αἴκε ἔγωγε
Ζωὸς Φαίηξεσσι φιληρέτμοισιν ἀνάσσω.
Ξεῖνος δ' ὑπτιόων, μάλα περ νόστοιο χατίζων,
Εἴμπης οἱ μὲν ἔπειτα * ἐς αὔριον, εἰσόκε πᾶσιν χ. ἰσοδρίοιν
Δωτίνην πλήσω, πομπὴ δ' ἀνδρεσσι μελήσει
Πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί. τοῦ γὰρ κράτος ἐστὶν ἐν' οἴκῳ.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς.
Ἀλκίνοε, κρεῖον πάντων ἀριδείκετε λαῶν,
Εἴ με καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἀνώγοις' αὐτόθι μίμνειν,
Πομπήν τ' ὀτρύνοις, καὶ ἀγλαὰ δῶρα δίδοις,
Καί κε τὸ βουλοίμην, καί κεν πολὺ κέρδιον εἴη
Πλειοτέρῃ σὺν χειρὶ φίλην ἐς πατρίδ' ἱκέσθαι
Καί κ' αἰδοιότερος καὶ φίλτερος ἀνδράσιν εἴην
Πᾶσιν ὅσοι μ' Ἰθάκην δὲ ἰδοίατο νοστήσαντα.
Τὸν δ' αὖτ' Ἀλκίνοος ἀπαμείβετο, φώνησέν τε,
Ὦ Ὀδυσεῦ, τὸ μὲν οὔτί σ' εἰσκομεν εἰσορόωντες
Ἠπεροπῆά τ' ἐμεν καὶ δολίκλοπον, οἷά τε πολλοὺς
Βόσκει γαῖα μέλαινα πολυσπερέας ἀνθρώπους,
Ψεύδεά τ' ἐκτυόντας ὅθεν κέ τις οὐδὲ ἴδοιτο.
Σοὶ δ' * ἔνι μὲν μορφὴ ἐπέων, σὺν δ' ἦθος ἐειδές· χ. ἔπι
Μῦθον δ' ὡς ὅτε τ' ἀοιδὸς ἐπισταμένως κατέλεξας,
Πάντων τ' Ἀργείων σέο τ' αὐτοῦ κῆδεα λυγρά.
Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Εἴ τινας αὐτοθ' ἑτάρων ἴδες, οἵ τοι ἅμ' αὐτῷ
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕποντο, καὶ αὐτοῦ πότμον ἐπέσπον.
Νὺξ δ' ἥδε μάλα μακρὴ, ἀθέσφατος· ἐδὲ τῶ ὥρη
Εὕδειν ἐν μεγάρῳ· σὺ δέ μοι λέγε θέσκελα ἔργα,
Καί κεν ἐς ἠῶ δῖαν ἀνασχοίμην, ὅτι μοι σὺ
Τλαίης ἐν μεγάρῳ τὰ σὰ κήδεα μυθήσασθαι.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς.
Ἀλκίνοε κρεῖον, πάντων ἀριδείκετε λαῶν,
Ὥρη μὲν πολέων μύθων, ὥρη καὶ ὕπνου.
Εἰ δ' ἔτ' ἀκουέμεναί γε λιλαίεαι, οὐκ ἂν ἔγωγε
Τάδε σοὶ φθονέοιμι καὶ οἰκτρότερ' ἄλλ' ἀγορεῦσαι
Κήδε' ἐμῶν ἑτάρων, οἳ δὴ μετόπισθε θανόντες.
Οἳ Τρώων μὲν ὑπεξέφυγον ἐνόησαν ἀϋτὴν,
Ἐν νόσῳ δ' ὀλέοντο κακῆς ἰότητι γυναικός.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ψυχὰς μὲν ἀπεσκέδασ' ἄλλυδις ἄλλῃ
Ἀγνὴ Περσεφόνεια γυναικῶν θηλυτεράων,
Ἦλθε δ' ἔπι ψυχὴ Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο
Ἀχνυμένη· περὶ δ' ἄλλαι ἀγηγέραθ' ὅσαι ἅμ' αὐτῷ
Οἴκῳ ἐν Αἰγίσθοιο θανόν καὶ πότμον ἐπέσπον.
Ἔγνω δ' αἶψ' ἐμὲ κεῖνος ἐπεὶ πίεν αἷμα κελαινόν.
Κλαῖε δ' ὄγε λιγέως, θαλερὸν κατὰ δάκρυον εἶβεν,
Πιτνὰς εἰς ἐμὲ χεῖρας. ὀρέξασθαι μενεαίνων.
Ἀλλ' οὐ γάρ οἱ ἔτ' ἦεν ὃ καὶ πάρος ἔσκε τοῖσι μέλεσσι.
Τὸν μὲν ἐγὼ δάκρυσά τ' ἰδὼν, ἐλέησά τε θυμῷ,
Καί μιν φωνήσας ἔπος ἠερόεντα προσηύδων,
Ἀτρεΐδη κύδιστε ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγάμεμνον,
Τίς νύ σε κὴρ ἐδάμασσε ταναηλεγὴς θανάτοιο;

Ἦ ἐ σέ γ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσεν,
Ὄρσας ἀργαλέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀϋτμήν;
Ἦ ἐ σ' ἀνάρσιοι ἄνδρες ἐδηλήσαντ' ἐπὶ χέρσῳ,
Βοῦς ἕλικας μενόμενον, ἠδ' οἰῶν τώεα καλά;
Ἦ ἐ περὶ πόλιος μαχεόμενον, ἠδὲ γυναικῶν;
Ὣς ἐφάμην. ὁ δέ μ' αὐτίκ' ἀμειβόμενος προσέειπε,
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Οὔτ' ἐμέ γ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσεν,
Ὄρσας ἀργαλέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀϋτμήν,
Οὔτέ τ' ἀνάρσιοι ἄνδρες ἐδηλήσαντ' ἐπὶ χέρσῳ·
Ἀλλά μοι Αἴγισθος τε πύξας θάνατόν τε μόρον τε,
Ἕκτα σὺν ἀλομένῃ ἀλόχῳ, οἱ κόνδε κάλεσσας,
Δειπνίσας, ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.
Ὣς θάνον οἰκτίστῳ θανάτῳ. περὶ δ' ἄλλοι ἑταῖροι
Νωλεμέως κτείνοντο, σύες ὡς ἀργιόδοντες,
Οἵ ῥά τ' ἐν ἀφνειοῦ ἀνδρὸς μέγα δυναμένοιο
Ἢ γάμῳ, ἢ ἐράνῳ, ἢ εἰλαπίνῃ τεθαλυίῃ.
Ἦ δὴ μὲν πολέων ἀνδρῶν φόνῳ αἰτιόωντας
Μυρίαξ κτεινομένων κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην·
Ἀλλά κε κεῖνα μάλιστα ἰδὼν ὀλοφύρατο θυμῷ,
Ὡς ἀμφὶ κρητῆρα τραπέζας τε πληθούσας
Κείμεθ' ἐνὶ μεγάρῳ· δάπεδον δ' ἅπαν αἵματι θῦεν.
Οἰκτροτάτῳ δ' ἤκουσα ὀπὶ Πριάμοιο θυγατρὸς
Καασσάνδρης, τὴν κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις
Ἀμφ' ἐμοί· αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ γαίῃ χεῖρας ἀείρων,
Βάλλον ἀποθνήσκων περὶ φασγάνῳ. ἣδε κυνῶπις
Νοσφίσατ', οὐδέ μοι ἔτλη ἰόντι περ εἰς Ἄϊδος
Χερσὶ κατ' ὀφθαλμὼς ἐλέειν, σύό τε φῶτ' ἐρεῖσαι.
Ὣς οὐκ ἀνότερον κακὸν ἄλλο γυναικὸς
Ἢ τις δὴ τοιαῦτα μὴ φρεσὶν ἔργα βάληται,
Οἷον δὴ καὶ κείνη ἐμήσατο ἔργον ἀεικές,
Κουριδίῳ πύξασα πόσῃ φόνον. ἦ τοι ἔφην γε
Ἀσπάσιον παίδεσσιν ἰδὲ δμῳῇσιν ἐμοῖσιν
Οἴκαδ' ἐλεύσεσθαι· ἡ δ' ἔξοχα λύγρ' ἐἰδυῖα,
Ἧ τε κατ' αἶσχος ἔχυτε καὶ ἐσομένῃσιν ὀπίσσω
Θηλυτέρῃσι γυναιξί, καὶ ἥ κ' εὐεργὸς ἔῃσιν.
Ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέφην,
Ὦ πόποι, ἦ μάλα δὴ γόνον Ἀτρέος εὐρύοπα Ζεὺς
Ἐκπάγλως ἤχθηρε γυναικείας διὰ βουλάς.
Ἐξ ἀρχῆς, Ἑλένης μὲν ἀπωλόμεθ' εἵνεκα πολλοί·
Σοὶ δὲ Κλυταιμνήστρη δόλον ἤρτυε τηλόθ' ἐόντι.
Ὣς ἐφάμην. ὁ δέ μ' αὐτίκ' ἀμειβόμενος προσέφατο,
Τῷ νυῦ μή ποτε καὶ σὺ γυναικί περ ἤπιος εἶναι,
Μηδ' οἱ μῦθον ἅπαντα πιφαυσκέμεν ὅν κ' εὖ εἰδῇς,
ϰ. δέ τι Ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τό * ἧ καὶ κεκρυμμένον εἶναι.
Ἀλλ' ἦ τοί γ' Ὀδυσῆι φόνος ἔσεται ἔκ τε γυναικός.
Λίην γὰρ πινυτή τε καὶ εὖ φρεσὶ μήδεα οἶδε
Κούρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια.
Ἦ μὲν γὰρ νύμφην γε νέην κατελείπομεν ἡμεῖς,
Ἐρχόμενοι πόλεμόνδε· παῖς δέ οἱ ἧπι μαζῷ
Νήπιος, ὃς δὴ νῦν γε μετ' ἀνδρῶν ἵζει ἀριθμῷ,
Ὄλβιος· ἦ γὰρ τόν γε πατὴρ φίλος ὄψεται ἐλθών,
ϰ. Καὶκεῖνος * Καὶ κεῖνος πατέρα προσπτύξεται ἣ θέμις ἐστίν·
Ἦ δ' ἐμὴ ἀδμὴς περ ὑπὸ σφετέρῃσι γαλήνῃσι δάκοιμι
Ὀφθαλμοῖσιν ἔασε· πάρος δέ με πέφνε καὶ αὐτόν.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι,
Κρύβδην μηδ' ὑπαφανδὰ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν
Νῆα κατισχέμεναι· ἐπεὶ οὐκ ἔτι πιστὰ γυναιξίν.

An te in nauibus Neptunus domuit,
Ciens sæuorum uentorum immensos flatus?
An te iniqui uiri laserunt in terra
Boues occidentem atq; ouium pulchros greges?
An pro urbe pugnantem atq; fœminis?
Sic loquutus, ille.a.me statim excipiēs alloquutus est,
Inclyte Laërtiade, multiscie Vlysses,
Neq; me intra naues Neptunus edomuit
Excitato infestorum uentorum magno flatu,
Neq; me hostiles uiri laserunt in continente:
Sed mihi Aegisthus structa morteq; fatoq;
Occîdit cum pernicioſa uxore, domum uocatum,
Cōuiuio exceptū: quēadmodū qs occîdit bouē ad pſepe.
Sic periū miserabiliſſima morte, circùm alij socij
Sæuè cruciabantur quemadmodū sues albis dentibus,
Qui quidem in locupletis uiri multùm potentis,
Aut nuptijs aut collatitio conuiuio aut dapibus festis.
Sanè quidem multorum uirorum cædibus interfuisti,
Separatim interfectorum, & in forti pugna:
Sed profectò illa potiſs. cōspicatus ingemuisses animo:
Vt circa crateres mensasq; plenas
Iacebamus in edib. pauimētū.a.totū sanguine maduit
Mœstiſsimam audiui uocem Priami filiæ
Cassandræ, quam occîdit Clytæmneſtra doloſa
Prope me: caterùm ego à terra manus sublatas
Iactabā moribundus in gladiū, illa.a.impudentiſsima
Seceſsit, neq; mihi uoluit eunti ad Plutonis
Manibus oculos concludere, atq; os componere.
Vt non grauius & improbius aliud muliere,
Quæcūq; quidē huiusmodi mente facinora induxerit.
Quale certè & illa patrauit facinus indigniſsimum,
Primario structa marito cæde utiq; putabam
Gratum liberis atq; mancipijs atq; ancillis meis
Domum uenturum, illa.v.res perniciosiſsimas edocta,
Quæq; turpitudinē aſperſit etiam nēturis in posterum
Mollibus fœminis, etiam illi quæ benefica erit.
Sic dixit, caterū ego ipsam excipiens allocutus sum,
Eheu quàm sanè genus Atrei altitonans Iupiter
Vehementer odit fœminea propter consilia.
Ab initio Helenæ quidem gratia perierunt plures,
Tibi uerò Clytæmneſtra dolum ſtruxit procul abſenti.
Sic dicebā, ille aūt me protinus excipiēs alloquutus,
Ideoq; nunc nunquam etiam tu uxori benignior ſis,
Neq; illi ſermones omnes reuela quos benè noueris:
Sed alia quidem dic, partim celatum ſit.
Sed non tibi Vlyſſes exitium erit ex uxore.
Valdè enim prudens & benè in mente consilia ſcit
Filia Icarij prudens Penelope.
Profectò ipſam nuptam nouam reliquimus nos,
Abeuntes in bellum: filius autem illi erat ad māmillam
Infans, qui alicubi nunc in utrorum ſedet numero
Beatus, certè enim eū pater charus uiderit ubi uenerit,
Et ille patrem alloquetur, ita ut fas eſt.
Illa autem mea haud filio me ſaturari uxor
Oculis permiſit: prius enim me occîdit & ipſum.
Aliud autem tibi dicam, tu autem in mente reconde
Clàm, non autem palàm naue in patriam terram
Nauem dirige, quoniā nondum fidendum eſt fœminis.

Sed

Sed agè mihi dic, & uerè narrà,
An fortaſsis adhuc iuuentem audiuiſtis filium meũ,
Siue in Orthomeno aut in Pylo arenoſa,
An alicubi apud Menelaum in Sparta lata?
Nondum enim mortuus eſt in terra diuus Oreſtes.
Sic ait, caterùm ego ipſum excipiẽs alloquutus ſum,
Atride, quid me hæc interrogas? neq; enim ſcio
Viuátne ille an mortuus ſit: malũ aũt incerta loqui.
Nos quidem ſic uerbis alternantes triſtibus
Stabamus triſtati tenellas lacrymas profundentes.
Superuenit autem anima Pelidis Achillis,
Et Patrocli, & eximij Antilochi,
Aiacisq́, qui optimus erat formaq́ corporeq́
Aliorum Græcorum poſt irreprehenſibilem Achillẽ.

Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Εἴπερ ἔτι ζώοντ' ἀκούετε παῖδος ἐμοῖο,
Ἦ ὅγ' ἐν Ὀρχομενῷ, ἢ ἐν Πύλῳ ἠμαθόεντι,
Ἦ ὅγε παρὰ Μενελάῳ ἐνὶ Σπάρτῃ εὐρείῃ.
Οὐ γάρ πω τέθνηκεν ἐπὶ χθονὶ δίῳ Ὀρέστης.
Ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον,
Ἀτρεΐδη, τί μὲ ταῦτα διείρεαι; ἐδέλ οἶδα
Ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκε. κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν.
Νῶϊ μὲν ὣς ἐπέεσσιν ἀμειβόμενω συγεροῖσιν
Εἵσαμεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες.
Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
Καὶ Πατροκλῆος, καὶ ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο,
Αἴαντός θ', ὃς ἄριστος ἔην εἶδός τε δέμας τε
Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

COMMENTARIVS.

φαίνεαι πῶς ὔμμι) Non ſine cauſa Diogenes olim adoleſcentem loqui iubebat, ut eum uideret: quaſi ex ſermonibus homines iudicentur, quales ſint in imis animorum penetralibus, in quibus latet tota hominis conſtitutio. Hinc eſt quòd poſt longam præcedentem Vlyſsis orationem, demum Arete eum admiratur primùm quidem ab adiunctis corporis forma & proceritate: deinde uerò ab adiunctis ipſius animi, quæ ex ipſo ſermone innotuerunt. Ait ergo eum mente æquabili præditum: quaſi dicat, modeſta & prudente, in qua nihil redundet, nihil deſideretur. Poteſt etiam ea laus ad laborum tolerantiam pertinere, in qua mens etiam æquabilis deſideratur: hoc eſt, ſui ſimilis, quæ in periculis minimè deprimitur, ſed uno eodemque tenore in illis ſubeundis perſeueranter ſibi conſtat. Et hoc eſt quòd hominem πεπαγωνον appellat Ariſtoteles. Didymus autem εἶτας interpretatur, πῶς αὐαλογήσας τῷ σώματι καὶ ὀρθὸς καὶ δικαίως. Hæc ergo prima eſt pars orationis Aretæ, qua hoſpitem ſuum admiratur & commendat. Altera eſt, qua eum reliquis proceribus commendat, eos ad beneficentiam erga tantum hoſpitem exhibendam incitans, tum quòd talia hoſpiti præſtari deceat (ξεῖνον δ' αὖ τ' ἐμὸν ἐόντα) tum quòd ſingulis ſatis bonorum ſufficiat (ἔπος δ' ἔμμορε πρὸς) quæ liberalitatis ſeges eſt aptiſsima. Virtus enim illa in pauperes non cadit.

θεῶν ἰότητι) Videor mihi hoc ipſum aliàs obſeruaſſe, agnoſcere Homerum diuitias hominibus non aliunde quàm à Numine proficiſci: quod hoc loco Arete manifestè docet. Vnde διοτρεφεῖς ἀνάκτες, largitores munerum apud eundem hunc Poetam appellantur. Et huc pertinet quod ſuprà lib. 6. uidimus,

ζεὺς δ' αὐτὸς τίμια ὄλβια δίδωσιν ἀνθρώποισιν, *Ipſemet Iupiter largitur diuitias hominibus*
ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, οἵτῳ ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ. id eſt: *Tum bonis tum malis, quibuſcunq; uoluerit.*

Item Theognis: Καὶ γὰρ ζεὺς πλοῦτον μὲν ἔχειν ἀγαθοῖσιν ἔδωκεν. *Nam Iupiter diuitias poſsidendas bonis dedit.*

ὦ φίλοι) Hæc oratiuncula duo egregia continet, primùm Aretes ſententiæ approbationem, ubi docet hic Echeneus, ne uiris quidem grauiſsimis aſpernandam eſſe mulierum opinionem, quæ alioqui in rebus magis ſerijs ferè contemni ſolent: idemque eſſe de illis iudicium, ac illud quod de iuuenibus feciſſe Menandrum, ni fallor, aliàs monebamus, ut uidelicet non tam perſona quàm perſonæ uerba inſpiciantur. Deinde Echeneus reuerentiam ſuam erga Regem indicat, cùm, licet Aretes cõſilio acquieſcat: tamen omnia ad arbitrium ipſius Alcinoi Phæacum regis referat. Videtur tamen prima illa pars orationis conſilij ſpeciem ipſi Alcinoo propoſiti in hoc negotio habere, quod à ſeniore dictum aliquid authoritatis apud eum obtineret: nihilominus modeſtè factum eſt, ubi res tota Alcinoi poteſtati ſubijcitur.

τῶτο μὲν ὥτω) In ipſo limine authoritatem & momentum non leue ſuæ orationi Alcinous adhibet. quaſi dicat: Quia ergo mihi hæc Regia dignitas in Phæacas conceſſa eſt, quandiu illa penes me erit, non committam ut mea iuſſa ſint irrita: proinde quod egò nunc apud me decreui ſuper hoc hoſpite, firmum & ſtabile eſſe uolo. Quin & uoce quadam imperatoria iubet hoſpitem in craſtinum uſque diem remanere, ut conſilio prudentiſsimo Aretes obſequatur: hoc eſt, maiora hoſpiti ſuo munera accumulet, addita interea deductionis ſpe, quæ Vlyſſem foueat in hac mora, quam fortè ei ſubmoleſtam fore ſuſpicatur. Tum in ipſo fine adhuc Regiæ ſuæ poteſtatis meminit, ut magis ac magis Vlyſſem confirmet, qui intelligat hæc ab eo ſibi promitti, qui facilè illa præſtare poſsit.

ἄ μοι κῆ ἐς σὺσωτὸν) Hoc reſponſum Vlyſsis aut fictum eſt, aut feſtiuum. Fictum eſſe putauit Euſtathius, cùm eum ὑπόλαος καὶ κεδαλίμως callidè & aſtutè loqui dicit: feſtiuum uerò Didymus, cùm ait, χαρίεντως, uenustè, urbanè & ſalsè hæc dici. Voluit ſanè Vlyſſes Alcinoo aſſentari, & hac ſua facilitate gratiam apud eum demereri. quaſi dicat: Ecquid ego tam humano hoſpiti recuſem? Quin ne unicum quidem diem, ut tu poſtulas Alcinoe, apud te hîc remanſero, ſed etiam integrum annum. Tanti enim mea negotia non facio, ut ea, aliquid gratum tibi faciendi cauſa, lubenter non deſeram, immò quod mihi longè omnium eſt chariſsimum. Et hoc quidem uafrè, ut deductionem faciliùs hoc ſui animi teſtimonio à Phæacibus impetraret: nam ſi refractariè & moroſè nimium in hoc eis concedendo ſe geſsiſſet, animos eorum à ſe potius alienaſſet. Quòd autem ſe munerum hoſpitalium gratia remanſurum dicit, id uidetur χαριέντως: niſi etiam hanc φιλοξενίαν Vlyſsi reuerâ tribuamus, qua ipſe ad maiorem ſui opinionem concitandam delectetur. Notum eſt enim illud Heſiodi, πλοῦτον δ' ὄρσαι κὺδος ὑπαδῆσαι. Quo uitio laborant uulgò homines, ut ei quam maximè deferant, qui diuitijs affluat eiusque amicitiam captet. Quæ duo notat Vlyſſes, cùm dicit, καί κ' αἰδοίοτερος καὶ φίλτερος ἀνδράσιν εἴην. Cum quo conſentiunt illa Sophoclis in Aleadis, ut eſt apud Stobæum:

τὰ χρήματ' ἀνδρώποισιν εὐέλπιδα φίλους, *Pecunia (diuitiæ) hominibus comparant amicos,*
αὖθις δὲ πρὰξ, ἅπασι τῆς ὑπερτάτης *Deinde honores, tandem uerò ſupremæ*
τυραννίδος ἥκουσιν ἀγχίσταν ἑδραν, &c. id eſt: *Tyrannidis ad ſedem proximè perueniunt.*

Ideò mauult Vlyſſes in aliquod tempus reditum ſuum differre, modò in hac mora compendium ſuum faciat, unde & honorem & amicos apud ſuos Ithacenſes ſibi poſsit comparare. Sed fortaſſe neque erit abſurdum, ſi hæc iocosè ab Vlyſſe dicta iudicemus, ne hoſpitum munificentiam aſpernari uideretur: cùm alioqui reuerâ omnia eſſet reditui ſuo poſtpoſiturus, qui & ipſam immortalitatem ob patriam repudiauit.

ὦ ἀδυσσεῦ) Præmittit Alcinous Vlyſsis laudem & quendam ὐφημισμόν, eumque à ueritate narrationis commendat, bene de eo nimirum ominatus, duabus de cauſis. Primùm, quòd concinna & eleganti utatur oratione, uel potius quòd ea ita ſit compoſita & conſtructa, qualis à mendaci homine non poſsit proficiſci, qui in mendacijs ſuis commemorandis temerè huc illuc diuagari ſolet, ut facilè dignoſcas eum à ueritate aberrare: deinde, quòd eximium animi candorem in eo animaduertat, à quo non poſsint niſi uera profluere. Quod ſe ita credere teſtatum protinus facit Alcinous, cùm Vlyſſem ad alia quædam commemoranda hortatur & incitat. Vix eſt enim, ut de quorum fide dubites, patienter ab illis narrari quippiam tibi feras.

μῦθον δ' ὡς ὅτ' ἀοιδὸς) Nota, Muſicis dicendi ſcientiam hîc ab Alcinoo tribui, ut etiã admonet Euſtathius. Solebant enim in pulſanda lyra aut cithara geſta Deorum & heroum recenſere, itaq́; uocem inſtrumentis maritabant, ut aliàs uidimus.

ὄφρα μὲν πολίων) Noluerat Vlyſſes ulterius in ſua narratione pergere, idq́; modeſtè, ueritus ne Phæaces audiendo defatigarentur, uẽ ſolet non ita rarò loquacitas & uerboſitas hominum moleſtiam & tædium párere. Cùm tamen uideat hoc ab Alcinoo expeti, uẽ alia etiam referat, quæ de ſocijs ſuis in illa ψυχομαντείᾳ perceperit, ne hoc quidem recuſaturũ ſe dicit. Quod eò lubẽtiùs facit, quòd anteà teſtatus ſit Alcinous, ſe noctem etiam inſomnem Vlyſſem audiendo tranſacturum. Hæc autem ὄφρα μὲν πολίων, &c. Euſtathius duobus modis interpretatur: uel ut dicat Vlyſſes, ἡ παρῆσα νύξ ἱκανὴ, ἢ ὡς τὰ πολλὰ ὑπνῶν καὶ ὡς τὸ ἱκανῶς ὑπνῶσαι: id eſt, Hæc nox tum

multis dicendis ſufficit, tum competenti ſomno, ſatis eſt ad utrumque temporis. uel ut ſit etiam γνωμικὸν, eſſe tempus loquendi, nia mirum interdiu, & tempus dormiendi, nimirum noctu. Quaſi ſuadeat quidem noxiſta ſomnū, ſe tamen Alcinoo obtemperaturū.

κακὴς ἰότητι γυναικός) Hoc tribus modis poteſt intelligi authore Didymo. Vel enim per mulierem Helenam intelligit, quam ἀρχικακὸν appellant Poetæ, ut cuius gratia Troianam expeditionem ſuſcipientes Græci tot mala perpeſſi ſint: ita ſolent uulgò omnia ad primam & remotam cauſam referri. Vel Clytæmneſtram, ut hoc ſolùm de Agamemnone interpretemur, cui, ut poſtea ſequitur, illa inſidias cum Aegiſtho perfidè ſtruxit, tandemq; necì dedit. Vel Caſſandram, quæ ab Aiace Locro uiolata eſt in Minerue templo, unde Dea illa Græcis infenſa facta eſt, & infinita illis pericula in reditu concitauit. Quod poſtremum Euſtathio minimè probatur: quia, inquit, nihil mali attulit Græcis ex conſilio, Caſſandra, ſed eius ſola cauſa cenſendus eſt Locrus: niſi κακῆς ἰότητι γυναικὸς intelligatur, ut ueteres uolueruſt, pro τῆς κακοηθείας κακοποιοῦ. Nam peſſima aduerſus illam uoluntas & malum conſilium Locri multos Græcos in reditu perdidit. Ideò illo animoſiùs κακὴ appellabitur, ἀφ' οὗ ἐτέθη αὐτῆς κακὸν ἀποτέλεσμα. Forſan etiam κακὴ ab Vlyſſe dicitur, propter eius in illam odium, quòd ita de Troia & equo Durio eſſet uaticinata.

ἀχνυμένη) Quemadmodum formam & imaginem corpoream animabus defunctorum, ſic etiam eoſdem affectus tribuūt, ut hîc animæ Agamemnonis triſtitiam: quaſi in ea remaneat dolor ob indignam & miſeram mortem, qua perfidè mulctatus eſt, cùm in uiuis eſſet Agamemnon. Quin etiam illa hunc dolorem lacrymis paulò pòſt teſtatur. Quod ego ubi attentiùs conſidero, uidentur mihi illi ueteres hominum affectus in anima collocaſſe, ut cùm dolemus, doleant animæ: cùm lętamur, lætentur animæ. Quia uerò animas immortales crediderunt (de ſanioribus loquor, ut de Homero) oportuit etiam eadem πάθη poſt illarum à corporibus diſſolutionem in illis expreſſa adhuc retineri, ne eas ἀπαθεῖς πάντως penitus homines imaginarentur, unde patebat aditus ad earum eſſentiam immortalem pernegandam: adeò craſsè craſsis hominibus res fuerunt proponendæ, quod etiam in ipſis Dijs præſtiterunt: quos ut eſſe uulgo perſuaderent, tales eos commenti ſunt, qui ſenſibus humanis ſubijcerentur.

ἀλλ' ἀγὲ δή οἱ ἔπειτα λίω) Hoc eſt quod aliàs dicebamus, retinere creditas animas defunctorum corpoream quidem formam: ſed actiones omnes corporum illis denegari, & præcipuè eam quæ in tactu uerſatur tam actiuo quàm paſsiuo. De actiuo hîc habemus exemplum: de paſsiuo uidimus anteà in Vlyſsis matre.

πῶς νύσε κῆρ ἰδάμαστος) Quærit Vlyſſes ab Agamemnone, quónam mortis genere perierit: cuius tria illi proponit, qualia ille ex proprijs forſan periculis, ut diuinat Euſtathius, coniectabat: naufragium, irruptionem hoſtium in media ſacrificia, & urbis expugnationem: quæ omnia Vlyſſes in ſuis peregrinationibus eſt expertus: hoc eſt, per illa mortis periculum ſubijt.

οὔτ' ἐμέ γ' εὖ νηῒ) Reſpondet Vlyſſi Agamemnon, negans ſe ullo mortis genere ex ijs quæ Vlyſſes proponebat, interijſſe: ea tamen quæ nos tria eſſe dicebamus, nunc ille ad duo reuocat. Ait enim ſe neque naufragio perijſſe, neque ab hoſtibus in continente interemptum: id quidem ille conciſius, ita nouit etiam Homerus diſperſa & laxa diuiſionis membra colligere & coarctare. Tum reuerà explicat quod genus mortis ſubierit, de quo etiam Proteus ſuprà lib. 4. & Neſtor lib. 3. Hîc autem Agamemnō omnia παθητικώτερον exponit. Vbi decorum bene obſeruauit Poëta. Sua enim meliùs omnes commemorare poſſunt, & ob oculos caſus proprios ponere, quàm alienos. Primùm ergo illud commiſerationem mouet, quòd hac cæde nihil crudelius uideri potuiſſe ab ipſo Vlyſſe, aut ui ſum unquam eſſe, licet plurimis cædibus & ſtragibus olim interfuerit. Nam in ipſis epulis perfidè interfici, & ipſos mortuos circum menſas & pocula extentos iacere, madente ſanguine ipſo pauimento, hoc demum eſt maximoperè miſerandum, & longè triſtiùs, quam in media exercitus acie, ubi locus internecioni propriè deſignatus eſt: in conuiuijs uerò, ubi lætitiæ & genio indulgendum eſt, fugato omni mœrore, præcipuè in medio eorum quos tibi amiciſsimos exiſtimaueris, ut ipſi Agamemnoni exiſtimare contigit, tam luctuoſa & deploranda uideri, id commiſeratione ingenti quoque dignum eſt. Hoc ergo generaliter primùm de ſe & ſocijs referens, mox ubi fatum etiam ipſius Caſſandræ recenſuit, redit ad propriæ necis narrationem, in qua crudelitatem Clytæmneſtræ exaggerat, cum illius grauiſsimo uituperio.

βὴν ἐπὶ φάτνῃ) Hanc eandem comparationem uſurpauerat anteà lib. 4. Proteus, & de ea nos ibi ſatis: nunc id monendum eſt, non uideri eam ad ludibrium aut iocoſè ab Agamemnone accipi, quod tamē ibi in oratione ipſius Protei fieri arbitrabamur: neque impedit, ut una eademq; uerba diuerſimodè à multis accipiantur. Vult ergo Agamemnon ſic rem meliùs Vlyſsi ob oculos ponere: ſolent enim huiuſmodi ſimilitudinibus res non leuiter illuſtrari, & magis ad uiuum exprimi. Sic etiam mortes ſociorum ſuibus mactatis paulò pòſt comparat: ex huiuſmodi enim rebus, quæ uulgò notæ ſunt, ea quæ nobis ignota aut non uiſa ſunt, melius longè intelliguntur. Itaque non immeritò comparationes docendo aptiſsimæ exiſtimantur.

χερσὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἐλέσθαι) Miratus ſum, quòd Gyraldus in libro qui eſt de Vario ſepeliendi ritu, hanc claudendi os & oculos morientis conſuetudinem Romanis tribuat, neque altiùs illius originem inueſtigarit. At hinc conſtat eam eſſe uetuſtiſsimam, ut cuius etiam Homerus meminerit. Eius autem ritus rationem hanc eſſe puto, quòd cadaueris decora forma captaretur: ne, ut ſatis per ſe horrendum eſt, oculi aperti & os non ſigillatum (ut loquitur Varro) maiorem in eo horrorem efficerent. Fuit autem hoc in felicitatis etiam cenſu poſitum, cùm hæc morientibus accideren, ut ex Plutarcho notat idem Gyraldus, & contrà. Id uerò munus propriè ad affines, parentes & propinquos pertinuit. Notat autem Plinius Natur. hiſt. lib. 11. cap. 37. Moriētibus quidem oculos operire, rurſuſq; in rogo patefacere, Quiritiū magno ritu ſacrū fuiſſe: ita more cōdito, ut neq; ab homine ſupremū eos ſpectari fas ſit, & collo nō oſtendi nefas. Hæc ille. Eſt porrò hoc morientib. peculiare, ut oculis apertis & ore patulo moriantur, tū q; in illa palpitationis poſtremæ cōtentione diſtringātur & obrigeſcāt nerui, qui ad compreſsionē utriuſq; laxiores & molliores eſſe debent: ideò exhalantibus iam animam conſtringuntur & cōprimuntur tum oculi tum os, ne rigore ſemel cōtracto tutpiter hiantia relinquātur.

ὡς οὐκ αἰνότερον) Hāc uxoris Clytæmneſtræ immanitatem extollit, cum qua nihil reperit quod poſsit comparari. Quid enim hoc facinore grauius aut tetrius eſſe poteſt, quo uxor proprium maritum, quem rebus omnibus chariorem ipſi eſſe decuerat, interfecit, ea potiſsimum ratione, qua ſe amicè exceptum Agamemnon arbitrabatur?

ἦπι κατ' αἶσχος) Quod à mulieribus pernicioſe geritur, id longè grauius cenſetur, quàm ſi ab ipſis uiris eſſet geſtum: quia tam fragilem & imbecillem ſexum ſic res arduas perpetrare propter denegatam illis naturalem ut plurimùm audaciam, minus eſt uſitatum. Deinde ita eſt illis à natura comparatum, ut dedecoris maculas facilius imbibant, ut ſiquæ ſint adulteræ, ex tam turpi facto plus criminis & uituperij patiuntur, quàm uiri, ſic tū in latrocinijs tum in parricidijs, immò & illud dedecus magis ad totū genus muliebre pertinet, quod in uirili non ita ſolet uſurpari. Vnde hîc de Clytæmneſtra dicit Agamemnon, eam ſuo nefando ſcelere effeciſſe, ut non ſolùm ipſa, ſed etiam reliquæ mulieres, adeoq; illæ, quæ re ipſa probæ & integri animi fuerint, ignominia afficiantur.

ὦ πόποι ἦ μάλα δὴ) Ex aliquot ſpecialium factorum collectione ſurgit aliquando quædam generalitas, quæ in rebus humanis aliquid habet neceſsitatis (alioqui ex particularibus generalia non concludi. uulgatum eſt ex præceptis Logicis) hoc eſt, probabilem quandam ueritātē, ut ſi ex altero aut tertio facto aliquid laxius ſtatuas: ſicut hoc loco Vlyſſes, qui cùm duo illa infortunia Pelopidarū familiæ per fœminas inuecta fuiſſe intelligat, olim quidē per Helenā, nūc uerò per Clytæmneſtram, quæ ex Tyndaridarū genere fuerunt, non dubitat concludere, genus Atrei per mulierū conſilia Dijs eſſe inuiſum. Vbi notandū eſt, Helenam perpetuò à Poetis culpari ob ſpontaneā cum Paride fugam ex Lacedæmone, ut aliàs dictum eſt, alioqui non opus erat cōſilium illud appellare: nam in ijs quæ coactus quiſpiam perpetrat, conſilium eius ut cauſa negotij non expenditur. Nos autem olim uulgarem fabulam de Helenæ raptu intelligentes, eam à calumnijs uindicare conabamur, quibus ob factum illud damnatur: cuius tamen rea non eſſet, ſi uis adulteri non interceſsiſſet. Illud hoc Epigrammate luſimus Helenæ ipſius proſopopœiā:

Inuitam patrijs me perfidus hoſpes ab oris
Abripit, infandi præmia iudicij.
Hinc gemina ſurgunt acies, piluiq; minantur
Pila, & purpureo ſanguine rorat humus.
Id doleo: & quod me magis hiſce doloribus angit,
Incumbunt rapta crimina belli Helenæ.
O cæcas mentes, ſi cauſat fœmina pugnas
Rapta, uiros præter, quæſo, quis iſta facit?

Sed hoc non eſt ex Poetæ noſtri ſententia, qui ſolam facti pœnitentiam ei tribuit. Vtrumque ergo factum Helenæ & Clytæmneſtræ ſororum memorabile eſt, quo tanta mala Atrei ſoboli incubuēre: Menelao quidem in tam diuturno bello, Agamemnoni uerò in propria morte, quam perfidia uxoris illi miſerè creauit. Tamen Vlyſſes mala quæ ex Helena contigerunt, non ad ſolum Menelaum reſtringit, ſed ad plures alios, in quorum numero ipſemet erat, extendit: unde forſan grauius ſit hoc Helenæ factum exiſtimandum. Sed & his adnumeranda uidetur Aerope ipſa uxor Atrei, quæ ex concubitu Thyeſtæ fratris Atrei tot tragœdias excitauit. Didymus autem dicit, eam in illis uerbis, γυναικείας ἀφροβουλίας indicari.

τῷ νῦν μή ποτε) Hæc quidem præcepta ego pro ſalutaribus agnoſco: ſed quomodo ex ſuperioribus dependant, non facilè uideo, quod ex eorum repetitione clarius eluceſcet. Ibi ergo agitur de ſola Clytæmneſtræ perfidia & eius immanitate, nihil de ipſius Aga-

memnonis

gamemnonis mariti peccato in nimia facilitate aduersus uxorem, quæ hic tamen ab eo nunc Vlyssi prohibetur: nihil quod Agamemnon temerè quippiam arcanum Clytæmnestræ commiserit, cuius gratia hanc mortem subierit: cùm hic tamen suadeat Vlyssi, ut sibi à committendis uxori arcanis, immò cæteris rebus omnibus caueat. Vnde uidetur innuere, ex duobus illis præceptis non obseruatis hoc sibi damnum ab uxore inflictum esse: quod tamen non præmisit. Quomodo ergo hæc cum præcedentibus cohæreant, planè non intelligo, nisi generaliter ἀπιστίαν erga fœminas uiris esse necessariam uelit, nimirum ex facti illius consequentia, ut discat Vlysses ex hoc Agamemnonis exemplo mulieribus diffidere, neque tam cæco amore illarum teneri, ut nimia procliuitate in earum potestatem deueniant: ea, ut genus muliebre, mobile & infidum est, causam sibi nocendi illis præbeat. quod uidetur fecisse Agamemnon, qui se temerè ipsi Clytæmnestræ credidit: planè persuasus nihil sibi ab ea iniuriæ timendum, sed potiùs omnia beneuolentiæ signa & testimonia expectanda, ut uidelicet ab amante coniuge. Illud tamen diffidentiæ præceptum non directè ita exponit, sed obliquè id uidetur significare, cum has quasi species aut saltem membra illius nominat. Quod si Lectori non placuerit, aduocandus erit Delius natator, quem ad Heraclitum τὸν σκοτεινὸν intelligendum arcessebat olim Socrates.

ἀλλ' ἤτοι γ' ἰδυτῦ) Si Vlyssi ab uxore periculum fuisset ut Agamemnoni, sicut ex præcedentibus poterat colligi, futurũ erat ut Vlyssem Phæaces remorarentur, ne idem periculum subiret: uidetur de industria Vlysses hoc subijcere, ut ex interpretatione Eustathij colligo, ut securos eos huius timoris faceret. Vel forsan hæc ita narrãtur, quasi ab Agamemnone reuerà dicta sint, & ea uoluerit Vlysses referre, ut suæ etiam uxoris laudes hospites isti intelligerent.

ἤ δ' ἐμὴ ἀδὴς πε) Confert suum infortunium cum ipsa felicitate, qua fruetur Vlysses, cùm filius eum pacificè & amanter alloqueretur: quod ipsi non contigerit, qui Orestis sui conspectu expleri non potuerit, præciso illi uitæ longioris cursu à Clytæmnestra. Subijcit posteà consilium Vlyssi, quo pacto in patriam appellere debeat, occultè nimirum, non autem manifestè & promulgato suo passim aduentu, repetens illam ἀπιστίαν, quæ aduersus fœminas tutum est præsidium. Factus est uidelicet ex proprio damno sapientior Agamemnon, qui ideò perijsse se credit, quòd reditum suum ità patefecerit, unde amico suo Vlyssi eadem cautione bene optat esse consultum. Videtur tamen hæc diffidētia, quam nũc Vlyssi ob uxorem proponit, superioribus repugnare, quibus eum securum ab ea esse iubebat, ut à qua ipsi periculum non impenderet. Sed Poeta, ni fallor, eleganter exprimit affectum hominis aliqua ratione læsi, qui ab eo à quo iniuriam acceperit, neque sibi neque suis ne in loco quidem tuto, & ubi res in uado esse uideantur, satis diligenter unquam prouideri posse arbitratur. Postremò quærit Agamemnon ab Vlysse, an quippiam de Oreste suo acceperit? Quod Vlysses negat, ueracem hominem imitatus, qui ne quidem cum posset, aliquid à ueritate alienum confingat: unde uidetur reliquis suis narrationibus maiorem fidem conciliare, cùm ea quæ ignoret, recusẽt commemorare: unde uerisimile fit, ut quæ narrat, optimè explorata habeat, aliàs ea minimè recensurus.

Agnouit autem me anima uelocis Aeacidæ,
Et lugens uerba alata dixit,
Generose Laërtiade multiscie Vlysses,
Infelix, quid adhuc maius in mente cogitasti facinus?
Quo pacto audes ad inferos uenire, ubi mortui
Temerarij habitant hominum simulachra mortuorũ?
Sic ait, cæterùm ego ipsum excipiẽs alloquutus sum,
O Achilles Pelei fili, excellentissime Græcorum,
Veni Tiresiæ propter usum, si quod consilium
Diceret quo pacto Ithacam ad asperam peruenero,
Necdũ propè ueni in Achaiam, necdum nostram
Terrã cõscendi, sed semper malum habeo: te. v. Achilles
Nullus uir antea beatior, neq; posthuc futurus est.
Antea enim te uiuum honorabamus æqualem dijs
Graci, nunc rursus latè imperas mortuis:
Hic cùm sis, ideo neutiquam mortuus tristeris Achilles.
Sic dicebã: ille aũt me protinus excipiens alloq. est,
Ne sanè mihi mortem commemores inclyte Vlysses,
Vellem sanè rusticus esse, & mercede seruire alij
Viro inopi, cui nec uictus sufficiens esset,
Quàm omnibus mortuis uita defunctis imperare.
Sed agè mihi de filio (meo) generoso rem enarra,
An pergit ad bellum propugnator esse, an non.
Dic etiam mihi de Peleo eximio, si quid audieris
An adhuc teneat honorem multos apud Myrmidonas,
An ipsum despiciunt per Thessaliam Phthiamq́?
Eo quòd ipsum senium occupat manibusq́ pedibusq́.
Non enim ego ultor sub splendore solis
Talis qualis olim, in Troia lata
Trucidabam exercitum optimũ pugnans pro Græcis.
Si talis uenirem uel paululum in patris domum,
Sanè alicubi ostenderem robur & manus inaccessas,
Qui illum iniuria afficiunt detruduntq́ ab honore.
Sic ait. cæterũ ego ipsum excipiens alloquutus sum,
Profectò quidem de Peleo inculpato nihil audiui,
Sed tibi de filio utiq́ Neoptolemo charo,
Omnem ueritatem dicam perinde ut iubes:
Ipse enim illum ego caua in naui æquali,
Duxi ex (insula) Scyro ad armatos Græcos.

Ἔγνω ἦ ψυχή με ποδώκεος Αἰακίδαο,
Καί ῥ' ὀλοφυρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Σχέτλιε, τίπτ' ἔτι μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μήσαο ἔργον;
Πῶς ἔτλης Ἄϊδόσδε καταβήμεν, ὅθι τε νεκροὶ
Ἀφραδέες ναίουσι, βροτῶν εἴδωλα καμόντων;
Ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον,
Ὦ Ἀχιλεῦ Πηλέος υἱὲ, μέγα φέρτατ' Ἀχαιῶν,
Ἦλθον Τειρεσίαο χρῄζων, εἴ τινα βουλὴν
Εἴποι ὅπως Ἰθάκην εἰς παιπαλόεσσαν ἱκοίμην,
Οὐ γάρ πω σχεδὸν ἦλθον Ἀχαιΐδος, οὐδέ πω ἀμῆς
Γῆς ἐπέβην, ἀλλ' αἰεὶ ἔχω κακά· σεῖο δ' Ἀχιλλεῦ
Οὔτις ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτατος, οὔτ' ἄρ' ὀπίσσω.
Πρὶν μὲν γάρ σε ζωὸν ἐτιόμεν ἶσα θεοῖσιν
Ἀργεῖοι, νῦν αὖτε μέγα κρατέεις νεκύεσσιν·
Ἐνθάδ' ἐὼν τῷ μὴ σὺ ἀνιηθείς θανάτῳ ἀκαχίζευ Ἀχιλλεῦ.
Ὣς ἐφάμην. ὁ δέ μ' αὐτίκ' ἀμειβόμενος προσέφη·
Μὴ δή μοι θανάτου γε παραύδα φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ·
Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητεύεμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
Ἢ πᾶσι νεκύεσσι κραταιοῖσιν ἀνάσσειν.
Ἀλλ' ἄγε μοι τοῦ παιδὸς ἀγαυοῦ μῦθον ἐνίσπες,
Ἢ ἕπετ' εἰς πόλεμον πρόμος ἐμμεναι, ἦε καὶ οὐκί.
Εἰπὲ δέ μοι Πηλῆος ἀμύμονος εἴτι πέπυσαι,
Ἢ ἔτ' ἔχει τιμὴν μετὰ Μυρμιδόνεσσιν,
Ἦ μιν ἀτιμάζουσι κατ' Ἑλλάδα τε Φθίηνδε,
Οὕνεκά μιν κὴρ γήραος ἔχει χειρός τε πόδας τε.
Οὐ γὰρ ἐγὼν ἐπαρωγὸς ὕπατος αὐγὰς ἠελίοιο,
Οἷος ἐὼν οἷός ποτ' ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ
Πέφνον λαὸν ἄριστον, ἀμυνόων Ἀργείοισιν
Εἰ τοῖος δὴ ἐλθοιμι μίνυνθά περ ἐς πατέρος δῶ,
Τῷ κε τέῳ σὺν ἐγχείῃ μέγ' ὀνήσαιμι μετελθὼν
Οἵ κεῖνον βιόωνται, ἐέργουσίν τ' ἀπὸ τιμῆς.
Ὣς ἔφατ'· αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον·
Ἦ τοι μὲν Πηλῆος ἀμύμονος οὐδὲ πέπυσμαι·
Αὐτὰρ τοι παιδός γε Νεοπτολέμοιο φίλοιο
Πᾶσαν ἀληθείην μυθήσομαι, ὡς με κελεύεις.
Αὐτὸς γάρ μιν ἐγὼ κοίλης ἐπὶ νηὸς ἔπεσσιν
Ἦγαγον ἐκ Σκύρου μετ' ἐυκνήμιδας Ἀχαιούς

Ἦτοι ὅτ' ἀμφὶ πόλιν Τροίλω φραζοίμεθα βυλὰς,
Αἰεὶ πρῶτος ἔβαζε, καὶ οὐχ ἡμάρτανε μύθων·
χ. νίσης αὐτ. † Νέστωρ τ' αὐτίθεος καὶ ἐγὼ * νεικάσκομεν οἴω.
χ. νεικέσκομεθα. Αὐτὰρ ὅτ' ἀμφὶ πόλιν Τροίλω μαρνοίμεθ' Ἀχαιοὶ,
χ. οὔτε πού τις. *Οὔποτε ἐς πληθὺν μένεν αἰδρῶν, ἀλλ' ἐν ὁμίλῳ,
Ἀλλὰ πολὺ προθέεσκε, πόνον μέγα θυμῷ ἐοικὼς·
Πολλοὺς δ' ἄνδρας ἔπεφνεν ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.
Πάντας δ' οὐκ αὖ ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω
Ὅσσον λαὸν ἔπεφνεν ἀμυνόμενος Ἀργείοισιν.
Ἀλλ' οἷον τὸν Τηλεφίδην κατενήριπε χαλκῷ
Ἥρως Εὐρύπυλον, πολλοὶ δ' ἅμ' αὐτὸν ἑταῖροι
Κήτειοι κτείνοντο, γυναίων εἵνεκα δώρων.
Κεῖνον δὴ κάλλιστον ἴδον μετὰ Μέμνονα δῖον.
Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν ὃν κάμ' Ἐπειὸς,
Ἀργείων οἱ ἄριστοι, ἐμοὶ δ' ἅπαντ' ἐτέταλτο,
Ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν λόχον, ἠδὲ θύρετρα
Ἔνθ' ἄλλοι Δαναῶν ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες
Δάκρυά τ' ὠμόργνυντο, τρέμεν δ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστου.
Κεῖνον δ' οὔποτε πάμπαν ἐγὼν ἴδον ὀφθαλμοῖσιν
Οὔτ' ὠχρήσαντα χρόα κάλλιμον, οὔτε παρειῶν
Δάκρυ' ὀμορξάμενον. ὁ δέ με μάλα πολλ' ἱκέτευεν
χ. ἐξίμεναι Ἵππόθεν † ἐξίμεναι ξίφεϊ δ' ἐπεμάσσετο κώπῃ,
Καὶ δόρυ χαλκοβαρές· κακὰ δ' ἤ Τρώεσσι μενοίνα.
Ἀλλ' ὅτε δὴ Πελάμοιο πόλιν διεπέραμεν αἰπὴν,
Μοῖραν καὶ γέρας ἐσθλὸν ἔχων ὀπὶ νηὸς ἔβαινεν
Ἀσκηθὴς, οὔτ' ἀρ βεβλημένος ὀξέϊ χαλκῷ,
Οὔτ' αὐτοσχεδίῃ ἐπασμένος οἷά τε πολλὰ
Γίνεται ἐν πολέμῳ, σμερδαλέ' ἔστι μίγηται Ἄρης.
Ὣς ἐφάμην. ψυχὴ δ' ποδώκεος Αἰακίδαο
χ. κὴ σφοδρὸν ἐλθὸν Φοίτα μακρὰ βιβῶσα † κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα,
χ. γηθοσύνῃ Γηθοσύνη ὃ οἱ υἱὸν ἔφην ἀρηΐκερων εἶναι.
Αἱ δ' ἄλλαι ψυχαὶ νεκύων κατατεθνειώτων
Ἔστασαν ἀχνύμεναι, ἔροντο δὲ κήδε' ἑκάστη.
Οἴη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο
Νόσφιν ἀφεστήκει, κεχολωμένη εἵνεκα νίκης,
Τὴν μιν ἐγὼ νίκησα δικαζόμενος παρὰ νηυσὶ
Τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλῆος· ἔθηκε δὲ πότνια μήτηρ·
Παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.
Ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῶδ' ἐπ' ἀέθλῳ·
Τοίου γὰρ κεφαλὴν ἔνεκ' αὐτῶν γαῖα κατέσχεν,
Αἴαντ', ὃς πέρι μὲν εἶδος, πέρι δ' ἔργα τέτυκτο
Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα·
Τὸν μὲν ἐγὼν ἐπέεσσι προσηύδων μειλιχίοισιν,
Αἶαν Τελαμῶνος ἀμύμονος, οὐκ ἄρ' ἔμελλες
Οὐδ' θανὼν λήσεσθαι ἐμοὶ χόλος εἵνεκα τευχέων
Οὐλομένων· τὰ δὲ πῆμα θεοὶ θέσαν Ἀργείοισιν.
Τοῖος γὰρ σφιν πύργος ἀπώλεο· σεῖο δ' Ἀχαιοὶ
Ἶσον Ἀχιλλῆος κεφαλῇ Πηληϊάδαο
χ. φθιμένοιο Ἀχνύμεθα † φθιμένοιο λαμπερέες· δὲ λῖς ἄλλος
Αἴτιος, ἀλλὰ Ζεὺς Δαναῶν κρατερὸν αἰχμητάων
Ἐκπάγλως ἤχθηρε, τεῖν δ' ὀπὶ μοῖραν ἔθηκεν.
Ἀλλ' ἄγε δεῦρο ἄναξ, ἵν' ἔπος καὶ μῦθον ἀκούσῃς
Ἡμέτερον· δάμασον δὲ μένος καὶ ἀγλαὸν θυμόν·
Ὣς ἐφάμην. ὁ δὲ μ' οὐδὲν ἀμείβετο, βῆ δὲ μετ' ἄλλας
Ψυχὰς εἰς Ἔρεβος νεκύων κατατεθνειώτων.
χ. ὄφρα Ἔνθα κ' * ὁμῶς προσέφη κεχολωμένος ἤ κεν ἐγὼ τὸν,
Ἀλλά μοι ἤθελε θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι
Τῶν ἄλλων ψυχὰς ἰδέειν κατατεθνειώτων.

Profectò, quando circa urbẽ Troiam iniremus conſilia,
Semper primus dicebat, & non aberrabat oratione,
Neſtorq; eximius & ego contendebamus ſoli. (ci,
Caterũ quoties circa urbẽ Troianorũ decernerem⁹ Gra-
Nũquã in multitudine manebat uirorũ neq; in turba,
Sed longè præcurrebat ſuo robore nulli cedens.
Multos autem uiros trucidauit in graui pugna:
Omnes uerò non ego eloqui poſſem, neq; nominare,
Quantum exercitum occidit defendens Gracos.
Sed ut Telephidem interfecit ferro,
Heroa Eurypylum, multi autem circa eum ſodales
Cetei trucidabantur mulierum propter dona.
Illum ſanè pulcherrimum uidi poſt Memnona diuinũ.
Caterũ cùm in equũ cõſcẽdimus quẽ fabricauit Epeus,
Gracorum optimates, commiſſa mihi erant omnia,
Siue aperire denſas inſidias, ſiue concludere.
Hîc alij Gracorum duces atq; conſiliarij,
Lacrymas abſtergebãt, ſubtremebãt mẽbra uniuſcuiuſ-
Illum aũt nunquam prorſus ego uidi oculis (que.
Neq; palleſcentem corpore pulchro, neq; à maxillis
Lacrymã abſtergentem, ille mihi multum ſupplicabat
Ab equo exire, gladij autem quatiebat capulum,
Et haſtã grauatã ære, mala aũt Troianis cogitabat.
Sed quando certè Priami urbẽ depopulauimus celſam,
Portionẽ & munus eximiũ habens nauem conſcendit
Incolumis, neq; laſus acuto iaculo,
Neq; cominus uulneratus, uti ſæpiùs
Fit in bello, permixtim namq; ſæuit Mars.
Sic dicebam, anima autem pedibus celeris Aeacidæ
Abibat magnificè incedens per herboſum pratum
Lætitia, quòd eius dixiſſem filium inclytum eſſe.
Aliæ uerò animæ mortuorum defunctorum
Stabant triſtes, narrabant autem pœnas unaquaq;
Sola autem Aiacis anima Telamonidæ,
Longè abſiſtebat irata propter victoriam
Qua ipſum ego uici iudicio experiens apud naues
Pro armis Achillis, propoſuit autem ueneranda mater.
Filij aũt Troianorũ indicarunt, & Pallas Minerua.
Vtinã ſanè nõ debuiſſẽ uincere huiuſmodi in certami-
Tale enim caput ob iſta terra occupauit (ne.
Aiacẽ, qui eximius quidem forma etiã reb. geſtis fuit
Aliorum Gracorum poſt irreprehenſibilem Achillem.
Illum quidem ego uerbis alloquebar mollibus,
Aiax fili Telamonis irreprehenſibilis nónne debuiſti,
Vel mortuus remittere iram ob arma
Pernicioſa? quæ perniciem dij fecerunt Gracis.
Talis enim ipſis turris perijſti, propter te autem Graci
Non minus Achillis capite Pelidæ,
Triſtamur defecti penitus, neq; quiſpiam alius
In culpa eſt: ſed Iupiter Gracorum exercitum fortium,
Horrendùm odit, tibi autem fatum impoſuit.
Sed agè, huc ueni, rex, ut uerbũ & orationem audias
Noſtram: doma autem robur & generoſum animum.
Sic dixi. ille. a. mihi nihil reſpondit, ibat aũt ad alias
Animas ad Erebum mortuorum defunctorum.
Tũ nihilominus allocutus eſſem iratus certè ego ipſum,
Sed mihi maluit animus in præcordijs charis
Aliorum animas uidere defunctorum.

COMMENTARIVS.

ἴσχω δὲ ψυχὴν)An nouit Vlyſſem Achillis umbra non potato ſanguine? Nequaquam, licet hoc expreſsè non dixerit, relinquitur tamen ex ſuperioribus intelligendum.

βροτῶν ἀιδῶλα)Ita appellat animas defunctorum, in quibus reſtabat uiſibilis corporum forma tantum, ipſa ſubſtantia alioqui tactui non obnoxia, ut anteà monuimus.

σεῖο δ' ἀχιλλεῦ)Achillem ſuum Homerus ne mortuum quidem deſerit, eiuſque laudi & gloriæ omnibus modis uelificari nititur. Itaque Vlyſſem inducit de eo dicentem, eum non ſolùm inter uiuos principem omniùm extitiſſe: ſed eadem authoritate inter mortuos frui, quibus imperare eum dicit. Quaſi nihil ſit, aut ſanè parum, tantum heroa apud uiuos hac eminentia excelluiſſe, ſi eadem illi apud mortuos non propagaretur. Vnde eum Vlyſſes conſolari uoluit, ne iniquo animo priuatum ſe uita ferret. Ex quibus colligo, Poetam pluris longè uitam feciſſe quàm mortem, licet in ea felicitatis cuiuſdam commodum eſſe cenſuerit. Quod manifeſtiùs ex ipſius Achillis reſponſo conſtat, qui pauperem & egenam ſeruilemque uitam huic imperio animarum anteponat. Non ergo uidetur agnoſcere Homerus uulgaria illa mortis lenimenta ex humanarum calamitatū liberatione, aut ex felicitatis, quæ poſt mortem poſsit contingere, reſpectu: adeò placuit illi huius lucis uſura, cui nihil apud inferos tam beatum aut regium & magnificum illud ſit, comparari queat. Nimirum noſtra de æterna animarum beatitudine, cui omnes mortalium deliciæ & blandimenta infimè ſubſident, non intellexit.

ἀλλ' ἄγε μοι τὸ πατρὸς)Supinè hîc uulgata uerſio intelligit, Achillem de filio Vlyſsis interrogare, cùm de ſuo reuerà quærat. Id probari multis non opus eſt, res ipſa & orationis ſeries docet, atque adeò ipſius Vlyſsis ſubſequens reſponſum.

ἤ μιν ἀπειλήσαι)Videtur innuere Poeta, hoc ita Peleo poſt mortem Achillis cōtigiſſe, ideò paulò pòſt expreſsè aduerſum eos qui eum iniuria afficiunt, Achilles indignatur. Et ſanè uerum eſt, eum ab Acaſto regnò expulſum, cuius iniuriam poſtea Pyrrhus nepos ultus eſt, ut narrat Dictys lib. 6. Retinentur autem imperia & dominationes non tantùm prudentia, qualis in Peleo iam ſene eſſe potuerit: ſed etiam robore & uiribus, quibus aliorum iniurijs & petulantiæ obſiſti poteſt, audaciáque eorum reprimi & contundi: quæ cum ſenili ætati ſint denegatæ, ideò illa etiam his magis eſt obnoxia quàm iuuenilis, quæ integro & robuſto eſt corpore. Ideò non immeritò ſubueretur Achilles, ne Peleus ob imbecille & inualidum illius ſenium à ſubditis opprimatur, quòd ſciant eum ſeſe uiribus ab eorum uiolentia tueri & protegere non poſſe, quod Achille uiuente tamen non eſſent præſtituri.

ἤ ῥα μὲν πηλῆος)Eadem integritate reſpondet Vlyſſes, quā anteà Agamemnoni de Oreſte ſuo interroganti, ſiquidem κρὴ αὖτις μάλα βάζειν: ideò de Peleo nihil commemorat, ſed de Neoptolemo ea tantùm, quæ ſibi ſunt explorata, ſed ſatis tamen ad parentem illius exhilarandum, ut ex ipſo geſtu Achillis poſteà intelligetur. Primùm memorat, quomodo poſt Achillis parentis mortem Troiam uenerit. Eum enim Vlyſſes ex Scyro (ſiue inſula, ut multi, & inter eos Sophocles, uolunt: uel quadam urbe Dolopum ſic appellata, ut non paucos ſentire refert Euſtathius) adduxit eò, ex reliquorum Græcorum conſilio delegatus, quanquam hoc ab ipſo Menelao præſtitum innuat Dares Phrygius. Nam Dictys Cretenſis Neoptolemum ſponte, nec accerſitum uenietem facit. At Poeta noſter hoc Vlyſsi tribuit, neque immeritò, ut qui etiam ipſum parentem anteà ex Scyro adduxiſſet. Deinde Vlyſſes Neoptolemū iſtum mirificè laudat, primū à facili & prōpto in negotijs ſuſcipēdo cōſilio: deinde a fortitudine & alacritate ſumma in obeūdis prælijs.

ἤ ῥα οἱ ἀμφὶ πόλιν) Hæc eſt prima laus, quam Neoptolemo Vlyſſes tribuit, quòd in capiendo conſilio fuerit uelociſsimus. Nam quamuis cum tantùm primum loqui ſolitum dicat, tamen ego hoc nudè & ſimpliciter de oratione non intelligendum cenſeo: ſed de illius etiam ad ſtatuendum procliui aptitudine. Illud autem in eo maximum ἀγχίνοιας ſignum, quod in hac conſilium ſuum proponendi facilitate promptiſsima, tamen οὐχ ἡμάρτανε μύθων: quod alioqui pleriſque ſolet cōtingere, quibus tam celeriter uerba non poſſunt ſuppetere ad ſui animi ſenſa explicanda, ideò illis ad illa ruminanda aliquo temporis interuallo opus eſt. At noſter Neoptolemus utrumque, id eſt & ſanum conſilium & uerborum copiam affatim & ubertim non præmeditatè ac inſubidè depromit. Hac tamen in parte illum & Neſtori & ſibi Vlyſſes poſtponit, de Neſtore quidem uerè & candidè: de ſe ipſo uerè quidem, ſed φιλοδοξοτέρως, & non laudabili, ni fallor, propriæ laudis cupidine.

αὐτὰρ ὅτ' ἀμφὶ πόλιν)Nunc uenit ad ſecundam laudem Pyrrhi, quæ in prælijs fortiter obeundis uerſatur. Id primùm generaliter & indefinitè proponit, cùm eum in pugna longè reliquos antecedere dicit, numerumque eorum quos ipſe interfecerit, eſſe innumerum. Tum ſpecialiter in duobus factis: primùm quidem in interficiendo Eurypylo & multis ex illius præterea exercitu. deinde uerò in ipſo Troiano equo, ubi ſuæ magnanimitatis luculēta ediderit teſtimonia. Eurypylum ergo Telephi filium Neoptolemus interfecit, ut teſtatur etiam Dictys lib. 4. Pyrrhus copias aduerſus Troianos inſtruxit, in eum prodijt cum reliquis Troianis Aeneas. Vbi ſignum bellandi datum eſt, inquit Cretenſis, manus conſerunt, magnaque ui utrinque decertant, caduntque plurimi. Interim Eurypylus obuium fortè nactus Pencleum, proturbat haſta, atque interficit. Inde multò ſæuior per ea aggreſſus mox obtruncat. Iamq; obturbatis qui in acie ſteterant, medios aggrediebatur. Cum Neoptolemus re cognita, comminus aduolat, deiectumque curru hoſtem, & ipſe deſiliens, gladio impigrè interficit. Tum ablatum properè cadauer, atque ad naues iuſſu eius perlatum. Quod ubi animaduertere Barbari, quibus ſpes omnis in Eurypylo fuerat, ſine certo ordine atque rectore fuga prælium deſerunt, atque ad muros reuolant. Tum plurimi eorum in fuga interfecti. Poſtquam uerò hoſtibus fuſis ad naues reuertere Græci, ex conſilij ſententia Eurypyli cremata oſſa, atque urna condita patri remittunt, ſcilicet memores beneficiorum atque amicitiæ, &c. Hæc Dictys de huius Eurypyli morte, quam Vlyſſes nunc intelligit.

κήτειοι)Strabo lib. 13. huius loci meminit, ænigmaque potiùs ab Homero, quàm aliquid perſpicuum proponi. ὅπερ γὰρ, inquit, τὸν Κητείους ἰσμαρίδα ἕξ πους δεξαθαι φησί, ἅπερ τὰ γυναῖκα ἑνεκα δώρων, ἀλλὰ μὴ οἱ χαμαιζηλοι μυλαγρεῖς πάρεσκαλοντες, εὐεργετοῦσι μᾶλλον ἢ λύουσι τὰ ζῆν πένθιμα. id eſt: Nam neque cōſtat quos Ceteios intelligere debeamus, neque quid ſibi uelint muliebria illa dona: Grammatici etiam, dum fabellas adducunt, non tam ſoluunt quæſtiones, quàm rationes comminiſcendo indulgent. Hæc ille. Vnde forſan uideatur ſuperfluum, poſt tam emunctæ naris hominem nos aliquid in huius loci illuſtrationem conferre. Quia tamen interdum ſunt etiam audiendi mali Poetæ, ut dicitur: ſic quoque Grammaticorum opiniones etiam in hoc loco poſſunt animaduerti. Primùm quod ad uerbi κήτειοι lectionem, multi diſſentiunt (nam quidam κήδειοι, alij χήτειοι legebant) per κήδειοι intelligunt conſanguineos, uel congeneres, uel familiares, qui etiam appellantur κήδεσοι: per χήτειοι autem priuatos, hoc eſt, ἐστερημένους: & ita conſtruūt, χήτειοι γυναικῶν, id eſt mulieribus priuati, ἕνεκα δώρων, nempe mercedis gratia: quandoquidem, ut aliàs uidimus, populum Troianū Hector erogandis bonis quæ copijs auxiliaribus exhiberet, abſumebat. Alij, ut Ariſtarchus, κηδείους intelligit magnos, παρὰ τὸ κῆτος: quia cete ingentes ſunt in mari piſces. Sanè Lacedæmonem ipſam à magnitudine κητώσασθαι Grammatici uolunt appellari. Quidam κητείους interpretantur eos, qui mercede conducti ſunt, ἀφ' τὸ ἀνήεσθαι, ex ipſius ceti metaphora. Alij populum Myſiæ, alij Pergamenos intelligūt. Quod autem ad illud γυναικῶν ἕνεκα δώρων attinet, quidam γυναικα δῶρα poſſeſsiuè explicant, id eſt τὰ γυναικεῖα: per quæ uel Hermionæ nuptias, quas Menelaus apud Troiam Neoptolemo pollicitus eſt: uel auream illam uitem, quam pro rapto Ganymede Iupiter olim Troi donauerat, eam ſucceſſionis iure Priamus poſsidens, Aſtyochæ ſorori ſuæ matrique Eurypyli promiſit ſub ea conditione, ut filium ad ſuppetias ſibi ferendas dimitteret: qui ea de re interpellatus matris uoluntatem cauſabatur, à qua expeditionem iſtam pendēre dicebat: ut ſenſus ſit, Eurypylum propter matris ὑποδοχίαν ad bellum acceſsiſſe. Quidam uerò rectiùs dici exiſtimāt, ſi intelligamus Priamum ipſi Eurypylo filiam ſuam pollicitum, ſi ad auxilium Troianorum ueniſſet, & hæc eſſe illa γυναικεῖα δῶρα. Hæc quidem Euſtathius poſt ueterem Scholiaſtem Didymum. Sanè Dictys Cretenſis lib. 4. illius uitis aureæ meminit his uerbis: Inter quæ tam læta (nimirum poſt mortem Achillis, qua mirificè Troiani lætati ſunt) nuncius Priamo ſuperuenit, Eurypylum Telephi F. ex Myſia aduentare, quem rex multis anteà illectum præmijs, ad poſtremum oblatione Caſſandræ confirmauerat. Sed inter cætera quæ ei pulcherrima miſerat, addiderat etiam uitem quandam auro effectam, & ob id per populos memorabilem.

αὐτὰρ ὅτ' ἐς ἵππον)Hic eſt ſecundus ille locus, in quo ſe fortiſsimum omnium Græcorum Neptolemus præbuit, nimirum in equo Durio, in quo ſelecti proceres Græci incluſi latitabant ad dolosè inuadendam urbem, ut aliàs dictum eſt. Cæteri ergo metu perculſos fuiſſe dicit Vlyſſes, præter unum Neoptolemum, qui contrà totus geſtiebat ex equo erumpere, ut Troianos profligaret. Dicam autem obiter, quod annotat Euſtath. de numero heroūm, qui in hoc equo includebantur. Alij enim dicunt fuiſſe cētum, in quibus eſt Steſichorus: alij ſolùm duodecim, Menelaum, Diomedem, Philoctetem, Merionem, Neoptolemum, Eurypylum, Eurydamātem, Phidippum, Leontem, Megetem, Vlyſſem, & Eumelum. Vbi tamen prætermiſſus eſt Anticlus ille, de quo anteà Poeta meminit. Credo igitur incertum eſſe quot fuerint.

ὀλίζεσθαι μάλα)Vlyſſem rogabat Neptolemus, ut ſe exire pateretur ex equo: quia, ut paulo antè uidimus, Vlyſsi ἐπὶ πάντ' ἐτέτλατο, ἢ μὲν ἀκαχήμενος θυμὸν λέχεσ' ἐνὶ ἵππειον.

μοῖραν

μοῖραν κ) γέρας) Capta & expugnata Troia præda omnis, prout ius belli eo ferebat tempore, in medium collata est, eaque ducibus pro singulorum meritis distributa. Itaque Neoptolemo Polyxena obtigit, quam, suadente Vlysse, Achilli inferias misit: deinde etiam Andromache adiunctis etiam eius filijs, ut refert Dictys lib 5. quam aliquandiu uxoris loco habuit: postea uerò Hermionem Menelai filiam, sibi iam apud Troiam à patre promissam ducens, Andromachen Heleno Priami filio dedit, ut ipsamet apud Virgilium 3. Aeneidos recensetur.

ὥστ' ἀρ βεβλημένῳ) Tacitè uidetur eum Aiaci fortissimo illi heroi Neoptolemum comparare, inquit Eustathius: quia sicut Aiax in toto bello Troiano uulneratus non est, sic neque Neoptolemus. De Aiace tamen non consentit Dictys, qui eum læsum in latere ab Alexandro memorat. Vtut sit, notandum est rarissimum exemplum in Neoptolemo, cum alioqui uulgare sit, ut qui prælijs immiscentur, illæsi aliqua parte non recedant. Nam ut ipse Vlysses dicit, ἐπεμιξθ ὅλῃ πᾶσιν Ἀχαιοῖς. Hæc sunt quæ de Neoptolemo Vlysses parenti eius Achilli recensetur, unde ingentem Achilles lætitiam concepisse mox subijcitur, cùm audiat tot uirtutibus ornatum filium sibi adhuc inter uiuos superesse.

ἄρκιον δὴ καὶδ' ἑκάστῳ) Satis fuit Vlyssi hoc strictim attingere, diutius in ijs omnibus recensendis non immorato, eaque proponenti quæ illustriora sunt, & maiore digna commendatione & attentione. Itaque cùm antea diceret, Achillis, Patrocli, Antilochi & Aiacis animas prodijsse, Achillis tantum colloquium enarrat, hoc est utriusque mutuam confabulationem: hîc uerò suam orationem, qua Aiacem interpellauit. Insignis enim est eorum conspectus, qui inter uiuos ita se mutuis odijs exagitarunt, unde etiam ipse sibi mortem Aiax conciuerat. Oportuit itaque hæc attentiùs exponi, quia tam memorabile factum silētio obrui Homerus noluit. Ait ergo Aiacis animam longè à se constitisse, quia nimirum hostem suum accedere dignata non fuerit. Monuimus enim antea, creditum à ueteribus, remanere in mortuorum animabus eosdem affectus, quos in uita senserunt. Cùm ergò iratus Vlyssi fuerit Aiax, dum adhuc inter uiuos degeret, quòd ab eo in armis Achillis consequendis Græcorum sententia superatus fuisset: eadem ira in eius anima apud inferos nunc uersante expressa remanet. Græcorum sententia dixi, cùm tamen Vlysses dixerat, πῶς δὲς τεύων ἀνίκητον. Sed utrunque rectè dicetur, si sanè facti illius historiam intelligamus. Sciendum est igitur Didymum referre, cùm Agamemnon in hac armorum adiudicatione suspicionem ueritus, ne alterutri heroi fauere censeretur, eum captiuos Troianos adducentem rogasse, uter illorum plura illis damna inflixisset: cumque illi se plura ab Vlysse passos respondissent, Græci iudicarunt arma illo Vlysseum esse promeritum. Monet tamen Eustathius, hoc simpliciter à quibusdam intelligi, ut Troiani & Minerua illa Vlyssi addixerint. Mineruam quis eius controuersiæ iudicem fuisse dicat nescio: de Troianis cōstat ex Q. Calabro lib. 5. apud quem Nestor suadet ut ad eos negotium delegaretur, ut qui sine inuidia aut gratia essent iudicaturi, quòd æquali odio omnes Græcos prosequerentur: sed Troianos eos intelligit, qui captiui in Græcorum erant potestate. Verba Nestoris sunt hæc:

——δεύκτητοι γὰρ ὁμῖν
πολλοὶ τεῦχες ἔασιν ὑπὸ μήτηρ ὑὸς ἀέκοντι
οἱ μὰ δίκλιν ἰδέειν ἐπὶ σφίσι πουλύτλητον

ἤτοι ἥγε φέροντες, ἐπὲ μάλα πάντες ἀχαιοὶ
ἴσον ἀπηχθαίεσθ κακὸς μεμνημένοι ἔπος.

Sic ille ex Homeri sententia, nisi quod hic πηλυπότητον Mineruam addidit, ut iudicij æquitatem ex Deæ prudentissimæ præsentia doceat. Dictys Cretensis autem lib. 5. dicit, post distributam reliquam Troiæ prædam, Aiacem cum Diomede & Vlysse pro Palladio contendisse, expostulante illo, id in munus sibi dari pro his quæ in singulos uniuersosque uirtute atque industria sua contulerat. Vnde coacti penè omnes ne læderetur animus tanti uiri, concedunt Aiacis: initio quidem Diomedes etiam ei resistebat, sed tandem ei cessit. Vlysses ergo solus acriter cum Aiace contendit, astipulantibus ei Agamemnone & Menelao, effecitque ut tandem sibi Palladium adiudicaretur. Hoc Aiax ægrè ferens ulturum se ferro hanc iniuriam minatus est, unde Vlysses, Agamemnon & Menelaus custodiam sui accuratam egerunt. Postera die Aiax mortuus repertus est, ferro quidem eum interemptum constabat: & suspicio fuit, ne ab ijs ducibus cædes illa esset perpetrata, immò toti exercitui planè persuasum. Ex quibus constat, quid Dictys tum de ista contentione tum de Aiacis morte scripserit, cùm alij propria manu sibi eum mortem conciuisse testentur: quanquam hoc diserte hîc Vlysses nō exponat. Sophocles tamē Homeri sectator id omnino sic intellexit. Ouidius 13. Metam. uulgarem hac de re narrationem sequutus est, & controuersiam ab omnibus Græcis proceribus diremptam esse scribit,

A se Tantalides onus inuidiamq; remouit *Argolicosq; duces medijs considere castris*
Iussit, & arbitrum litis trasecit in omnes. Et in capite sequentis libri:
Consedere duces & uulgi stante corona, &c. Et ipse Vlysses suam orationem sic orditur:
Si mea cum uestris ualuissent uota Pelasgis, &c.

ἦκεν δὲ πόντια μήτηρ) Mortuo Achille dicitur Thetis Græcos ad celebranda certamina sepulchralia in honorem sui filij inuitasse: tandem uerò arma ipsa in medium proposuit, ut ei ex proceribus Græcis, qui mortuum Achillem seruasset, hoc est illius cadauer, & qui Græcorum esset præstantissimus. De ipsis certaminibus scripsit Calaber lib. 4. de armis uerò sic idem lib. 5.

ἀλλ' ὅτε δὴ πολλοὶ μὲν ἀπηνύσθησαν ἄεθλοι
δὴ τότ' ἀχιλλῆϊ μεγαλήτορι ἄμβροτα τεύχη

ἦκεν σὺν μητρὶ θεᾷ θοὸν ἅρμα πέτεσθαι

& paulò pòst ipsa Thetis Græcos sic alloquitur:

νεῦ μὲν δὴ κῆ ἀγῶνι ἀέθλια πάντα τελεῖσθε
ὅσσ' ἐπὶ παιδὶ θανόντι μάλ' ἀχνυμένη κατέθηκα:
ἀλλ' ἔτω ὅς κ' ἐπάσσῃ νίκαν, κῆ ἄεθλα ἀχαιῶν;

καὶ νίκην οἱ ἧκεν ἄμβροτα τεύχε' ἔσεσθαι
δῶσω, ἃ κῆ μακάρεσσι μετεύαδεν ἀθανάτοισιν·

Sic intelligitur quod dicit Vlysses, arma illa Achillis à matre, id est Thetide esse proposita.

ὡς δὴ μὴ ὀφέλον) Mansuetudo Vlyssis hîc apparet, ut qui nō solùm casum inimici sui quoad arma Achillis, misereatur: sed etiā nolit se uictorem extitisse, quòd ex eo facto furiosus Aiax sibi ipsi manus intulerit, & sic tam forti Heroe Græcorum exercitus caruerit non fine summo suo detrimento. Ex qua clementia Vlysses maiorem sibi longè laudem, quàm Aiax ex perpetua ira conciliat, quia hoc uitij, illud summæ uirtutis loco deputatur. Sic etiam Sophocles Vlyssem aduersus Aiacem humaniorem facit, ut cuius sepulturam ipso Agamemnone repugnante procurauerit, quòd herois uirtute magis quàm odio, quo eum in Achilleis armis prosequutus erat, sese uinci pateretur. Quin etiam cùm eum furentem uideret, dicit Sophocles Vlyssem ipsius esse miserum. At durus & ferox Aiax ne inter umbras quidem remollescere aut mansuescere potest. Apud Q. Calabrum lib. 5. eleganter Aiacis mortem luget, & ibi Homerici Vlysis apparent uestigia. Huc integram orationem transcriberem, nisi post Homerum, illius etiam Calabri παραλειπόμενα me editurum sperarem, sine quibus integram Iliadem non habemus. Illa autem cum nostris commentarijs & uersione exhibebo, Deo Opt. Max. benè annuente.

μετ' ἀμύμονα πηλείωνα) Sic inter uiuos oportuit regnare Achillem, ut nulli esset posterior: quod diligenter cauet Poeta, qui etiam Aiacem illi postponit, quanquam Aiax cæteros omnes Græcos alioqui tum forma tum fortitudine antecelleret. Addit formæ commendationem, quasi illa ne fortissimis quidem uiris sit indigna, ideò eam etiam suo Achilli tribuit: contrà ignauis & imbellibus uiris illa si adfit, opprobrium illis est, unde formam etiam Paridi olim Hector exprobrabat, & suo Nireo 2. Iliad. Homerus. De fortitudine, ea etiam inferiorem simia Homerica Sophocles pronunciat, apud quem Vlysses sic loquitur:

ἀλλ' αὐτὸν ἔμ πως ὄντ' ἐγὼ τοῖόν δ' ἐμοί
σθα αὖγ' ἀτιμάσαιμ' ἄν, ὥστε μὴ λέγειν
ἔν' ἀνδρ' ἰδεῖν ἄριστον Δαναϊκὸν ὅσοι
τροίαν ἀφικόμεθα πλὴν ἀχιλλέως. id est:

Sed ipsum tamen qui sit talis mihi (sup. inimicus)
Nequaquam honore spoliauerim, quin dicam
Vnum uirum uidisse fortissimum Argiuorum, quotquot
Troiam uenimus, præter Achillem.

ἀ δή πῃ ἄλλος αἴτιος) Poterat uideri Vlysses in causa esse, quòd Aiax sibi manus intulisset propter utriusque contentionem: ideò hoc à se nunc ille amolitur, idque Aiaci persuasum esse uult, id nullius causa ipsi accidisse, sed solius Iouis uolūtate. Sic idē Vlysses apud Calabrum lib. 5.

——χάλκ δὴ οἱ ἄπο ἔσχα
αἴτιος· ἀλλά τις αἶσα πολύφρονος, ἣ μιν ἐδάμασσε.
ἐκ γάρ μοι κέαρ ἔνδον ὀΐσατο γερσὶν ἑῇσιν
κεῖνον ἀλιτρήσειν κῆδ' ὃν νόον, ὥστ' αὐ ἔγωγε
ἦλθον ἐλεύμενος νίκης ὕπερ, ὥστε τιν' ἄλλον
ἐν Δαναοῖσιν ἐόντα μεμιγότα δηϊοτῆτι.

——Ira uerò ipsi (Aiaci) nequaquam ego
Causa, sed quædam sors luctuosissima, quæ eum domuit.
Etenim si mihi cor intus in pectoribus sperasset,
Ipsum id agere lætatum esse sua mente: non equidem
Venissem concertaturus de uictoria, nec quenquam alium
Inter Danaos fuissem, quamuis cupientem contendere.

Ibi tum Minoa uidi Iouis ſplendidum filium,
Aureum ſceptrum geſtantem, leges ferentem mortuis,
Sedentem: alij uerò circa ipſum cauſas dicebant regẽ,
Sedentes ſtatuti per latam Plutonis domum.
Poſt hunc autem Orionem ingentem animaduerti
Feras ſimul uenantem per floridum pratum,
Quas ipſe occiderat in deſertis montibus,
Manib. habens clauã totã ferream ſemper infractam.
Et Tityum uidi terræ gloriosæ filium
Proſtratum in pauimento, hic. a. nouẽ iacebat iugerã.
Vultures aũt ipſum utring, aſſiſtentes iecur fodiebant,
Roſtrum intromittentes, ille. a. non abigebat manibus.
Latonã enim traxit per uim Iouis glorioſam amicam
Ad Pytho euntem per pulchrichorum Panopeum.
Et ipſum Tantalum uidi graues dolores patientem,
Stantem in lacu, hic alluebat ad mentum.
Capiebat autem ſitiens, potum aũt nõ poterat capere.
Quoties enim inclinabat ſenex bibere cupiens,
Toties aqua peribat abſorpta, circa autem pedes
Terra nigra apparebat, areſcere autem faciebat numẽ.
Arbores procera à capite fundebant fructum
Pyri, mali punica, & alij mali ſplẽdidũ ferẽtes fructũ,
Ficuſq, dulces & olea uireſcentes.
Quoties rectà pergeret ſenex manibus decerpere,
Has uentus propellebat in nubes obſcuras.
Et ipſum Siſyphum aſpexi immenſos dolores patientẽ,
Lapidem geſtantem ingentem utraq, manu.
Profectò ille innixus manibuſq, pedibuſq,
Lapide ſurſum pellebat ad cacumẽ: ſed quãdo ppè erat
Summitatem ſuperaturus, tunc deficiebat fortitudinis.
Rurſus deinde ad ſolum uoluebatur lapis immanis,
Caterùm ille rurſus pellebat intenſus: ſudor autem
Demanabat ex mẽbris, puluis aũt ex capite oriebatur.
Poſt hunc uidi uim Herculanam
Idolum, ipſe uerò apud immortales deos
Oblectatur in cõuiuijs, & habet pulchris talis Hebem,
Filiam Iouis magnanimi, & Iunonis aureis ſandalijs.
Circa ipſam clamor mortuorum erat inſtar alitum,
Vndiq, fugientium: ille uerò obſcura nocti ſimilis,
Nudum arcum habens, & ad neruum ſagittam
Graue circumſpiciens ſemper iaculanti ſimilis.
Horrendus autem illi circum pectora baltheus,
Aureũ erat lorũ, in quo miranda opera elaborata erãt,
Vrſiq, agreſtesq, apri timendiq, leones
Prœliaq, pugnæq, cædesq, homicidiaq,
Ne qui fecit, ne aliud quippiam faciat
Qui illud lorum ſua appoſuerit arte.
Agnouit autem ſtatim ille poſtquam uidit oculis,
Et me lugens uerbis alatis alloquebatur,
Generoſe Laërtiade multiſcie Vlyſſes,
Heu miſer certè aliquod & tu malum fatum agis,
Quale utiq, ego habui ſub radijs ſolis.
Iouis quidem filius eram Saturnij, caterùm arumnam
Habui infinitam, ualdè enim deteriori uiro
Oppreſſus. qui mihi graues imperabat dolores,
Et olim me huc miſit ut canẽ ducerẽ, non enim aliud
Exiſtimabat hoc mihi grauius eſſe certamen.
Hunc quidem ego ſubduxi & traxi ex inferis

Ἔνθ' ἦτοι Μίνωα ἴδον Διὸς ἀγλαὸν υἱόν,
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιςεύοντα νεκύεσσιν,
Ἥμενον· οἱ δέ μιν ἀμφὶς έβαν εἴροντο ἄνακτα,
Ἥμενοι ἑσταότες τε κατ' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ.
Τὸν δ' μετ', Ὠρίωνα πελώριον εἰσενόησα
Θῆρας ὁμοῦ εἰλεῦντα κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα,
Τοὺς αὐτὸς κατέπεφνε ἐν οἰοπόλοισι ὄρεσσι,
Χερσὶν ἔχων ῥόπαλον παγχάλκεον, αἰεν ἀαγές.
Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐριθρέμμονα υἱόν,
Κείμενον ἐν πλατέῃσι, ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.
Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἦπαρ ἔκειρον
Δείρεσ' ἔσω δμῳῶντες· ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί.
Λητὼ γὰρ ἤλκησε Διὸς κυδρὴν παρακοίτιν
Πυθῶδ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου Πανοπῆος.
Καὶ μὲν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλεπῶς ἄλγε' ἔχοντα,
Ἑστεὼτ' ἐν λίμνῃ, ἡ δ' ὑπεσταλάζε γναθμῷ.
Σπεῦδε δ' διψάων, πίειν δ' οὐκ εἶχεν ἐλέσθαι.
Ὁσσάκι γὰρ κύψει ὁ γέρων πίειν μενεαίνων,
Τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκετ' ἀναβροχθὸν· ἀμφὶ δὲ ποσὶ
Γαῖα μέλαινα φαίνεσκε, καταζώσασκε δ' ἀλάμων.
Δένδρεα δ' ὑψιπέτηλα κατακρῆθεν χέε καρπὸν,
Ὄγχνας, καὶ ῥοιὰς, καὶ μηλέας ἀγλαόκαρπους,
Συκάς τε γλυκερὰς, καὶ ἐλαίας τηλεθοώσας.
Τῶν ὁπότ' ἰθύσαι ὁ γέρων ἅπτι χερσὶ μάσασθαι,
Τάς δ' ἄνεμος ῥίπασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα.
Καὶ μὲν Σίσυφον εἰσεῖδον, κρατερὰ ἄλγε' ἔχοντα,
Λᾶαν βασάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν.
Ἦτοι ὁ μὲν, σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε,
Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον· ἀλλ' ὅτε μέλλοι
Ἄκρον ὑπερβαλέειν, τότ' ἀποστρέψασκε κρατὸς
Αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής.
Αὐτὰρ ὅγ' ἀψ ὤσασκε πιταινόμενος· κὰδ δ' ἱδρὼς
Ἔρρεεν ἐκ μελέων, κονίη δ' ἐκ κεφαλῆς ὀρώρει.
Τὸν δ' μετ' εἰσενόησα βίλν Ἡρακληείην,
Εἴδωλον· αὐτὸς δ' μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Τέρπεται ἐν θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην,
Παῖδα Διὸς μεγάλοιο καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλου.
Ἀμφὶ δέ μιν κλαγγὴ νεκύων ὣς, οἰωνῶν ὡς,
Πάντοσ' ἀτυζομένων· ὁ δ', ἐρεμνῇ νυκτὶ ἐοικώς,
Γυμνὸν τόξον ἔχων καὶ ὀϊστὸν ἐπ νευρῇφιν ὀϊσθείς,
Δεινὸν παπταίνων, αἰεὶ βαλέοντι ἐοικώς.
Σμερδαλέη δέ οἱ ἀμφὶ θὲι ζώῃσιν ἀορτὴρ,
Χρύσεος· ᾧ τελαμῶν ἵνα θήσκελα ἔργα τέτυκτο,
Ἄρκτοι τ', ἀγρότεροί τε σύες, χαροπί τε λέοντες,
Ὑσμῖναί τε, μάχαι τε, φόνοι τ', ἀνδροκτασίαι τε.
Μὴ τεχνησάμενος μηδ' ἄλλό τι τεχνήσαιτο,
Ὅς κεῖνον τελαμῶνα ἐῇ ἐγκάτθετο τέχνῃ.
Ἔγνω δ' αὐτίκα κεῖνος, ἐπεὶ ἴδεν ὀφθαλμοῖσι·
Καί μ' ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Ἀ δεῖλ', ἦ τινα καὶ σὺ κακὸν μόρον ἠγηλάζεις,
Οἷ' περ ἐγὼν ὑπέεσκον ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο.
Ζηνὸς μὲν πάϊς ἦα Κρονίονος, αὐτὰρ ὀϊζὺν
Εἶχον ἀπερεσίην· μάλα γὰρ πολὺ χείρονι φωτὶ
Δεδμήμην, ὀλοὰ δέ μοι χαλεπὸς ἐπετέλλετ' ἀέθλους.
Καὶ ποτέ μ' εἰνάδ' ἔπεμψε κύν' ἄξοντ' ἐξ Ἀΐδαο
Φράζετο γὰρ δή τι μοι χαλεπώτερον εἶναι ἄεθλον.
Τὸν μὲν ἐγὼν ἀνάειρα καὶ ἤγαγον ἐξ Ἀΐδαο.

Ἑρμείας

κ.ἑπτμψ' ἠδὲ Ἑρμείας δ' ἐμὲ μ' * ἑπτμψεν ἰδὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Ὣς ἑπτὼν, ὁ μὲν αὖτις ἔβη δόμον Ἄϊδος εἴσω.
Αὐτὰρ ἐγὼν αὐτοῦ μενέων ἔμπεδον, εἴπις ἔτ' ἔλθοι
Ἀνδρῶν ἡρώων οἱ δὴ τεθνᾶσι πάροιθε.
Καὶ νύ κ' ἔτι προτέρους ἴδον αὐέρας, οὓς ἐθέλον περ,
Θησέα, Πειρίθοόν τε, θεῶν ἐρικυδέα τέκνα·
Ἀλλὰ πρὶν δὴ ἔθνε' ἀγείρετο μυρία νεκρῶν
Ἠχῇ θεσπεσίῃ· ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ἦρει
Μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου
Ἐξ ἄϊδος πέμψειε ἀγαυὴ Περσεφόνεια.
Αὐτίκ' ἔπειτ' ἐπὶ νῆα κιὼν, ἐκέλευσα ἑταίρους
Αὐτούς τ' ἀμβαίνειν, ἀνά τε πρυμνήσια λῦσαι.
Οἱ δ' αὐτὼς ἐσέβαινον, καὶ ἐπὶ κληῖσι κάθιζον.
Τὴν δ' κατ' Ὠκεανὸν ποταμὸν φέρε κῦμα ῥόοιο,
κ.ἀρσίην Πρῶτα μὲν * ἐρεσίη, μετέπειτα δ' κάλλιμος ἔρος.

Mercurius autem me deducebat, atq; cæsia Minerua.
Sic fatus, ipse quidē rursus descēdit infra Plut. domum.
Cæterùm ego illic mansi firmiter si quis ueniret
Virorum heroū, qui certè priorib⁹ seculis perierunt,
Et fortassis adhuc priscos uidissem uiros quos uolui,
Theseum, Pirithoumq; deorum glorioſos filios.
Sed antea multitudo cōgregabatur infinita mortuorū
Sonitu immenso, me autem pallidus timor inuasit,
Ne mihi Gorgonium caput horrendi monstri
Ab inferis mitteret inclyta Perſephonea.
Statim deinde ad nauem profectus iussi socios,
Et ipsos ascendere oramq; soluere.
Illi uerò statim ingressi, & per transtra sederunt.
Illam uerò per Oceanum flumen ferebat fluctus fluēti:
Primùm quidē remigatio, postea .a. optimus uentus.

COMMENTARIVS.

ἔνθ' ἤ τοι μίνωα)Nunc aliquot insignes animas percurrit, in quibus primus est Minos: hunc Iouis filium appellat, & iura mortuis dare dicit. Est autem ille ex Ioue & Europa, siue illa Phœnicis siue Agenoris sit filia, natus: quem tamen Homerus infrà lib.19. διὸς ἰσταμενῆα tantùm uocat. Quidam ob illius uirtutes, creditum esse Iouis filium uoluerunt. Ephorus Minoem scribit Rhadamanthi cu iusdam antiquissimi, & propter iustitiam ac æquitatem celeberrimi uiri imitatorem fuisse, qui postea propter iustitiam Iouis filius fuerit existimatus. Cùm autem, ut aliàs monuimus, eadem officia mortuis tribuerent ueteres, quę ipsi uiui exercuissent: factum est, ut Minos iuris & æqui amantissimus pro Iudice apud inferos existimaretur. Fuerunt etiā alij, uidelicet Rhadamanthus & Aeacus, sed distincta habuerunt illi tres sua officia, Asiaticos enim Rhadamanthus, Europæos Aeacus iudicabant: Minos uerò, siquid ambiguum erat, discutiebat. Vide Platonem in Gorgia. Cur autem hoc ita ueteres illi finxerint, exponit Natalis Mythol. lib.3. cap. 7. his uerbis: sed quoniam uulgus imperitorum non facilè intelligebat, omnes animi nostri recessus, omnesque cogitationes Deo esse conspicuas, quare uel præmia uel supplicia singulis pro meritis tribuerentur, idcirco necesse fuit, crassa quadam & populari ratione hominibus id fieri, aliquo pacto persuadere: quare Iudices & tortores animarum post mortem apud inferos constituti sunt, qui singulos confiteri sua scelera cogerent, ut singulis deinde uel præmia uel supplicia pro seuerorum iudicum sententia darentur. Inter hos iudices præcipuum locum obtinuit Minos, &c.

ἦρως ὠρίωνα ἐλεῶντα)Hîc duo sunt obseruanda. primùm quidem aliquoties iam repetitum, & nouissimè præcedenti annotatione, mortuis eadem tribui, quæ ipsi dum uiuerent, exercebant. Sic Orion, qui uenator fuit eximius, dum inter uiuos degeret, eàdem uenatione apud inferos delectatur. Secundò notandum est, uideri Homerum innuere, brutorum etiam animas ad inferos migrare cum eadem corporis imagine, non secus atque hominum etiam animas. Expressè enim dicit, Orionem feras eas persequi, quas ipse occiderat, nimirum olim in terra. Adeò siquidem animæ immortalitatem certam & ratam habuit, ut ne quidem ipsis brutis eam potuerit denegare. Nos tamen ab hoc errore nobis caueamus, quia ut Sacra pagina disertè pronunciat,

Bruta animamq; nouunt corpusq; sepulchro.

κὴ τιτυὸν εἶδον)Memorabile erat etiam hoc de Tityo, primùm quo ad illius uastitatem, deinde quo ad pœnam & cruciatum, quem apud inferos patitur. Quod autem eum Terræ filium appellat, id quidam sic intelligunt: ut Pherecydes, Iouem Elaram Orchomeni filiam compressisse, eumque Iunonis zelotypiæ metu, illam Elaram in terra occultasse, unde natus Tityus dictus sit Terræ filius. Quod autem Iouis & Elaræ sit uerè filius, testatur præter Apollodorum lib.1. Apollonius etiam lib.1.

ὧι κὴ ἀπ' ὀφθαλμῶν φοῖβος ἰὸν ἐπέπυστο	*Hîc inerat Phœbus puer, ac petit ille sagittis*
βάπτας, ὅππη πολλὸς ἴλῳ, ἐρύοντα κελεύθους	*Ingentem Tityum matri uim ferre parantem:*
μητέρα δαιοτελείης Τιτυὸν μίσχον, ὅν ῥ' ἔτικτε γαῖα.	*Hîc Phœbi securus eam iam ceperat, illum*
δεῖ' ἐλάρᾳ, βριψὲν δὲ κὴ ἄψ ἐλοχέσατο γαῖα. id est:	*Diua Elare peperit, Tellus nutrimit alumnum.*

Sic etiam Virgilius eum terræ alumnum appellat, ut mox dicemus. Illius uastitas porrò tanta fuit, ut nouem terræ iugera iacens occuparet: quod alij ex Homero scribunt. Pœna autem eius in inferis est, ut duo uultures, secundum Homerum, eius iecur perpetuò depascantur. Virgilius tamen unicum uulturem id efficere dicit, quasi nimirum nihil referret de pluralitate, modò de cruciatu constaret. Verumque igitur uastitatem & pœnam sic eleganter ille exposuit 6. Aeneid.

Nec non & Tityum terræ omniparentis alumnum	*Immortale iecur tondent, fœcundaq; pœnis*
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus	*Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto*
Porrigitur, rostroq; immanis uultur adunco	*Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.*

Tibullus uidetur Homerum sequutus in numero uulturum: quanquam ille non duas speciatim nominat, sed utut sit, saltem plures, cum dicit, *Porrectuq; nouem Tityus per iugera terra* *Assiduas atro uiscere pascit aues.*

Huius autem cruciatus causam dicit Homerus, quòd Latonam uitiare uoluerit. Et hoc sequutus est superiori loco Apollonius. Euphorion tamen existimauit eum uim Dianæ inferre uoluisse, unde forsan ab ea idcirco est sagittis confossus: ideoque Callimachus Dianam πτυσσοῦτον appellat. Quidam eum ab Apolline interemptum uolunt, inter quos fuit Ephorus, qui scripsit eum terras obeuntem ut hominum mores componeret, ad Panopæos uenisse, ubi Tityum eius loci dominum iniuriosum & proteruum hominem interfecit. Sed illud ut fabulosum refellit Strabo lib.9. Vnde miror Natalem Myth.6.cap.19. illud Straboni tribuere parum fideliter, ut ex eius lectione constare potest. Verba tamen afferam leuandi laboris aliorum gratia. τί δ' ἂν μυθωδέστερον, ἢ Ἀπόλλωνα τοξεύοντα, καὶ κελεύοντα Τιτυὸς, καὶ Πυθωνας, καὶ ὀδύσσεα ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Δελφοὺς; καὶ γῆν πᾶσαν ἰόντα; id est: At enim quid fabulosius dici potest, quàm Apollo arcu feriens, Tityosque & Pythones supplicijs afficiens, proficiscensque Athenis Delphos, & totam obambulans terram? Illa enim omnia, ut historica narrabat Ephærus. Tityum porrò eo modo interfectum non uidetur Homerus agnoscere, id forsan non prætermissurus, unde arbitratur Eustathius, innuere Homerum hunc Tityum à Minoe iudicatum esse. ὁ δέ, inquit, κατ' ὁμηρον πάσχει ὁ τιτυὸς, δικαιωθεὶς φαίνεται ἀφ' οὗ τοῦ Μίνω. Quod autem ad illius uastitatem attinet, consulendus est Pausan. lib.10. Is refert sacello cuidam apud Panopenses torrentem esse, ad cuius alueum est Tityi sepulchrum, aggeris ambitum nihilo minorem esse unius stadij triente: unde quidam ista nouem iugera, quæ Tityus Homericus occupat, non de illius magnitudine: sed de illo loco, in quo ille sepultus iacet, intelligunt, qui quidem locus nouem est iugerum. At Cleon Magnes (inquit) eos maximè homines rerum miraculis fidem habere non consuesse dicebat, quibus in tota uita non contigisset quicquam intueri, quod esset communi hominum opinione maius: se certè adduci posse, ut crederet, & Tityum & alios ea magnitudine quam fama prodidit, fuisse. Venisse enim se fortè ad Gades, & ab ea insula cum tota sui comitatus turba, quòd id Hercules imperasset: mox iterum Gades reuersum, marinum hominem in littus iectum inuenisse, nihilo breuiorem iugerum quinque spatio, qui fulmine ictus conflagrarat. Hæc ille.

κὴ μὴν χόρον)Didymus & Eustathius hallucinati sunt in hoc uocabulo, quia κὴ μὴν χωρον legunt, contra legem tamen carminis: nos, *pulchrichorum*, transtulimus, sequuti Pausaniam lib. iam memorato. Vide Lexicon nostrum Homericum, in uoce κὴ μὴν χορος.

ἰσχεῖ' ὁ λιμήν)Hunc Tantali cruciatum diuersè ab alijs quibusdam Homerus describit. Ait enim eum in medijs aquis sedentem, illas tamen potare non posse, cùm ad eas labra admouet: sic etiam pendentes uarios fructus supra suum capitis uerticem, cùm captare nititur, eos in altum effugere. Illi causam facit Numen, quòd arescere aquas faciat: huic uentos, qui fructus illos sursum propellant. Alij autem dicunt, ut Euripides in Oreste, saxum illi perpetuò imminere. Virgil. lib.6. epulis paratis non posse frui alios dicit,

sit, quod à Furijs prohibeantur, nimirum Lapithas, Ixionem & Pirithoum: quanquam Natalis Myth. lib. 6. cap. 18. illud de Tantalo dici ab eodem existimet. Mihi tamen uidetur series orationis postulare, ut de illis intelligatur. Locum integrum afferam:

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;? — Regifico luxu: Furiarum maxima iuxtà
Quos super atra silex iam iam lapsura cadentiq; — Accubat, & manibus prohibet contingere mensas:
Imminet assumlo. lucent genialibus altis — Exurgitq; facem attollens, atq; intonat ore.
Aurea fulcra toris epulæq; ante ora parata

Quod si illud de Tantalo esset intelligendum, non dubito quin eum etiam fuisset Virgilius nominaturus, Homerum sequitur Tibullus: sed in eius siti perpetua tantùm. Sic enim dicit:

Tantalus est illic, & circum stagna, sed acrem — Iam iam poturo deserit unda sitim.

14 Famem etiam adiunxit Ouidius: *Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat — Tantalus.*——
Sitim solam Horatius: *Tantalus à labru sitiens fugientia captat — Flumina.*——

Cornelius Gallus etiam sitim tantùm commemorat, ut ex illius uersibus, quos infrà annotabimus, constabit. Hæc ergo de Tantali cruciatu, de cuius causa tamen nihil scribit Homerus, ut fecit antea de Tityo. Nos hoc intactũ non arbitramur esse relinquendum. Varia ergo ea de re est sententia. Quidam dicunt eum aliquando Deos hospitio excepisse, Pelopemq; filium, uel quòd Deorũ prouidentiam experiri uellet, ut dicitur de Lycaone: uel quòd inde epulas lautiores arbitraretur, cùm filium sibi omnium rerum charissimum Dijs epulandum traderet, in cõuiuio exhibuisse. Quod Dij cùm intellexissent (una excepta Cerere, quæ ob raptam filiam mœstitiâ penè dementata humerũ Pelopis deuorauit: sed Dij Pelopem uitæ restituerunt, & humerum illi eburneũ supposuerunt. uide Pindarum 1. Olymp.) Tantalum ad inferos detruserunt, & propter tam cruentum & inhumanum conuiuium, ibi eum perpetuo famis & sitis tormento addixerunt. Sunt quidam qui ob loquacitatem hoc ei contigisse dicunt, ut Euripides in Oreste (quanquam hic, ut anteà diximus, lapidem illius uertici impendere, qui ei bibere uolenti, & labra ad aquas admouẽti, caput feriat) quod uidelicet in Deorum conuiuio aliquid nimis petulanter effudisset. Locum illius adducam ad Lectorem subleuandum:

ὁ γὰρ μακάρων, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας — Nam beatus ille, nec exprobro fortunam
διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι Τάνταλος — Ioue natus, ut dicunt, Tantalus
κρυφᾶς ὑπερτείνοντα δαμοκλείους πέτρου — Capiti supereminentem timens lapidem
ἀίδιος πτῶσις, κἀπὶ τοῖς τοῦτ' ἄλγεσι — Aere uolitat, & luit hanc pœnam
ὡς μὲν λέγουσιν οἱ θεοῖς αὐθρωπος ὤν — Vt quidem dicunt, quòd cum Dijs homo cum esset
κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον — Communis mensæ honorem habens æqualem,
ἀκόλαστον ἶχε γλῶσσαν, ἀκρίτῳ νόσον. id est: *Incontinentem habuit linguam, turpissimum morbum.*

Eam opinionem sequitur Ouidius, cum dicit: *Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat — Tantalus: hoc illis garrula lingua dedit.*
Gallus etiam (nescio unde eum Corn. Gallum appellet Natalis) eandem sequitur sententiam, cuius Epigramma in Tantalum extat Anthol. lib. 4. cap. 7.

ὅστος ὁ πρὶν μακάρεσσι συνείπνος, ὅστος ὁ πανδὺς — Hic olim superũm fuerat conuiua, replenit
πολλάκις ἀμπρόσιον πανσυδίῃ πίμπτος, — Quo dulces uentrem nectare sæpe suum.
νῦν λυσιδὸς ὑγρῆς ἰμάσσεται· ἡ φθονερὴ δὲ — Mortales latices nunc optat, at inuida semper
κρῆνις ἀεὶ χάλκεος ἐπὶ πανσυσσόρῳ. — Vnda labra eius subsidet inferior.
πῖνε, λέγει τὸ τρόμῳ, κἀ ἔρχεαι μάνθανε σιγᾶς· — Illa, bibe, acclamat, tum sacra silentia disce:
οἱ γλώσσῃ σφετέρᾳς τῶνδε κολαζόμεθα. Quod ego sic de plano uerto: *Supplicia hæc, quibus est lingua proterua, manent.*

Didymus noster & Tzetzes existimant Tantalum, qui in Deorum conuiuia admittebatur, aliquando Nectar & Ambrosiam ijs surripuisse, eamque coætaneis suis impertiuisse. quod attingit Pindarus Olymp. od. 1. his uerbis:

ἴσχει δ' ἀπάλαμον βίον — ἀλίκεσσι συμπότοις
τῶτον, ἰμπεδόμοχθον — νέκταρ ἀμβροσίαν τε
μοῖραν τριῶν τέτρατον — δόσιν.
πόνον, ἀθυμάτων ὅτι κλέψας

Didymus tamen dicit, ideò impositum illi esse montem Sipylum. Quidam dicunt hoc idcirco factum, quia cùm aliquando Pandareus Milesius canem aureum ἀνάθημα è Creta surripuisset, quem Iupiter custodem templi constituerat, eumq; apud Tantalum occultasset: misit Iupiter Mercurium, ut eum qui canem susceperat, tentaret & experiretur. Is uerò cum iuramento eum apud se esse negauit, & idcirco montem Sipylum illi imposuisse, qui esset lapis. Hoc refert Pindari Interpres, ubi loci huius Homerici quoque meminit: tamẽ dicit eum spurium & adulterinum esse iudicatum ab Aristarcho. Addit Pindarus, eodem loco capiti Tantali lapidem esse superimpositum, quòd ingentem suam felicitatem concoquere non potuerit: quanquam idem esse illud existimauerim, ac si dixisset Tantalum abusum esse sua prosperitate, qua inter Deos fruebatur, cum ambrosiam & nectar illis surripuit, ut illa cum sequentibus connectantur, in quibus causam illius supplicij commemorat.

λᾶαν βαστάζοντα) De Sisyphi supplicio omnes, quos memini legisse, cõsentiunt: de illius autem causa Homerus nihil: sed hoc etiam prætermittendum nobis non est. Pausanias igitur lib. 2. hanc affert, quòd cùm Iupiter Asopi filiam rapuisset, idque Sisyphus (qui astutiæ nomine nulli mortalium fuit comparandus) sciret, indicasset Asopo sub spe fontis illius qui erat in Acrocorintho: ideoque pœnas, si satis credi potest, inquit ille, apud inferos dare. Alij dicunt eum Deorum à secretis fuisse, arcanaque illorum diuulgasse: alij, eum solitum uarijs tormentis hospites suos cruciare. Alij dicunt, eum ob deceptos dæmonas ita plecti. Sic autem decepit. Cùm moreretur iussit uxori suæ, ut cadauer suum inhumatum proijceret: itaque ille apud inferos Plutonem rogauit, ut sibi liceret exire ad uxorem suam castigandam (hoc est nimirum quod aliàs diximus, creditas animas defunctorum eos urgere, à quibus aliqua essent affecti iniuria) quod ab ea sepultus non esset. Id cùm impetrasset, egressus noluit ad inferos redire, donec (inquit Eustathius) senectute prouectissima grauaretur. Reuersus itaque, uel (ut alij uolunt) à Mercurio ui detractus à uiuis, hoc illi supplicium impositum fuit.

ἄδηλον) Hoc addit, ne existimaretur ipsum Herculem reuerà uidisse, quod poterat intelligi ex præcedentibus, cùm se uidisse εἴδωλον ἡρακλέους diceret. Vidit ergo tantùm illius idolum ac imaginem. Agnoscit enim eius ἀπόφασιν, quia in numerum Deorum post mortem dicitur relatus. Tria autem sunt in homine, ut uidetur hic locus innuere: corpus, anima, & imago. Corpus terræ mandatur: animam uerò aliquando cum imagine coniungunt, & utramque in inferis collocant, ut de præcedentibus heroibus & matronis intelligendum est: aliquando distinguũt, & tunc animam in cœlis habitare, imaginem apud inferos remanere existimauerunt, scilicet crassiorem partem hominis post corpus, quæ etiam ipsius corporis effigiem retineat, cum alioqui anima separata ab illa imagine non subijciatur sensibus humanis. Quasi ergo dicat nunc Homerus, corpus quidem Herculis combustum in terra remansisse, animam ad superos euolasse, imaginem illius in inferis degere. Hæc ego forsan rudiusculè propono, sed sciat lector, me nunc in Philosophorum scholis non uersari, qui hominis partes accuratiùs distinguunt. Platonici dicunt tria esse in homine: supremum, infimum, & medium. Supremum, appellant mentem: infimum, sensitiuam animam, & idolum: medium, rationalem spiritum, qui animam animalem, uel illud idolum cum mente coniungit. Quod si etiam admittamus, intelligemus Herculis rationalẽ animam (ut uocatur à Plotino Ennead. 5. lib. 2. orat. 1.) menti coniunctam in superos admissam: animam autem animalem uel idolum in inferis extitisse. Illa duo autem cõiungo, quia in hominibus uirtutis studiosis nunquam separantur, qualis fuit Hercules. Accidit autem in deprauatis hominibus, ut anima rationalis interdum sensitiuæ adhærescat, & ita in inferis cum hac remanet, ut ijdem Platonici uoluerunt. Quanquam Homerus hoc uoluisse non uidetur. nam fortissimis & pientissimis etiam heroibus illa duo tribuit: illud ergo peculiare illis statuit, quos Dij cœlo dignarentur & suo consortio, ut hunc Herculem. Quidam duo tantùm in homine statuunt, Corpus, & animam: illud in terram reuerti, hanc in cœlos, unde descendit, remeare. & hoc Lucretius ait his uerbis:

Credit item retrò, de terra quod fuit antè, — Id rursum cœli fulgentia templa receptant.
In terras: & quod missum est ex ætheris ortu,

Sed hoc tamen diligenter apud eundem Poetam studioso lectori expendendum est, quia animam mortalem alioqui existimauit: sed id forsan de anima animali uel sensitiua intellexit, nunc uerò de mente diuina loquitur. Alij quatuor agnoscũt in homine, quæ ita complectitur Ouidius:

13 *Bis duo sunt hominis, manes, caro, spiritus, umbra. — Quatuor ista loci bis duo suscipiunt.*

Terra tegit carnem, tumulum circumuolat umbra: Orcus habet manes, spiritus astra petit.

Sed hæc ferè eandem expositionem accipiunt atque superiora tria Platonicorum, qui carnem, uel corpus reliquerunt: quia ibi hominem tantùm intrinsecum intelligunt. Vtut sit, uidetur mihi hoc loco Homerus ita sentire, ut initio proposui. Lector rem, si placet, attendat. Didymus tamen hos uersus dicit se ἀθετῆν, nimirum ἄδωλον, & sequens πέπιτυε: sed & tertius erat, igitur delendus qui ex secundo dependet. Eustathius testatur Homeromastigas totum hunc locū uellicasse. Non concoquebāt enim, quomodo imago Herculis posset esse in inferis, ipse autem in superis: sed nos id posse fieri, satis docuimus ex ueterum opinione: quinimò uidetur mihi Homerus intellexisse supera illa Numina spiritus fuisse, cum Herculeum spiritum ab illis in suum numerum assumptum intelligat, relicta crassiori eius parte, quæ non uidebatur posse cum æterna illa mente degere, adeò pura omnia apud illam esse uoluit. Hoc etiam reprehendebāt, quòd Vlyssem ab Herculis idolo agnitum dicat Poeta, antequàm è sanguine sacrificij biberit: quod tamen potest κρατὰ τὸ σωπώμενον intelligi. Illud item quòd Hebem coniugem Herculis esse dicat, quam tamen alij pro uirgine agnoscant. Sed id mihi futile uidetur, quia illius uetustissimi Poetæ scripta debebant esse pro lege & norma ueritatis.

μὴ πιχησαίμβρος) Hic locus uarias recepit interpretationes, quas ego nunc ex Eustathio commemorabo. Vel, Qui illum baltheum fecit (hoc enim periphrasticè significat illud, ἐξ ἐγκάτθετο πέχη) illum solum fecit, μὴ πιχησαίμβρῳ μηδ' ἄλλοτι, hoc est nullū unquam alium faciens quàm unicum illum. Vel ἄδλιν ἕτερον τοιοῦτον ἔεργον πιχησαίμβρῳ, qui nullum aliud simile opus fecerit, ut si quis dicat Phidiam, qui Iouem sculpsit, alium similem nunquam sculpsisse. Quidam uerò hoc quasi execratiuè dictum accipiunt, ut sit hic sensus: Ne hoc contingat, ut qui illum baltheum fecit, alium ullum faciat, adeò in illo priore tot horrenda conspiciebantur. Vel, Ne qui illum fecit, aliud opus faciat, ut qui totum suum artificium in illum expenderit, neque multum ei ocij ad alia facienda superfuerit. Habet autem hic uersus, μὴ πιχησαίμβρῳ μηδ' ἄλλο τι πιχήσαιτο, superfluam alteram negationem. satis enim erat dicere, μὴ πιχησαίμβρῳ ἄλλοτι. Vel ad fortiorem negationem, τὸ μὴ ingeminauit. Quidam uerò hunc uersum commate duplici partiūtur, & defectiuum esse dicunt primum, secundum uerò integrum, ut sit μὴ πιχησαίμβρῳ ἄῃ, μὴ δ' ἄλλό τι πιχήσαιτο. Sic ergo esset distinguendus, μὴ πιχησαίμβρῳ: μὴ δ' ἄλλό τι πιχήσαιτο, &c. Hæc omnia debemus Eustathio: mihi hoc uidetur probari, ut sit sensus: Hic baltheus eiusmodi est, tamque admirandus, ut qui illum fecerit, quamuis peritissimus artifex: tamen neque anteà ullum talem fecerit, aut posthac facere possit, adeò omnes sui artificij elegantias in illud contulit. Probo etiam ut per execrationem dicatur, quod ego in uersione secutus geminata quoque negatione, ut in Græco: quanquam, ut uerum fatear, Delius quidam natator hîc requiratur.

ἄ δεῖλ' ἦ που κ' οὐ) Artificiosè Vlysses Herculem istum introduxit, ut penè incredibilem descensum suum ad inferos illius exemplo probabiliorem faceret. Quod autem in hunc solùm finem eius mentionem faciat, ex eo constat: quòd cum pleraque de se ipso Herculis prædicare posset, in quibus etiam sibi similem Vlyssem faceret, hoc unicum tantum ex suis gestis meminit, se olim nimirum ad inferos quoque descendisse. Id autem fecit ex iussu Eurysthei, quem se deteriorem nunc appellat, & tamen ei obtemperare Iupiter ipse, atque adeò fata uoluerunt. Itaque ex eius imperio duodecim memorabilia certamina perfecit, quanquam nonnulli, ut Q. Smyrnæus decimumtertium addant. Voluit ergo Vlysses Phæacensibus persuadere, quibus fortasse hoc inauditum erat, longo ante se tempore idem ab Hercule præstitum, ut faciliùs etiam hoc ipsum de eo certissimè crederent. Deinde captat etiam maiorem inde gloriam, quòd sua facta Herculeis penè adæquentur. Atque hîc definit hæc longa Vlyssis narratio de inferorum animabus, in qua tamen non omnia complexus est, quæ forsan ipse uidit: sed his cancellis sese concludit, ne longiùs euagetur, tandemque se ad Circen recipit. Nos eòdem etiam cum illo reuertamur.

Finis libri undecimi.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Μ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Οδυσσείας

ΑΠΗΓΓΕΙΤΑΙ τὼ ἐξ ἄδου γνωρίσαι αὐτῷ ἐπάνοδον ποιῆσ Κίρκην τε ὡς τὰς Σειρῆνας παρέπλευσεν, τὰς τε πλαγκτὰς πέτρας Σκύλλαν τε καὶ Χάρυβδιν· καὶ τὼ τῆς αὐτῆ νεὼς καὶ τῶν ἑταίρων ἀπώλειαν, αὐτολύτους πῶς τῶν Ἡλίου βοῶν· καὶ ὡς μονῳ ἐπὶ ξύλῳ ποῆσ Καλυψὼ σῳσθῆ.

ARGVMENTVM DVODECIMI LIBRI *Odyssea.*

NARRAT ab inferis factum sibi reditum ad Circen, & quomodo Sirenas præternauigauit, & errantes petras Scyllamq; & Charybdim, & suæ nauis & sociorum exitium qui occiderant quosdam Solis boues, & ut solus in ligno ad Calypso seruatus fuerat.

Ἄλλη.

Μῦ Σειρῆνας ἔχει, πλαγκτὰς τ', ἰδὲ βοῦς Ἀελίου.

ΑΥΤΑΡ ἐπὴ ποταμοῖο λίπε ῥόον Ὠκεανοῖο
Νηῦς, ἐπὶ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης Ἐρυθρείοιο
†Νῆσον ἐς Αἰαίην, ὅθι τ' ἠοῦς ἠερίγενείης
χ. νῆσον τ' αἰαίην
Οἶκια καὶ χοροὶ εἰσι, καὶ αὐτολαὶ ἠελίοιο.
Νῆα μὲν εἶθ' ἑλθόντες ἐκείλαμεν ἐν ψαμάθοισιν,
Ἐκ δ' αὐτοὶ βῆμεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
Ἔνθα δ' ἐπιδρήσαντες ἐμείναμεν ἠῶ δῖαν·
Ἦμος δ' ἠερίγενεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάρους προΐειν εἰς δώματα Κίρκης
Οἰσόμεναι νεκρὸν Ἐλπήνορα πεπνευώτα.
Φιτροὺς δ' αἶψα τάμοντες, ὅθ' ἀκροτάτη πρέπε ἀκτή,
Θάπτομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες.
Αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ' ἐκάη καὶ τύχεα νεκρῷ,
Τύμβον χεύαντες, καὶ ἐπὶ σῆλιν ἐρύσαντες,
Πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν.
Ἡμεῖς μὲν τὰ ἔκαστα διείπομεν· ἐκ δ' ἄρα Κίρκην

Aliud.

M. Sirenes complectitur petras atque boues.

AETERVM postquam fluuij reliquit fluentum Oceani
Nauis, abijt ad fluctus maris latifluui,
Insulam ad Aeaam ubi aurora manè genita
Domicilium & chori sunt, & Solis ortus.
Nauem quidem huc digressi subduximus in arenam,
Nosipsi autem egressi sumus ad littus maris,
Hîc dormientes expectauimus auroram diuinam.
Quādo. a. manè genita apparuit roseis digitis aurora,
Certè ego socios præmisi ad domum Circes,
Efferre mortuum Elpenorem defunctum.
Arboribus uerò statim incisis summū ꝓminebat littus,
Sepeliuimus tristes copiosas lacrymas fundentes.
Caterùm postquā cadauer cōbustū est, & arma mortui
Busto aggesto & desuper cippo erecto,
Fiximus in summo sepulchro fabrefactum remum.
Nos quidem singula administrauimus: at non Circen

Ab

Ab inferis regreßi latuimus, ſed ualdè celeriter
Venit inſtructa: ſimul autẽ ancillæ ferebant cum ipſa
Panem & carnes multas, & nigrum uinum.
Hæc in medio ſtans alloquebatur diua dearum:
Miſeri qui uiuentes ſubÿßis domum Plutonis,
Bis mortui, cũ alÿ ſemel dũtaxat moriantur homines.
Sed agite edite cibum, & bibite uinum
Hic tota die, ſimul autem aurora illuceſcente
Nauigabitis, caterùm ego monſtrabo uiam atq; ſingula
Significabo, ne quo pacto ueſtris malis conſilÿs acerbis,
Aut in mare, aut in terra doleatis cladem paßi.
Sic ait, nobis. a. ſtatim pſuadebatur animꝰ generoſus.
Sic enim quidem tota die ad ſolem occidentem
Sedebamus epulantes carnes immenſas & dulce uinũ.
Quando autem ſol occidit, & crepuſculum adue nit,
Illi quidem dormierunt apud rudentes nauis.
Illa aũt me manu prehendens amicis ſeorſim à ſocÿs,
Locauitq; & accubuit, & interrogauit ſingula.
Caterùm ego illi omnia ordine recenſui,
Tum certè me uerbis alloquebatur ueneranda Circe,
Hæc quidem ſic omnia ſunt tentata, tu autem audi
Vt tibi ego dicã, in memoriã reducet tibi etiã deus ipſe.
Ad Sirenas quidẽ primùm peruenies, quæ ſanè omnes
Homines demulcent, quicunq; apud eas peruenerint:
Quicunq; imprudẽtia appulerit, & ſonitum audierit
Sirenum, huic neutiquam uxor & infantes liberi
Domum reuerſi aſtant neq; latantur:
Sed Sirenes ſtridula demulcent cantilena,
Deſidentes in prato, ingens circùm ex oßibus aceruus
Virorum putrefactorum undiq; cutes putreſcunt.
Sed præternauigato, inſuper aures obtura ſociorum
Ceram lixans ſuauem, ne quiſquam audiat
Aliorum: caterùm ipſe audi quidem, ſi quidem uoles,
Ligent te in naui ueloci manuſq; pedeſq;
Erectum ad malum, ex eo autem funes alligentur,
Vt magna uoluptate uocem audias Sirenum.
Quòd ſi rogaueris ſocios, ſoluereq; inſſeris,
Illi te pluribus uinculis alligent.
Caterùm poſtquam has præternauigauerint ſocÿ,
Tum tibi haud ego deinceps fuſiùs commemorabo,
Vtra tibi uia erit, ſed tu ipſe
Animo conſidera. dicam autem tibi utrinq;:
Ibi quidem petræ excelſæ, ad eas autem
Fluctus ingens reſonat cærulei maris.
Vagas profectò eas dÿ beati uocant.
Hac neq; uolucres præteruolant, neq; columbæ
Timidæ, quæ ambroſiam Ioui patri ferunt:
Verùm aliquam earum ſemper adimit leuis petra,
Sed aliã ſummittit pater, ut in numerũ ſufficiatur.
Hac nõdũ ulla nauis effugit uirorũ, quæcũq; acceßerit,
Sed pariter tabulas nauium, & corpora uirorum
Fluctus maris aufert ignisq; pernicioſi procellæ.
Sola ipſa utiq; præternauigauit mare ſulcans nauis
Argo omnibus cura ab Æeta nauigans.
Et fortaſſe hãc hinc celeriter iecißet magnas ad petras,
Sed Iuno præterire fecit, quoniam charus erat Iaſon.
Hi uerò duo ſcopuli, hic quidem altum cœlum attingit
Acuto uertice, nubes autem ipſum circumdat

Ἐ ξ ἀΐδεω ἐλθόντες ἐλήλυθμεν, ἀλλὰ μάλ' ὦκα
Ἦλθ' ἐυτυωλαμίη ἅμα δ' ἀμφίπολοι φέρον αὐτῇ
Σῖτον καὶ κρέα πολλὰ, καὶ αἴθοπα οἶνον ἐρυθρόν.
Ἡ δ' ἐς μέσσω στᾶσα μετηύδα δῖα θεάων,
Σχέτλιοι, οἱ ζώοντες ὑπήλυθετε δόμω Ἄϊδαο,
† Διθανέες, ὅτε τ' ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσ' ἀνθρωποι. χ. δὶς θνῄσκουσι
Ἀλλ' ἄγετ', ἐσθίετε βρώμιλον καὶ πίνετε οἶνον
Αὖθι παννημέριοι ἅμα δ' ἠοῖ φαινομένῃφι
Πλεύσεσθ'· αὐτὰρ ἐγὼ δείξω ὁδὸν, ἠδὲ ἕκαστα
Σημανέω, ἵνα μή τι κακῇ ἁφίῃ ἀλεγεινῇ
Ἢ ἁλὸς, ἢ ἔπι γῆς ἀλγήσετε πῆμα παθόντες.
Ὣς ἔφαθ'· ἡμῖν δ' αὖτ' ἐπιπείθετο θυμὸς ἀγλαὸς.
Ὣς τότε μὲν πᾶσαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καδύοντα
Ἥμεθα δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ.
Ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ καὶ ἔπλετο κνέφας ἦλθε,
Οἱ μὲν κοιμήσαντο παρὰ πρυμνήσια νηός·
Ἣ δὲ με χειρὸς ἑλοῦσα φίλων ἀπονόσφιν ἑταίρων,
Εἶσέ τε, καὶ προσέλεκτο, καὶ ἐξερέεινε ἕκαστα.
Αὐτὰρ ἐγὼ τῇ πᾶσα κατ' μοῖραν κατέλεξα.
Καὶ τότε δή μ' ἐπέεσσι προσηύδα Κίρκη,
Ταῦτα μὲν ἤτω πάντα πεπείραται· σὺ δ' ἄκουσον
Ὡς τοι ἐγὼν ἐρέω, μνήσει δέ σε καὶ θεὸς αὐτός.
Σειρῆνας μὲν πρῶτον ἀφίξεαι, αἳ ῥά τε πάντας
Ἀνθρώπους θέλγουσιν, † ὅ, τις σφέας εἰσαφίκηται. χ. ἵκῃ
Ὅς κε ἀϊδρείῃ * πελάσῃ σὺν φθόγγον ἀκούσῃ χ. πελάσσῃ ᾗ φθόγγον ἀκούσῃ
Σειρήνων, τῷ δ' οὔτι γυνὴ καὶ νήπια τέκνα
Οἴκαδε νοσφισσάμενα παρείσεται, οὐδὲ γαίουσι·
Ἀλλά τε Σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ,
Ἥμεναι ἐν λειμῶνι. πολὺς δ' ἀμφ' ὀστέοφιν ἠὶς
Ἀνδρῶν πυθομένων, περὶ δ' ῥινοὶ μινύθουσιν.
Ἀλλὰ † παρὲξ ἐλάαν ὅπι δ' ἅτ' ἀλεῖψαι ἑτάροις, χ. παρεξελάαν
Κηρὸν δλεψήσας μελιηδέα, μήτις ἀκούσῃ
Τῶν ἄλλων. αὐτὰρ αὐτὸς ἀκουέμεν αἴκ' ἐθέλῃσθα,
Δησάντων σ' ἐν νηῒ θοῇ χείράς τε πόδας τε
Ὀρθὸν ἐν ἰστοπέδῃ ἐκ δ' αὐτοῦ πείρατ' ἀνήφθω·
Ὄφρά κε τερπόμενοσ ὄσσ' * ἀκούῃς Σειρήοϊν. χ. ἀκούσῃς
Αἰ δέ κε λίσσηαι ἑτάρους, λῦσαί τε κελεύῃς,
Οἱ δέ σ' ἐνὶ τελέουσι τότ' ἐν δεσμοῖσι δέοντες.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τούς γε * παρὲξ ἐλάσωσιν ἑταῖροι, χ. παρεξελάσωσιν
Ἐνθά τοι οὐκέτ' ἔπειτα διήνεκέως ἀγορεύσω
Ὁππότερη δή τοι ὁδὸς ἔσσεται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
Θυμῷ βάλλεσθαι. ἐρέω δέ τοι ἀμφοτέρωθεν.
Ἔνθεν μὲν γὰρ πέτραι ἐπηρεφέες, περὶ δ' αὐτὰς
Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος ἀμφιτρίτης·
Πλαγκτὰς δὴ τοι τάς γε θεοὶ μάκαρες καλέουσι.
Τῇ μὲν τ' οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται, οὐδὲ πέλειαι
Τρήρωνες, πάρ τ' ἀμβροσίῃ Διὶ πατρὶ φέρουσιν,
Ἀλλά τι καὶ τῶν αἰεὶ ἀφαιρεῖται λὶς πέτρη,
Ἀλλ' ἄλλῃ ἐσίησι πατὴρ ἐναρίθμιον εἶναι.
Τῇ δ' οὔπω τις νῆυς φύγεν αὐδρῶν, ἥτις ἵκηται,
Ἀλλά θ' ὁμῶς σανίδας τε νεῶν καὶ σώματα φωτῶν
Κύμα θ' ἁλὸς φορέουσι πυρός τ' ὀλοοῖο θύελλαι.
Οἴη δὴ κείνη γε περάαλλος πλωτοπόρος νῆυς
Ἀργὼ * πασιμέλουσα πάρ' Αἰήταο τολύσσαι· χ. Φασιμέλουσα
Καὶ νύ κε τὴν σὺν ὦκα βάλεν μεγάλας ποτὶ πέτρας,
Ἀλλ' Ἥρη παρὲπεμψεν, ἐπεὶ φίλος ἦεν Ἰήσων.
Οἱ δ' ἑτέρω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει
Ὀξείῃ κορυφῇ, νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε

Κυανέη, τὴ μὲν ἔπειτ' ἐρωεῖ, ἀδίητ' αἴθρη
Κείνῃ ἔχει νεφέλη τε, οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρῃ.
Οὐδέ κεν ἀμβαίη βροτὸς αἰνῶς, ἀ καταβαίη,
Οὐδ' εἴ οἱ χεῖρές γε ἐείκοσι καὶ πόδες ἦσαν.
Πέτρη γὰρ λίς ἐστι πεφυζότι ἐκτύπα.
Μέσσῳ δ' ἐν σκοπέλῳ ἐστὶ σπέος ἠερόεν δὲς
Πρὸς ζόφον εἰς Ἔρεβος τετραμμένον. ἦτορ αὖ ὑμεῖς
Νῆα παρὰ γλαφυρὴν ἰθύνετε φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ.
Οὐδέ κεν ἐν νηὸς γλαφυρῆς αὐζηὶ βαλὼν
χ. ἐσαφίκηται Τόξῳ ὀϊστεύσας κοῖλον σπέος ἐσαφίκοιτο.
Ἔνθα δ' ἐνὶ Σκύλληναίει δεινὸν λελακυῖα·
Τῆς ἦπὶ φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογιλῆς
Γίνεται, αὐτὴ δ' αὖτε πέλωρ κακὸς· οὐδέ νε τίς μιν
Γηθήσειεν ἰδὼν, οὐδ' εἰ θεὸς αὐτπάσειεν.
Τῆς ἦτοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα πάντες ἄωροι·
Ἓξ δέ τε οἱ δειραὶ ἀθερμήκεες, ἐν δὲ ἑκάστῃ
Σμερδαλέη κεφαλή, ἐν δ' τρίστοιχοι ὀδόντες
Πυκνοὶ καὶ θαμέες, πλεῖοι μέλανος θανάτοιο.
Μέσση μέν τε κῆ ἀπείρων κόλπος ἔδυκεν·
χ. ἐξέχει κεφαλὰς δεινοῖο βερέθρου. Ἔξω δ' † ἐξέχει κεφαλὰς δεινοῖο βερέθρου.
χ. πίσεα μαμώσσει Αὐτῇ δ' ἰχθυάα σκόπελον * ἀμφιμαμώσσει
Δελφῖνάς τε κύνας τε, καὶ εἴ που θι μείζον ἔλῃσι
Κήτεα, ἃ μυρία βόσκει ἀγάστονος Ἀμφιτρίτη.
χ. ἀ πώποτε Τῇ δ' * οὔπω ποτε ναῦται ἀκήριοι ἄρχετέωνται
Παρφυγέειν σὺν νηΐ. φέρει δέ τε κρατὶ ἑκάστῳ
Φῶτ' ἐξαρπάξασα νεὸς κυανοπρῴροιο.
Τὸν δ' ἕτερον σκόπελον χθαμαλώτερον ὄψει Ὀδυσσεῦ
Πλησίον ἀλλήλων καί κεν βλοϊεύσειας.
Τῷ δ' ἐν ἐρινεός ἐστι μέγας φύλλοισι τεθηλώς.
Τῷ δ' ὑπὸ δῖα Χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.
Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναρροιβδεῖ
χ. τύχῃς Δεινόν. μὴ σύ γε κεῖθι † τύχοις ὅτε βροιβδήσειε.
Οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπὸ ἐκ κακὸν ἐνοσίχθων.
Ἀλλὰ μάλα Σκύλλης σκοπέλῳ πεπλημυρίδα, ὦκα
χ. παρείλασσον Νῆα * παρέξ ἐλάαν· ἐπὴ πολὺ φέρτερόν ἐστιν
Ἓξ ἑτάρους ἐν νηῒ πεθήμεναι ἢ ἅμα πάντας.
Ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγὼ μιν ἀμφιβόμενος προσέειπον,
Εἰ δ' ἄγε δή μοι τοῦτο θεὰ νημερτὲς ἐνίσπες,
Εἴπως τὴν ὀλοὴν μὲν ὑπεκπροφύγοιμι Χάρυβδιν,
Τὴν δέ κ' ἀμυναίμην ὅτε μοι σίνοιτό γ' ἑτάρους.
Ὣς ἐφάμην. ἡ δ' αὐτίκ' ἀμείβετο δῖα θεάων,
Σχέτλιε, καὶ δὴ αὖ τοι πολεμήϊα ἔργα μέμηλε
Καὶ πόνος θεσπεσίοισιν ὑπείξαι ἀθανάτοισιν;
Ἡ δέ τοι οὐ θνητή, ἀλλ' ἀθάνατον κακόν ἐστι,
Δεινόν τ' ἀργαλέον τε καὶ ἄγριον, οὐδὲ μαχητόν.
Οὐδέ τις ἔς' ἀλκὴ· φυγέειν κάρτιον ἀπ' αὐτῆς·
Ἢν γὰρ δηθυνῇς ἅ, κορυσσόμενος παρὰ πέτρῃ,
χ. κήσῃ Δείδω μή σ' ἐξαῦτις ἐφορμηθεῖσα † κίχῃσι
Τόσσησιν κεφαλῇσι, τόσους δ' ἐκ φῶτας ἕληται.
Ἀλλὰ μάλα σφοδρῶς ἐλάαν, βωστρεῖν δὲ Κραταιΐν
Μητέρα τ' Σκύλλης, ἣ μιν τέκε πῆμα βροτοῖσιν·
χ. ἐπισχεῖν Ἣ μιν ἔπειτ' ἀποπαύσῃ * ἐς ὕστερον ὁρμηθεῖσαι.
Θρινακίῃ δ' ἐς νῆσον ἀφίξεαι, ἔνθα δὲ πολλαὶ
Βόσκονται Ἠελίοιο βόες καὶ ἴφια μῆλα,
Ἑπτὰ βοῶν ἀγέλαι, τόσα δ' οἰῶν πώεα καλὰ,
Πεντήκοντα δ' ἕκαστα γόνος δ' ἐγένεθ' αὐτῶν,
Οὐδέ ποτε φθινύθουσι θεαὶ δ' ἀπτιμένες εἰσὶν,
Νύμφαι ἠϋπλόκαμοι, Φαέθουσά τε Λαμπετίη τε,

Obſcura: illud quidē nunq̃ recedit, neq; unq̃ ſerenitas
Illius occupat uerticem, neq; in æſtate neq; autumno.
Neq; aſcendere peterit mortalis uir, neq; deſcendere,
Neq; ſi illi manus utiq; uiginti & pedes eſſent.
Petra enim læuis eſt, circumpolitæ aßimilis.
Medio autem in ſcopulo eſt ſpelunca obſcura,
Verſus occaſum ad Erebum conuerſa, qua uos quidem
Nauem cauam dirigite eximie Vlyſſes,
Neq; ex naui caua iuuenis uir
Arcu iaculatus, ad cauam ſpeluncam perueniat.
Hic autem Scylla inhabitat grauiter nociferans,
Huius profectò uox quidem quanta catuli leonis
Fit: ipſa autem monſtrum ingens, neq; quiſquā ipſam
Lætabitur conſpicatus, neq; ſi deus obuiam ueniret.
Huius utiq; pedes ſunt duodecim omnes fœdi,
Sex autem illi colla prælonga, in ſingulis autem
Horrendum caput, intus aūt triplici ordine dentes
Denſi & frequentes pleni nigræ mortis.
Media quidem per ſpeluncam cauam immergitur,
Foras autem porrigit capita ex horrendo barathro:
Illic autem piſcatur ſcopulum circumluſtrans
Delphinasq; canesq;, & ſicubi maius capere poſſet
Cetum, quæ infinita alit gemebunda Amphitrite.
Hac nondum unquam nautæ illæſi gloriari poßint
Præterfugiſſe cum naue, aufert enim capite ſingulo
Virum abripiens ex naue rubricata.
Alterum uerò ſcopulum humiliorem uidebis Vlyſſes
Propè ad inuicem, & ſanè iaculo attingeres.
In hoc caprificus eſt ingens, foliis florens,
Sub hoc diua Charybdis abſorbet nigram aquam.
Ter enim eructat quotidie, ter uerò abſorbet
Horrendè, ne tu utiq; illuc uenias, quando abſorbet.
Non enim te liberarit ex illo malo neq; Neptunus.
Sed ualdè Scylla ſcopulo adnauigans celeriter
Nauem præteradige, quoniam longè ſatius eſt
Sex ſocios in naui deſiderare, quàm ſimul omnes.
Sic ait, cæterùm ego ipſam excipiēs alloquutus ſum,
Agè uerò mihi dic dea & uerè enarra,
Si quo pacto pernicioſam quidē effugerē Charybdim,
Illam uerò ulciſcar cùm mihi læſerit ſocios.
Sic dicebam, illa ſtatim reſpondit diua dearum,
Infelix, adhuc tibi bellica opera curæ ſunt
Et labor, necdum dys cedere uis immortalibus?
Illa ſanè non mortalis, ſed immortale malum eſt,
Graueq; difficileq; & immane, neq; expugnabile.
Neq; ulla eſt uirtus effugere quæ poßit ab illa.
Si enim properaueris, armis inſtructis ad petram
Vereor ne te denuò impetu facto conſequatur
Tot capitibus, tot uerò uiros abripiat.
Sed ualdè celeriter præternauiga, uoca autē Cratein
Matrē ipſius Scyllæ, quæ ipſam peperit cladē hominib.
Quæ ipſam deinde compeſcet deinceps ne irruat.
Thrinacriā aūt ad inſulam peruenies: hic aūt multæ
Paſcuntur Solis boues, & pinguia pecora,
Septem boum armenta, tot ouium pulchri greges,
Quinquaginta uerò ſingula. propagatio nō eſt ipſarū
Neq; unquam moriuntur, deæ uerò paſtores ſunt
Nymphæ pulchricomæ, Phaethuſaq;, Lampetieq;,

Quas

Quas peperit Soli supra eunti diua Neæra.
Has quidē ut educauit, & peperit, & uenerāda mater,
Thrinaciā ad insulam relegauit ut procul habitarēt
Ad oues custodiendas paternas, & incuruas boues,
Eas siquidem illæsas permittas, reditum, & curam geras,
Sanè adhuc in Ithacam, mala licet passi uenieris.
Sin autem læseris, tum tibi prædico mortem
Natiq; & socijs: ipse uerò si effugies,
Serò uix redibis, amissis omnibus socijs.

Ἂς τέκε Ἠελίῳ ὑπατερχομένῳ δῖα Νέαιρα.
Τὰς μὲν ἄρα θρέψασα τέκεν τε πότνια μήτηρ,
Θρινακίην εἰς νῆσον ἀπῴκισε τηλόθι ναίειν,
Μῆλα φυλασσέμεναι πατρώια καὶ ἑλίκας βῶας.
Τὰς εἰ μὲν κ' ἀσινέας ἐάας, νόστόν τε μέδηαι,
Ἦ τ' αὖ ἔτ' εἰς Ἰθάκην κακά περ πάσχοντες ἵκοισθε·
Εἰ δέ κε σίνηαι, τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον
Νηί τε καὶ ἑτάροις. αὐτὸς δ' εἴπερ κεν ἀλύξεις,
Οἴψε κακῶς νέηαι, ὀλέσας ἅπο πάντας ἑταίρους.

COMMENTARIVS.

ὄθι τ' ἠῶς)Mirum est quòd Aeam insulam auroræ domicilium appellet, & in ea Solis ortum collocet, cùm tamen illa uersus Hesperiam sita sit. Quidam hoc ita à Poeta dictum uolunt simpliciter, quia redeunti Vlysi ex inferis ad ea loca ubi Sol luceret, ideò Aeam sub ipso Solis ortu constituat. Vel Cimmeriorum respectu & comparatione, aut etiam ipsorum inferorum, qui erant ἀνηλίοπτοι, quibus collata Circes insula domicilium est auroræ. Præterea, aiunt, hanc insulam quasi primam quæ lucem præbuisset, ortum Solis appellauit: nam & cùm mons Circæus altissimus esset, delubrum Circes noctu etiam Sol illustrabat. Quidam uerò ita loquutum Vlyssem uolunt, quòd nauem suam ad eoas insulæ partes appulisset. Alij autem non de insula, sed de Oceano simpliciter hoc intellexerunt. nam Sol ex inferis partibus emergens, si non inde, tamen ex Oceano, diem facit: ut sit sensus, Vlyssem nūc ex Oceano remeare, ubi fingitur, immò credebatur Sol occidere, ad eas partes ubi exoritur: ut quemadmodum totum Oceanum pro occasu, sic partes extra Oceanum pro toto Oriente agnoscat. χώρους hoc autem, quasi χώρους, id est τόπους, uolunt intelligi: eodem, ni fallor, errore ac superiore libro κρωσσέρου, pro κρωμυῶνος. Vide Lexicon Homericum.

εἰσατίην ἐνέρὸν)Libro præcedenti uidimus Elpenorem primùm apud inferos Vlysi apparuisse, petijsseque ab eo ut quā primùm Circes domum rediret, funus & sepulturam suam procuraret id ei quoque Vlysses est pollicitus: proinde nihil habuit nunc antiquius, quàm ut promissa sua exequeretur, & hoc socio demortuo officium præstaret. Dicebamus enim inhumatorum animas creditas in inferis à quiete arceri. Ritus autem sepulturæ aliàs quoque uidimus.

δὶς θανέειν)Redeuntem ab inferis Vlyssem & eius socios urbanè bis mortuos appellat, quia loca mortuorum accessissent, unde tamen retulissent pedem: eōdem redituri, cùm morientur. Meliori tamen iure Sisyphus, de quo libro præcedenti, δὶς θανὼν appellaretur, ut qui bis mortuus inferos subierit. Quod autem de Vlysse dicit, id alijs etiam accommodari potest, qui ex inferis uiui reuersi sunt, ut Hercules, Theseus & alij: de quibus anteà.

σημανέει)Circe quidem optimis consilijs Vlyssem & eius socios instruet, quæ si sequerentur, tuti in patriam redirent: sed illi non omnia diligenter seruabunt, ideò etiam penitus peribunt, uno Vlysse excepto.

ὀπὶ δόσφιν ἐτοίμων)Sequentia Vlysi seorsim Circe commemorat, quæ tamen oportebat etiam cæteris socijs indicari, quia ad omnium salutem pertinerent. Sed illa Vlysses cùm nauem conscenderint, paulò pòst breuiter significabit. Hîc autem præcedit ipsius Vlysis narratio, qua Circæ suam nauigationem ad inferos recenset, qualem nimirum anteà uidimus: nam in ea repetenda superfluum fuisset nunc apud Phæacas occupari. Tum sequitur ipsius Circes consilium, idque quadruplex, primùm circa Sirenas, quorum cantus amœnitatem suadet ut effugiat deinde circa Cyanea saxa: tertiò circa Scyllam & Charybdim, in quibus tutò præterna uigandis summam cautionem adhibendam esse docet propter usitatum in illis partibus naufragium: quartò circa Solis armenta, à quorum cæu monet ut ipse & socij abstineant. Quæ omnia graphicè depinguntur & quasi ob oculos ponuntur.

αἳ ἐά τε πάντας)Primùm docet Sirenum effecta, deinde locum in quo illæ habitant: tertiò suggerit modum, quo illas præternauigare securè possit. Sirenum effecta igitur talia proponit Circe, quòd homines illac nauigantes cantus sui dulcedine ita demulceāt, ut illic, spretis uxore & liberis, quæ alioqui homines pro charissimis habent, remanere cogantur: quod addit, ut Vlyssem eò magis ad eas euitandas incitet, cùm tanto patriæ & domus desiderio teneretur, ut cogitaret, si se ipsis audientem præbuerit, quanto beneficio priuaretur, nimirum patriam suam non uidendi. Quæ aliunde nobis sunt illustranda. Sirenas ergo dicunt cantus suauitate peregrinos delinire solitas, addendum etiam diuersitate: suos enim cantus nauigantium ingenijs accommodabant, puta ambitiosis & gloriæ laudisque cupidis, eorum gesta recinebant, libidinosis res amatorias, & sic de cæteris, idque cum tanta uoluptate, ut uel inuitos homines ad se pellicerent: pellectos autem in mare deijcerent & necabant, ut mox dicemus. Sunt qui dicant Sirenas tres fuisse, de quarum nominibus ambigitur. alij enim Aglaopen, Pisinoē, Thelxiepiam: alij Thelxiopem, Molpen, & Aglaophonon: alij Leucosiam, Ligeam, Parthenopen appellari uolunt. Illarum una uoce canebat, altera tibijs, tertia cithara uel lyra, ut hac uarietate uaria etiam ingenia oblectarent: cùm omnes diuersis modis ad Musicam affecti sunt, ut alij hoc, alij illo genere delectentur. Homerus tamen duas Sirenas tantùm uidetur agnoscere, quia eas in numero duali appellat infra, σὼ ἀκαχὴ σειρήσιν. quarum nomina dicit Eustathius esse Aglaophonon & Thelxiepiam. Hæ Musas aliquando in certamen cantus prouocarūt, sed uictis alas Musæ, quas prius habebant, euulserunt. Fuerunt enim inferiori parte uolucres, superiori facie uirginea, ideò eas monstra appellat Ouidius lib. 3. de Art. am.

Monstra maris Sirenes erant, quæ uoce canora | *Quælibet admissas detinuēre rates.*

Sed anteà uirgines erant toto corpore humano, ut tradit idem Ouid. Metam. lib. 5. ubi querit cur monstroso illo sint habitu, & casum fabulosè exponit his uerbis:

——Volui Acheloides unde
Pluma pedesq; auium, cùm uirginis ora geratis?
An quia cùm legeret flores Proserpina uernos,
In comitum numero mixtæ Sirenes eratis?
Quam postquàm toto frustrà quæsistis in orbe,
Protinus ut uestram sentirent æquor opem:
Posse super fluctus alarum insistere remis
Optastis, faciles; Deos habuistis, & artus
Vidistis uestros subitis flauescere pennis:
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
Tantaq; dos oris lingua deperderet usum,
Virgines uultus & uox humana remansit.

Vnde uidetur constare, Ouidium non agnoscere quod anteà tradidimus, auulsas illis esse alas a Musis: id tamen scriptum fuisse à Crobylo lib. 1. Natalis Mythol. lib. 7. cap. 13. meminit. Vide Aelianum hist. anim. lib. 17. cap. 22. & 23. Idem porrò cantus illarum periculum subisse etiam dicuntur Argonautæ, sed illæ ab Orpheo impeditæ sunt, qui citharam pulsarit, fecit ut illarum modulamina non audirentur. ut de se Orpheus & Apollonius de eo lib. 4. Argon. scribunt. Quid autem per hanc fabulam intelligendum sit, docet Plutar. Sympos. lib. 9. cap. 14. Vide etiam Natalem loco iam citato. Nunc uideamus locum, in quo Sirenes habitant. Homerus dicit esse pratum, in quo dictæ Sirenes sedent, & quod ingenti ossium acerno circumdatur: sunt autem indicia hominum mortuorum, quos illæ suis cantibus demulcebant, & qui eò pertracti cogebantur mori, & inhumati iacere, unde lapsu temporis ossa carne denudata restabant: quod etiam Lesches in parua Iliade sic testatur:

σειρῆνας μετέπειτα ἀφίξεαι ἀλγινόεν δὲ
σειρῆνες γλυκερῇσιν ἀοιδῇσιν θελγήσουσι
τὴν δ' ὃς κεν πελάσῃ καὶ μὴ σάωσι φυλακαί. id est, ut uertit Natalis:

Sirenum post aduenies ad falsa profunda.
Sirenum dulcis cantus quarum extitus illæ
Dira lues nauis, quorum terra ossibus albet.

Sic Virg. 5. *Iamq; adeò scopulos Sirenum aduecta subibat* *Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos.*

Et hæc de loco. de quo tamen plura potes uidere apud Strab. lib. 1. Superest ut uideamus consilium, quod Circe ad hoc periculum euitandum Vlysi suggerit. Id est autem duplex. Primum in ipsius Vlysis, deinde in ipsius sociorum personæ. Vlyssem ergo uult alligari ad malum nauis arctissimè, sociorum autem aures cera obturari. Vlysi autem apertas aures relinquit, ut experiatur quanta sit Sirenum cantus suauitas: uinctum autem eum esse uult, ne illa delinitus sponte ad eas possit accedere. Socij uerò audiendi facultate priuantur, tum ne illos cantus, tum ne ipsum quidem Vlyssem, si uinculis illis solui sese à socijs peteret, audiant. Et hoc ita gestum

ſtum eſt,ut in ſequentibus uidebitur: ubi hoc poſtremum meliùs examinabimus. Non potuit ergo tutius aut utilius vllum conſilium ſuggeri ſic enim & Vlyſſes dulcedinem illam auribus hauſit,& tamen captus non eſt ſocijs obſtantibus.

ἔνθα μεγὰ πίτνᾳσι) Hoc eſt ſecundum periculum, quod Vlyſsi in hac nauigatione erat effugiendum: quod quàm graue ſit, ut Vlyſſes intelligat, accuratè locum deſcribit Circe. Ait ergo, nauigandum eſſe Vlyſsi per ſaxa excelſa, inter quæ mare mirum in modum æſtuaret: eaque πλαγκτὰς appellari à Dijs, hoc eſt à ueteribus dicit, traducto nomine à Symplegadibus in faucibus Byzātijs, quæ ibi aſperam nauigationem exhibent, ut ſcribit Strab.lib.1. Euſtathius tria loca hìc proponi ait, Planctas, Scyllam & Charybdim. Quod ita eſt intelligendum: ab una parte eſſe Planctas, ab altera oppoſita duos illos ingentes ſcopulos inter ſe proximos à latere.

ἐσλὶ πέλειαι) Euſtathius his uerbis impudentiam Planctarum uult notari, ut quæ ne ipſis quidem columbis ambroſiam Ioui ferentibus parcant. Ego ſanè uereor, ne in hoc quoque loco naufragiū facere cogar: eſt enim ferè innabilis. Quæritur enim quæ ſint illæ πέλειαι, quæ Ioui ambroſiam ferre finguntur. Euſtathius refert, Alexandrum Paphium tradere, Homerū Aegyptijs parentibus Dmaſagora patre, & Aethra matre natum, nutricem habuiſſe Prophetin quandam, filiam Ori ſacerdotis Iſidis: ex cuius mamillis mel aliquando in os infanti manauerit, unde is noctu uoces nouem diuerſas ædiderit, hirundinis, pauonis, columbæ, cornicis, perdicis, porphyrionis, ſturni, luſciniæ, & merulæ: & puerum inuentum eſſe cum nouem columbis colludentem in lecto, & aliquando Sibyl lam apud parentes pueri inſania captam carmen effudiſſe, cuius initium, Δμῶ παῖδος πολιώτης, in quo Dmaſagoram etiam μεγαλῆ & σοφωτάτῳ appellarit, & templum nouem Pegridarum, hoc eſt Muſarum, condere iuſſerit. Hoc illum feciſſe, & puero iam adulto rem omnem aperuiſſe. Itaque Poetam in honorem auium, quibuſcum infans colluſiſſet, finxiſſe eas ipſas Ioui ambroſiam aduehentes. Hæc ille, quæ Geſnerus in hiſtoriam de Auibus cap. de Liuia Columba in litera F. retulit in eum modum uerſa. Ex quibus conſtat, Poetam hoc loco aues columbas intelligere. Athenæus tamen lib.11. multis probat, hìc Pleiadas ſtellas intelligi, idque authoritate Mœrûs (uel Myrûs) Byzantiæ in Poemate, quod inſcribebatur Mnemoſyne, quæ prima hunc locum ita ſit interpretata, quam inuentionem Crates Criticus ſibi arrogauerit. Sed nos plura de his in Lexico in uoce πέλεια.

ἀλλά τις τῶν) Hic locus ab interpretibus Latinis fuit corruptus, nos integritati reſtituimus. Senſus eſt duplex pro ratione duplicis ſignificationis uocis πέλεια, de qua præcedenti annotatione. ſi columbas intelligas, dicendum eſt eas ſupra has Planctas impunè non uolare, quin ſemper aliquam ex illis deperire: Iouem tamen alteram in deperditæ locum reſtituere, ut idem numerus ſemper conſtet. Si uerò Pleiadas ſtellas, id erit dicendum, quod Alexandro Macedonum regi Chiron Amphipolites fertur reſpondiſſe, ſciſci tanti huius loci mentem: cùm ſeptem ſint ſtellæ Pleiades, unam ex illis quæ præter proprium uitium, quod ſit ἀμυδρὸς & adeò exilis, ut uix appareat, ab ipſis ſcopulis obſcuretur. Quod autem ſubijcit aliam à Ioue ſubſtitui, id Athenæus interpretatur de perpetuo illarum ſtellarum ſeptenario numero: hoc eſt, quamuis ſex tantùm perſpicuè uideantur, ſeptimam tamen ſemper in illis eſſe.

ἔνθ' οὔ πω τις νηῦς) Sic eſſe periculoſas illas Planctas, ut Circe dicit, experientiâ comprobat: nulla enim eſt nauis, quæ illas incolumis euitarit, una excepta Argo, cui id Iunonis opera & auxilio contigit. Sic mortalia diuinis cedunt, & longè ſunt inferiora. Videnda ſunt Argonautica Apollonij, & Valerij: illa Græcè, hæc Latinè.

πυρός τ' ὀλοοῖο) In illis Planctis non ſolùm æſtus undarum, ſed etiam ignis procellas Homerus collocat, non ſecus atque in illis Symplegadibus Byzantijs, ex quibus ſuas Planctas confinxit: ut anteà ex Strabone docuimus. Ideò columba immiſſa, locum experiendum eſſe Iaſoni uaticinata eſt Medea. Videtur ergo hoc geminatum periculum monuiſſe Vlyſſem, ſibi illac nō eſſe nauigādum, ſed ad Scyllam & Charybdim eſſe deflectendum: ubi etiam erit alterutrius electio.

αἱ δὴ δὴν σκόπελοι) Hoc eſt tertium periculum in hac nauigatione Vlyſsi ſubeundum. Attendendum tamen eſt, illius duas eſſe partes: quarum altera eſt in Scylla, altera in Charybdi: ſed primam illam adibit Vlyſſes, quòd ea minus damni minaretur, quàm altera. Vtramque igitur deſcribit, ut melius de periculi magnitudine Vlyſſes iudicare poſsit, & una euitata alteram amplecti. Primùm depingit ſcopulum, in quo habitabat Scylla, eiuſque altitudinem inacceſsibilem, ac adiuncta perpetuæ nubis, quæ ſerenitatem ab eo omnino prohibet. Vt autem altitudinem exprimat, uſitur uulgari & uſitata Poetis hyperbole, cùm dicit ſcopulum cœlos attingere, ut eleganter Virgilius ſidera undis uerberari dicit. Eſt autem aptiſſima παρεκβολὴ ad ſequentium fidem, cùm dicit eam perpetua nube tegi: ſi enim alioqui cœlos attingit, facilè etiam nubibus poteſt obrui, quarum regio cœlis longè eſt inferior. Habet ille inſuper adiunctum læuorem, per quem non licet homini illum conſcendere: quia non ſit habiturus, ubi manibus aduncis ſurſum corpus librare poſsit. Deinde Poeta deſcribit locum in illo ſcopulo, ubi Scylla habitat. Ait ergo, in medio ſcopulo eſſe ſpelūcam, in qua Scylla habitat, cuius ſitus eſt uerſus occaſum: ubi, quia inferos antiqui collocant, addit, αἰεὶ δ' ἐν ad maiorem ἔμφασιν, cùm alioqui alterum eſſet ſuffectura: hàc ſuadet diripiendam eſſe Vlyſsi nauim, ut infrà repetemus. Illius item ſpeluncæ altitudinem immenſam proponit, ut quam iaculo quiſpiam euibrato non poſsit aſſequi. Tertio Scyllam ipſam depingit primùm ab horrenda illius uoce, deinde ab ipſius corporis deformitate. Vocem catuli leonis rugitui comparat, qui uehementiſsimus. Nam Ariſtot. in Phyſiogn. tradit, animalia fortiſsima magna quoque eſſe uoce prædita, ut leonem & taurum. Deformitatem corporis ita deſcribit (præmittit autem illius exaggerationem, ut quam nè ab ipſis quidem dijs lubenter & lætè conſpici poſſe dicat: contrà antea, ut Calypſûs inſulæ amœnitatē indicaret, ea ſuperos delectari, dicebat) deformitatem, inquam, ſic deſcribit: primum pedes illi ait eſſe duodecim, eoſque fœdiſsimos, item ſex colla longiſsima (quibus nimirum uel remotiſsimas naues ad ſe pertrahebat, unde Apoll. lib. 4.

μήπως σμερδαλέοιο ἰαπύξασα ἄνυσσαν	*Ne horrendo ululatu & ruuens genus*
λευκὺς ἡρώων δηλήσεται. id eſt:	*Selectos ex heroibus damno afficiat.*

Singulis collis ſingula capita ſuperimponit: in ſingulorum capitum ore dentes triplici ordine denſos, quibus damnū infligit. nam hoc ſignificat illud, πλῆσι μιλαφὸν ἔχυτο. Didymus autem dicit, quoſdam exiſtimaſſe, hæc capita eſſe canina: probabilius tamen eſſe ut draconis intelligantur, qui dentes habet τριστιχους. Iſacius uerò ſex illa capita diuerſa eſſe dicit: aliud bruci, aliud canis, aliud leonis, aliud Gorgonis, aliud balænæ, aliud fœminæ. Tum illorum capitum officia memorat. Illis enim extra barathrum porrectis ingentes maris piſces uenatur (de hac autem uenatione infrà dicemus ex Strabone) & hoc quidem, quamdiu uacuum eſt nauigantibus illud fretum. cùm enim illi adſunt, tum ſingulis capitibus unum ex nautis abripit. Et hæc Homerus, cui hac in parte non omnes aſſentiuntur. Quidam enim dicunt, Scyllam oculorum tenus pulcherrimam fuiſſe mulierem, at ſex habuiſſe canum capita (uide præcedentia) reliquam corporis partem fuiſſe ſerpentum. Virgilius etiam aliter Aeneid. 3. deſcribit his uerbis:

At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris	*Pube tenus, poſtrema immanis corpore piſtrix,*
Ora exertantem, & naues in ſaxa trahentem.	*Delphinum caudas utero commiſſa luporum.*
Prima hominis facies, & pulchro corpore uirgo	

Alij cùm eam pube tenus uirginem agnoſcant, tamen inferiora canibus referta eſſe dicūt, ut Ouidius Metam. 14. ubi à Circe ſic mutatam eſſe dicit in odium Glauci, qui ſe ſpreta illam deperibat. Et idem uidetur ipſe Virg. in Sileno Ecloga agnoſcere, cùm dicit:

Quid loquar? aut Scyllam Niſi, aut quam fama ſecuta eſt	*Dulichias uexaſſe rates, & gurgite in alto*
Candida ſuecinctam latrantibus inguina monſtris	*Ah timidos nautas canibus lacerāſſe marinis?*

Illam porrò tandem in ſaxum mutatam eſſe, ſcribit Ouidius libro iam citato: ſed poſtquam ſocios Vlyſsis abripuiſſet, quod illa in odium Circes fecerit. Iſacius ſcribit Scyllam eſſe promontorium iuxta Rhegium Siciliæ, in mare prominens, in quo ſunt ſaxa multa & ingentia, quæ loca habent interius caua & ſpeluncas, in quibus habitant monſtra marina: ubi nauigia fuerint ab aqua Charybdis illiſa & euerſa, tunc homines ab illis monſtris deuorari. Idem extat apud Apollonij Rhodij interpretem, qui eſt in hūc locum conſulendus. Et hæc de prima parte tertij periculi. Altera pars eſt Charybdis, longè illâ horrentior & magis formidanda. In qua deſcribenda tamen eſt breuior. Eſt ergo, inquit, ſcopulus Scyllæo uicinus illo minor, ut quem iaculo poſsit quiſpiam aſſequi: in eo eſt caprificus, ſub quo habitat Charybdis, cuius hi ſunt effectus, ut undas abſorbeat & reſorbeat ter in die, ut uult Homerus: quod Virgilius eleganter expreſsit Aeneid. 3.

Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis	*Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſq; ſub auras*
Obſidet: atque imo barathri ter gurgite uaſto	*Erigit alternos, & ſidera uerberat undâ.*

At Strabo ex Polybio illud τρὶς, pro δὶς errore uel ſcribæ uel hiſtoriæ poſitum, docet lib. 1. alioqui hæc quæ de Charybdi Poeta fingit, conuenire cum ijs quæ in Siculo freto accidunt, quod bis quotidie fluctus mutat, ſicut Oceanus quauis die ac nocte bis exundat, atque in ſe refluit: hoc eſt, δὶς πλημμυρεῖ, δὶς δὴ ἀναχωρεῖ. Hanc ergo Charybdin monet Circe declinandam, quia ſi in eam ſe conieceris, nulla ſit ei ſalutis ſpes animo concipienda: quod ut magis confirmet, addit ne quidem Neptuno ipſi maris Deo potentiſsimo conceſſum eſſe, ut hoc eum periculo liberare poſſet: quod ſi Deo ipſi denegatum eſt, quid eſt Vlyſsi mortali uiro expectandum? Suadet ergo, ut hac relicta ad Scyllam ſe conferat, in qua minus damni patietur, nimirum ſex ſociorum iacturam: quam ſatius eſt ſubire, quam

ri, quàm omnium interitum, quem illi Charybdis importaret. Quod autem è duobus malis minus eligere sit sapientis & cordati uiri, credo nos aliàs pluribus docuisse.

αὐτῆ δ' ἰχθυάᾳ) Cùm Polybius omnes narrationes Homericas pro fabulis cẽseri nollet, eas aliquid uerisimilitudinis habere contendebat, ut est author Strabo Geogr. 1. Itaque cùm hæc de Scylla examinaret, ubi Homerus eam uenari ceta marina dicit: illa conuenire docuit cum uenatione galeotarum apud Scyllæum, quæ est huiusmodi, Xylandro interprete. In lembis, qui duobus remis agitantur, complures bini feruntur propter nauium stationem: alter eorum lembum agit, alter hasta armatus in prora stat. Ijs omnibus communis in specula est explorator, qui aduentum galeotæ indicet: tertia sui parte galeota supra mare solet eminere: quem cum lembus attigit, comminus ille hastam eius corpori impingit, cuellitque, relicta in corpore eius cuspide, quæ hamata est, & dedita opera leuiter hastili præfigitur: ab ea dependet longus funiculus, quod laxant bellua uulnerata, donec palpitando ac subterfugiendo defatigetur: tum ad terram educunt, aut in lembum imponunt, nisi omnino uasto sit corpore. Hastile etiam si in mare excidat, non perit. Est enim compactum ex quercu & abiete, ut cum pondere pars querna mergitur, reliquum in sublimi extet, ac recipi facilè possit. Nonnunquam etiam remex per ipsum lembum uulneratur ob magnitudinem gladij galeotæ, & uim belluæ, cuius & impetus & uenatio aprorum similis est. Ex his, inquit Polybius, conijcere aliquis possit de Homeri sententia, Vlyssem ad Siciliam euagatum fuisse, cùm is Scyllæ hanc uenationem asscribat, quæ maximè familiaris est apud Scyllæum.

πάλαι μάλα σκύμνης) Vulgata est paroemia, Charybdi euitata in Scyllam incidit, cuius usum copiosè docet Erasmus Adag. Chil. 1. Centur. 5. Prou. 4.

ἀτρεκὲς τλῶ ὀλεθρον) Generositatem Vlyssis sui Poeta hoc loco optimè exprimit, ut qui uirtute suâ omni generi periculorum, quantumuis illa grauissima sint, sese opponere non reformidet. Petit ergo à Circe, annón hac accepta sociorum iactura eam ulcisci possit aduersus Charybdin? Sed Circe respondet hoc sola patientia esse euincendum incommodum, quòd à Dijs infligatur, quibus resistere mortali non est datum. Vbi uidetur dupliciter de Dijs intelligere, uidelicet de Ioue ipso, cuius uoluntate hæc accidant: deinde etiam de Charybdi, uel Scylla, quas pro Deabus agnoscit. Solum ergo illi præsidium in inuocanda Cratæi Scyllæ matre relinquit, ne si uires suas illi opponat, illa damnum ipsi ingeminet.

ἐκ δὲ πόνοιο) Iam accedit ad quartum & postremum periculum, non quidem necessariò Vlyssi subeundum: sed quòd, si is aut eius socij id fecerint, quod nunc Circe uetat, certa sit illis pernicies præstituta. Quod autem id necessariò Vlyssi subeundum non esse dixi, non est quòd ullus mihi uitio uertat: siquidè necessitatẽ illam non ex fato cõsidero, sed ex ipsius Vlyssis arbitrio, quod liberum hac in parte fuit, ut etiam reliquorum sociorum, qui poterãt & ab esu boum Solis abstinere, & contrà illis uetici, proinde sub conditione hoc periculum illis proponitur. Qui loquendi modus ne quidem summo nostro Deo est inusitatus. Sed ad Homerum, uel potius Circen Homericam. Illa narrat post enauigatum Scyllæum fretum, peruenturum Vlyssem ad insulam Thrinacriam, in qua boum armenta & ouium greges (utrumque Soli dicatum) pascuntur. Eorum numerum primò describit, secundò qualitatem, tertiò pastores eorum. Numerus sit huiusmodi. Boum septem armenta sunt, & totidem greges ouium: singula autem armenta & singuli greges quinquaginta capitibus constant: capita appello & boues & oues per se in unitate. Quem numerum si exigas, is erit trecentum quinquaginta boum & totidem ouium: hæc addita, septingenta efficient. Qualitas eorum est, quòd sint immortales, proinde non egeant sui generis propagatione. Vbi uide, quò deducta sit hominum impietas, uel potiùs sanè stupiditas (uereor enim eos impios appellare, quibus Deus pietatis lucem non ostendit), ut brutis etiam animantibus immortalitatẽ tribuere sint ausi. Quòd autem Solis esse dicat, id adeò non miror. fuit enim apud antiquos obseruatum, ut ei animalia quædam dicarentur: præcipuè uerò boues, qui creduntur ipsum Solem operantem in terræ fœcunditate elicienda arando iuuare. Didymus & Eustathius referunt ex Aristotele (sed locus in illius operibus non extat) per boues anni dies notari, qui in anno ad numerum armentorum referuntur, si menses anni lunares computentur: qui numerum ter centum & quinquaginta constituunt. Magis arridet illud præcedens: nam & boues aratores sacri sunt existimati, ut quos immolare nefas haberetur: quod etiam Solonis lege est interdictum. Illud animal ad Solem referri ex Aegyptiorum cultu, docet Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 21. Oues porrò Soli etiam nunc tribuit, rationem non calleo, perinde atque boum: nisi quòd etiam stercorandis agris (unde Solis etiam labor adiuuatur) aptissimæ sint. Herodotus etiam in Calliope meminit ouium, quæ in Apollonia, sinus Ionici, Soli etiam sacræ sunt. Sed ut redeamus ad propositum, uides hic armentis istis & gregibus immortalitatem tribui, quæ etiam Trois & ipsius Achillis equis in Iliade concedebatur. Iam uerò eorum pastores dicuntur esse Nymphæ Phaetusa, & Lampetie, ipsius Solis ex Neæra filiæ: ubi notandum est officium illud pascendi fœminis etiam usitatum, alioqui id Nymphis non erat tributurus.

Sic ait, statim autem aurea sella aduenit aurora,
Illa quidem continuò per insulam digressa diua dearũ.
Caterum ego ad nauem digressus excitabam socios,
Et ipsi ut ascenderent, atq; oram soluerent.
Illi statim ingressi sunt, & per transtra sederunt.
Ordine uerò sedentes canum mare uerberabant remis.
Nobis autem pone nauem nigra prora
Secundũ uentũ immisit implentem uela fidũ comitẽ,
Circe pulchricoma grauis dea ueneranda.
Continuò omnib. armis diligenter expeditis per nauẽ
Consedimus, hanc uentus q; gubernator q; dirigebat.
Tum ego socios alloquebar mœsto corde,
O amici, nõ enim oportet unũ scire, neq; duos solos
Vaticinia, qua mihi Circe prædixit diua dearum:
Sed dicam ego, ut sciamus, siue moriamur,
Siue euitato periculo mortem & fatum effugerimus.
Sirenum quidem primùm iubet diuinarum
Vocem euitare & pratum floridum.
Solum me iubet audire, sed me uinculo
Ligate in molesto, ut firmiter illic maneam
Rectà in malo, ex ipso funes alligentur.
Quòd si orem uos, soluereq; iubeo,
Vos autem plurimum tum in uinculis constringite.
Equidem hæc singula dicens, socijs declarabam.
Interea autem celeriter uenit nauis fabrefacta

Ὣς ἔφατ'. αὐτίκα δ' ἠριγένεια φόως καὶ ἤλυθεν ἠώς.
Ἡ μὲν ἔπειτ' ἀνὰ νῆσον ἀπέστιχε δῖα θεάων·
Αὐτὰρ ἐγὼν ἐπὶ νῆα κιὼν, ὤτρυνον ἑταίρους
Αὐτούς τ' ἀμβαίνειν ἀνά τε πρυμνήσια λῦσαι.
Οἱ δ' αἶψ' εἰσβαινον, καὶ ἐπὶ κληῖσι κάθιζον.
Ἑξῆς δ' ἐζόμενοι, πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς·
Ἡμῖν δ' αὖ κατόπισθε νεὼς κυανοπρῴροιο
Ἴκμενον οὖρον ἵει πλησίστιον, ἐσθλὸν ἑταῖρον,
Κίρκη δ' ὀλόκαμος, δεινὴ θεὸς † αὐδήεσσα.
Αὐτίκα δ' ὅπλα ἕκαστα πονησάμενοι κατὰ νῆα
Ἡμεθα, τὼ δ' ἄνεμός τε κυβερνήτης τ' ἴθυνον.
Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάροισι μετηύδων ἀχνύμενός περ·
Ὦ φίλοι, οὐ γὰρ χρὴ εἷα ἴδμεναι οὐδὲ δύω οἶω
Θέσφατ' ἃ μοι Κίρκη μυθήσατο δῖα θεάων·
Ἀλλ' ἐρέω μὲν ἐγών, ἵνα εἰδότες ἢ κε θανώμεν,
Ἢ κεν ἀλεύάμενοι θανάτου καὶ κῆρα φύγωμεν.
Σειρήνων μὲν πρῶτον ἀνώγει θεσπεσιάων
Φθόγγον ἀλεύασθαι, καὶ λειμῶν' ἀνθεμόεντα.
Οἶον ἐμ' ἰέναι ἀνώγει ἔκητ· ἀνὰ δέσμιον ἄμπεδον αὐτόθι μίμνειν
Δήσαντ' ἐν δεσμοῖσι (ὀφρ' ἔμπεδον αὐτόθι μίμνω)
Ὀρθὸν ἐν ἱστοπόδῃ· ἐκ δ' αὐτοῦ πείρατ' ἀνήφθω.
Αἴ δέ κε λίσωμαι ὑμέας, λῦσαί τε κελεύω,
Τοὶ μὲν ἔπειτ' ἐπὶ πλείονα δεσμὸν ἐνήσετον περ.
Ἦτοι ἐγὼ τὰ ἕκαστα λέγων ἑτάροισι πίφαυσκον.
Τόφρα δὴ καρπαλίμως ἐξίκετο νηῦς ἐυεργὴς

Νῆσον Σειρήνοιϊν. ἔπφυγε γὰρ μάλ' ἄρουρα ἀπήμων.
Αὐτίκ' ἔπειτ' αὔεμος μὲν ἐπαύσατο, πᾶσι δ' ἀκοίτη
Ἔστορε νηνεμίη, κοίμησε δ' ἄνεμος ἀϋτμήν.
Ἀναΐξαντες δ' ἕταροι νεὸς ἱστία μηρύσαντο,
χ. δίσαν Καὶ τὰ μὲν ἐν νηῒ γλαφυρῇ † θέσαν· οἱ δ' ἐπ' ἐρετμὰ
Ἑζόμενοι, λιπάνοντο ὕδωρ ξεστῇς ἐλάτῃσιν.
Αὐτὰρ ἐγὼν κηροῖο μέγαν τροχὸν ὀξέϊ χαλκῷ
χ. πίζον Τυτθὰ διατμήξας, χερσὶ σιβαρῇσι † πίεζον·
Αἶψα δ' ἰαίνετο κηρὸς, ἐπεὶ κέλετο μεγάλη ἶς,
Ἠελίου τ' αὐγὴ ὑπατοειδέος ἀνακτος.
Ἐξείης δ' ἑτάροισιν ἐπ' ὄασσι πᾶσιν ἄλειψα.
Οἱ δ' ἐν νηῒ μ' ἔδησαν ὁμῶς χείρῃς τε πόδας τε,
χ. ἀνῆψαν Ὀρθὸν ἐν ἰστοπέδῃ, ἐκ δ' αὐτοῦ πείρατ' † ἀνῆψαν·
Αὐτοὶ δ' ἑζόμενοι πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς.
Ἀλλ' ὅτε τόσσον ἀπῆμεν ὅσον τε γίγνετο βοῆσαι,
Ῥίμφα διώκοντες, τάς δ' οὐ λάθε ὠκέα νηῦς
Ἐγγύθεν ὀρνυμένην· λιγυρὴν δ' ἔντυνον ἀοιδήν.
Δεῦρ' ἄγ' ἰὼν πολύαιν' Ὀδυσεῦ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν.
Νῆα κατάσχησον, ἵνα νωϊτέρην ὄπ' ἀκούσῃς.
Οὐ γάρ πω τις τῇδε παρήλασε νηῒ μελαίνῃ,
Πρίν γ' ἡμέων μελίγηρυν ἀπὸ στομάτων ὄπ' ἀκοῦσαι· 6
Ἀλλ' ὅγε τερψάμενος νεῖται, καὶ πλείονα εἰδώς.
Ἴδμεν γάρ τοι πάντ' ὅσ' ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ
Ἀργεῖοι Τρῶές τε θεῶν ἰότητι μόγησαν,
Ἴδμεν δ' ὅσσα γίγνεται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.
Ὣς φάσαν, ἱεῖσαι ὄπα κάλλιμον. αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ
Ἤθελ' ἀκουέμεναι, λῦσαί τ' ἐκέλευον ἑταίρους,
Ὀφρύσι νεύοντες· οἱ δ' ἔμπαλιν ἐρρώοντο.
χ. Αὐτίκα ἀ- † Αὐτίκα δ' αὖτε ἀναΐξαντες Περιμήδης Εὐρύλοχός τε
ναΐξαντες
χ. πίζον Πλείοσί μ' ἐν δεσμοῖσι δέον, μᾶλλόν τε * πίεζον.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τούς γε παρήλασεν, ἐκ δ' ἔτ' ἔπειτα
χ. Φθογγὴν * φθόγγης Σειρήνων ἠκούομεν ἠδ' † ἀοιδῆς,
χ. ἀοιδὴν Αἶψ' ἀπὸ κηρὸν ἕλοντο ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι,
χ. ἐλίσσετο Οὓς σφιν ἐπ' ὠσὶν ἄλειψ', ἐμέ τ' ἐκ δεσμῶν * ἀπέλυσαν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, αὐτίκ' ἔπειτα
Καπνὸν καὶ μέγα κῦμα ἴδον, καὶ δέμπον ἄκουσα.
Τῶν δ' ἄρα δείσαντες ἐκ χειρῶν ἔπλατ' ἐρετμά.
χ. ἴαχεν Βόμβησαν δ' ἄρα πάντα κατ' ῥόον * ἔσχετο δ' αὐτοῦ
Νηῦς, ἐπεὶ οὐκέτ' ἐρετμὰ πεφήδεα χερσὶν ἔπεμπον.
Αὐτὰρ ἐγὼ διὰ νηὸς ἰὼν ὤτρυνον ἑταίρους
Μειλιχίοις ἐπέεσσι παραστιχὸν ἄνδρα ἕκαστον,
Ὦ φίλοι, οὐ γάρ πω τι κακῶν ἀδαήμονες εἰμέν·
χ. ἴσσει Οὐ μὲν δὴ τόδε μεῖζον † ἔπι κακὸν, ἢ ὅτε Κύκλωψ
Εἶλεν ἐνὶ σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῇφι βίηφι,
Ἀλλὰ καὶ ἔνθεν ἐμῇ ἀρετῇ βουλῇτε νόῳ τε
Ἐκφύγομεν· καί που καὶ τῶνδε μνήσεσθαι ὀΐω.
Νῦν δ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼ εἴπω πιθώμεθα πάντες·
Τ' μεῖς μὲν κώπῃσιν ἁλὸς ῥηγμῖνα βαθεῖαν
Τύπτετε, κληῖδεσσιν ἐφήμενοι, αἴ κέ ποθι Ζεὺς
Δώῃ τόνδε γ' ὀλέθρου ὑπεκφυγέειν καὶ ἀλύξαι.
Σοὶ δ' ὑποθήσομαι, ὥς τοι ἐπιτέλλομαι (ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ
Βάλλεσθ', ἐπεὶ νηὸς γλαφυρῆς οἰήια νωμᾶς)
Τάων μὲν καπνῷ καὶ κύματι σκῆπτον ἔεργε
Νῆα, σὺ δ' σκοπέλους ἐπιμάσσεο, μή σε λάθῃσι
Κεῖσ' ἐξορμήσασα, καὶ ἐς κακὸν ἅμμε βάλῃσθα.
Ὣς ἐφάμην. οἱ δ' ὦκα ἐμοῖς ἐπέεσσι πίθοντο.
Σκύλλην δ' οὐκέτ' ἐμυθεόμην, ἀπερύκακον οὐλήν,
Μήπως μοι δείσαντες ἀπολήξειαν ἑταῖροι

Ad insulã Sirenum. urgebat enim uentus innoxius,
Statim deinceps uentus quieuit, atq; tranquillitas
Erat cum uenti silentio, sopiuit autem fluctus dæmon.
Assurgentes autem socij nauis uela complicarunt,
Et ea quidem in naui cauæ collocarunt: illi. a. ad remos
Sedentes dealbabant aquam politis remis.
Caterùm ego cera ingentẽ massam rotũdã acuto ferro
Frustum abscissum manibus ualidus premebam.
Statim uerò liquefiebat cera, nam urgebat magna uis
Solisq; splendor super meantis regis.
Ordine autem sociis ad aures omnibus inunxi.
Illi aũt in naui me ligarunt, pariter manusq; pedesq;
Erectum ad malum, ex eo autem funes alligarunt:
Ipsi aũt sedentes spumosum mare uerberabant remis.
Sed cũ tantùm aberamus, quantũ audiatur clamans,
Celeriter penetrantes illas non latuit uelox nauis
Propè impulsa, canoram modulabantur cantilenam.
Huc agè pfectus glorioſe Vlysses ingẽs gloria Græcorũ
Nauem siste, ut nostram uocem audias.
Nõ enim unquã aliqs hũc praternauigauit naue nigra
Priusquam nostram suauem ab ore uocem audiret.
Sed hic delectatus abyt, & plura doctus.
Scimus enim tibi omnia quæcunque in Troia lata
Græci Troianiq; deorum uoluntate passi.
Scimus etiam quæcunq; fiunt in terra multipascua.
Sic dicebant edentes uocẽ dulcem caterùm meũ cor
Voluit audire soluere iussi socios
Cilys innuens, illi autem annitentes remigabant:
Statim surgentes Perimedes Eurylochusq;
Plurimis me uinculis ligarunt, magisq; premebar.
Caterũ postq; illas pternauigauimus, neq; amplius dein
Sonitum Sirenũ audiebamus, neq; cantilenã: (de
Continuò ceram dempserunt mei dilecti socij,
Quã illis aurib. illeueram, meq; ex uinculis soluerunt.
Sed quando iam insulam reliquimus, statim deinde
Fumum & ingentẽ fluctũ uidi, & sonitum audiui.
His sanè perculsis, ex manibus exciderunt remi:
Insonuerunt autem omnia per fluctũ, sistebat aũt illic
Nauis, quoniã nõ amplius remos acuminatos manib. ur
Caterũ ego per nauẽ proficiscens excitabã socios (gebãt.
Blandis uerbis propè astando uiros singulos:
O amici, non enim ullo pacto malorũ ignari sumus.
Non equidẽ hoc maius diceret malũ, quàm cũ Cyclops
Claudebat in spelunca cauæ forti ui.
Sed & hinc mea uirtute consilioq; prudentiaq;
Effugimus, & nimirum & horum meminisse puto.
Nunc agite quemadmodũ ego dixero, obediamus pẽs,
Vos quidem remis maris fluctus profundos
Verberate transtra insidentes, siquidem Iupiter
Det & hanc mortem effugere & euitare.
Tibi uerò gubernator hoc præcipio, sed in animo
Reconde, quoniam nauis cauæ gubernacula tenes:
Hunc quidem fumum & fluctum extra dirige
Nauem, tu autem scopulum considera, ne te lateat
Hinc impetu dilapsa, & ex periculo nos deducas.
Sic dicebam, illi celeriter meis uerbis parebant.
Scyllam aũt non dicebam immedicabilem tristitiam,
Ne quo pacto timentes cessarent remis socij

Are-

A remigando, intra autem communirent ſeipſos.	Εἰρεσίης, ἐντὸς δ' ἢ πυκάζοισι θέᾳσι αὐτάς.*
Et tum ſanè Circes quidem triſtium mandatorum	Καὶ τότε δὴ Κίρκης μὲν ἐφημοσύνης ἀλεγεινῆς
Oblitus, quoniam neutiquam me iuſſit armari.	Λαθαυόμην, ἐπεὶ οὔτι μ' ἀνώγει θωρήσσεσθαι.
Caterùm ego indutus ſplẽdida arma, & duabus haſtis	Αὐτὰρ ἐγὼ καταδὺς κλυτὰ τεύχεα, καὶ δύο δοῦρε
Lõgis ad manus acceptis, ad ſuperiora nauis cõſcẽdebã	Μακρὰ λαβὼν ἐν χερσὶν ἐλών, εἰς ἴκελα νηὸς ἐβαινον
Prora. inde enim ipſam putabam primùm apparere	Πρώρης. ἔνθεν γάρ μιν ἐδέγμενον πρῶτα φανῆναι
Scyllam petroſam, quæ mihi ferebat damnum ſocijs.	Σκύλλην πετραίην, ἣ μοι φέρε πῆμ' ἑτάροισιν.
Nuſquam uidere potui, laborabant autem mihi oculi	Οὐδέ πη ἀθρῆσαι δυνάμην· ἔκαμον δέ μοι ὄσσε
Vndiq; circumſpicienti ad obſcuram petram.	Παύτῃ παπταίνοντι πρὸς ἠερόεντα πέτρην.
Nos quidem anguſtum locum tranſibamus lugentes,	Ἠμεῖς * δὲ στεινωπὸν ἀνετλέομεν γοόωντες·	*κ. μὲν*
Ab altera parte Scylla, ex altera diua Charybdis	Ἔνθεν μὲν γὰρ Σκύλλ', ἑτέρωθι δὲ δῖα Χάρυβδις
Horrendum abſorbuit maris ſalſam aquam.	Δεινὸν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
Sed quando euomeret ſicut lebes in igne multo,	Ἤτοι ὅτ' ἐξεμέεσκε, λέβης ὡς ἐν πυρὶ πολλῷ,	*κ. αὖ μεμ-μύκεσκε*
Tota immurmurabat conturbata, in altum. a. aſpergo	Πᾶσ' † ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη, ὑψόσε δ' ἄχνη
Summis ſcopulis utrinq; ruebat.	Ἄκροισι σκοπέλοισιν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔπιπτεν.
Sed quando eiecti abat maris ſalſam aquam,	Ἀλλ' ὅτ' ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ,
Tota intus apparebat percita: circum autem petram	Πᾶσ' ἔντοσθε φαίεσκε κυκωμένη· ἀμφὶ δὴ πέτρη
Horrendum intonabat, infra autem terra apparebat	Δεινὸν ἐβεβρύχει, ὑπὸ δ' ἔρθε δῆλα φαίεσκε
Arena cerulea, hos autem pallidus timor inuaſit.	Ψάμμῳ κυανέῃ. τοὺς δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει.
Nos qdẽ ad hanc oculos intẽdebamus timẽtes interitũ.	Ἠμεῖς μὲν τεῦς τηλόθ' ἴδομεν, δείσαντες ὄλεθρον.
Interea autem mihi Scylla caua ex naui ſocios	Τόφρα δέ μοι Σκύλλη γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἑτάρους	
Sex abſtulit, qui manibusq; uirtuteq; optimi erant,	Ἓξ ἕλετ' οἱ χερσίν τε βιηφί τε * φέρτατοι ἦσαν.	*κ. φέρτατοι*
Conſpicatus in nauem uelocem: ſimulq; ad ſocios,	Σκεψάμενος δ' ἐς νῆα θοὴν ἅμα καὶ μετ' ἑτάρους,
Iam horum cognoui pedes & manus ſupernè	Ἤδη τῶν ἐνόησα πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν
In altum leuatorũ, me autem compellabant uocantes	Ὑψόσ' ἀειρομένων· ἐμὲ δ' φθέγγοντο καλεσσάμενοι
Nominatim, tunc poſtremò afflicti corde:	Ἐξονομακλήδην, τότε γ' ὕστατον, ἀχνύμενοί κήρ.
Quemadmodũ quoties in ſcopulo piſcator longa uirga	Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ κραναῆς σκοπιῆς ἁλιεὺς τανυμήκεϊ ῥάβδῳ
Piſcibus ipſis minutis dolum per eſcam immittens	Ἰχθύσι τοῖς ὀλίγοισι δόλον κατὰ εἴδατα βάλλων,
In pontum dimittit bouis cornu agreſtis,	Εἰς ἅλα τὸν πρόϊησι βοὸς κέρας ἀγραύλοιο,
Palpitantem autem deinde correptum foras proÿcit:	Ἀσπαίροντα δ' ἔπειτα λαβὼν ἔρριψε θήρδε·
Sic illi palpitantes tollebantur ad petras.	Ὣς οἵγ' ἀσπαίροντες ἀείροντο πὰρ πέτρας·
Illic autem proforibus depaſcebat nociferantes,	Αὐτῇ δ' ἐνὶ θύρῃσι κατήθιε κεκληγοντας,
Manus mihi porrigentes in graui calamitate.	Χεῖρας ἐμοὶ ὀρέγοντας ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.
Miſerrimum autem illud meis uidi oculis,	Οἴκτιστον δὴ κεῖνο ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσιν
Omnium quæcunq; paſſus ſum uada maris perluſtrãs.	Πάντων ὅσ' ἐμόγησα, πόρους ἁλὸς ἐξερεείνων.

COMMENTARIVS.

αὐτὰρ ἐγὼν ἐπὶ νῆα) Obſeruandus eſt hic modus diſcedendi Vlyſsis à Circe ſine ullo apparatu aut alijs delicijs, quas alioqui ab his amantibus uſurpari conueniebat. Videtur tamen Homerus in his commemorandis tempori & ocio pepercisse, ad magis seria nimirum properans.

ὦ φίλοι, ἦ γάρ χρὴ) In hac Vlyſsis oratione duo ſunt attendenda: primùm Circes conſiliorum communicatio, deinde ſponte sua in culorum ſuſceptio. Quod ad primum attinet, prudenter Vlyſses, quæ ſibi ſoli à Circe dicta fuerant, ea nunc ſocijs patefacit, ad quorum communem ſalutem ea facere intelligebat: ſed trunca & diſsimulata. Trunca dico, quia impræſentiarum ſolarum Sirenũ meminit, ne uidelicet aliorum commemoratione ſocios perterrefaceret: diſsimulata, quia, ut paulò pòſt uidebimus, periculum Planctarum, Charybdis & Scyllæ leuiter attinget, eo tecto & diſsimulato. Quod ſecundum ſpectat, notandum eſt, ut ſe ſponte uinculis conſtringi à ſocijs patiatur, ne Sirenum cantibus illectus eas accederet: nam ei ſoli, ut uidimus, data eſt illas audiendi libertas, ut nimirum in ſe ipſo experiretur, quanta eſſet earum ſuauitas, ut qui ipſum etiam ad ſe pellicere poſſent.

οἱ δ' ἐπ' ἐρετμὰ) Hoc nobis nõ eſt leuiter prætereundum: nam hic obſeruo ueterum nauium uſum, ut quæ uentis tantùm aliquando, remis etiam tantùm aliquando impellerentur. Quod neſcio an multi notauerint, mihi ſanè non conſtat. Vides autem Vlyſsis ſocios nunc ceſſante uento uela complicare, remiſque agitandis manus admouere.

δεῦρ' ἄγ' ἰών) Hos uerſus ſic tranſtulit Cicero:

> O decus Argolicũm, quin puppim flectis Vlyſſes,
> Auribus ut noſtros poſsis agnoſcere cantus.
> Nam nemo hac unquam eſt tranſuectus carula curſis,
> Quin prius aſtiterit uocum dulcedine captus.
> Pòſt mariis auido ſatiatus pectore Muſis,
> Doctior ad patrias lapſus perueneris oras.
> Nos graue certamen belli clademq; tenemus,
> Graccia quæcunq; in Troiæ diuina numine uexit,
> Omniaq; elatis rerum ueſtigia terris.

Quibus uerbis conatæ ſunt Sirenes ad ſe Vlyſſem pellicere: id autem quàm artificiòſe, uidendum eſt. Primùm aliorum exemplo, qui illac præterueĉti ſunt anteà ſoliti ſe accedere, cum illarum cantuum dulcedine caperentur. Deinde à fine & utilitate, quam inde ceperint: quod tamen prætexunt, cùm reuerà eos ita allectos trucidarent: ſed illæ ueritatem ſuis deque habent, dummodò ſcopum ſuum aſſequantur. Tertiò à ſua canendi peritia, quæ tum Vlyſsi ipſi accommodari nunc poſsit in recenſendis Troianis cladibus, quas lubenter audire Vlyſſem intelligebant, non ſecus atque ipſius nomen callent: licet cum nunquam antea uidiſſent, pro natura Dearum uidelicet, quibus nihil eſt ignotum. Lubenter autem illa erat Vlyſses auditurus, quia in ijs maximam ſuæ laudis ſegetem contineri nouerat. Et huc reuocari oportet, quæ antea diximus, ſolitas Sirenas ſuos cantus ingenijs præternauigantium aptare, ut ea modularentur, quibus eos maximè delectari ſcirent. Tum uerò, ne hac tantùm parte ſeſe commendarent, addunt in fine ſe omnia ea ſcire, quæ in terra latiſsimè patent: quod ueriſimiliora facit præcedentia, ſiquidem ſpecialia generalibus continẽtur. Et hoc quidem ſic illæ protulerunt, ut animum Vlyſsis ad ſe conuerterint, atque adeò ipſe uinculis exolui petierit, ut eas accederet, ſed monitorum non obliti ſocij eò arctiùs ipſum & fortiùs aſtrinxerunt: qua in re fidelitatis ſuæ non uulgaria documenta exhibuerunt, cùm ſcilicet duci ſuo inobedientes cum illius emolumento, quàm audientes cum eius diſpendio eſſe maluerint. Et ita res proteſsit,

ut H

ut illud indignè ferentes, Sirenas dixerint in mare se coniecisse: quod alij de Orpheo dicunt, quem memorant cantu suæ citharæ illarum modulamina retudisse, ut est apud Orph. Argon. his uerbis:

Λευκὰ δ' ἀϋτμάχεσσιν ἰωὴ πόντῳ ἴις λυγρὸς
μουσάων θυιάτεω, σφέας δ' ἀπὸ φωτὸς ἄειρε
ἐς βαθὺ δινήεντος ἁλιρρόθιοιο θαλάσσης,
πίτνεσαι δ' ἠλάσκοντο δίκας μορφὴν δ' ὑπέροπλον. i. ut uertit Natalis:

Sunt grauiter queſtæ, ut ſenſerunt fata Deorum
Aduentaſſe ſibi, ſummaq; crepidine ſaxi
Præcipites ſaliere maris ſpumantis in undas.
Protinus in duras uertuntur corpora cautes.

Id propter Vlyſſem non irretitum accidiſſe teſtantur illa carmine, quod Virgilij opuſculis inſeritur.

Sanguine Siſyphio generatus magnus Vlyſſes,
Hac tuos ſola præſtitit arte ſuos.
Illeunt cera ſocioru callidus aures:
Aliq; ſuas iuncto præbuit ipſe manus.
Tranſiluit ſcopulos, & inhoſpita littora claſſis,
Illa præcipites deſiluere freto.

Sed huius rei Homerus non meminit.

κραιπνὸν) Nunc Planctas illas accedunt flammis & undis æſtuãtes cum horrendo ſtrepitu, ut anteà Circe præmonuerat: quæ omnia tanta ſunt, ut ſocij Vlyſsis perterriti à remigio ceſſauerint, eum laborem non repetituri, niſi Vlyſsis cohortatione fuiſſent excitati, unde illi animis reſumptis hoc periculum præterlabuntur.

ὦ φίλοι) Præſentis periculi metu fractos ſociorum animos unius commemoratione reficit, nimirum quod apud Cyclopem ſubierunt, cui iſtud minimè poſsit comparari, quod tamen conſilio & prudentia Vlyſsis effugerint: proinde non eſſe in hoc longè minore deſperandum, cuius euitandi gratia ſuggerit, quid ſit tum ipſis remigibus tum ipſi gubernatori faciendum. Vbi uidetur mihi Vlyſſes hanc laudem ſibi tribuere, cùm tamen ita eſſet anteà à Circe inſtructus, quod non dixit.

σκύμνω δ' οὔκετ' ἰμυηόμην) Si in communicando Circes conſilio, quod ad Sirenas attinebat, Vlyſſes prudens fuit: hîc in celando uel diſsimulando præſenti periculo longè prudentior apparet. Futurum enim erat, ut ſi illius magnitudinem reliqui intelleXiſſent, animis omnino conciderent, ut qui iam ſatis uarijs calamitatibus anteà eſſent conflictati, proinde hanc nouam ſubire uererentur. Et hoc eſt egregium in huiuſmodi rebus conſilium, ut ducibus belli, qui non ſemper expeditionum ſuarum grauitatem & periculum militibus ſuis indicant: ſolent ſiquidem homines ea minus reformidare, quæ improuiſa & ignota ſunt, quàm quæ longè antè damnoſa aut periculoſa iudicantur. quanquam interdum id ipſum quod ſis acturus ignorare, plus detrimenti afferat: quia ubi in rem ipſam deuenitur, animorum & corporum uires debilitantur ab ipſius periculi magnitudine derepentè profligatæ, ubi ſi te ipſum præmunieris, fortiùs omnia incommoda patiaris, quæ tibi iam eſſe obeunda apud te conſtituiſti. Proinde prudentia quoq; in hoc ipſo eſt adhibenda, qua etiam uidetur uti hoc loco Vlyſſes. nam licet expreſsè Scyllam non ſignificet, docet tamen ſatis, ingens ipſis periculum eſſe ſubeundum, ſiquidem eos ad fortitudinem exhortatur: deinde ex ſuo etiam ſtatu, ubi ſeſe armis inſtruxit, id adhuc melius teſtatum fecit. Quòd ſi illius iacturæ, quam ſe ibi paſsurum eſſe nouerat ex Circes præmonitione meminiſſet, eos proculdubiò planè deterruiſſet. Et hoc eſt cautiſsimè obſeruandum, ne qui ſimilia experiuntur, in ſuã & ſuorũ pernicie impingãt.

λαυθανόμην) Dubium eſſe poſsit, an reuerà mandatorum Circes oblitus eſſet Vlyſſes? Mihi quidem id uerisimile non fit: ſed innuit, ſe ita hoc negotium tractaſſe, ac ſi eum Circe nũquam de eo monuiſſet, quod obliuioni cuidam poterat tribui: uel reuerà eam præterit, ne uideatur impiè egiſſe, quòd ſe armis aduerſus Deam inſtruxerit, quod Circe eũ facere prohibuerat. Et ſic Vlyſſem ſuum Homerus in tota peregrinatione fortem & magnanimum nobis proponit.

ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ πρῴρῃ) Hac cõparatione duo facit Vlyſſes. primùm docet, quàm facili negocio hos ſocios Scylla abripuerit: deinde etiã uidetur aſperitatem narrationis hac feſtiuitate emollijſſe. De bouis cornu autem, quod in piſcãdo adhibebatur, arbitror nos anteà in Iliade dixiſſe, & iterum in Lexico dicemus.

Αὐτὰρ ἐπεὶ, τὼ πέτρας φύγομεν, δεινήν τε Χάρυβδιν,
Σκύλλην τ', αὐτὴ ἔπειτα θεοῦ ἐς ἀμύμονα νῆσον
ἱκόμεθ'. ἔνθα δ' ἔσαν καλαὶ βόες εὐρυμέτωποι,
Πολλὰ δ' ἴφια μῆλ' ὑπερείονος ἠελίοιο.
Δὴ τότ' ἐγὼν ἔπι πόντῳ ἐὼν εὖ νηὶ μελαίνῃ,
Μυκηθμῷ τ' ἤκουσα βοῶν αὐλιζομενάων,
Οἰῶν τε βληχώ· καί μοι ἔπος ἔμπεσε θυμῷ
Μάντιος ἀλαοῦ Θηβαίου Τειρεσίαο,
κ. οἱ μοι μ. πᾶσ' ἐπέτελλε Κίρκης τ' Αἰαίης, † ἥ μοι μάλα πολλ' ἐπέτελλεν
Νῆσον ἀλεύασθαι † περιμερόεντα ἠελίοιο.
κ. φασιμερόεντα Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάροισι μετηύδων ἀχνύμενος κῆρ,
Κέκλυτέ μευ μύθων κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι,
Ὄφρ' ὑμῖν εἴπω μαντήια Τειρεσίαο,
Κίρκης τ' Αἰαίης, ἥ μοι μάλα πολλ' ἐπέτελλεν,
κ. φασιμβρότα Νῆσον ἀλεύασθαι * περιμερόεντα Ἠελίοιο.
Εὖθα γὰρ αἰνότατον κακὸν ἔμμεναι ἄμμιν ἔφασκεν.
Ἀλλὰ παρὲξ τὴν νῆσον ἐλαύνετε νῆα μέλαιναν.
Ὣς ἐφάμην. τοῖσιν δ' κατεκλάσθη φίλον ἦτορ.
Αὐτίκα δ' Εὐρύλοχος στυγερῷ μ' ἠμείβετο μύθῳ,
Σχέτλιος εἶς Ὀδυσεῦ· περί τοι μένος, οὐδέ τι γυῖα
Κάμνεις· ἦ ῥά νυ σοί γε σιδήρεα πάντα τέτυκται,
Ὅς ῥ' ἑτάρους καμάτῳ ἀδηκότας ἠδ' κὴν ὕπνῳ
Οὐκ ἐάσεις γαίης ὀπιβήμεναι, σύθι κεν αὖτε
Νήσου ἐν ἀμφιρύτῃ λαρὸν τιτυσκόμεθα δόρπον·
Ἀλλ' αὖτως ἀφ' νύκτα θοὴν ἀλάλησθαι ἄνωγας,
Νήσου ὀπαζόμενοι ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ.
Ἐκ νυκτῶν δ' ἄνεμοι χαλεποὶ, δηλήματα νηῶν
κ. ὑπεκφύγῃ Γίνονται· πῇκέ τις † ὑπεκφύγοι αἰπὺ ὄλεθρον,
Ἤν πως ἐξαπίνης ἔλθῃ αὐέμοιο θύελλα;
Ἢ Νότου, ἢ Ζεφύροιο δυσαέος, οἵ τε μάλιστα
Νῆα διαρραίσουσι θεῶν ἀέκητι ἀνάκτων.

Cæterũ poſtq̃ petras effugimus, horrendã Charybdim
Scyllamq̃, ſtatim deinde dei ad eximiam inſulam
Peruenimus, ibi aũt erant pulchræ boues latis frontib.
Multa autem pinguia pecora ſuper meantis ſolis.
Certè cum ego adhuc in mare eſſem in naui nigra,
Mugitum audiui boum ſtabulantium,
Ouiumq̃ balatum, & mihi ſermo incidit animo
Vatis cæci Thebani Tireſiæ,
Circesq̃ Æeæ, quæ mihi ualdè ſæpè præcepit,
Inſulam euitare homines oblectantis Solis.
Certè tum ego ſocios alloquebar mæſto corde,
Audite meos ſermones mala quantumuis paſſi ſocij,
Vt uobis dicam uaticinia Tireſiæ,
Circesq̃ Æeæ, quæ mihi ualdè diligenter præcepit,
Inſulam effugere delectationem hominibus dãtis Solis.
Hinc enim præſentiſsimum malum fore nobis dicebat.
Sed præter inſulam pellite nauem nigram.
Sic dicebã, illis autem confractum eſt amicũ pectus.
Statim. a. Eurylochus moleſto mihi reſpondit ſermone,
Infelix es ô Vlyſſes, abũdat tibi robur, neq; nunq̃ mẽbra
Infatigaris: planè omnia tibi ferrea ſunt,
Qui ſocios defatigatos atq; etiam ſomno
Non permittis terram conſcendere, ubi rurſus
Inſula in circumflua lautam paremus cœnam,
Sed temerè per noctem celerem errare iubes
Ab inſula errabundos in obſcuro ponto.
Ex noctibus autem uenti difficiles, pernicies nauium
Naſcuntur: quis uerò effugeret ſæuam mortem,
Si fortaſsis repentè ueniret uenti procella,
Aut Noti, aut Zephyri uehemẽter ſpirãtis, & q potiſs.
Nauem diripiant, uel dijs regibus inuitis?

Verùm

Verùm sanè nunc quidem pareamus nocti nigræ,
Cœnamq; apparemus celerem apud nauem manentes,
Manè autem conscensa naue, intremus latum pontũ.
Sic ait Eurylochus, comprobarunt autem alij socij.
Et tũ certè agnoscebã, q certè mala machinaretur de-
Et ipsum alloquutus, uerba uolatilia dixi, (mon.
Eurloche profectò iam me cogitis solus cùm sim.
Sed agè nunc mihi oẽs iurate sanctũ iuramentum:
Siquidẽ aliqd siue boũ armẽtũ, aut magnũ gregẽ ouiũ
Inueniamus, ne fortassis imperitia mala
Aut bouem aut etiam pecudem occîdat, sed quieti
Comedite cibum quem immortalis præbuit Circe.
Sic dicebam, illi autem protinus iurarunt ut iussi.
Porrò postquã iurarunt perfecerunt q; iusiurandum,
Appulimus in portu cauo benefactam nauem,
Prope aquam dulcem, & exiuerunt socij
E naui, deinceps autem cœnam scitè appararunt.
Caterùm postquã potus & cibi cupiditatẽ ademerunt,
Recordati uerò deinde charos fleuerunt socios,
Quos deuorauerat Scylla caua ex naui arreptos.
Flentibus autem ijs aduenit dulcis somnus.
Quãdo .a. tertia pars noctis erat, & astra inclinarũt,
Immisit uehemẽter fortẽ uentũ nubiũ cõgregator Iupi-
Turbine ingenti, nubibus autẽ cooperuit (ter
Terram simul & pontum: ingruit autem de cœlo nox.
Quando .a. manè genita apparuit roseis digitis aurora,
Nauẽ quidẽ subduximus in cauã spelũcã intrò tractã.
Hîc autem erant Nympharũ pulchri loci atq; sedilia,
Et tum ego concione coacta sermonem dixi,
O amici, in naui quidem celeri cibusq; potusq;
Est: à bubus autem his abstineamus, ne quid patiamur,
Grauis enim Dei ha boues & eximia pecora
Solis, qui omnia inspicit, & omnia audit.
Sic dicebã, illis .a. persuadebatur animus generosus,
Mẽsem .a. integrũ perpetuus flabat Notus, neq; qs alius
Spirabat deinde uentorum, nisi Eurusq; Notusq;.
Illi quamdiu quidẽ panẽ habebant, & uinum nigrum,
Tamdiu à bobus abstinebant, studiosi uitæ,
Sed cùm iamè naui perierunt uiatica omnia,
Certè prædam sequebantur palantes necessitate
Pisces auesq; charas quodcunq; in manus uenisset,
Curuis hamis, affligebat uerò uentrem fames.
Certè tum ego per insulam secessi, ut dijs
Supplicarem, si quis mihi uiam monstraret ad reditũ.
Sed cùm iam per insulam iens declinaueram à socijs,
Manibus lotis, ubi defensaculum erat à uento,
Supplicabam omnibus dijs, qui cœlum inhabitant.
Hi sanè mihi dulcem somnum cilijs infuderunt.
Eurylochus autem socijs mali dux erat consilij.
Audite meos sermones mala quamuis passi socij,
Omnes quidem inuisa mortes miseris mortalibus.
Fame autem miserrimum mori, & fatum assequi.
Sed agitè Solis ex bobus abreptis optimis,
Sacra faciemus immortalib. q cœlũ latum inhabitant.
Quòd si in Ithacam peruenerimus in patriam terram,
Statim Soli supra gradienti diues templum (sa.
Faciemus, illic sanè ponemus ornamẽta multa et precio
Quisi irat' aliquo pacto ob boues erecta cornua habẽtes

Ἀλλ' ἦτοι νῦν μὲν πάθωμεν νυκτὶ μελαίνῃ,
Δόρπον δ' ὁπλισόμεσθα ποτῇ παρὰ νηῒ μένοντες·
Ἠῶθεν δ' ἀναβάντες ἐνήσομεν εὐρέϊ πόντῳ.
Ὣς ἔφατ' Εὐρύλοχος· τὸν δ' ἤνεον ἄλλοι ἑταῖροι,
Καὶ τότε δὴ γίνωσκον ὃ δὴ κακὰ μήδετο θυμῷ·
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδων,
Εὐρύλοχ', ἦ μάλα δή με βιάζετε μοῦνον ἐόντα.
Ἀλλ' ἄγε νῦν μοι πάντες ὀμόσσατε καρτερὸν ὅρκον,
Εἴ κέ τιν' ἠὲ βοῶν ἀγέλην, ἠ ῥῶϊ μέγ' οἰῶν
Εὕρωμεν, μήτε τις ἀτασθαλίῃσι κακῇσι
Ἢ βοῦν ἢ ἔτι μῆλον ὀπάζῃ· ἀλλὰ ἔκηλοι
Ἐδμεναι βρώμην τὴν ἀθανάτη πόρε Κίρκη.
Ὣς ἐφάμην. οἱ δ' αὐτίκ' ἀπώμνυον ὡς ἐκέλευον.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὄμοσάν τε τελεύτησάν τε τὸν ὅρκον,
Στήσαμεν εὖ λιμένι γλαφυρῷ εἰεργέα νῆα
Ἄγχι ὕδατος γλυκεροῖο· καὶ ἐξαπέβησαν ἑταῖροι
Νηὸς, ἔπειτα ἧ δόρπον ὀπισσαμένως τετύκοντο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξέραν εἶτα,
Μνησάμενοι δ' ἤπεπτα φίλων ἑκλαιον ἑταίρων,
Οὓς ἔφαγε Σκύλλη γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἑλοῦσα.
Κλαιόντεσσι δὲ τοῖσιν ἐπήλυθε νήδυμος ὕπνος.
Ἧμος δ' ἤδη τρίτα νυκτὸς ἔην, μετὰ δ' ἄστρα βεβήκει,
Ὦρσεν ὀρινθεὶς Ζαλῶ ἄνεμον νεφεληγερέτα Ζεὺς
Λαίλαπι θεσπεσίῃ, σὺν δ' ἤνεφέεστι κάλυψε
Γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον· ὀρώρει δ' ἐξ οὐρανόθεν νύξ.
Ἧμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς.
Νῆα μὲν ὠρμίσαμεν, κοίλον κατέδυσαντες·
Ἔνθα δ' ἔσαν Νυμφέων καλοὶ χοροὶ ἠδὲ θόωκοι.
Καὶ τότ' ἐγὼν ἀγορὴν θέμενος, μετὰ μῦθον ἔειπον,
Ὦ φίλοι, ἐν γὰρ νηῒ ποτῇ βρῶσίς τε πόσις τε
Ἔστιν, † τῶνδε βοῶν ἀπεχώμεθα, μή τι πάθωμεν. κ. τῶν †
Δεινὴ γὰρ θεὸς ἀνδρὸς βόες καὶ ἴφια μῆλα,
Ἠέλιος, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.
Ὣς ἐφάμην. τοῖσιν δ' ἐπεπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ.
Μῆνα δὲ πάντ' ἄλληκτος ἔπη Νότος, οὐδέ τις ἄλλος
Γίνετ' ἔπειτ' ἀνέμων, εἰ μὴ Εὖρός τε Νότος τε.
Οἱ δὲ, ἕως μὲν σῖτον ἔχον καὶ οἶνον ἐρυθρὸν,
Τόφρα βοῶν ἀπέχοντο, λιλαιόμενοι βιότοιο·
Ἀλλ' ὅτε δὴ νηὸς ἐξεφθίτο πῖα πάντα,
Καὶ δὴ ἄγρην ἐφέπεσκον ἀλητεύοντες ἀνάγκῃ,
Ἰχθῦς ὀρνιθάς τε φίλας, ὅ, τι χεῖρας ἵκοιτο,
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν· ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμὸς,
Δὴ τότ' ἐγὼν εἰς νῆσον ἀπέσχον, ὄφρα θεοῖσιν
Εὐξαίμην, εἴτίς μοι ὀδὸν φήνειε νέεσθαι.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ᾗ νήσῳ ἰὼν ἤλυξα ἑταίρους,
Χεῖρας νιψάμενος ἔδυν δὴ σκέπας ἠῶ ἀνέμοιο,
Ἠρώμην πάντεσσι θεοῖς οἳ Οὔλυμπον ἔχουσιν·
Οἱ δ' ἄρα μοι γλυκὺν ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισιν ἔχυσαν.
Εὐρύλοχος δ' ἑτάροισι κακῆς ἐξήρχετο βουλῆς,
Κέκλυτέ μευ μύθων κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι.
Πάντες μὲν συγαροὶ θανάτοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
Λιμῷ δ' οἰκλίσσαι θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.
Ἀλλ' ἄγετ', Ἠελίοιο βοῶν ἐλάσαντες ἀρίστας,
Ῥέξωμεν ἀθανάτοισι τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.
Εἰ δέ κεν εἰς Ἰθάκην γε νεώμεθα πατρίδα γαῖαν,
Αἶψά κεν Ἠελίῳ ὑπερίονι τίσοιμεν νηὸν
Τεύξομεν, ἔνθά κε θέωμεν ἀγάλματα πολλὰ καὶ ἐσθλά.
Εἰ δ' ὀχλωσάμενός γε * βοῶν ὀργὴν ἀμαιμάκετον, * κε. βοῦν ἔ-
πιπ' ἀρ.

Νῆ' ἐθέλῃ ὀλέσαι, ἅτε δ' ἕπεσθαι θεοὶ ἄλλοι,
Βέλεμ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι,
Ἢ ὅτε δηθὰ τρεύγοιμι κακὸν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ.
Ὣς ἔφατ' Εὐρύλοχος· ἐπὶ δ' ἤνεον ἄλλοι ἑταῖροι.
Αὐτίκα δ' Ἠελίοιο βοῶν ἐλάσαντες ἀρίστας
Ἐγγύθεν (ἦ γὰρ τῆλε νεὸς κυανοπρῴροιο
Βοσκέσκοντ' ἐλίκες καλαὶ βόες εὐρυμέτωποι)
Τὰς ἤ τοι στείσαντο, καὶ εὐχετόωντο θεοῖσι,
χ. φύλλα δ' ἐρι ψάρμοι † φύλλα ἤ ῥιψάμενοι πρόσω ὄρυος ὑψικόμοιο·
Οὐ γὰρ ἔχον κριθὰς λευκὰς ἐν νῆϊ μελαίνῃ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' εὔξαντο, καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν,
Μηρούς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν,
Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν·
Οὐδ' εἶχον μέθυ λεῖψαι ἐπ' αἰθομένοις ἱεροῖσιν,
Ἀλλ' ὕδατι σπείσαντες ἐπώπτων ἔγκατα πάντα.
Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μηρὸ κάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο,
Μίσυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν.
Καὶ τότε μοι βλεφάρων ἐξέσσυτο νήδυμος ὕπνος.
Βλῶν δ' ἰσάμεν ἐπὶ νῆα θοὴν καὶ θῖνα θαλάσσης.
Ἀλλ' ὅτε δὴ κατόπισθε νεὸς μελαίνης ἀφιελίσσης
Καὶ τότε με κνίσης ἀμφ' ἤλυθεν ἡδὺς ἀϋτμή.
Οἰμώξας δ' ἤϊξα θεοῖσι μετ' ἀθανάτοισι γυγάλδυν,
Ζεῦ πάτερ, ἠδ' ἄλλοι μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
χ. ἦ μάλα μ' ἐς ἀτὴν κοιμίσατο * Ἦ μέ μάλ' εἰς ἀτὴν κοιμήσατο νηλεὲς ὕπνῳ·
Οἱ δ' ἕταροι μέγα ἔργον ἐμητίσαντο μένοντες.
Πὰρ νέα δ' Ἠελίῳ ὑπερείονι ἀγγελος ἦλθε
Λαμπετίη ταυρόπωλος, ὅτι βόας ἕκλαε ἑταῖρος.
Αὐτίκα δ' ἀθανάτοισι μετηύδα χώσομαι κῆρ,
Ζεῦ πάτερ, ἠδ' ἄλλοι μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
Τίσασθ' δὴ ἑτάρους Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος.
Οἵ μου βοῦς ἔκλεψαν ὑπερφίαλον, ᾗσιν ἔγωγε
Χαίρεσκον μετιὼν εἰς ἠρανὸν ἀστερόεντα,
Ἠδ' ὁπότ' αὖ πάλιν εἶμι γαῖαν ἀπ' ἠρανόθεν περιτελλόμενος.
Εἰ δέ μοι ἀ πίσσωσι βοῶν ἀπερικαλλέα ἀμοιβὴν,
Δύσομαι εἰς Ἄϊδαο, καὶ ἐν νεκύεσσι φαείνω.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς,
Ἠέλι', ἦτοι μὲν σὺ μετ' ἀθανάτοισι φάεινε
Καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.
Τῶν δέ κ' ἐγὼ τάχα νῆα θοὴν ἀργῆτι κεραυνῷ
Τυτθὰ βαλὼν κεάσαιμι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.
Ταῦτα δ' ἐγὼν ἤκουσα Καλυψοῦς ἠϋκόμοιο·
Ἠ δ' ἔφη Ἑρμείαο διακτόρου αὐτὴ ἀκοῦσαι,
Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἐπὶ νῆα κατήλυθον ἠδὲ θάλασσαν,
Νείκεον ἄλλοθεν ἄλλον ἐπισταδὸν, ἐδέ τι μῆχος
Εὑρέμεναι δυνάμεσθα· βόες δ' ἀπεπέφνατο ἤδη.
Τοῖσιν δ' αὐτίκ' ἔπειτα θεοὶ τέρατα προέφαινον.
χ. ἰμάμυκεν Εἶρπον μὲν ῥινοὶ, κρέα δ' ἀμφ' ὀβελοῖς † ἐμεμύκει,
Ὠπαλέα τε καὶ ὠμά· βοῶν δ' ὡς γίνετο φωνή.
Ἑξῆμαρ μὲν ἔπειτα ἐμοὶ ἑτάροι ἐτέροισι
χ. ἐλάσαντες Δαίνυντ' Ἠελίοιο βοῶν * ἐλάσαντες ἀρίστας.
Ἀλλ' ὅτ' ἄρ' ἕβδομον ἦμαρ ἐπὶ Ζεὺς ἦκε κρονίων,
Καὶ τότ' ἔπτ' αὖεμος μὲν ἐπαύσατο λαίλαπι θύων,
Ἠμὲν δ' αἶψ' ἀναβάντες ἐνήκαμεν εὐρέϊ πόντῳ,
Ἱστὸν στήσάμενοι, ἀνὰ θ' ἱστία λευκὰ ἐρύσαντες.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη
Φαίνετο γαίων, ἀλλ' ἠρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
Δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων
Νηὸς ὑπὲρ γλαφυρῆς, ἦχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς.

Naucm uolet perdere, ſuffragabuntur alij dij.
Malo ſemel ad fluctus hians uitam perdere,
Quàm diutius tabeſcere uerſans in inſula deſerta.
Sic ait Eurylochus, collaudabant autem alij ſocij.
Statim autem Solis ex bobus abegerunt optimas
Cominus (non enim longè à naue nigro roſtro
Paſcebantur nigræ pulchræ boues latis frontibus)
Eas uerò circumſtabant, & uota fecerunt dijs.
Folia autem decerpſerũt tenerrima quercus alticoma,
Nõ enim habebãt hordeũ albũ in benè tabulata naui.
Caterũ poſtq; precati ſunt, mactarunt & excoriarũt,
Femoraq; conciderunt, atq; adipe cooperuerunt
Duplicantes, deſuper autem cruda poſuerunt,
Neq; habebant uinum ad libandũ ſuper incenſa ſacra,
Sed aqua libantes aſſabant inteſtina omnia.
Caterũ poſtq; femora incẽſa ſunt, et uiſcera comederũt,
In minuta fruſta ſecuerũt, & alia uerubus trãſfixerũt:
Et tunc mihi palpebris excidit ſuauis ſomnus.
Feſtinabam ire ad nauem uelocem & littus maris.
Sed quando certè propè eram profectus,
Et tum mihi nidoris obuenit dulcis flatus.
Lugens autem deos ad immortales clamaui,
Iupiter pater, atq; aly beati dij immortales,
Profectò me magnũ in detrimẽtũ ſopiuiſtis ſæuo ſomno.
Ipſi.v. ſocij magnũ facinus perpetrarunt manentes.
Statim autem Soli ſuprà meanti nuncius uenit
Lampetia lato peplo, quòd ei boues interfecerunt ſocij.
Statim autem deos alloquutus eſt iratus corde,
Iupiter pater, atq; alij beati dij immortales,
Vlciſcamini iam ſocios Laërtiada Vlyſſis,
Qui meas boues occiderunt ſuperbè, quibus ego
Gaudebam quidem cùm ibam in cælum ſtelliferum,
Atq; quando retrò ad terram è cælo diuertebam.
Quòd ſi mihi non luent boum condignam talionem,
Deſcendã ad Plutonis domũ, & inter mortuos lucebo.
Hunc excipiens alloquutus eſt nubicogus Iupiter,
Sol, certè quidẽ tu inter immortales luccbis,
Et mortales homines ad fertilem terram.
Horum autem citò nauem celerem candenti fulmine
Paululùm perculſam incendero medio in nigro ponto.
Hæc ego audiui à Calypſo pulchricoma,
Quæ autem dicebat à Mercurio internũcio audiuiſſe.
Caterùm poſtquam ad nauem peruenit atq; mare,
Obiurgabam alicundè alium ordine, neq; remedium
Inuenire potuimus, boues enim occiſi erant iam.
His continuò deinde dij prodigia oſtendebant.
Serpebãt qdẽ pelles, carnes. a. ab uerubus immugiebãt
Aſſataq; & cruda, boum qualis fiebat uox.
Sex diebus quidem deinde mihi chari ſocij
Conuiuabantur, Solis bouis mactantes optimos.
Sed quando certè ſeptimum diem Iupiter induxit,
Tum uerò uentus quidem ceſſauit turbine ſæuiens.
Nos autẽ ſtatim conſcendentes ferebamur in lato mari
Malo erecto, atq; ad malum albis uelis collocatis.
Sed quãdo certè inſulã deſeruimus, neq; uſpiam aliqua
Apparebat terrarũ, ſed cælum atq; mare:
Tum uerò nigram nebulam ſtatuit Saturnius
Nauim ſupra canam, obſcuratus pontus eſt ſub ipſa,

Qua

Quę currebat haud ſanè multũ p tẽp⁹. ſtatim.n. irruit
Stridens Zephyrus ingenti cum turbine ſauiens.
Mali autem rudentes rupit uenti procella
Vtroſq; malus.a.retrò cecidit, armamentaq; omnia
In ſentinam deciderunt, ipſe aũt extima in naue
Percuſſit gubernatoris caput, oſſaq; confregit
Omnia uno impetu: ipſe autem urinatori ſimilis
Decidit à tabulatis, deſeruit. a.oſſa animus generoſus.
Iupiter autem ſimul intonuit, & iniecit fulmen nauí,
Ipſa autem cõtorquebatur tota Iouis percuſſa fulmine,
Sulphure aũt implebatur, ceciderunt. a.ex nauí ſocij.
Illi autem cornicibus ſimiles circa nauem nigram
In fluctibus ferebantur, Deus autem abſtulit reditum.
Caterùm ego per nauim incedebam, donec latera
Soluebat uis tẽpeſtatis carinæ, q̃ inermẽ ferebat fluctus
Euulſum.a.malũ fregit uſq; ad fundũ, caterũ ſuper ipſo
Lorum reuinctum erat bouis corio factum,
Hoc utrũq; colligauit pariter carinã atq; etiam malũ.
Sedens autem ſuper hac ferebar pernicioſis uentis.
Tum certè Zephyrus quidem ceſſauit turbine ſauiens.
Superuenit aũt Notus celeriter ferens dolores animo,
Donec rurſus ad pernicioſam diuerterer Charybdim.
Tota nocte ferebar, ſimul autem ſole oriente
Veni ad Scyllæ ſcopulum, horrendamq; Charybdim:
Hæc quidem abſorpſit maris ſalſam aquam.
Cæterùm ego ad altam caprificum altè leuatus
Huic implicitus tenebar, ueluti neſpertilio, neq; uſpiã po
Vel ſtabilire pedem firmiter, neq; aſcendere. (tui
Radices enim longè erant, diſtantes aũt erant rami,
Longinqui ingentesq;, obumbrabant aũt Charybdim,
Indeſinenter autem tenebã, donec emoueret retrorſum
Malum, & carinam denuò: cupienti.a.mihi aduenit
Tandem.quando aũt ad prandiũ iudex è foro ſurgit
Iudicans lites multas litigantium uirorum,
Tùm tandem hæc ligna ex Charybdi apparebant.
Senſim ego deſuper pedes & manus demittebar.
Medio autem cum ſonitu cecidi extra oblonga ligna,
Sedens autem ſuper hæc remigaui manibus meis.
Scyllã.a.non amplius, permiſit pater hominũq; deorũq;
Aſpicere, non enim effugere potuiſſem ſeuam mortẽ.
Hinc autem nouem diebus ferebar, decima.a.me nocte
Inſulam in Ogygiam appulerunt dÿ, ubi Calypſo
Habitabat pulchricoma ueneranda dea celebris,
Quæ me amauitq; fouitq;, quid tibi hæc dicam?
Iam enim ex parte enarraui in domo
Tibiq; & caſtæ uxori: moleſtum autem mihi eſt
Rurſus planè enarrata recenſere.

Ἡ δ' ἔθεα ἐ μάλα πολλὸν ὀπὶ χρόνον· αὖψα γὰ ἦλθε
Κεκληγὼς Ζέφυρος μεγάλῃ συὺ λαίλαπι θύων.
Ἱ ςᾶ ἦ πρότονες ἔρρηξ αὐέμοιο θύελλα
Ἀ μφοτέρως· ἰσὸς δ' ὀπίσω πέσεν, ὅ τε πρώτα
Εἰς αὖτλον κατέχωσ'. ὁ δ' ἄρα πρύμνῃ ἐνὶ νηῒ
Πλῆξε κυβερνήταο κεφαλὴν, σὺν δ' ὀστέ' ἄρηξε
Πάντ' ἄμυδις κεφαλῆς, ὁ δ' ἀρ' ἐνδυτῆϊ ἐοικὼς
Κάππεσ' ἀπ' ἰκριόφιν, λίπε δ' ὀστέα θυμὸς ἀγλαὸς.
Ζεὺς δ' ἄμυδις βρόντησε, καὶ ἐμβαλε νηῒ κεραυνὸν·
Ἡ δ' ἐλελίχθη πᾶσα, Διὸς πληγεῖσα κεραυνῷ,
Ἐν δ' ἦ θείου πλῆτο. πέσον δ' ἐκ νηὸς ἑταῖροι.
Οἱ δὲ κορώνῃσιν ἴκελοι περὶ νῆα μέλαιναν
Κύμασιν ἐμφορέοντο· θεὸς δ' ἀπὸ αἶνυτο νόστον.
Αὐτὰρ ἐγὼ διὰ νηὸς ἐφοίτων, ὄφρ' ἐκ τοίχους
Λῦσε κλύδων τρόπιν· τὴν ἦ ψιλὴν φέρε κῦμα·
Ἐκ δὲ οἱ ἰσὸν ἔαξε ποτὶ τρόπιν· αὖτὰρ ἐπ' αὐτῇ
Ἐπίτονον βέβλητο βοὸς ῥινοῦ τετυχώς.
Τῷ ῥ' ἄμφω σὺν ἔργον ὁμῶ τρόπιν ἠδὲ καὶ ἱστόν.
Ἐζόμενον δ' ἐπὶ τοῖς, φερόμην ὀλοοῖς ἀὐέμοισιν.
Ἔνθ' ἤτοι Ζέφυρος μὲν ἐπαύσατο λαίλαπι θύων.
Ἦλθε δ' ἐπὶ Νότος ὦκα, φέρων ἐμῷ ἄλγεα θυμῷ,
Ὄφρ' ἐπὶ τὴν ὀλολὴν αὖ μετρήσαιμι Χάρυβδιν.
Παννύχιος φερόμην· ἅμα δ' ἠελίῳ ἀνιόντι
Ἦλθον ἐπὶ Σκύλλης σκόπελον, δεινήν τε Χάρυβδιν.
Ἡ μὲν ἀναρροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ·
Αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ μακρὸν ἐείνεον ὑψόσ' ἀέρθεις,
Τῷ πρόσθυς ἐχόμην, ὡς νυκτερὶς, ἐνθάδε εἶχον
Οὔτε στηρίξαι ποσὶν ἔμπεδον, οὔτ' ἐπιβῆναι.
Ῥίζαι γὰρ ἔκας * ἦσαν, ἀπήωροι δ' ἔσαν ὄζοι, *κ.ἄκρον
Μακροί τε μεγάλοι τε, κατεσκίαον ἠ Χάρυβδιν.
Νωλεμέως δ' ἐχόμην, ὄφρ' ἐξεμέσσεν ὀπίσω
Ἱστὸν καὶ τρόπιν αὖτις· ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθεν
Ὄψιμον· ἠμος δ' ὅρτο δικάζειν ἀγορῆθεν ἀνήρ,
Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων ἀζηχῶν,
Τῆμος δὴ τὰ γε δῆρα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη.
Ἧκα δ' ἐγὼ καθύπερθε πόδας καὶ χεῖρε φέρεσθαι,
Μέσσῳ δ' ἐνδύπησα πάρεξ ἀπεμήκεα δοῦρα,
Ἐζόμενον δ' ἐπὶ τοῖσι διήρεσα χερσὶν ἐμῇσι.
Σκύλλῃ δ' οὐκ ἔτ' ἔασε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Εἰσιδέειν· ἐ γάρ κεν ὑπεξέφυγον αἰπὺν ὄλεθρον.
Ἔνθεν δ' ἐννήμαρ φερόμην· δεκάτῃ δέ με νυκτὶ
Νῆσον ἐς Ὠγυγίην * πέλασαν θεοὶ, ἔνθα Καλυψὼ *κ.ἴσασιν
Ναίει ἐϋπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα.
Ἥ μ' ἐφίλει τ' ἐκόμει τε. τί τοι τάδε μυθολογεύω;
Ἤδη γάρ τοι χθιζὸς ἐμυθεόμην σὺ οἶκῳ
Σοί τε καὶ ἰφθίμῃ ἀλόχῳ· ἐχθρὸν δέ μοι ἐστὶν,
Αὖθις ἀείζηλως ἐρημαίην μυθολογεύειν.

COMMENTARIVS.

μαντήιε τειρεσίαο) Cùm ad eum locum peruenissent, ubi quartum periculum erat illis subeundum, prout antea in Circes uerbis exposuimus: non existimauit sibi esse dissimulandum, quod à uate Tiresia in inferis, & postea ab ipsa Circe sibi prædictum fuerat, quia scilicet de omnium salute conseruanda agebatur, proinde necesse erat id reliquis omnibus patefieri: quod facit, sed breuiter & concisè in ipso initio: immò omnino obscurè, quia illud præsentissimum periculum non explicat, de eo generaliter tantùm loquutus. contrà uerò in Planctis, Scylla & Charybde fecit: cuius rei causam nos ibi uidimus.

αὐτὰρ ὁ εὐρύλοχος) Suadebat Vlysses ulterius esse relicta Thrinacria transeundum, at Eurylochus reliquorum nomine ei refragatur, iniquumque illum esse dicit, qui ex suo robore & summa laborum tolerantia alios metiatur, qui tum laboribus tum uigilijs, id est *ἀϋπνίαις* (pro quo Poeta dixit *ὕπνον*, ut in Lexico uidebimus) defatigati longiorem nauigationem perferre non possint: proinde quiete indigeant, cuius captandæ & reficiendarum uirium gratia in insulam illis necessariò descendendum sit. Aliud addit argumentum, quod fortius uidetur: quia noctes intempestæ esse solent, & proinde nauigando minus accommodatæ. Hoc habent autem peculiare noctes credo propter solis absentiam, cuius ea est facultas, ut tempestates discutiat: noctu autem nihil est quod illis obstet, addam etiam, id ferè in cæteris rebus omnibus ualere, putà in morbis, qui solent grauiores esse noctu quàm interdiu: sed id *εἰκῇ περιεργῶς*. Sanè de tempestatibus id certissimum est.

θεὸν αὐδήεσσαν) Iam sæpius uidimus hanc locutionem Poetæ nostro usitatam, ut cum remi impossibilem significat, eam ipsis etiam Dijs negatam esse dicat.

πεῖθόμεθ᾽ νυκτί) Vidimus aliàs in Iliade hanc eandem phrasin. Nox enim quietem indicere uidetur, quod imperium esse Homerus imaginatur, ideò parendum ei esse dicit.

κρατὰ μηδὲν δρᾶσαι) Vbi consilio hominum & prudentia periculum euitari non potest, tunc Poeta uim aliquam superiorem in rerum regimine fingit, nimirum fatum (quod δαίμονα appellat) cui resisti ulla prudentia humana non potest. Ideò nunc Vlysses agnouisse se dicit, cùm hortatu suo ad hanc insulam prætercundam socios suos induci non posse animaduerteret, præfinitum sibi aliquod malum, quod effugere non posset, id nunc dæmonem machinari: quo loquendi genere utitur, non quòd iam primùm illud sibi strui cogitet, sed quòd ita uideatur fieri eius respectu, quò propiùs res ipsa imminet.

ἦ μάλα δή με βιάζετε) Vtile est sæpenumerò ingenti comitatu cingi, uarijsque de causis, sed idem interdū ualde perniciosum: quia solus multorum petulantiam aut libidinem commodè compescere non potest, unde fit ut idem cum illis in exitium ruat, quia inuitus, si quæ sunt deterrima eorum consilia, ijs adhærescere cogitur: ubi si solus fueris, liberum tibi est hoc uel illud amplecti. Illud nunc cum suo dispendio Vlysses expertus est, sociorum suorum refractario animo uictus coactusque de sua sententia decedere, quam salutarem omnibus futuram pro explorato habebat. quasi dicat: Quandoquidem uos mihi non creditis utilia uobis consulenti: licet per me hic consistamus: quanquàm testatum uobis cupio id me inuito fieri, cogit me si quidem uestrūm numerus, cui solus obstare non possum, uobis assentiri, ne si quod inde damnum uobis infligitur, eius culpam omnem in meum caput cudatis, sed uobis ipsi uestræque temeritati imputetis. Nihilominus tamen adstringit eos iuramento, se greges ac armenta Solis non depraedaturos: unde docet hoc de illud periculum, quod Tiresias & Circe ei prædixerāt. At socij iurant, mox futuri periurij, ut uidebimus.

μνησάμεθα) Notandum est hic antiquus mos post epulas lugendi mortuos, quasi significatum inde fit principem curam uiuorum esse habendam, maiorem quàm mortuorum.

ὦ φίλοι, οὐ γάρ νῦν) Ingeminat exhortationem suam, qua rogat iterum socios, ne illa armenta aut greges attingant: rationem addēs, quòd ad grauem & terribilem Deum pertineant, nimirum Solem, cui nihil rerum humanarum latere potest. Quibus uoluit metum illis incutere, ut si sui mandati reuerentia non caperentur, at Deum illum saltem reformident, qui hanc iniuriam sibi illatam inultam non sit relicturus. Hanc autem prohibitionem repetiuit, quia in re periculosa non potest satis diligens adhiberi cautio.

ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷ) Iosephus in Apionem docet, quendam esse in Homero repugnantia, quasi uidelicet uestigia confusionis illius poëmatum antequam in hunc ordinem à Pisistrato uel à Solone uel ab Hipparcho redigerentur. Scaliger nostro tempore hic tale quippiam esse dixit. Nam cùm Solem Poëta dicat omnia audire & uidere, tamen postea dicitur eo inscio hanc depraedationem armentorum à sociis Vlysis factam, adeò ut etiam ei referendum à Lampetia fuerit.

χεῖρας νιψάμενοι) Aliàs hunc ritum lauandi manus, antequàm Deo preces funderent, ueteribus usurpatum explicuimus.

οἱ δ᾽ ἄρα μοι γλυκιὼ) Quasi dicat: Ego à Dijs cœlestibus rationem discedendi ex hac insula petebam, at illi somnum mihi immiserunt, nimirum inexorato, ut hæc mea desidia sociorum delicto locum faceret. Et hoc dicit, ut causam sui detrimenti ad Deos referat: malè id quidem, si eos idcirco culpare uoluerit: sed rectè, si nihil accidere sine eorum prouidentia intelligat, quod Homerum agnoscere alibi quoque docuimus.

κέκλυτέ μοι μύθων) Artificiosa ualde est hæc Eurylochi oratio, qua ad armenta Solis deprædanda excitat. Primùm enim præsentem necessitatem eis ob oculos ponit, eos nimirum fame ita opprimi, ut nihil aliud quàm mortem sperare possint. Cùm autem omnia mortis genera acerba sint, nullum tamen hoc acerbius. Itaque cùm omnibus hoc à natura fit insitum, ut uitæ suæ conseruandæ & sustentandæ gratia quiduis experiantur, facilè eos hoc argumento ad hoc facinus perpetrandum pellexit. Quia tamen in tanta multitudine aliquis adeò pius existere poterat, qui hoc scelus aggredi exhorresceret, motus Numinis reuerentia: ideò huic rei speciosum finem prætexit, nimirum ad sacrificia Dijs immortalibus facienda: sic impietati pietatis colorem inducit, ut illa tegeretur. At illud obstabat, quòd Sol hac iniuria offenderetur: cui ille sic occurrit, uota esse ipsi concipienda in huius iacturæ compensationem, uidelicet templum, quod illi in patria erecturi sint. Et quoniam, qui semel pietatis limites transilierit, grauiter impietatem amplecti solet: eò deuenit, ut etiam si nullo pacto Solis ira placari possit, id nihili esse faciendum suadeat, nimirum sub aliorum Deorum auxilij expectatione, quos nimirum his sacrificijs sese promeriturum sperabat. Quod quidem altera ex parte pietatem redolere uidetur: sed cùm diuisa pietas in impietatem deflectat, hìc quoque Eurylochus, qui uni Deo displicere maluit, licet erga reliquos officio pij hominis defungeretur: trunca & mutilata pietate utitur, quæ æqualiter uniuerso Deorum cœtui, secundum uetera mentem, fuit exhibenda. Tandem urgente alimentorum penuria uictus testatur, se etiam si ob hoc facinus ei mors sit oppetenda, in ipso littore paratum esse id pati potiùs quam fame conflictatum interire. Quæ omnia speciosè quidem dicta sunt, sed penitus impiè, ut ipse exitus docebit. Licet enim uulgatum, Necessitatem aut penuriam legibus esse expeditam, quia illa uel sanctissimè uetita tentare impellit, & uiolenter cogit: tamen qui duis potiùs patienter & æquo animo ferendā est, quam ut tibi egeno sub uenias & opituleris, sacrosanctum Numen tantillum offendas: quod proculdubio hæc narratio submonet.

λιμῷ δ᾽ οἰκῆσαι) Cur hæc mors sit omnium miserrima, causam reddit Eustathius huiusmodi, Διὰ τοῦτο ἐκλήθη ὑπὸ ἑλλάδος ἡ τοιάδε φθορὰ μένει τοὺς λιμώττοντας: propter tabem nimirum, quæ famelicum occupat. Id sanè naturæ ualde est inimicum, ubi alimentis deficientibus ipsa quoque deficere cogitur, quæ sui conseruandi studiosissima est. Vnde non sine causa fames grauissimum Dei flagrum existimatur, & Poeta noster Gallicus, quem κατ᾽ ἐξοχὴν appello, tria fulminis spicula cùm ingeniosè dicat, famem illis connumerat. Itaque cùm illa urget, nihil intentatum relinquunt homines, ut uictum sibi suggerant: nihil, inquam, intentatum, quantumuis illud flagitiosum alioqui censeatur. Ideò rectè illa Oppianus 3. ἰχ.

ὡς οὔλιον λιμοῖο κακώτερον, οὐδὲ βαρείης *Quàm nihil est fame pestis, neq; molestio*
γαστέρος, ἣ κρατέουσιν ὑπ᾽ ἀνθρώποισιν ἀπηνής. id est: *Ventre, qui dominatur inter homines immitis & impacatus,*

ut nimirum illa Charybdis Virgiliana. Sed de fame nos etiam alibi diximus.

φύσαι δὲ δρεψάμενοι) Quanquam rebus necessarijs ad sacrificia ritè facienda destituerentur, tamen alienas aduocant, quæ earum uicem suppleant, ut pro salsa mola folia quercus, pro uino aquam ad libationem: cætera fiunt ex ritu, de quo satis dictum est Iliad. 1. unde hic etiam carmina quædam repetita sunt.

τῷ μὲν ἔπειτα νήλεις ὕπνος) Sic etiam anteà dicebat, οἱ δ᾽ ἄρα (sup. ἦσαν) μοι γλυκιὼ ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισιν ἔχεαν. Quod enim somno occupatus est, id Deorum uoluntate factum agnoscit. Tu uide quæ nos ibi annotauimus. Iam uerò ex hoc loco nobis hoc notandum est, ex incuria aut inuigilantia ducis multa mala promanare (quod & ipse idem Vlysses anteà erat expertus, cum sopitus somno in naui occasionem socijs præbuit utres Aeolios reserandi: unde ille à patriæ finibus, quibus iam appropinquabat, repulsus est) nam Hecentiores facti subditi ea plerunque tentant, quæ in propriam & ducis ipsius perniciem redundant. Proinde ij, quibus rerum administratio demandata est, maximè cauere debent, ne in hoc uitium temere impingant, quod præcipue uix reparari potest, ut aliàs diximus.

ζεῦ πάτερ) Mirum uideri possit, cur per se Sol hanc iniuriam sibi factam non ulciscatur, sed reliquos Deos imploret. Sed siue regium statum Deorum agnoscamus, siue Democraticum, ita oportuit fieri. Agnoscit autē eum pro Democratico Homerus & Regio simul, cum Iouem & reliquos Deos aduocantem Solem facit: ita mixtus erit ex utroq;, ut etiam apud Phaeacas.

χαίρεσκον μὲν ἰών) Id est, & oriens & occidens armentis meis oblectabar. Quod utrumque ex communi opinione exponit quòd ita sensibus nostris uideatur orientem Solem ad cœlum uenire, quoniam tunc oculis nostris cernitur in ipso cœlo: occidentem uerò credas ueluti è cœlis in terram labi, quia alterum hemisphærium nobis occultatur: sed reuerà sub terram Sol conditur, in cœlis semper remanens.

δύσομαι εἰς ἀίδαο) Minus etiam ad ulciscendam hanc iniuriam Deos adigit: minatur enim se lucem suam illis erepturum, quam ipsis inferis tenebricosis sit communicaturus. Nam & ipsis Dijs lucem ferre Sol dicitur sæpius apud Homerum, quod nos alibi explicuimus. Horreri tamen lucem à Plutone in inferis, satis testantur Poetæ: unde illæ querelæ apud Statium, cùm Amphiaraus ad inferos disrupta tellure descendit. Sed Sol non curat quid gratum Plutoni futurum sit, modò hoc ipsum cœlestibus Dijs ingratum sit & iniucundum.

αὐτὰρ ὅπισθε μὲν αὖ) Quamuis cæteros etiam Deos Sol imploraſſet, tamen solus nunc Iupiter ei respondet, ut à cuius uidelicet nutu res tota penderet, in quo regius Deorum status apparet. Ait ergo, se hoc facinus breui uindicaturum mota tempestate & fulmine in nauem Vlyssean immisso. Vbi uidemus Ioui imperium etiam in ipsum esse mare, licet aliàs hoc cum eo diuisum habere dicatur Neptunus, quem pro Deo maris colebat antiquitas. Ita quibusdam locis ueram de Deo sententiam Poeta nō dissimulat, cum eum uniuersi orbis late Regem agnoscit. Quia autem hæc commemorando Vlysses uidebatur fidem sibi non conciliare, quia mortali uiro Deo-

ro Deorum consilia aut confabulationes non pateant: ideò addit se hæc à Calypso postmodum accepisse, cui anteà Mercurius indicauerat, uidelicet, ni fallor, cùm Vlysis gratia ad eam à Ioue esset demandatus.

θεοὶ πάντα) Solet Deus ingentem aliquam calamitatem præcedentibus prodigijs non rarò significare, ut hoc loco socijs Vlysis contigit. Quod egregiè in Cæsaris morte euenisse describit Virgilius. Credo etiam nos hac de re aliàs apud hunc Poetam dixisse.

ζεὺς δῆτα) Videtur de industria Ioui diei reductionem tribuere, quasi indignatus Sol id sponte non fecerit: uel Iouem etiam nunc eum intelligit, quem anteà dicebamus, nimirum totius mundi moderatorem & rectorem.

ἡ τὸν ἔπειτ' ἀάσατο) Hæc fuit fallax malicia, quæ ad se mari committendum Vlyssem & socios pellexit, quam tam ingens tempestas erat consecutura. Sic nouit Deus sceleratos fallere, & certo tempore meritis afficere supplicijs. Sequitur ergo tempestas, qua socij Vlysis perierunt: & modus quo Vlysses Charybdin, ad quam repulsus ui procellæ fuerat, euitarit: tum eius aduentus ad Calypso. Vbi tota hæc Vlyssea narratio terminatur. nam quomodo à Calypsone ad Phæacas peruenerit, apud quos nũc uersatur, superfluum erat renarrare, cum anteà initiò ὕστερον πρότερον exposita sint.

λίπε δ' ἰφθίμους) Quomodo animus dicatur ossa relinquere in morientibus, anteà satis exposuimus.

Finis libri Duodecimi.

ARGVMENTVM DECIMITERTII LIBRI *Odysseæ.*

DORMIENTEM Vlyssem cum donis exposuerunt Phæaces in terram Ithacensium. Et nauem quidem ipsorum redeuntem lapidem fecit Neptunus, Minerua autem in littore Vlysi consultat de procorũ cæde, & res in quadam spelunca occultat, & in senem transformat Vlyssem.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Ν. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Ο' ὈΔΥΣΣΕΙΑΣ.

ΚΟΙΜΩΜΕΝΟΝ Ο' Ὀδυσέα μὴ τὰ δῶρα ἀπολέσειαν οἱ Φαίακες ἐς τὴν γῆν τὴν Ἰθακησίων, καὶ τὴν μὲν ναῦν αὐτὴν λίθον ποιεῖ Ποσειδῶν· Ἀθηνᾶ δὲ ἐπὶ τὸ αἰγιαλὸ Ὀδυσσέι συμβουλεύει περὶ τῶν μνηστηροφονίας· καὶ τὰ χρήματα ἐν ἄντρῳ ἀπολείπει ἀφανεῖ, καὶ εἰς γέροντα μεταμορφοῖ τὸν Ὀδυσσέα.

Aliud.

Ἄλλη.

N, Ithacam ingressus est Phæacum ductu Vlysses.

Νῦν, Ἰθάκης ἐντὸς Φαιήκων πομπῇ Ὀδυσσεύς.

SIC dixit, hi autem igitur omnes tacitifacti sunt silentio,
Oblectatione autem tenebantur per domos umbrosas.
Huic autem uicissim Alcinous respondit dixitq;.
O Vlysses quoniam ueneristi meam ad æratam domum
Altam, ideò te non rursus, uagatum puto
Rursus rediturum, & si ualdè multa tulisti.
Vestrũm autem uiro unicuiq; iubens hæc dico,
Quicunq; in atrijs honorarium ardens uinum
Semper bibitis. auditis autem cantorem:
Vestes quidem hospiti pulchra in arca
Iacent, & aurum multinarium, aliaq; omnia
Dona, quæcunq; Phæacum senatores huc attulerunt.
Sed agè ei demus tripodem magnum, & lebetem
Viritim, nos autem rursus congregati in populo
Remunerabimur, difficile .n. unũ largitionẽ præbere.
Sic dixit Alcinous, his autem placuit sermo,
Illi quidẽ dormiturientes iuerunt domũ unusquisq;.
Quando autem matutina apparuit rosea aurora,
Ad nauem properabant, ferebãtq; uiros honestãs es.
Et hæc quidem benè deposuit sacra uis Alcinoi,
Ipse iens per nauem sub transtris, ne aliquem sociorum
Lederet impellentium quando incumberent remis.
Hi aũt ad Alcinoũ iuerunt & conuiuiũ curauerunt.
His autem bouem mactauit sacra potestas Alcinoi
Ioui nimboso Saturnio, qui omnibus imperat.
Crura aũt assantes, epulabantur gloriosum conuiuiũ
Oblectantes sese, inter ipsos .a. canebat diuinus cantor
Demodocus populis honoratus: at Vlysses
Multùm ad Solem caput uertebat omnia illustrantem
Ire properans. iam enim cupiebat reuerti.
Sicut autem cùm uir cœnam concupiscit, cui per diu

ΩΣ ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ,
Κηληθμῷ δ' ἔχοντο κατὰ μεγάρα σκιόεντα.
Τὸν δ' αὖτ' Ἀλκίνοος ἀπαμείβετο, φῶνησέν τε,
Ὦ Ὀδυσεῦ, ἐπεὶ ἵκεο ἐμὸν πρὸς χαλκοβατὲς δῶ
Τ' ὑπερφὲς, τῷ σ' οὔτι παλιμπλαγχθέντα γ' οἴω
Ἄψ' ἀπονοσφίσειν, εἰ καὶ μάλα πολλὰ πεπάνθοις.
Τῶν δ' αὐθὶ ἑκάστῳ ἐφιέμεν ὧδε ἕκαστα,
Οἵ τοι ἐνὶ μεγάροισι γερήσιον ἄθπατ' οἶνον
Αἰεὶ πίνετ' ἐμοῖσιν, ἀκουάζεσθε δ' ἀοιδῆς·
Εἵματα μὲν δὴ ξείνῳ εὐξέστῃ ἐνὶ κηλῷ
Κεῖται, καὶ χρυσοῦ πολυδαίδαλα, ἄλλά τε πάντα
Δῶρ' ὅσα Φαιήκων βουληφόροι ἐνθάδ' ἐνεικαν.
Ἀλλ' ἄγε οἱ δῶμεν τρίποδα μέγαν † ἠδὲ λέβητα
* Ἀνδρακάς. ἡμεῖς δ' αὖτε ἀγειρόμενοι κατὰ δῆμον
Τισόμεθ'. ἀργαλέον γὰρ ἕνα ῥεπτῆς χαρίσασθαι.
Ὣς ἔφατ' Ἀλκίνοος. τοῖσιν δ' ἀπίθησε μῦθος.
Οἱ μὲν κακκείοντες ἔβαν οἰκόνδε ἕκαστος·
Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Νῆ' ἄρ' ἐπεσσεύοντο, φέρον δ' ἀλίωρα χαλκόν.
Καὶ τὰ μὲν εὖ κατέθηκ' ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο,
Αὐτὸς ἰὼν ἀλὰ νηὸς ὑπὸ ζυγὰ, μήτιν' ἑταίρων
Βλάπτοι ἐλαυνόντων, ὁππότε παρκρίναι' ἐρετμοῖς.
Οἱ δ' εἰς Ἀλκινόοιο κίον, καὶ δαῖτ' ἀλέγυνον.
Τοῖσι δὲ βοῦν ἱερεύσ' ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο
Ζηνὶ κελαινεφέι Κρονίδῃ ὃς πᾶσιν ἀνάσσει.
Μηρὰ δὲ κηίαντες δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα
Τερπόμενοι μετὰ δὲ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς
Δημόδοκος, λαοῖσι τετιμένος. αὐτὰρ Ὀδυσεὺς
Πολλὰ πρὸς ἠέλιον κεφαλὴν τρέπε παμφανόωντα,
Δῦναι ἐπειγόμενος· δὴ γὰρ μενέαινε νέεσθαι.
Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ δόρπου λιλαίεται, ᾧτε πανημαρ

Νειὸν † ἀὐλίκηστον βόες οἴνοπε τηλόθεν ἄροτρον,
Ἀ ταρ ἀσίως δ' ἄρα τῷ κατιοῦ φάος ἠελίοιο,
Δόρπον ἐπείγεσθαι, βλάβεται δέ τε γούνατ' ἰόντι.
Ὣς δ' ὀδυσῆι ἀπαρ ἔδυ φάος ἠελίοιο.
Αἶψα δὴ Φαιήκεσσι φιληρέτμοισι μετηύδα,
Ἀλκινόωι μάλιστα πιφαυσκόμενος φάτο μῦθον,

Nouale uerterunt boues nigri ſixum aratrum,
Expectato autem huic occidit lumen ſolis.
Cœnam ut ineat, affliguntur autem genua euntis
Sic Vlyſſi amicum occidit lumen ſolis.
Statim. a. Phæacibus ſtudioſis remorum loquutus eſt,
Alcinoo. a. maximè, illum compellans dixit ſermonem.

COMMENTARIVS.

κηληθμῷ δ' ἔσχοντο) Phæaces dicuntur ſilentio facto & attentè Vlyſsis narrationem audiſſe, idque cum oblectatione, quæ tamen non eſt ſimpliciter de ipſius narrationis argumento intelligenda: quod per ſe triſte eſt ac luctuoſum, unde potiùs eius reſpectu oportuerat eos in lacrymas erumpere, uel ſaltem in infelicis Vlyſsis commiſeratione. Eos igitur ipſius Vlyſsis ſuaui facundia delinitos fuiſſe intelligendum eſt, in quo laus Vlyſsis non mediocris uerſatur, qui peregrinationes ſuas tam calamitoſas & miſerandas cum tanto lepore & cupedijs orationis expoſuerit, ut tantum abſit eum auditoribus ſuis luctum peperiſſe, ut potiùs eos ſumma affecerit delectatione, Sirenum in modum eos cantibus ſuis deliniens: id enim eſt proprie, iuxta Didymum, κηληθμὸς, nimirum ἡ δι' ἀοιδῆς τέρψις καὶ ἡδονή: delectatio & uoluptas, quæ ex cantu percipitur.

ὦ ὀδυσεῦ) Sumpto argumento ex Vlyſsis erroribus eum Alcinous alloquitur, iubetque poſt tot perpeſſas calamitates bono eſſe impoſterum animo, quòd ad ſuas ædes ſe receperit, in quibus ea ſit reperturus, quæ illum amplius uagari non ſinant. Intelligit autem Alcinous de ſuo inſtituto, quo eum naui inſtructa tutò domũ ſit per nautas ſuos reducturus. Quod autem id ſe tutò facturũ pollicetur (hoc enim innuũt illa, τῷ σ' ὑπὲρ πάλιμπλαγχθέντα γ' ὀΐω ἄλγε' ἀνοσφίσσειν) ex eo pendet, quod anteà dicebat, idem naues Phæacum non ſolùm uelociſsimas, ſed etiam anima quadam præditas dicebat: qua intelligerent, & quid periculi uitandum, & ad quas oras ſibi eſſet appellendum.

ὑμεῖς δ' αὖτοὶ ἐκάστοθι) Nunc ad ipſos Phæacum proceres Alcinous conuertitur, quos ad liberalitatem & munificentiam erga hoſpitem exercendam hortatur, præter illam ſuperiorem qua uſi ſunt in ueſtium largitione. Petit ergo ut uiritim ab eis tripes & lebes conferantur: quod ſi factum eſt (factum eſſe autem indicant illa ſequentia, —φέρον δ' ὑπὸ ἠνορέηφι κέλευε tredecim fuerunt donati Vlyſsi tripodes, lebetesque totidem.

ἦμος δ' ἠερίη) Hodiernus dies in duplici negocio tranſigitur. Primùm iuxta heſternum Alcinoi mandatum ab eo & reliquis Phæacũm Regibus ænei tripodes & lebetes in naui, in qua Vliſſes erat in patriam remeaturus, collocantur: ſecundò conuiuium apud Alcinoum denuò celebratur. Vidimus enim libro præcedente, rogatum fuiſſe heſterna die Vlyſſem, ut ſequentem lucem apud Phæacas remaneret: quod ipſe conceſsit, & nunc exequitur. Omnia tamen breuiter à Poeta explicantur, quòd ad alia magis neceſſaria commemoranda properaret.

ὡς δ' ὅτ' αὐτῆς) Animum Vlyſsis rectè exprimit, atque adeò eorum omnium qui inſtituto ſuo finem aliquem præſtitutũ eſſe ſciunt, eumque auidè expectare ſolent, nulla alia penè cogitatione diſtricti ac occupati: ut hîc Vlyſſes, qui die elapſo intelligebat ſibi paratum eſſe reditum, nihil aliud animo uerſare dicitur, quàm Solis occaſum, quem illi ſtatim etiam Poeta concedit: quod uidetur eſſe obſeruandum. Nam ſi alia interſeruiſſet prolixiora, uotum Vlyſsis uidebatur fuiſſe remoraturus, ideoque non longiùs euagatus eius illum derepentè compotem facit. Quod quàm optatũ illi fuerit, aptiſsima comparatione docet aratoris, qui labore diurno conflictatus cœnæ ad reficiendas uires cupidus, tandem Sole occidente mirificè lætatur, quòd metam ſuis ſudoribus figat. Vbi res eadem eſt uoti reſpectu, quod eſt de Solis occaſu: perſona tantùm altera, & finis cuius gratia (ut uocãt Logici) diuerſus. Perſonæ ſunt duæ: Vlyſſes, & arator. finis, cuius gratia, duplex: Vlyſsi quidem reditus, aratori uerò cœna.

Ἀλκίνοε κρεῖον, πάντων ἀριδείκετε λαῶν,
Πέμπετέ με πρείσαντες ἀπήμονα· χαίρετε δ' αὐτοί.
Ἤδη γὰρ τετέλεσται ἃ μοι φίλος ἤθελε θυμός,
Πομπή καὶ φίλα δῶρα, τά μοι θεοὶ οὐρανίωνες
Ὄλβια ποιήσαν· ἀμύμονα δ' οἴκοι ἄκοιτιν
Νοστήσας εὕροιμι σὺν ἀρτεμέεσσι φίλοισιν.
Ὑμεῖς δ' αὖθι μένοντες ἐυφραίνοιτε γυναῖκας
Κεδνὰς καὶ τέκνα· θεοὶ δ' ἀρετὴν ὀπάσαιεν
Πάντοίην, καὶ μήτι κακὸν μετὰ δήμιον εἴη.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπήνεον, ἠδ' ἐκέλευον
Πεμπέμεναι τὸν ξεῖνον, ἐπεὶ κατὰ μοῖραν ἔειπεν.
Καὶ τότε κήρυκα προσέφη μετὰ Ἀλκινόοιο,
Ποντόνοε, κρητῆρα κεραστάμεν ἐν μέθυ νέῖμον
Πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον, ὄφρ' ἐξάμενοι Διὶ πατρὶ,
Τὸν ξεῖνον πέμπωμεν ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ὣς φάτο, Ποντόνοος δ' ἦ μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα·
Νώμησεν δ' ἄρα πᾶσιν ὀπιπεύδων. οἱ δ' ἤρατο δόν.
Ἐξ αὐτοσχεδὸν μακάρεσσι θεοῖσιν ἐχεύαν,
Αὐτόθεν ἐξ † ἑδρέων. ἀνὰ δ' ἴστατο δῖος Ὀδυσεύς,
Ἀρήτῃ δ' ἐν χερσὶ τίθει δέπας ἀμφικύπελλον,
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Χαῖρέ μοι ὦ βασίλεια διαμπερὲς, εἰσόκε γῆρας
Ἔλθῃ καὶ θάνατος, τά τ' ἐπ' ἀνθρώποισι πέλονται.
Αὐτὰρ ἐγὼ νέομαι· σὺ δ' ἦπιος τῷδ' ἐνὶ οἴκῳ,
Παισί τε καὶ λαοῖσι καὶ Ἀλκινόῳ βασιλῆι.

Alcinoë rex omnium clariſsime populorum,
Mittite me, ubi libaueritis illæſum, gaudete. a. ipſi.
Iam. n. perfecta ſunt, quæ mihi charus uolebat animus,
Comitatus & chara dona, quæ mihi dei cœleſtes
Fortunata faciant, integram autem domi uxorem
Redux inueniam cum incolumibus amicis.
Vos autem hic manentes oblectetis uxores,
Puellas & filios, dei autem uirtutem dent
Omnem, & ne quid malum publicum ſit.
Sic dixit, illi aũt omnes collaudabant, & iubebant
Mitti hoſpitem, quòd ritè & ut par erat locutus eſſet,
Et tunc præconem alloquuta eſt uirtus Alcinoi:
Pontonoë cratere impleto merum diſtribue
Omnibus in domo, ut apprecati Iouem patrem
Hunc hoſpitem mittamus ſuam in patriam terram.
Sic dixit, Pontonous aũt mellitũ uinum miſcuit,
Diſtribuit autem omnibus ſcienter, hi autem Deis
Libarunt beatis, qui cœlum latum inhabitant.
Illinc ex ſedibus ſurrexit autem diuinus Vlyſſes.
Aretæ autem in manibus poſuit poculum rotundum,
Et ipſam compellando uerba uelocia dicebat,
Gaude mihi ô regina ſemper, donec ſenectus
Veniat & mors quæq; hominibus accidunt.
At ego proficiſcor, tu autem delectare hac in domo,
Filijs q; & populis, & Alcinoo rege.

COMMENTARIVS.

ἀλκίνοε κρεῖον) Non diutiùs poſt Solis occaſum moratus (ut illud præcedens αὐτὰρ docuit) Alcinoum Vlyſſes alloquitur, petitque ſe remitti tutò & ſecurè, nimirum prout ille anteà erat pollicitus: tum gratias agit pro conceſsis ſibi ijs quæ maximè exoptauerat, uidelicet reductionem (ſic enim πομπὴν appellat Tullius) & dona. Quia autem bonorum affluentia nihil prodeſt, niſi ea Deus felicitet:

citet: ideò pie à Dijs cœlestibus petit, ut quicquid sibi à Phæacensibus donatum est (pretiosissima autem multa ipsi donata esse docent præcedentia) fortunent, tum ut uxorem domi inculpatam, amicosque superstites offendat. Vbi notandum est, in suam utilitatem precatum esse Deos antè, quàm pro Phæacibus: quod postmodùm facit, quibus duo optat. primùm felicitatem domesticam, quam in oblectatione uxorum & liberorum collocat: deinde publicam prosperitatem, quam ex uirtute cõstituit, ut mox dicemus.

ἦοι δ' ἀρετὴν) Eustathius post Didymum per ἀρετὴν πανσπερμίαν, intelligit felicitatem, id est εὐδαιμονίαν: tum addit, οὐπω γε ἐξ ἁπάντων οἱ μεθ' Ὅμηρον, συγκεκροτηθαι τὴν εὐδαιμονίαν φασὶν ἐξ ἁπάσης ἀρετῆς. id est: Hinc sumentes alij post Homerum, dicunt felicitatem ex omni uirtute constari & constitui. Quod quidem obseruandum est: sed illud præcipuè, quod Homerus a Dijs uirtutem manare dicit. Et utrunque Aristoteles Eth. 1. cap. 9. eleganter docet. Ibi disputat, quomodo felicitas comparari possit. Si igitur, inquit, & ali quid aliud Deorum est munus hominibus: consentaneum est rationi, & felicitatem ab ipsis Dijs dari: & eò magis, quo cæteris humanis bonis est præstabilius. Videtur tamen, etsi non à Dijs immortalibus mittitur, sed uirtute disciplináue quadam, uel exercitatione comparatur, diuinissimum esse. Præmium enim finisque uirtutis optimum, & diuinum quoddam atque beatum esse cõstat. Hæc ille. Felicitas, inquit idem 7. Polit. 9. cap. necesse est per uirtutem fiat. Idem Magnorum Moralium lib. 1. cap. 4. sic de felicitate ex uirtutibus conflata statuit: Cæterùm, inquit, bene uiuere, & bene agere, nihil aliud dicimus, quàm felicem esse: ergo & feliciter agere, & felicitas in uiuẽdo est. Verùm bene uiuere, est in uiuendo ex uirtutibus: hoc igitur est finis & felicitas & optimum. In usu itaque sit necesse est, & actione felicitas. Nam quorum habitus ususque est, usus & actio, finis. Atqui animæ uirtus est habitus, & actio & usus ipsius, eorum quę sub electionem cadunt: ergo finis, ipsius actio, ususque fuerit: felicitas igitur in uiuendo ex uirtutibus sit necesse est. Et paulò pòst: Perfectæ, inquit, uirtutis actio felicitas est. Quæ omnia primus Homerus noster docuit. Vult porrò Eustatius, ut ἀρετὴ (sicut iam diximus εὐδαιμονίαν significet, cuius interpretatio sit in uerbis sequentibus, μετὰ κακῶν μετὰ δημίου ἐστὶν: ut quod paulò pòst dicitur ἀξιμπερὲς, explicatui statim per illa, ἐσόκει γῆρας ἐλθὴ καὶ ἀκάματος.

χαῖρε μοι ὦ βασίλεια) Obseruandum est quòd Vlysses soli Aretæ uxori Alcinoi ualedicit, poculumque hauriendum exhibet: quod cæteris ne ipsi quidem Alcinoo facit, tamen potiùs faciendum uidebatur. Sed satis præstitisse forsan existimandus est paulò antè, cùm Alcinoum alloqueretur: deinde eam postremam salutauit, quod ad eam primam accessisset sup. lib. 7. ex Mineruæ consilio.

ἐσέτω γῆρας) Hæc explicant illud ἀξιμπερὲς, ut antea ex Eustathio docuimus. Precatur autem paucis Aretæ Vlysses omnia felicia, primùm perpetuam lætitiam, quæ felicitatem solet consequi. gaudemus enim ex ea, ut contrà ex infortunijs tristamur: tum posteà ἐπεξηγητικῶς gaudium illud, quod ipse intelligat, exponit, nimirum ex Alcinoo, liberis, & regno: quæ omnia interitui obnoxia Vlysses intelligebat. Alcinous enim & liberi mortales: regnum uerò instabile, quia uarijs modis posidenti excidere plerumque contingat. Gaudium ex Alcinoo capietur Aretæ tanquàm ex marito, quem illa amare præsupponitur: quòd probæ sit mulieris officium, illa autem talis extitisse censenda sit. Quos autem amamus, eos nobiscum esse gaudemus: tristamurque, cùm nobis aliqua ratione eripiuntur: quod potissimùm in coniugibus graue est, quorum amor, si quidem uerus sit, omnes omnium amores longè superat. Gaudium item ex liberis non leue est, quia insitum est à natura, ut prolem nostram arctissimè diligamus, quæ pars est quædam nostri: adeò ut qui liberos amet, se ipsum amare dici possit. Denique gaudium ex regno summum est, quia ex ui ambitionis multis innatæ cæteros antecellere exoptamus: excellunt autem maximè, quibus in reliquos datum est imperium: ex quo qui decidit, miserrimus etiam censetur.

Sic dicens per uiam iuit diuinus Vlysses,
Huic autem simul præconem præmisit uirtus Alcinoi
Præcedere ad nauem uelocem, & littus maris.
Arete autem illi famulas simul misit mulieres.
Hanc quidẽ chlamydẽ habentem purã & tunicam,
Alteram autem arcam pictam simul dedit portare.
Altera autem panemq; ferebat & uinum rubrum.
At postquam ad nauem peruenerunt & mare,
Statim hæc in naui concaua comites læti
Accepta deposuerunt potum & cibum omnem.
Sed Vlyssi constrauerunt culcitramq; linteumq;
Nauis in subsellijs concauæ (ut molliter cubaret)
In puppim autem ingressus & ipse est, & recubuit
Silentio: illi autem sederunt in transtris singuli
Ordine, funem autem soluerunt à pertuso lapide,
Vnaq; hi incumbentes iactabant mare remo:
Et huic suauis somnus in palpebris incidit
Inexcitabilis, iucundissimus, morti proximè similis.
Illa autem sicut in campo quadrijuges masculi equi,
Omnes simul incitati à uerberibus scutica
Altè eleuati celeriter emetiuntur uiam:
Sic quidem huius puppis tollebatur, unda autem ponè
Nigra magna ruebat personantis maris.
Et ualdè tutè currebat firmiter, neq; accipiter
Circus secutus fuisset citissimus uolucrum.
Sic illa celeriter curreus maris undas incidebat
Virum ferens dijs æquas curas habentem.
Qui antea qdẽ multos passus est dolores suo in animo,
Virorumq; bella, molestasq; undas penetrans:
Iam tũc sẽcurè dormiebat oblitus eorũ q̃ passus fuerat.
Quando stella extulit lucidissima, quæ maximè
Venit nuncians lumen auroræ manè genitæ.
Tũ iam insulæ appropinquabat mare permeans nauis.
Phorcynis autem quidam est portus marini senis

Ὣς εἰπὼν ὑπὲρ ἀδὸν ἐβήσετο δῖος Ὀδυσεύς.
Τῷ δ' ἅμα κήρυκα πρέπει μετὰ Ἀλκινόοιο,
Ἡγεῖσθαι δὴ νῆα θοὴν καὶ θῖνα θαλάσσης.
Ἀρήτη δ' ἄρα οἱ δμωὰς ἅμ' ἔπεμπε γυναῖκας,
Τὴν μὲν φᾶρος ἔχουσαν ἐϋπλυνὲς ἠδὲ χιτῶνα,
Τὴν δ' ἑτέρην, κηλὸν πυκινὴν ἅμ' * ἔπεμπε κομίζειν· χ. ὄπασεν
Ἡ δ' ἄλλη σῖτόν τ' ἔφερε καὶ οἶνον ἐρυθρόν.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἐπὶ νῆα κατήλυθον ἠϊόθαλασσαν,
Αἶψα τά γ' ἐν νηὶ γλαφυρῇ πομπῆες ἀγαυοὶ
Δεξάμενοι κατέθεντο, πόσιν καὶ βρῶσιν ἅπασαν,
Καὶ δὴ ἄρ' Ὀδυσῆι στόρεσαν ῥῆγός τε λίνον τε
Νηὸς ἐπ' ἰκριόφιν γλαφυρῆς (ἵνα νήκεστον † εὕδοι) χ. εὐδῇ
Πρύμνης· αὐτὴ καὶ αὐτὸς * ἐβήσετο, σῖγα κατέλεκτο χ. ἐβήσατο
Σιγῇ· τοὶ δ' καθίζον ἐπὶ κληῖσιν † ἕκαστοι· χ. ἑκαστοῖ
Κόσμῳ· πείσματα δ' ἔλυσαν λίθοιο τρητοῖο λιθοῖο.
Ἔνθ' οἱ ἀναπλινθόντες ἀερσίπλαγξ ἄλα πηδῷ·
Καὶ τῷ νήδυμος ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε,
Νήκεστος, ἤδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.
Ἡ δ' ὥς τ' ἐν πεδίῳ * τετράοροι ἄρσενες ἵπποι, χ. πετράοροι
Πάντες ἅμ' ὁρμηθέντες ὑπὸ πληγῆσιν ἰμάσθλης·
Τ' ψόσ' ἀειρόμενοι, ῥίμφα πρύσασι κέλευθον·
Ὣς ἄρα τῆς πρύμνη μὲν ἀείρετο, κῦμα δ' ὄπιθε
Πορφύρεον μέγα θῦε πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
Ἡ δ' ἐμάλ' ἀσφαλέως θέεν ἔμπεδον, οὐδέ κεν ἴρηξ
Κίρκος ὁμαρτήσειεν, ἐλαφρότατος πετεηνῶν.
Ὣς ἡ ῥίμφα θέουσα θαλάσσης κύματ' ἔπαινεν,
Ἄνδρα φέρουσα θεοῖς ἐναλίγκια μήδε' ἔχοντα·
Ὃς πρίν μὲν μάλα πολλὰ παθὼν ἄλγεα ὃν κῆρ' θυμὸν,
Ἀνδρῶν τε πολέμους ἀλεγεινά τε κύματα πείρων·
Δὴ τότε γ' ἀτρέμας εὗδε, λελασμένος ὅσσ' ἐπέπονθει·
Εὖτ' ἀστὴρ ὑπερέχε φαεινότατος, ὅς τε μάλιστα
Ἔρχεται ἀγγέλλων φάος ἠοῦς ἠριγενείης·
Τὴμος δὴ νήσῳ πελασσιπλάνητος πορθμὸς
Φόρκυνος δέ τις ἐστὶ λιμὴν ἁλίοιο γέροντος

Ἐν ἀγρῷ Ἰθάκης· δύο δ' ἄρ' ἀοζέλητος ἐν αὐτῷ	*In agro Ithacæ, duo autem proiecta in ipso*
Ἀκτὴ ὑποῤῥῶγες, λιμοῖ ἔπι πολυπείρονε,	*Latera abrupta in portum uergentia.*
Αἵτ' αὐτέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα	*Hæc aduentorũ defendunt stridentium magnũ fluctũ*
Ἔκτοθεν· αὐτὰρ ἔνερθε μένουσ' ἀλύτοισι μυήστοι	*Extrà, intus autem sine uinculo manent*
Νῆες ἐϋσσέλμοι, ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται.	*Naues benè tabulatæ, cũ portus spatium intrauerint.*
Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη·	*At in uertice portus passis ramis oliua.*
Ἄγχι δὲ τῆς αὐτῆς, ἀνέρος ἐπιδερκέος, ἠερόεις δὲ	*Prope autem ipsam antrum amœnum obscurum*
Ἱρὸν Νυμφάων αἳ Νηϊάδες καλέονται.	*Sacrarum Nympharum, quæ Naiades uocantur.*
Ἐν δὲ κρητῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆες ἔασιν	*Intus autem crateresq; & amphoræ erant*
Λάϊνοι· ἔνθα δὲ ἔπειτα πολυγήθεα μέλισσαι.	*Lapideæ, ibi uerò præterea susurrant apes.*
Ἐν δὲ ἰσοὶ λίθοι ταμεῖαι, ἔνθά τε Νύμφαι	*Intus liciatoria lapidea pralonga, illicq; Nymphæ*
Φάρε' ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα, θαῦμα ἰδέσθαι.	*Lintea texunt cærulea, mirabile uisu.*
ἀεναόντα. Ἐν δὲ ὕδατ' * ἀενάοντα· δύω δέ τε οἱ θύραι εἰσίν·	*Intus autẽ aquæ perpetuæ, duæ autem ei ianuæ sunt,*
Αἱ μὲν πρὸς Βορέαο καταβαταὶ ἀνθρώποισιν,	*Hæ quidem ad Boream permeabiles hominibus.*
Αἱ δὲ αὖ πρὸς Νότου εἰσὶ θεώτεραι, οὐδέ τι κείνῃ	*Illæ autem rursus ad Notum sunt sacriores, neq; illac*
Ἄνδρες ἐσέρχονται, ἀλλ' ἀθανάτων ὁδός ἐστιν.	*Viri intrant, sed immortalium uia est.*
Ἔνθ' οἵγ' εἰσέλασσαν πρὶν εἰδότες· ἡ μὲν ἔπειτα	*Hùc illi cõtendebant cũ primi uiderunt, hac qdẽ posteà*
Ἠπείρῳ ἐπέκελσεν ὅσον τ' ὀϊστὸς ἐπίημι,	*In terram eiecta quantum est medium totius,*
περχομένη. * τοῖον γὰρ ἐπείγετο χέρσ' ἐρετάων.	*Concitata, talium enim impellebatur manib. remigũ.*
Οἱ δὲ ἐκ νηὸς βαῖνες εὐζύγου ἠπερόνδε,	*Hi autem ex naui egressi commodis transtris in terrã,*
Πρῶτον Ὀδυσῆα γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἄειραν	*Primùm Vlyssem concaua ex naue sustulerunt*
Αὐτῷ σὺν τῷ λίνῳ καὶ ῥήγεϊ σιγαλόεντι,	*Ipso cumq; lino, & culcitra splendida,*
Κὰδ δὲ ἄρ' ἔθεσαν ἐπὶ ψαμάθῳ ἑλέσαντο δὲ δεδμημένον ὕπνῳ.	*Atq; in arena deposuerunt captum somno.*
Ἔκ θ' ὑπέμαθ' ἅρματ' ἄειραν ἃ οἱ Φαίηκες ἄριστοι	*Res autem extulerunt quas Phæaces illustres*
Ὤπασαν οἴκαδε ἰόντι, μετὰ μεγάθυμον Ἀθήνην.	*Dederant domũ eunti propter magnanimã Minervã:*
Καὶ τὰ μὲν οὗ πρὸ πυθμέν' ἐλαίης ἀθρόα θῆκαν	*Et has quidẽ igitur apud radicẽ oliuæ cumulatæ posue-*
Ἔκτοσθε ὁδοῦ, μή πως τις ὁδοιτάων ἀνθρώπων,	*Extra uiã, ne aliquis uiatorum hominum, (runt*
Πρίν γ' ὁ δυσῆ ἔγρεσθαι, ἐπελθὼν δηλήσαιτο.	*Antequam Vlysses expergisceretur, offendens uiolaret.*

COMMENTARIVS.

πρὸ δ' ἄρα πέμπε κήρυκα) Discedenti Vlyssi postrema hæc officia Alcinous & Arete persoluunt. ille enim Præconem, ad securitatem, ni fallor, uel potiùs, quia regium erat sic hospitem dimittì, ipsi præmittit, hoc est ductorem ei ad naues illum concessit: neque enim longè eum antecessisse imaginor. Arete uerò fœmina, fœmineum etiam illi comitatum dedit: hoc est, tres famulas, quarum singulæ partem donorum, quæ Vlysses à Phæacensibus acceperat, ad nauem deferunt, cui impositus paulò pòst Vlysses mox Ithacam illam optatissimam appellet.

ᾧ τοῦ γε θυμὸς ὑπῶρσε) Cur Homerus Vlyssem somno iam sopiat, mirum cuipiam uideri potest, demirandique has causas habere. Primùm quòd se in peregrinorum manibus uersari intelligeret, à quibus nihil tuti sibi poterat polliceri, tum sui ipsius, tum etiam donorum gratia, quæ secum ex Phæacia asportabat, quibus auari nautæ (quale solet esse illud genus hominum, ut ex ijs constat, qui Amphionem diuitijs suis spoliarunt, ne infinita alia exempla recensem) insidias struere ac inhiare poterant, dormientis etiam Vlyssis occasione. Deinde si ex proprijs malis prudentiores fieri solemus, ut solemus, expertus iam erat Vlysses, quid sibi somnus nocuisset à socijs, ut antè lib. 10. uidimus: proinde eum uigilãtiorem iam esse oportebat, ne simile incurreret periculum. Hoc ergo statuo, uoluisse Poetam defesso longis laboribus Vlyssi quietem præsentem concedere, in illa præcipuè naui, quæ sensus capax iam ab Alcinoo sup. lib. 8. erat descripta: ith eum uerò potissimùm finem, ut melius sequentia astrueret, cùm Vlyssem finget expergefactum conturbari, & cætera quæ illic copiosè uidebimus. Placuit insuper Homero imposterum uacuum timore periculorũ esse Vlyssem, cùm ei iam istam errorum metam præfigat. Habuit ergo rationem instituti sui, diutius que laboribus agitari Heroem illum noluit: sed iam secura sibi omnia polliceri, cùm uidelicet Phæacum beneuolentiam & studium esset expertus: quibus cùm aliam sibi nocendi occasionem datam intelligeret, quam tamen illi non arripuissent, Tragicum ullum tantę hospitalitatis exitum subuereri non est ausus, quasi non in peregrinas, sed penè domesticas manus, aut domesticis sanè non inferiores incidisset. Itaque somno sopitur, quem Poeta nòn solùm ἡδύμου, ἀμύμητου, ἠδίστου, quæ omnia & profundi & placidi somni sunt epitheta: sed etiam θανάτῳ ἀκίχητι ἐοικότα morti simillimum appellat, ut magis altum illum soporem exprimeret, qualem oportuit esse hominis diutissimè defatigati soporem. Hoc est enim quod morti nunc somnum comparat, qui alioqui etiam κασίγνητος θανάτου à Poeta ipso uocatur, ut uidimus Iliad. 14. Nulli enim melius conferri potest homo grauatus somno, quàm mortuo propter sopitos sensus & intermissas uigilantis actiones: nisi quòd is qui dormit, animam intus habet perpetuo motu agitatam, quæ suo nihilominus munere fungitur, licet organis suis corporeis non utatur. Est enim somnus in ea parte hominis, quam Aristoteles αἰσθητήριον, ni fallor uocat, id est in primario illo sensorio, quo omnia sentiuntur, quod consopitum admit facultatem ullo sensu sentiendi: at nihilominus anima uiget & mouetur, separatimque à corpore agitatur, quasi pro socio excubias agens perpetuas, prout pars est immortalis, & proinde somni etiam omnis expers. Morti ergo comparatur somnus, quatenus alteram partem hominis, id est corpus quasi uita & motu priuat. Cuius rei causas expende diligentiùs apud Aristot. lib. de Somno & uigilia.

ἠΰτε δ' ὠκὺς ἐν πεδίῳ) Duas comparationes assumit ad istius nauis, in qua Vlysses uehitur, progressum significandum: sed etiam in duplicem finem, ut notat Eustathius. altera enim ab equis quadrijugis sumpta est πρὸς τὸ ταχὺ θρεῖον, id est, ut significetur quàm firmiter & solidè nauis illa cursum sequeretur: quod in ijs fieri solet, quæ cum impetu & uiolentia quadam feruntur. Altera uerò ab accipitre, πρὸς τὸ τῆς πτήνης τὸ τάχος, ad celeritatem exprimendam, quæ tanta fuit, ut nauis potiùs uolare quàm currere uideretur. Denique ut Poetæ uerba ipsa usurpemus, altera comparatio πρὸς τὸ μᾶλλον ἀσφαλέως ἴθυν ἐμπεδᾶν: altera uerò πρὸς τὸ ῥιμφαδίως usurpata est. Notabis porrò, quàm diuersè utramque Poeta extulerit. Primam enim uulgato modo, quo comparationes indicari solent, concinnauit: secunda uerò, inquit Eustathius, καινότερον σημειοῦται αὐτὸς πίστιν, ἢ χρῆσιν ποθεῖσα καὶ παραβολὴν, ἀλλὰ μᾶλλον κρυπτοβολῶ δέ τινι μυθολήπτῃ λόγῳ φαπτικῷ. Ex hac autem nauis illius uelocitate uerisimile facit, quod subijciat unius diei spacio Ithacam ex Phæacia peruenisse, ne quis τὸ ἀδύνατον ex utriusque lõci interuallo obijciat.

φόρκυνος δέ τις ἐστὶ λιμήν) Tandem Ithacã appellit Vlyssea nauis: ubi duo sunt nobis obseruanda. primùm portus ipse, deinde modus, quo Vlysses à Phæacensibus naui extractus, & in terra depositus est. Quod ad portum ergo attinet, omnia in eo ficta esse annotabant uetetes, ut refert Eustathius. Vnde illa allegoricè interpretandi occasionem arripuit Porphyrius peculiari tractatu πρὸς τὸ ὀλίγον ἀπὸ τῶν νυμφῶν ἄντρου. Qui curiosior fuerit, potest illum consulere. Ego enim tanti illud non facio, ut ad Homerum aliquid con-

ducere

ducere arbitrer. Rem itaque simpliciter & nudè interpretari malo, ut hunc portum ita finxerit Poeta, non aliud innuendi gratia, neque εἰς τὸ ἀλληγορεῖν: sed ad exercendam libertatem illam Poeticam in rebus inauditis comminiscendis ac fingendis, atque ijs interdum (qualis hæc esse potest) quæ in natura nusquam subsistunt. Sic ergo informatus dicetur à Poeta hic portus, ut forsan etiam ex illius elegantia asperam & horridulam illam Ithacam magis ac magis commendaret. Nos illam descriptionem saltuatim, si lubet, delibemus. Ait ergo, hunc portum esse Phorcynis marini senis, quod Didymus ita interpretatur: ut intelligas, templum Dei illius super illo portu fuisse, ἐφ' ᾧ λιμένι φέρεσθαί φησι ἱερὸν τοῦ Ἡλιακοῦ Διός. (quod tamen Homerus reticet) Subijcit autem historiam de eodem, idq;, ut ait ex Herodoto: nos illam commodiore loco repetemus, ibidemque errorem Natalis de Comitibus detegemus, qui non plura de illo Deo ferè reperiri dixit Mythol. lib. 8. cap. 7. quàm quæ ille ex Hesiodo annotauit. Munit præterea illum portum Homerus uno utrinque latere in pontum extenso, quod fuit ad uim uentorum à nauibus, quæ illic quiescerent arcendam: unde tanta fuit illic securitas, ut etiam non alligatæ naues illic stare tutò possent, quod Poeta subijcit, ——ἐντοσθεν δὲ ἑκάστοι μένουσι· Νῆες ἐύσσελμοι, ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται. Sic anteà lib. 9. in Cyclopum insula portum eiusmodi describit:

ἐν δὲ λιμὴν εὐορμος, ἵν' οὔ τις πείσματος ἄντην — ἀλλ' ἐπιπλώουσα μετὰ χρέος ἐσσύμεν' ἄλλη
ἐσθ' ὅτ' ἔνιες βαλέουσι, θύει πρυμνήσι' ἀνάψαι — ἠμὲς ἐποτρύνωμεν, ἠ ἐπιπνεύσωσιν ἄητται.

Et hæc quidem quod ad ipsum portum attinet. In ipsius autem uertice oliuam stare dicit: quod ingeniosè est confictum, quia cùm oliua Mineruæ sit sacra, Minerua autem Vlyssi maximè faueat, ad illius arboris radices bona Vlyssis tutò potuerint à Phæacensibus postmodùm deponi, quasi in ipsius Mineruæ tutela. Pergamus. Prope ipsam (oliuam) Poeta antrum Nympharum Naiadum collocat. Rectè. Sunt enim Nymphæ: et credidit illa antiquitas, Deæ aquaticæ: quàm bene id autem crediderit, potes ex illa annotatione nostra ad decimumoctauum librum Iliad. circa initium ad illa uerba, ἠμὲν δὲ μιν ἀμφιέποντο, repetere. Cùm autem Nympharum uaria sint genera, hîc Naiades, quæ etiam Naides uocantur, prope mare statuit, cùm tamen propriè fontium nymphæ, ut uult Gyraldus: uel fluuiorum, ut uult Natalis, appellentur: nisi intelligas, in hoc antro fontem extitisse, quod paulò pòst indicat, cùm ait, ἐν δ' ὕδατ' ἀενάοντα. Quid insuper? Intus erant, inquit, crateres & amphoræ lapideæ. Quorsum uero ista? Respondet Eustathius, esse αἰνιγμα μετα νυμφῶν χειροπόιητα. Subijcit uerò, quod lubentiùs arripiam, οἰκεῖον δὲ καὶ τοῖς Ναϊάσιν τὸ τοιαῦτα δέχεσθαι τὰ ὕδατα: quasi intelligas ea esse uasa propria fluuiatilibus aut fontanis Nymphis, quibus ad exhauriendam & cõtinendam aquam uti possint. Addit Homerus, in eodem antro apes mellificare. cuius rei causam diuinare satis non possum. An quòd Deabus mella, ut cibum uidelicet præstantissimum & diuinum, cibo quoque esse uoluit? Quanta sit autem mellis dignitas, docet noster Allegoriarum interpres Porphyrius: cum ait, purgandi & conseruandi facultate esse præditum, siquidem uetusta uulnera melle repurgãtur, & eius beneficio multa à corruptione & putredine sese uindicant. Ad illam uulnerum, seu mauis ulcerum repurgationem mella albicantia laudat Aristot. de Hist. anim. lib. 9. cap. 40. Quòd si reliquas apum non satis laudatas, insignesque admodum ex omni animalium genere præstantias expendere accuratè uolueris, indignum illud animal Nympharum Homericarum sotietate non iudicabis. Et illæ quidem ut tibi meliùs innotescant, euoluendi tibi erunt Medicorum thesauri: sed eorum præcipuè, qui nobilissimam illam Iatrochemiam exercent, quod etiam in Iliade alicubi nos attigisse memini. Ecquid, quæso, liquori illi cœlesti in uniuersa natura comparari potest? utinamque esset purus, inquit Plinius lib. 11. cap. 12. ac liquidus, & suæ naturæ, qualis defluit primò: nunc uerò è tanta cadens altitudine, multumque dum uenit sordescens, & obuio terræ halitu infectus, præterea ex fronde ac pabulis potus, & in uterculos conge stus apum (ore enim uomunt) adhæc succo florum corruptus, & alueis maceratus, totiesque mutatus, magnam tamen cœlestis naturæ uoluptatem affert. Hæc ille. At Chymici nostri eum ita igne decoquunt ac despumant, ut à natiua illa sua præstantia longè discedere non uideatur, quod ex Isaaci Hollandi scriptis quidam nuper prodidit, tractatu peculiari de Quinta essentia mellis. Sed nos ex hoc campo Nympharum antro denuò succedamus, si tãtùm hoc priùs addiderimus, solitum esse Nymphis mel offerri, quia floribus delectarentur, è quibus mel conficitur. Quod docet Virgil. cùm eas flores legentes inducit ——*tibi lilia plenis*

Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nais — Pallentes uiolas & summa papauera carpens.

Alij id factum uolunt, quod illæ Aristæum quem putarunt educasse, mellis conficiendi uiam docuerint, ut notat Natalis Mythol. lib. 5. cap. 12. Hinc porrò meliùs constabit, quàm appositè in earum antro iam apes istæ Homericæ mellificent. Subijcit deinde Poeta descriptionem breuem loci illius, in quo Nymphæ texendi officio defunguntur. Ecquid, rogo Homere, non satis est homines huiusmodi opificijs occupari, nisi Deabus quoque idem tribueris? Docet sanè Poeta, quod aliàs monuimus, ocium præcipuè sexui fœmineo non esse consentaneum, cùm non solùm Regum & Principum uxoribus, ut de Hecuba, de Helena, de Arete, & alijs denique uidimus: sed etiam Deabus ipsis muliebria illa nendi & texendi opera assignet. Nota porrò colorem telarum cæruleum, maris etiam & aquarum colori maximè conuenientem. Restat postremum (nam illud de aquis suprà attigimus) in hoc antro esse geminam portam, quarum altera ad Boream, altera ad Notum est sita: & illa quidem humano generi patens, hæc uerò tantùm Numinibus. Hoc ego inexplicatum relinquo, quia mihi nihil reconditi habere uidetur. Simpliciter enim uult Poeta hoc antrum & hominibus & Dijs priuatim inseruire: priuatim inquam, quia hominibus ad diuinam portam indictus est aditus. Et hæc quidem omnia, quod ad portum hunc Homericum attinet. Quem Virgilius adumbrauit elegantissimè lib. 1. Aeneid.

Est in secessu longo locus, insula portum — Desuper horrentiq; atrum nemus imminet umbra.
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto — Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum:
Frangitur, inq; sinus scindit sese unda reductos. — Intus aquæ dulces, uiuoq; sedilia saxo:
Hinc atq; hinc augustæ rupes, cœloq; minantur — Nympharum domus. hîc fessas non uincula naues
In cælum scopuli: quorum sub uertice latè — Vlla tenent, unco non alligat anchora morsu.
Aequora tuta silent. tum siluis scena coruscis

Restat secundum, quod in hac narratione esse obseruandum initiò monebamus: nimirum cur Vlyssem dormientem Homerus à Phæacensibus nautis extra mare ad portum ipsum Phorcynis depositum fingat. Eustathius noster hoc fusè diluit, quòd nimirum uideatur puduisse Phæacas Vlyssem excitare, ne uiderentur mercedem nauigationis ab eo exigere: uel forsan quòd timuerint, ne ſt prehenderentur, Phæaciam, quæ tunc occulta fuisse uidebatur, detegere ac indicare cogerentur, & ita facilè insidijs aliorum possent inuadi, uiri nempe uoluptarij, & bellis minimè gentium apti, ut aliàs in hoc Poeta uidimus. Hinc noctu etiam proficiscentes & soluentes à portu Phæaciæ eos induxit, ne Vlysses opportunitatem loci obseruare posset. At illæ quidem solutiones satis aridæ mihi uidentur, hæc uerò paulò angustior, cùm dicit, siquidem Vlyssem excitassent Phæaces, fieri non potuisse pro decori & officij ratione, quin cum domum essent sponte comitati: atque Vlyssem, si illud recusasset, potuisse uideri ingratum & inhospitalem: sin uerò eorum comitatu stipatus domum perrexisset, futurum fuisse ut dignosceretur, & ratio qua procos occidi oportebat, non obseruaretur, id est, ἠχρειῶτο σὺν τῷ τῆς μνηστηροκτονίας ἐυμήδει. Atque hæc quidem Eustathius. Sed nescio an summo illi Peripatetico Aristoteli ita satisfaciet, qui lib. de arte Poetica, hoc figmentum Homericum falsum & absurdum esse docet, & minimè tolerandum, nisi boni Poetæ authoritatem præ se ferret: quæ facit ut ea etiam pro bonis habeantur, quæ per se talia censeri non possunt. Non satisfacturum Eustathium dixi, quia Guilielmus Canterus, Homerum defensurus, alia ratione id præstitit, quasi neglectis illius argumentis. Eam lubet hoc loco, id est suo loco afferre. Ergo Canterus Nou. lect. lib. 5. cap. 14. ita pro Homero aduersus Aristotelem agit, Homerum hac parte reliquis Poetis factum excellentiorem, quod μυθοποιίαν suam non temerè, nec confusè, sed accuratè & prudenter, tantoq; cum ordine persecutus est, ut eius singulæ partes aptissimè inter se cohæreant, ac sub dulcissimo fabularum inuolucro perpetuam quandam à principio ad finem usque allegoriam contineant. Id autem in Odyssea, inquit, uel maximè apparet: de qua quia nunc agitur, eius allegoriam paucis, præsertim quod ad Aristotelis quæstionem attinet, percurremus. Vlysses igitur, ne longum faciam, proponitur ab Homero uir non tam sapiens aut felix, nisi quantum humanæ res ferunt, quàm ueræ sapientiæ ac felicitatis (hæc enim Penelope est, hæc Ithaca) studiosus: ad quam consequendam multos labores ac errores in mari, mundo uidelicet, subit. Comites habet in hoc studio nonnullos, sed qui in itinere ferè omnes deficiant, partim gula, partim libidine, partim alia qualibet clade intercepti. Ipse postremò solus, absorpta naue, ad Calypsonem enatat: & inde Phæacum ministerio morte obita optatam felicitatem consequitur. Hoc igitur cùm haberet sibi Homerus propositum, cùm alia ad eam rem pertinentia aptissimè confinxit omnia, quæ nimis esset longum demonstrare: tum, quam homines obeant necessariò, mortem per somnum felicissimè expressit. Ac primùm dormiens introducitur Vlysses extremo quinto Odysseæ, cùm in Phæaciam nudus enatasset, & à Minerua cõsopitus esset. Iterum autem dormit, dum à Phæacibus in patriam per mare deducitur: fic enim requirebat allegoriæ series. Nam quæ interijciuntur inter utrumque somnum, ad sepulchrum & funus pertinent, ita ut continuum intelligamus reuerà somnum fuisse. Phæaces enim intelliguntur οἱ φωκοὶ, siue pullati, qui post funebrem comam & epitaphium sermonem quatuor libris habitum, fu-

nus deducunt. Quin & nauis, quoniam pro ſepulchro fuit, in ſaxum denique mutatur. Nam, ut & hoc obiter adijciamus, inter Corcyram & Ithacam iacet Samos, quæ eſt σήμα ſeu tumulus. Sequitur Aſteris inſula, quam Stellatam licet dicere, per quam ad Ithacam eſt iter: quæ, uti diximus, felicitas eſt & beata uita. Veruntamen hac potiri commodè non poteſt Vlyſſes, antequam procos arcu uincat, & ſimul cum ancillis de medio tollat. Qui etenim perturbationibus animi & cupiditatibus fruſtra felicitatem ambientibus, imperare non poteſt, is nequit beatitudinis particeps fieri. Quibus ità declaratis, nemini poſthac mirum uideri debet, cur Vlyſſem Homerus, cœleſtis patriæ iam iam compotem futurum, dormire ſeu mori faciat. Hæc, è cuius ingenio prodierint, ſiquis requirat, I. Auratum, maximum ſanè uirum, unicum & optimum Homeri interpretem, auctorem laudabo. Et hæc quidem ille pro Homero noſtro, quo nomine multùm ei ſanè debemus. Sed illa ſententia Ariſtarchi ualde mihi placet, qua allegorias à tota Poeſi Homerica explodebat. Siquis tamen præſenti delectetur, poteſt, quantam per me licet, uti: aut, ſi placet, operam quoque ſuam ad illuſtrationem Homerici iſtius figmenti conferat. Notanda eſt præterea hæc Phæacum erga Vlyſſem ingenua fidelitas, qua eum nõ ſolùm ſartum tectum in tefram deponunt, & ita quidem ut ab iniuria uiatorum tutus eſſe poſsit: ſed etiam ei omnes diuitias, quas dono ab Alcinoo & reliquis acceperat, ſine ullo dolo reſtituunt: ex illo etiam edicto, Nautæ, caupones, ſtabularij commiſſa ut reſtituant: quod noſtri Iurecõſulti poſteà etiam propoſuerunt. Sed Homerus id eſſe præſtandũ hoc exẽplo longo auguſtiſsimo demõſtrauit.

ἀξω μεγάθυμοι ἀρηίλω) Hîc eſt repetenda præcedens narratio, qua aduentus Vlyſsis ad Phæaciam à Poeta memoratur. Vbi nihil tale uidetur obſeruari, ut his dõnis propter Mineruã Vlyſſem cohoneſtarint. Sed ipſa Minerua paulò pòſt hoc explicabit, quòd nimirum Vlyſſem Phæacibus gratum & iucundum effecerit: ſic enim illa Vlyſſem alloquitur, ᾧ σε φαίηκες φίλον πάντες ἐτίκτον.

Αὐτὰρ ὅ γ' αὖτ' οἴκονδε πάλιν κίον· ἂμ δ' Ἐνοσίχθων
Λήθετ' ἀπλάων πὰς αἰπήεω Ὀδυσῆϊ
Πρῶτον ἐπηπείλησε. Διὸς δ' ἐξέρετο βυλὰς,
Ζεῦ πάτερ, οὐκέτ' ἔγωγε μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Τιμήεις ἔσομαι, ὅτε μὲ βροτοὶ οὐτιδανοὶ περ
Φαίηκες, τοί περ τε ἐμῆς ἔξεισι γενέθλης.
Καὶ γὰρ νῦν Ὀδυσῆα φάμην κακὰ πολλὰ παθόντα
Οἴκαδ' ἐλεύσεσθαι· νέσσον δέ οἱ οὔπατ' ἀπήμονα
Πάγχυ, ἐπεὶ σὺ πρῶτον ὑπέσχεο κἠκατίδυσας.
Οἱ δ' εὗδοντ' ἐν νηῒ θοῇ ἅλα πόντον ἄγοντες
Κάτθεσαν ἐν Ἰθάκῃ, ἔδοσαν δέ οἱ ἄσπετα δῶρα,
Χαλκόν τε χρυσόν τε ἅλις, ἐσθῆτά θ' ὑφαντὴν,
Πολλ', ὅσ' ἂν οὐδέποτε Τροίης ἐξήρατ' Ὀδυσεὺς,
Εἴπερ ἀπήμων ἦλθε λαχὼν δασσὸν λήϊδ' ἅπασιν.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεὺς,
Ὢ πόποι Ἐννοσίγαι' μέγ' ἀρυσθενὲς οἷον ἔειπες;
Οὔτι σ' ἀτιμάζουσι θεοί· χαλεπὸν δέ κεν εἴη
Πρεσβύτατον καὶ ἄριστον ἀτιμήσειν ἰαλλειν.
Ἀνδρῶν δ' εἴπερ τις τι βίῃ καὶ κάρτεϊ εἴκων
Οὔτι πίει, σοὶ δ' ἐσι καὶ ἐξοπίσω τίσις αἰεί.
Ἔρξον ὅπως ἐθέλεις καί τοι φίλον ἔπλετο θυμῷ.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Αἶψά κ' ἐγὼν ἔρξαιμι κελαινεφὲς, ὡς ἀγορεύεις.
Ἀλλὰ σὸν αἰεὶ θυμὸν ὀπιζόμην ἠδ' ἀλεείνω.
Νῦν αὖ Φαιήκων ἐθέλω τεῦξαι ἀλέα νῆα
Ἐκ πομπῆς αἰσῖσιν ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ
Ῥῆσαι, ἵν' ἦδη ὀχῶνται, ἀποπλήξω τε τὸ πομπῆς
Ἀνθρώπων· μέγα δέ σφιν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψαι.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεὺς,
Ὦ πέπον, ὡς μοὶ ἐμῷ θυμῷ δοκεῖ εἶναι ἄριστα,
Ὁππότε κεν δὴ πάντες ἐλαυνομένῳ προσίδωνται
Λαοὶ ἀπὸ πόλιος, θεῖναι λίθον ἐγγύθι γαίης
Νηῒ θοῇ ἴκελον (ἵνα θαυμάσσωσιν ἅπαντες
Ἀνθρωποι) μέγα δέ σφιν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψαι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τόγ' ἄκουσε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Βῆ ῥ' ἴμεν ἐς Σχερίην ὅθι Φαίηκες γεγάασιν,
Ἔνθ' ἔμεν· ἡ δ' ἄρα μάλα ὀχέδον ἦλυθε πεντοπόρος νηῦς
Ῥίμφα θοῇσι κομένη· τῆς δ' ὀχέδον ἦλθ' Ἐνοσίχθων,
Ὃς μιν λᾶαν ἔθηκε, καὶ ἐρίζουσαν ἔερξε,
Χειρὶ κατα πρηνῆ ἐλάσας· ὁ δ' ἀνόσφι βεβήκει.
Οἱ δ' ὣς ἀλλήλους ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον
Φαίηκες δολιχήρετμοι ναυσίκλυτοι ἄνδρες·
Ὤ μοι, τίς δὴ νῆα θοὴν ἐπέδησ' ἐν πόντῳ
Οἰκαδ' ἐλαυνομένην; καὶ δὴ πρόσφαινετο πᾶσα.
Ὣς ἄρα τις εἶπεσκε· τὰ δ' οὐκ ἴσαν ὡς ἐτέτυκτο.

Ipſi autem rurſus domum retrò iuerũt, neq; Neptunus
Oblitus eſt minarum, quas diuino Vlyſſi
Prius promiſerat, Iouis autem rogauit ſententiam,
Iupiter pater, non amplius in immortalibus Deis
Honoratus ero, cum me homines non honorant
Phæaces, qui tamen meo orti ſunt genere.
Etenim nunc Vlyſſem dicebam mala multa paſſum
Domum iturum, reditum autem illi nunquã eripui
Omnino, quoniam tu primùm promiſiſti, & annuiſti.
Hi aũt dormientẽ in naui ueloci in pontum ducentes
Depoſuerunt in Ithaca, dederunt aũt ei ingentia dona
Aeſq; aurumq; multum, ueſtemq; textam,
Multa, quæ nunquam Troia extuliſſet Vlyſſes,
Si incolumis uenisſet nactus de præda portionem.
Huic autem reſpondens affatus eſt imbrifer Iupiter,
O Dij, Neptune late potens quale dixiſti?
Non te deſpiciunt Dij, difficile autem eſſet
Antiquiſsimum & fortiſsimum ignominijs proſequi.
Virorum autem ſi quis te ui & robore cedens
Non colit, tibi autem eſt, & poſthac ultio ſemper.
Fac ut uis, & tibi iucundum eſt animo.
Huic aũt reſpõdit poſtea Neptunus quaſſator terræ,
Statim & ego faciam ater nubibus, ſicut dicis.
Sed tuum ſemper animum obſeruo & uereor.
Nunc autem Phæacum uelo perpulchram nauem
Ex comitatu redeuntem in nigro ponto
Perdere, ut iam abſtineant deſiſtantq; à comitatu
Hominum, magnum aũt ipſis montem urbi imponere.
Huic autem reſpondens affatus eſt imbrifer Iupiter,
O amice, ſic quidem meo animo uidetur eſſe optimè,
Cùm iam omnis incitatam intuetur
Multitudo ab urbe, facere lapidem propè terram
Naui ueloci ſimilem, ut admirentur omnes
Homines, magnum autem ipſis montẽ urbi imponere.
At poſtquam hoc audiuit Neptunus quaſſator terræ,
Ingreſſus eſt iter in Scheriam, ubi Phæaces orti ſunt,
Illic ut eſſet, & ualdè propè uenit nauigatrix nauis
Celeriter impulſa, hanc autem prope uenit Neptunus,
Qui ipſam lapidem fecit, & radicauit infernè,
Manu prona impulſam: hic autem receßit,
Hi autem inter ſe uerba uelocia loquebantur,
Phæaces longorum remorum nauibus inclyti uiri.
Sic autem quis dixit intuens in propinquum alium,
Heu quiſnam nauem uelocem ligauit in ponto
Domum incitatam? & iam extabat tota. (ſunt.
Sic igitur qs dixit, hæc a. nõ intelligebant quõ facta

His

His Alcinous concionatus est, & affatus,
O amici, certè ualdè me antiqua uaticinia assequũ-
Patris mei, qui dixit Neptunum iratum fore (tur
Nobis, queniam comites innocui sumus omnium.
Dixit aliquando Phaeacum uirorum perpulchrã nauẽ
Ex comitatu redeuntem in nigro ponto
Perditurum, magnum. a. nobis mõtem urbi imponere.
Sic dixit senex, haec autem iam nũc omnia finiũtur,
Sed agè sicut ego dicam, parete omnes.
Comitatũ quidẽ relinquite hominũ, tũ aliquis ueniat
Nostram ad ciuitatem: Neptuno autem tauros
Duodecim electos sacrificemus, si misereatur,
Neq; nobis ingentem montem urbi imposuerit.
Sic dixit, hi autẽ metuerunt, parauerunt. a. tauros.
Sic hi quidem supplicabant Neptuno regi
Populi Phaeacum duces & curatores
Stantes circum altare. Excitatus est. a. diuinus Vlysses,
Recubans in terra patria, neq; ipsam cognouit
Iam diu remotus, circùm enim Dea nubem fudit
Pallas Minerua filia Iouis, ut illum ipsum
Ignotum faceret, singulaq; profaretur.
Vt non ipsum antè uxor cognosceret, ciuesq;, amiciq;,
Quàm omnem procis intemperiem rependeret.
Propterea uariata uidebantur omnia regi,
Viaq; perpetuae, portusq; contecti,
Petraq; altae, & arbores uirescentes.
Stetit aũt igitur surgens, & inspexit patriam terram,
Flexitq; postea, & sua percussit femora,
Manibus deiectis: lugens autem locutus est,
O ego quorum rursus hominum in terram uenio?
Nunquid iniurioſiq; & crudeles, neq; iusti?
An hospitales, & ipsis mens est sancta?
Quò iam res multas porto has, quò autem & ipse
Erro? utinam mansissent apud Phaeaces
Illic, ego autem ad alium magnanimorum regum
Peruenissẽ, q me dilexisset, et comites dedisset ad reuer-
Nunc aũt nusquã ponere scio, neq; itidem illic (tendũ.
Relinquam, ne quando mihi praeda aliys fiat.
O Dij, non enim omnia intelligentes, neq; iusti
Erant Phaeacum duces & curatores,
Qui me in aliã terrã abduxerunt, nãq; me dicebant
Ductum ire in Ithacam conspicuam. neq; perfecerunt.
Iupiter ipsos ulciscatur deprecabilis, qui & alios
Hominẽs inspicit, & plectit, quicunq; peccant.
Sed agè iam res numerem, & uideam
Ecqd mihi surreptũ discesserint cõcaua in nauiferẽtes.
Sic dicens tripodas perpulchras & lebetes
Numerabat, & aurum, textasq; uestes pulchras:
Horũ qdẽ nihil desiderabat, hic. a. lugebat patriã terrã
Perreptans ad littus personantis maris,
Multùm deplorando propè autem eum uenit Minerua
Viro corpore similis iuueni pastori ouium
Permolli, qualesq; regum filij sunt,
Duplicem circa humerum habens pulchram uestem:
Pedibus. a. sub teneris calceos habebat, manu. a. iaculũ.
Hanc. a. Vlysses lætatus est conspicatus, & obuius uenit
Et ipsam compellans uerba melocia locutus est,
O amice, postquam te primùm inuenio hoc in loco,

Τοῖσιν δ' Ἀλκίνοος ἀγορήσατο καὶ μετέειπε,
Ὦ πόποι, ἦ μάλα δή με παλαίφατα θέσφαθ' ἱκάνει
Πατρὸς ἐμοῦ, ὃς ἔφασκε Ποσειδάωνι ἀγάσσεσθαι
Ἡμῖν οὕνεκα πομπὸι ἀπήμονες εἰμὲν ἁπάντων.
Φῆ ποτε Φαιήκων ἀνδρῶν ἐυεικέλαν νῆα
Εἰσαποβαίνουσαν ἐυ ἠεροειδέϊ πόντῳ
Ῥαισέμεναι, μέγα δ' ἦμιν ὄρος πτόλει ἀμφικαλύψαι.
Ὣς ἀγόρευ' ὁ γέρων· τάδε δὴ νῦν πάντα τελεῖται.
Ἀλλ' ἄγεθ', ὡς αὐτὼ ἐγὼ ἔπω πιθώμεθα πᾶσιν.
Πομπῆς μὲν πεῦσασθε βροτῶν, ὅτις κεν ἵκηται
Ἡμέτερον ἐπὶ ἄστυ· Ποσειδάωνι δὲ ταύρους
Δώδεκα κεκριμένους ἱερεύσομεν, αἴ κ' ἐλεήσῃ,
Μηδ' ἡμῖν πρόσθεν μέγα ὄρος πόλει ἀμφικαλύψῃ.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἔδδεισαν, ἐτεμάσσαντο δὲ ταύρους.
Ὣς οἱ μὲν ῥ' εὔχοντο Ποσειδάωνι ἄνακτι
Δήμου Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
Ἑστεῶτες περὶ βωμόν. Ὁ δ' ἔγρετο δῖος Ὀδυσσεὺς
Εὕδων ἐν γαίῃ πατρῴῃ. οὐδέ μιν ἔγνω
Ἦδη δηρὸν ἐόντα. περὶ γὰρ θεὸς ἠέρα χεῦεν
Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διὸς ὄφρα μιν αὐτὴν
Ἄγνωστον τεύξειεν, ἕκαστά τε μυθήσαιτο.
Μή μιν πρὶν ἄλοχος γνοίη, ἀστοί τε φίλοι τε,
Πρὶν πᾶσαν μνηστῆρσιν ὑπερβασίλλιον ἀποτίσαι.
Τοὔνεκ' ἄρ' ἀλλοιοίδεα φαινέσκετο πᾶσιν ἄνακτι,
Ἀτρεπτοί τε δλωχμοί, λιμένες τε πάνορμοι,
Πέτραι τ' ἠλίβατοι, καὶ δένδρεα τηλεθόωντα.
Στῆ δ' ἄρ' ἀναΐξας, καί ῥ' εἰσίδε πατρίδα γαῖαν·
Ὤμωξέν τ' ἄρ' ἔπειτα, καὶ ὡ πεπλήγετο μηρὼ
Χερσὶ καταπεφνέων· ὀλοφύρετο δ' ἔπος ηὐδᾶ·
Ὤμοι ἐγὼ, πίων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω
Ἦ ῥ' οἵγ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι;
Ἦε φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής;
Πῇ δὴ χρήματα πολλὰ φέρω τάδε; πῇ δὲ καὶ αὐτὸς
Πλάζομαι; αἲθ' ὄφελον μεῖναι παρὰ Φαιήκεσσιν
Αὐτῦ· ἐγὼ δέ κεν ἄλλον ὑπερμενέων βασιλήων
Εἰσικόμην, ὅς † κεί μ' ἐφίλει καὶ ἔπεμπε νέεσθαι. ἡ. ἐκέρασ' ἐφ' ἁλ
Νῦν δ' οὔτ' ἄρ πη θέσθαι ἀτίσαμαι, οὐδὲ μετ' αὖτε
Καλλείψω, μήπως μοι ἕλωρ ἄλλοισι γένηται.
Ὤ πόποι, ἦ ἄρα ταῦτα νοήμονες ἠδὲ μέδοντες
Ἦσαν Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
Οἵ μ' εἰς ἄλλην γαῖαν ἀπήγαγον· ἠτέ μ' ἔφαντο
Ἄξειν εἰς Ἰθάκην εὐδείελον· οὐδέ τι τέλεσσαν.
Ζεὺς σφέας τίσειε ἱκετήσιος, ὅς τε καὶ ἄλλους
Ἀνθρώπους ἐφορᾷ, καὶ τίνυται ὅστις ἁμάρτῃ.
Ἀλλ' ἄγε δὴ τὰ χρήματ' ἀριθμήσω καὶ ἴδωμαι,
Μή τι μοι οἴχωνται κοίλης ὑπὸ νηὸς ἄγοντες.
Ὣς εἰπὼν, τρίποδας ἐυεικέλους ἠδὲ λέβητας
Ἠρίθμει, καὶ χρυσὸν, ὑφαντά τε εἵματα καλά.
Τῶν μὲν ἄρ' οὔτι πόθει· ὁ δ' ὀδύρετο πατρίδα γαῖαν,
Ἐρπύζων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
Πόλλ' ὀλοφυρόμενος. ἀχεδόθεν δέ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη,
Ἀνδρὶ δέμας ἐικυῖα νέῳ ὑποβώτορι μήλων,
Παναπάλῳ, οἷοί τε ἀνάκτων παῖδες ἔασιν·
Δίπλυχον ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων εὐεργέα λώπην.
Ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσι πέδιλ' ἔχε, * χερὶ δ' ἄγε κοντόν. * χειρὶ
Τὼ δ' Ὀδυσεὺς γήθησεν ἰδὼν, καὶ * ἐναντίος ἦλθε, * ὑπαντιάσας
Καί μιν φωνήσας, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Ὦ φίλ', ἐπεί σε πρῶτα κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ,

Χαῖρε

Χαῖρέ τ', καὶ μή μοι τι κακῷ νόῳ αὐτιβολήσῃς·
Ἀλλὰ σόῳ μὲν ταῦτα, σάω δ' ἐμὲ· σοὶ γὰρ ἔγωγε
Εὐχωλὴ ὥστε θεῷ, καὶ σοὶ φίλα γούνατ' ἰκάνω.
Καί μοι ταῦτ' ἀγόρευσον ἐπίτυμον, ὄφρ' εὖ εἰδῶ
κ' ἐπιγνάσιν Τίς γῆ, τίς δῆμος, τίνες αὖ ἔσαν ἐνέρες † ἐγγεγάασιν·
Ἦ τις νήσων ἀθεμίστων, ἦέ τις ἀκτὴ
Κεῖθ' ἁλὶ κεκλιμένη ἐρικυδὴς γαῖα τέτυκται.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Νήπιός ἐσσ' ὦ ξεῖνε, ἢ τηλόθεν ἐπήλυθες,
Εἰ δὴ τήνδε γε γαῖαν ἀείρεαι. οὐδέ τι λίην
Οὕτω νώνυμός ἐστιν· ἴσασι δέ μιν μάλα πολλοί,
Ἠμὲν ὅσοι ναίουσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,
Ἠδ' ὅσοι μετόπισθε πρὸς ζόφον ἠερόεντα.
Ἦ τοι μὲν τρηχεῖα καὶ ἐς ἵππους ἠλάτη ἐστίν,
Οὐδὲ λίην λυπρὴ, ἀτὰρ ἐσθλὰ δέδρεια τέτυκται.
κ. Εὖ μὲν † Ἐν μὲν γὰρ σῖτος ἀθέσφατος, ἐν δέ τε οἶνος
κ. οὖ δέ Γίγνεται· αἰεὶ δ' ὄμβος ἔχει, τηλαλυγέα τε ἕερση.
Αἰγίβοτος δ' ἀγαθὴ καὶ βώβοτος ἔστι μοι ὕλη
Παντοίη, εὖ δ' ἀρδμοὶ ἐπήτανοι παρέασιν.
Τῷ τοι ξεῖν' Ἰθάκης γε καὶ ἐς Τροίην ὄνομ' ἶκεν,
Τήν περ τηλοῦ φασὶν Ἀχαιΐδος ἔμμεναι αἴης.
Ὣς φάτο· γήθησεν δ' ἀνδρῶν πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς,
Χαίρων ἧς γαίης πατρίδος, ὡς οἱ ἔειπε
Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διὸς αἰγιόχοιο.
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Οὐδ' ὅγ' ἀληθέα εἶπε, πάλιν δ' ἐτράπετο μῦθον,
Αἰεὶ ἐνὶ στήθεσσι νόον πολυκερδέα ναμών·
Πυθανόμην Ἰθάκης γε καὶ ἐν Κρήτῃ εὐρείῃ
Τηλοῦ ὑπὲρ πόντου νῦν δ' ἐλήλυθα καὶ αὐτὸς
Χρήμασι σὺν τοῖσδε· λιπὼν δ' ἔτι παισὶ τοσσῦτα
Φεύγω, ἐπεὶ φίλον υἱὸν ἐπέκτανον Ἰδομενῆος
Ὀρσίλοχον ποδάρκη, ὃς ἐν Κρήτῃ δ' εὐρείῃ
Ἀνέρας ἀλφηστὰς νίκα ταχέεσσι πόδεσσιν·
Οὕνεκά μ' ἐστερέσατ' ἴτης λητὸς θέλε πάσης
Τρωϊάδ', ἧς ἕνεκ' ἐγὼ πάθον ἄλγεα θυμῷ,
Ἀνδρῶν πολεμήια ἀλεγεινά τε κύματα πείρων·
Οὕνεκ' ἄρ' οὐχ ὧ πατρὶ χαριζόμενος θεράπευον
Δήμῳ ἐνὶ Τρώων, ἀλλ' ἄλλων ἦρχον ἑταίρων·
Τὸν μὲν ἐγὼ καλόντα βάλον χαλκήρεϊ δουρὶ
Ἀγρόθεν, ἐγγὺς ὁδοῖο λοχησάμενος σὺν ἑταίρῳ.
Νὺξ ἦ μάλα δηρὸν κάτεχ' οὐρανὸν, οὐδέ τις ἡμέας
Ἀνθρώπων ἐνόησε· λάθον δέ ἑ θυμοὶ ὀπυίω.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τόν γε κατέκταμον ὀξέϊ χαλκῷ,
Αὐτίκ' ἐγὼν ὅπι νῆα κιὼν Φοίνικας ἀγαυοὺς
Ἐλλισάμην, καί σφιν μνοιὴν ἐπέα λήϊδα δῶκα·
Τοὺς μ' ἐκέλευσα Πύλονδε κατασχέμεν, ἦ ἐφέοντο,
Ἦ εἰς Ἦλιδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί.
Ἀλλ' ἦτοι σφέας κεῖθεν ἀπώσατο νηυσὶν ἀέμοιο,
Πολλ' ἀεκαζομένους· δόλῳ ἤθελον ἐξαπατῆσαι.
Κεῖθεν δὴ πλαγχθέντες ἰκάνομεν ἐνθάδε νυκτὸς·
Σπουδῇ δ' εἰς λιμένα πρεσέραμεν, ἐδέ τις ἡμῖν
Δόρπου μνῆσις ἦεν, μάλα περ κατὰ θυμὸν ἐλίσσων·
Ἀλλ' αὖτως ἀποβάντες ἑκείμεθα νηὸς ἄπαντες.
Ἔνθ' ἐμὲ μὲν γλυκὺς ὕπνος ἐπήλυθε κεκμηῶτα·
Οἱ δὲ χρήματ' ἐμὰ γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἑλόντες,
Κάθεσαν ἔνθ' αὐτὸς περ ἐπὶ ψαμάθοισιν ἑκείμην.
Οἱ δ' ἐς Σιδονίην εὖ ναιομένην ἀναβάντες
Ὤχοντ'. αὐτὰρ ἐγὼ λιπόμην ἀκαχήμενος ἦτορ.

Salue & non mihi malo animo occurreris.
Sed seruatum hac, seruata etiam me tibi enim ego
Supplico tanquam Deo, & ad tua chara genua accedo,
Et mihi hoc dic uerum ut certè sciam,
Quæ terra? quis populus? qui uiri sunt?
Num qua insularum amœna? an aliquod littus
Iacet ad mare uergens fertilis terra?
Hunc autē ctōra affata est dea cæsia oculis Minerua:
Stultus es ô hospes, an longè ueneris?
Quoniam hanc terram interrogas? neq; enim ualdè
Sic ignobilis est, nerunt autem ualdè multi,
Et quidem quicunq; habitant ad auroram solemq;,
Et quicunq; pone ad nebulam obscuram.
Certè quidem aspera, & non equitabilis est.
Neq; ualdè sterilis, at neq; lata est.
Benè quidē enim tritici multū, benè autemq; uinum
Adest, semper autē pluuia habet illam uiri scēsq; ros:
Pascendis capris commoda & bubus: est quidem sylua
Omnigena, benè autem irrigationes perpetuæ adsunt,
Itaq; hospes Ithacæ, & in Troiam nomen peruenerit,
Quam longè dicunt Achaidæ esse à terra.
Sic dixit, lætatus est autem patiens diuinus Vlysses,
Gaudens sua terra patria, sicut ei dixit
Pallas Minerua filia Iouis agiochi.
Et ipsam appellans uelocia uerba dixit.
Neq; hic uera dixit, iterum autem cœpit sermonē,
Semper in præcordijs mentem peruastutam mouens.
Audiebam de Ithaca & in Creta lata
Longè supra pontum, nunc autem ueni & ipse
Rebus cum his, ubi uerò reliqui etiam filijs totidem,
Fugio, quoniam dilectum filium interfeci Idomenei,
Orsilochum pedibus uelocem, qui in Creta lata
Viros artifices uincebat uelocibus pedibus.
Quoniam me priuare præda uolebat omni
Troiana, cuius gratia ego passus sum dolores animo,
Virorumq; bella tristesq; undas penetrans,
Quoniam non suæ patri gratificatus seruiebam
Agro in Troianorum, sed alijs imperabam socijs.
Hunc quidem ego discedentem percussi area lancea
Rure, propè uiam insidiatus cum socio.
Nox a ualdè obscura occupauerat cælū, neq; aliquis nos
Hominū animaduertit, fefelli. a. cū illū animā spoliabā
At postquam hunc interfeci acuto are,
Statim ego in nauem iens Phœnicas illustres
Oraui, & ipsis quæ satis esset prædam dedi.
Hos me iussi Pylum deferre & collocare,
Vel in Elida diuinam, ubi dominantur Epei,
Sed certè ipsos illinc repulit uis uenti
Multum nolentes, neq; uolebant fallere.
Illinc autem errantes uenimus huc nocte,
Ægrè autem in portum appulimus, neq; aliqua nobis
Cœna mentio erat, ualdè licet indigentibus sumere,
Sed sic egressi iacebamus in naue omnes.
Hic me quidem dulcis somnus inuasit defessum.
Hi autem fortunas meas concaua ex naui sublatas
Deposuerunt, ubi ipse in arenis iacebam,
Hi autem in Sidoniam pulchram ora soluta
Inierunt, at ego relictus sum tristis animo.

COM-

COMMENTARIVS.

ἐκ δὲ σοὶ ἐξέχθω) Exponet deinceps Homerus quid in Phæacum nautarum istorum reditu contigerit, nimirum nauem eorum in saxum à Neptuno uersam, obiectumque Phæaciæ montem, quod ipsis iam longè anteà erat prædictum, ut aliàs in hoc Opere uidimus, & mox etiam uidebimus. Ait ergo, Neptunum non esse oblitum eorum, quæ Vlysi anteà erat comminatus propter filij sui Polyphemi erutum ab ipso oculum. Erat autem comminatus, se eum erroribus uarijs esse prohibiturum, ne patriam attingeret: qua spe cùm se iam frustratum uideat, non sine causa indignabundus apud Iouem de irrito suo instituto ac consilio conqueritur: & cũ id iam amplius prohiberi non possit, in Phæacas iram suam conuertit, quorum beneficio totum negotium erat confectum.

ζεῦ πάτερ) In hac oratione Neptunus Ioui exponit factum Phæacensium, quo Vlyssem in Ithacam deduxerunt, quod sibi ingratum & iniucundum esse docet: quia sic exitum suum fortitæ non sunt, quas Vlysi olim fecerat, comminationes, ut anteà quoque exposuimus. Nudam autem querelam facti agitat, quasi inde facilè fit intellecturus Iupiter, quid petat sibi concedi, ut hanc iniuriam ulciscatur. Vbi præcipuè notandum est, quod sui ultionem anteà non aggreditur, quàm Iouem Deorum principem adierit: quasi ex eius nutu rerum omnium moderatio & administratio pendeat, nefasque sit, quod Homerus noster credit, quippiam eo inconsulto reliquam Deorum turbã gerere. Id satis in Iliade passim obseruauimus, eódemque hic locus manifestè pertinet. Vide autem quomodo se Ioui Neptunus in ipso limine insinuet, generali enunciato de honoris sui imminutione, quæ apud Deos futura est, cùm iam apud mortales contigerit. Quod argumentum est à maiori, ut notat etiam Eustathius, in huncque modum potest concipi: Si homines, apud quos magna debet esse Numinis reuerentia, Neptunum non honorant, Dij etiam reliqui eum minimè honorabunt. At homines, nempe Phæaces, id faciunt. Ergo iam inter Deos pro nihilo censebitur. Et hoc ualidum maximè fuit ad commouendum Iouis animum, quasi hoc ægrè laturus sit Iupiter, si non solùm Deo, sed etiam fratri suo, ut uidimus in Iliade, hoc accideret. Illud autem Phæacum crimen grauius adhuc facit generis eorum quod ab ipso ducebant commemoratione, quasi non solùm homines Deum, sed etiam nepotes generis sui authorem reuereri debuissent. Siquis tamẽ causam huius accusationis inspiciat, non dubito quin pro Phæacibus sit pronunciaturus. Cùm enim in omnibus factis animus facientis obseruari soleat, qui debuit ad id ipsum collimare quod perpetrauit, alioqui quod inscio illi contigit, in crimen deputari non solet. Cùm, inquam, animus inspiciatur, nihilque tale Phæaces cogitarint, ut inuito Neptuno hoc beneficium in Vlyssem conferrẽt: iniustè uidetur eos accusare Neptunus, qui neque directè neque obliquè iniurioſi ipſi esse uoluerunt. Sed hoc habet ira peculiare, ut innocentes nocentum loco plectat, qua labe iam noster Neptunus afficitur.

κῆδος νωΐ ὀδυσσῆι) Non dolet Neptunus simpliciter, quòd Vlysses in patriam redierit, siquidem absolutè eam repetendi facultatem ei se nunquam adimere uoluisse testatur: quia Iouis uoluntati, qua secus futurum intelligebat, aduersari noluerit (quæ adhuc captandæ Iouis beneuolentiæ dexteritas in Neptuno est obseruanda) non, inquam, illud dolet, sed quod tam citò redierit, cùm eum longioribus & grauioribus erroribus distineri & agitari uoluisset.

ἐπὶ σὺ πρῶτον) In hac parte uidetur Neptunus ὑστερολογῆν. Nam, ut libro primo uidimus, priùs Neptunus Vlyssem à patria arcebat, quàm reditum ei Iupiter concederet, quod ipsius oratio ad Mineruam perdocet. Itaque ut sibi Poeta quoque constet, à quo hæc sub alienis personis scribuntur: dicendum est, intelligere Neptunum primam illam Iouis uoluntatem, id est ea ipsa priorem, quæ in illa oratione primi libri indicatur Mineruæ: cuius etiam per transennam facere mentionem uidetur Iupiter, cum ibidem dicit, πῶς αἶ ἔτειτ' ὀδυσῆι θ- ἐγὼ θάσσω λαθοίμην: primam, inquam, Ioui uoluntatem, quæ aliquando (ut hoc loco necesse est ad sensum nostrum stabiliendum) cum fato coniungitur, immò interdum illo superior & potentior esse dicitur.

ἅπτε ἀπαμύξαι) Illud argumentum Neptuni diluit Iupiter, uidelicet consequentiam: quam negat, quòd nimirum Neptunus à Diis non despiciatur: cuius causam subijcit, quia antiquissimum & fortissimum Deorum ignominia afficere non sit facile. Fortissimum autem interpretor ἥρωα, non optimum, ut uulgo, Didymum sequutus, qui δυνατώτατον est interpretatus. Sed cur, quæso, Neptunum Deorum fortissimum appellat an ille Marte belli deo fortior? Videtur sanè non ita respectu aliorum Deorum dici, nam eo sensu neque ipse Iupiter Neptuno robore cederet, qui omnium potentissimus satis in Iliade sparsim est pronunciatus: sed simpliciter ad exprimendum eius robur, quod sanè neque est contemnendum, ut docuit auxilium ab illo Græcis aduersus Troianos in pugna illa quæ ad naues est agitata, præstitum. Eadem ratione appellauit eum antiquissimum, sed illud πρεσβύτατον de ætate intelligas: quànquam Didymus, ἀνημότατον interpretetur, quod aliàs ipse Neptunus Iouem seniorem pronunciet, ut uidimus Iliad. 15. Et hæc quod ad consequentiam propositionis argumenti Neptuni, quod anteà concinnabamus. Restabat assumptio, qua se in honoratum à Phæacibus conquerebatur: cui ex eius sententia respondet Iupiter, licere ei de quolibet mortalium, à quo fit iniuria affectus, uindictam sumere. Non quòd illud expressè postularit Neptunus, ut suo loco monebamus: sed facillimum fuit Ioui mentem animumque illius ex ea querela, quam mouebat, conijcere.

νωὶ αὖ φαίηκες) Antequàm Neptunus ultionem illam quam de Phæacibus sumere cogitat, aggrediatur, consilium suum Ioui exponit, ne quid etiam illo inconsulto facere uideatur. quamuis enim id eius arbitrio commisisset Iupiter, tamen cùm testetur se Iouem semper esse reueritum, cùm dixit anteà, ἀλλά σὸν αἰὲν ἐμὸν θυμὸν ὀπίζομαι ἠδ' ἀλιτέσθαι: uoluit id ipsum hoc exemplo patefacere, ne in ipsa uindicta Ioui rem ingratam faceret. Rem tamen adhuc nudè proponit, & cùm simpliciter de perdenda Phæacum naue consultaret: hoc fusiùs concedit ei Iupiter, ut uidelicet nauem in saxum conuerteret, mõtemque urbi obijceret. Quod plus habet authoritatis, à Ioue, quàm à Neptuno profectum.

ὡς μιν λᾶαν ἐθείρω) Hic est effectus superioris consilij Neptuni, quo nauis ista Phæacum in saxum uertitur, ut naues Aeneæ olim in nymphas: sed longè diuersa ratione, ut est apud Virgilium & Ouidium. Est autem sine dubio hoc figmentum Homericum, cuius causam tribuit Eustathius saxo cuidam, ante urbem figuram nauis referenti. ἱστὸν δέ, inquit, τὸν ὑψοῦ φαντασίαν ὡς ἀπὸ τῆς τοῦ πόλεως νεὼς πλεούσης πεποιηκέναι δοκοῦσιν. Φασὶ γὰρ λίθον εἶναι τοιοῦτον κάμψαντα σὺν θαλάσσῃ ἀθεῖν Κέχυνον, νηὸς φαντασίαν πέμψαντα, ἢ δι' αὐτοῦ τὸν πεῖσαι λόγον πλεούσης ἤδη τῆς ὑποκειμένης τῷ θέατρῳ λίθου ἐγχωρίοις γαίης νηΐ ἐοικέναι, ἐ μέλλοι βυθίσαι. Subijcit etiam aliam mythicam interpretationẽ, ἵνα δηλαδὴ ὁ βλέπ- μένος ὁ λίθος σωφρονίζοι τοὺς ὁρῶντας καὶ ἀποπαύοι ὕπτιος τῶν ξένων πομπῆς. Porrò metamorphosin alteram huic similem subijcit idem Eustathius, quæ ex Aeliano de Animalib. lib. 15. cap. 23. & Athenæo lib. 7. desumi potest, uterque autem ex Apollonio Rhodio siue Naucratite refert: qui scripsit, Pompilum fuisse portitorem, accidisseque aliquando ut Apollo uirginem quandam formosam adamaret: illam uerò Apollinis complexum fugientem, Miletum ad festum quoddam Dianæ uenisse: ubi cùm eam rapturus esset Apollo, rogauit hunc Pompilum ut se traijceret, qui ei paruit: at Apollo derepentè apparens uirginem quidem rapuit, nauem autem in lapidem, Pompilum in piscem eius nominis conuertit. Dixi autem hoc esse figmentum Homericum, quamuis sciam rem esse satis facilem naturæ, ligna in saxa indurare: quæ transmutatio ualde est mirabilis, & tamen uerissima. Testatur Ouid. 15. Metamorph.

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit *Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.*

Cui similis est fluuius etiam nostro tempore in Aruernia. Qua de re uide Io. Kentmanum Dresdensem in nomenclaturis rerum fossilium, & Gesnerum de figuris lapidum cap. 8. & 9. ne res alioqui tam aperta ab ullo in dubium reuocari possit. Quis iam speciem in speciem mutari posse negauerit? Annón uel hoc solo exemplo (ut de experientia conticescam, qua pertinaces, malcuoli & scioli quidam homines planè sunt indigni) constat nobilissima illa & nunquam satis laudata Chemia, quæ auri & argenti confectionem splendidè pollicetur, & magnificè præstat? Annon res eiusdem generis ijsdem constantes principijs permutabuntur, si diuersæ & nihil commune inter se habentes idem patiuntur? Sed de his alij, & nos fortasse aliàs. Hoc tantùm addam, mirari me quid præstantissimo illi uiro Thomæ Erastο, qui meo tempore adhuc est Basileæ, in mentem uenerit artem illam transmutatoriam tam anxiè oppugnare (expugnare sanè nunquam poterit) cùm tamen de re sibi tantùm, nõ etiam alijs non comperta sermonem fecerit. ἀλλ' ἡμεῖς ὕστερ παθόντες πρὸ ὧν ἔμ- ἐφράσσαμεν. Hæc nobis inuitis, lector, & aliud quodammodo agentibus, immò οὐκ παροῦσι exciderunt.

ὦ πόποι ἦ μάλα δὴ) Expauefactis & mirantibus reliquis Phæacensibus subitam illam nauis metamorphosin, illiusq; causam ignorantibus, exponit illam Alcinous. Causam autem intelligo duplicem, efficientem nempe & materialem. Efficiens causa, est Neptunus: materialis, quòd Phæaces ex omnibus nautis nullum damnum patiãtur. Ergo ait Alcinous iam se uaticiniorum recordari, quæ à parente olim audierat, Neptunum aliquando nauem reducem in mari perditurum, quod illi πομποὶ ἀνημένες εἶσιν ἀπάντων. Hucque uocanda est illa nauium Phæacensium descriptio facta anteà lib. 8. circa finem, unde intelligemus, quomodo incolumes semper potuerint hactenus nauigare. ubi etiam hoc ipsum Nausithoi, qui pater fuit Alcinoi, uaticinium ab ipso Alcinoo Vlysi ijsdem uerbis memo-

memoratur. Iam uerò cùm hoc à Neptuno accidiſſe intelligat, iubet illum ſacrificijs placari, quod umbram pietatis præ ſe tulit.

μὴ δ' ἡμῖν ἀθέμιτος) Repetendum eſt ſuperius Neptuni conſilium, in quo duo fuerunt quæ Phæacenſibus minitabatur: primùm, nauis in ſaxum mutationem: deinde, montem ſe urbi circundaturum, ὄρ@ πόλει ἀμφικαλύψειν. Illud iam conſummatum eſt: alterũ uerò incertum relinquit Poeta, quod ex his Alcinoi uerbis conſtat, quibus adhuc ſe irã Neptuni hac in parte deprecari uelle oſtendit, unde ſequitur nondum illud factum fuiſſe a Neptuno: quod autem an fecerit, non narrat Poeta: dubium etiam relinquitur, an omnino acciderit. Hoc porrò pluribus explanat Euſtathius. Poeta, inquit, præcedentes minas (de monte uidelicet urbi circundando) fingit, ne quæramus ubinam ſit illa remota Phæacia, quam ipſe quaſi prodigioſè fingit ac ementitur: ut neceſſarium ſit ex ijs quæ eſt comminatus, oculis hominum eam eſſe ademptam ſuſpicari. Non audet autem aſſerere minas illas finem ſuum eſſe ſortitas, ſubueritus hiſtoriæ ueritatem: ſiquidem Phæaciam eſſe manifeſtò conſtat (uocatur autem Corcyra, hodie uerò *Corfu*, & eſt in ditione Venetorum) Alia etiam de cauſa finem huius comminationis inexplicatum relinquit, ut reprehendi ulla ratione non poſſit. Siquis enim confectam illam Phæaciam quærit apud Homerum cognoſcere, is affirmare poteſt ſe ignorare, ſiue iuxta illam comminationem illa abſorpta eſt & funditùs perijt, ſiue etiã res imperfecta manſit. Ideò poſt illam ἀπειλήσιν Poeta Phæacas inducit orantes, ne mons etiam ille à Neptuno urbi circumdetur, quaſi hoc etiam contingens ſit: de rebus enim contingentibus concipiuntur preces. Quòd ſi Phæacia illa reperiatur, ut ſanè reperitur, argumentum erit, exoratos fuiſſe Phæacas à Neptuno: ſin uerò, contrà, itaque neque inueſtiganda erit, quaſi iam penitus deleta. Vnde probabile erit, nullum poſtea eo comitatus & hoſpitalitatis honore à Phæacenſibus fuiſſe affectum: atque id quidem, ſi iam amplius non extet. Sin uerò extet, idem eſt pronunciandum: quia cùm ſemel eam ob cauſam iram Neptuni declinauerint, nolnerint amplius eum exacerbare, cùm intelligant id ab ipſo ægrè & iniquo animo ferri. Atque hæc quidem Euſtathius. Ego uerò, ſi roger quid ſentiam: reſpondebo, exiſtimare me Phæacas à Neptuno fuiſſe exoratos, cùm ea inſula, ut diximus, adhuc extet, ut ex omnibus penè Geographis conſtat, unde mihi uanus uidetur fuiſſe labor Euſtathij in hac ἀμφικαλύψει enarranda: nec minus deceptus Didymus, qui ad illa uerba, ὡς οἱ μὲν ῥ' ἔνισπον, hæc annotat, κατὰ τὸ σιωπώμενον ἀφανίσθησεσθαι τὰ δὲ κυρωθέντα ὑπὸ θεῶν ἐξ ἀνάγκης πληροῦται. Minatur enim plerumque excidium Deus, quod tamen non accidit: ut docet ſacra pagina de Niniua. Quod ad nauem in ſaxum conuerſam attinet, id uidetur confirmari ex eo ſaxo quod in mari circa illam inſulam, quæ Corcyra dicitur, conſpici tradunt nauis ſimilitudinem referens, ut idem quoq; tradit Euſtathius.

Ὣς φάτο. μείδησεν δὲ θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Χειρί τε μιν κατέρεξε· δέμας δ' ἤικτο γυναικὶ
Καλῇ τε μεγάλῃ τε, καὶ ἀγλαὰ ἔργ' ἰδυίῃ·
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Κερδαλέῳ κ' εἴη καὶ δολοπλόκῳ ὅς σε παρέλθοι
Ἐν παντοίοισι δόλοισι, καὶ εἰ θεὸς ἀντιάσειε.
Σχέτλιε ποικιλομῆτα, δολόφρον, οὐκ ἄρ' ἔμελλες
Οὐδ' ἐν σῇ περ ἐὼν γαίῃ λήξειν ἀπατάων,
χ. κλοπίμων, ᾗ πλοκίων Μύθων τε † κλοπίων, οἵ τοι πεδόθεν φίλοι εἰσίν.
Ἀλλ' ἄγε μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα, εἰδότες ἄμφω
Κέρδε· ἐπεὶ σὺ μὲν ἐσσὶ βροτῶν ὀχ' ἄριστος ἁπάντων
Βουλῇ καὶ μύθοισιν· ἐγὼ δ' ἐν πᾶσι θεοῖσι
Μίμνω πεκλέομαι καὶ κέρδεσιν· ἀλλὰ σύ γ' ἔγνως
Παλλάδ' Ἀθηναίην, κούρην Διὸς, ἥτοι τοι αἰεὶ
Ἐν παντοίοισι πόνοισι παρίσταμαι ἠδὲ φυλάσσω;
Καὶ δέ σε Φαιήκεσσι φίλον παντοίσιν ἔθηκα·
Νῦν δ' αὖ δεῦρ' ἰκόμην ἵνα τοι σὺν μῆτιν ὑφήνω,
Χρήματά τε κρύψω ὅσα τοι Φαίηκες ἀγαυοὶ
Ὧ πασσυδίῃ οἶκαδ' ἰόντι ἐμῇ βουλῇ τε νόῳ τε·
Εἴπω θ' ὅσσά τοι αἶσα δόμοις ἐνὶ πυκνοῖσι
Κήδε' ἀνασχέσθαι. σὺ δ' ἠτλάμων καὶ ἀνάγκη
Μηδέ τῳ ἐκφάσθαι μήτ' ἀνδρῶν μήτε γυναικῶν
Πάντων οὕνεκ' ἄρ' ἦλθες ἀλώμενος, ἀλλὰ σιωπῇ
Πάσχειν ἄλγεα πολλὰ, βίας ὑποδέγμενος ἀνδρῶν,
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
Ἀργαλέον σε θεὰ γνῶναι βροτῷ αὐτάσσυλῳ,
Καί μάλ' ἐπιστάμενόν. σὲ γὰρ αὖτως πάντα ἴδυσκες.
Τῶνεκα δ' ἐγὼ εὖ οἶδ', ὅτι μοι πάρος ἦπιη ἦσθα
Εἷος σὺν Τροίῃ πολεμίζομεν υἷες Ἀχαιῶν·
Αὐτὰρ ἐπεὶ Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπὴν,
Βῆμεν δ' ἐν νήεσσι, θεὸς δ' σκίδασσεν Ἀχαιὺς,
Οὔ σέ γ' ἔπειτα ἴδον κούρη Διὸς, οὐδ' ἐνόησα
Νηὸς ἐμῆς ἐπιβᾶσαν, ὅτως κέ μοι ἄλγος ἀλάλκοις·
Ἀλλ' αἰεὶ φρεσὶν ἦσιν ἔχων δεδαϊγμένον ἦτορ
Ἠλώμην, εἷος με θεοὶ κακότητος ἔλυσαν.
Πρίν γ' ὅτε Φαιήκων ἀνδρῶν ἐν πίονι δήμῳ
Θάρσυνάς τ' ἐπέεσσι, καὶ ἐς πόλιν ἤγαγες αὐτήν.
Νῦν δέ σε πρὸς πατρὸς γενεάζομαι (οὐ γὰρ οἴω
Ἧκεν ἐς Ἰθάκην δεδέγμενον, ἀλλά τιν' ἄλλην
Γαῖαν ἀπασσαίφομαι· σὲ δ' ἦ πετομένην ὀΐω
Ταῦτ' ἀγορεύεμεναι, ἵν' ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσῃς)

Sic dixit, riſit autem dea glaucis oculis Minerua,
Manuq; ipſũ demulſit, corpus. a. aſſimilata eſt mulieri
Pulchræq; magnæ, & illuſtria opera ſcienti,
Et ipſum appellans uerba uelocia alloquuta eſt,
Doloſus eſſet, & fallax, qui te ſuperaret
In omnibus dolis, & ſi Deus opponeret
Malè uerſute, dolis inſatiabilis non uoluiſti,
Neq; in tua cùm ſis terra, deſiſtere à fallacijs
Verbaq; fallacia, quæ tibi ab ortu amica ſunt.
Sed agè ne hos dicamus cùm ſciamus ambo
Dolos, quoniã tu qdẽ es hominũ q̃ optimus omnium
Conſilio & uerbis, ego autem in omnibus Dijs,
Conſilioq; glorior & dolis, neq; tu cognoſcebas
Pallada Mineruam filiam Iouis, quæ tibi ſemper
In omnibus laboribus aſto, & ſeruo,
Atq; te Phæacibus gratum omnibus reddidi.
Nunc rurſus huc ueni, ut tibi conſilium contexam,
Fortunasq; abſcondam quaſcunq; tibi Phæaces illuſtres
Dederunt domum eunti meo conſilioq;, menteq;.
Dicamq; quos tibi fatale eſt ædibus in fabrefactis
Dolores tolerare, tu autem tolera, & neceſſitate.
Neq; alicui eloquere neq; uirorum, neq; mulierum
Omnium, cur ueniſti errans, ſed tacendo
Patere dolores multos iniurias ſuſtinens uirorum.
Huic autem reſpondens, locutus eſt prudens Vlyſſes,
Difficile te Dea cognoſcere homini occurrenti,
Et ualdè ſcienti, te enim ipſam unicuiq; aſſimilas.
Hoc autẽ ego certò ſcio quòd mihi antea benigna eras,
Quamdiu in Troia pugnabamus filij Achiuorum.
At poſtquam Priami ciuitatem diripuimus altam,
Conſcẽdimus uerò naues, Deus aũt diſſipauit Achiuos,
Non te poſtea uidi filia Iouis, neq; animaduerti
Nauem meam aſcendentem, ut mihi dolorẽ amoueres.
Sed ſemper mentibus propriis habens confectum cor
Erraui quouſq; me dei malo ſoluerunt,
Prius quàm cùm Phæacum uirorum in ubere populo
Confirmaſti uerbis, & in ciuitatem duxiſti ipſa.
Nunc autem te per patrem quæſo (non enim puto
Veniſſe in Ithacam conſpicuam, ſed aliquam aliam
Terram obuerſor, te autem illudentem puto
Hæc dicere, ut meas mentes deciperes)

Dic

Dic mihi utrum uerè dilectam in patriam uenerim.
Hæc respondit postea dea cæsia oculis Minerua,
Semper tibi talis in præcordijs cogitatio.
Propterea & te non possum permittere infelicem esse,
Quoniam facundus es, & ingeniosus & prudens,
Cupidè enim alius uir uagatus si redijsset,
Cuperet in ædibus uidere filios q; uxoremq;.
Tibi autem non gratum est scire neq; quarere,
Antequam tuæ uxoris perculum feceris, quæ tibi sic
Sedet in ædibus, luctuose autem ei semper
Pereunt noctes & dies lacrymanti.
At ego hoc quidē nunquā non credidi, sed in animo
Habam, quòd redibis perditis omnibus socijs.
Sed tamen uolui Neptuno obsistere
Patruo, qui iram induxit in animum
Iratus, quòd ei filium dilectum excæcasti.
Sed age tibi ostendam Ithacæ pauimentum ut credas.
Phorcynis quidem hic est portus marini senis,
Hæc autem in uertice portus patula oliua.
Prope autem ipsam antrum altum obscurum
Sacrarum Nympharum, quæ Naiades uocantur:
Hæc autem spelunca lata contecta, ubi tu multas
Sacrificabas Nymphis perfectas hecatombas:
Hic autem magnus est mons indutus sylua.

Εἰπέ μοι εἰ ἐτόν γε φίλων ἐς πατρίδ' ἱκαίνω.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Αἰεί τοι τοιοῦτον ἐνὶ φρεσὶ νόημα·
Τῷ σε κατὰ μοῖραν δυώσομαι οὐδὲ λιπεῖν δύσλυτον ἐόντα,
Οὕνεκ' ἐπητής τ' ἐσσὶ καὶ ἀγχίνοος καὶ ἐχέφρων.
Ἀλλ' ἀσασίως γάρ κ' ἄλλος ἀνὴρ ἀλαλήμενος ἐλθὼν
Ἵετ' ἐνὶ μεγάροις ἰδέειν παῖδάς τ' ἄλοχόν τε·
Σοὶ δ' ἔτω φίλον ἐστὶ δαήμεναι ἠδὲ πυθέσθαι,
Πρίν γέ τιν' οἷς ἀλόχῳ πρήσσαι, ἥτις τοι αὖτως
Ἧσται ἐνὶ μεγάροισιν· ὀϊζυραὶ δέ οἱ αἰεὶ
Φθίνουσιν νύκτες τε καὶ ἤματα δακρυχέουσῃ.
Αὐτὰρ ἐγὼ τοι μὲν οὔποτ' ἀπίστεον, ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ
Ἤδη· ὀ νοσφίσειε ὀλέσας ἀπὸ ναύτας ἑταίρους.
Ἀλλά τοι οὐκ ἐθέλησα Ποσειδάωνι μάχεσθαι
Πατροκασιγνήτῳ, ὅς τοι * χόλον ὄβριμον ἔχει θυμῷ, κότον
Χωόμενος ὅτι οἱ ἰὸν φίλον ἐξαλάωσας.
Ἀλλ' ἄγε τοι δείξω Ἰθάκης ἐσάφα, ὄφρα πεποίθῃς.
Φόρκυνος μὲν ὅδ' ἐστὶ λιμήν, ἁλίοιο γέροντος,
Ἡ δὲ δ' ἐπὶ κρατὸς λιμενὶ τανύφυλλος ἐλαίη·
Ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠερόεις,
Ἱρὸν Νυμφάων αἳ Νηϊάδες καλέονται·
Τῆρ δέ τοι σπέος εὐρὺ κατηρεφές, ἔνθα σὺ πολλὰς
Ἕρδεσκες Νύμφῃσι τελήεσσας ἑκατόμβας.
Τῆρ γ' ὄνειρόν ἐστιν ὄρος κατηέμενον ὕλῃ.

COMMENTARIVS.

ὁ δ' ἴκανεν) Absoluto illo exitu Phæacensis nauigationis: redit ad præcipuum institutum de Vlysse. Is ar teà, ut uidimus, à Phæacibus dormiens fuit in terram expositus: nunc autem excitatus proculdubio attonitus fuit, quòd ignorárit, ubi terrarum esset, siquidem patrium solum non agnouit, idque propter diuturnam ab illo absentiam. Quam autem commotus animo fuerit, testabitur sequens illius oratio.

αὐτὰρ ἐγώ γε) Illud γε cum sit αἰνολογικὸν, hoc tamen loco non uidetur esse eiusdem officij: neque enim hęc quę subijcit cum præcedentibus, quasi redditio sit causæ, cohærent. Nam nubes illa quam Vlyssi circumfudit Minerua, non facit ut ignota sit ei sua patria: sed ut ipse alijs sit ignotus. ait enim, ὄφρα μιν αὖτοὶ ἄγνωστον πύθοιτο. Et tamen paulo pòst infert, τίνεν ἂρ' ἀλλοιοδίαι φαινόκιτε πάντα ἄνακτι. Ait τίνειν, nempe propter illam ipsam eandem nubem. Ergo dicendum uidetur, duos fuisse eius nubis effectus. unum quidem, ut Vlysses ab alijs non agnosceretur: alterum, ut ipse patriam suam non agnosceret. Itaque posteà cum agnoscet, dicetur illi remota fuisse à Minerua nubes, ὡς ἔπιθ' ἅμα θεὰ σκιδνᾶσ' ἀπὸ εἵματα εἶδεν.

πατρίδα γαῖαν) Vidit quidem Vlysses patriam, sed eam se uidere ignorauit, ut in superiore annotatione uidimus: hoc ergo quod nunc dicitur, ex persona Poętæ loquentis est accipiendum.

ὤμοι ἐγὼν) Mœstus & attonitus Vlysses, quòd in ignoto solo consideret, in suæ calamitatis deplorationem erumpit: & cùm alijs immanitatem multorum, ad quos peregrinando diuertebat, sit expertus, dubitat an idem quoque nunc sibi contingat, an contrà iura hospitalitatis sancta apud huius soli incolas & inuiolata sint. Quid faciat uir tam diu, uarijs grauissimisque agitatus erroribus, qui Ciconum, qui Læstrygonum, qui Polyphemi, qui Scyllæ, qui Solis, qui Neptuni crudelitatem senserat? ubi se tutum crederet? aut quod sibi tandem asylum paratum speret, in cuius perniciem cœlum, terra, mare denique ipsum cōspirasse uidebantur? Ecce recenter, Phæacum (ut ipse quidem putat) inhumanitatem experitur, à quibus sub spe reductionis in patriam sibi tam magnificè heri na die facta in locum ignotū fraudulenter exponitur, ibi desertus iacet: ibi iam nouum hoc infortunīū solus deplorat, solasq; auras, rupes, aquas & humum planctibus luctibusq; uerberat. Quid faciat ergo? In hospites illos Phæacas asperè inuehitur, eosque summæ inhospitalitatis crudelitatisque insimulat: tandem louem aduersus eorum perfidiam implorat, ab eoque facti istius ultionem petit. En in quas cogitationes miseri hominis animus delabatur, en qui grauissimè in uiros innocentes inuehatur. Quàm id iure causa Vlysses fecerit, docebunt sequentia.

ὅστις δὴ βάρβαρος) Vide quid de Deo Homerus noster sentiat, eum nimirum non otiosum, aut mortalia minimè curantem: sed summo cum studio (illud enim in ἐφορᾷ hanc uim habet, ut alibi docebimus) actiones hominum inspicientem & obseruantem: neque id solùm, sed etiam malefacta punientem inducit. Et hoc ipsum est, quod alibi dicit, ἐσσὶ γὰρ οὐκίονος θεοῖσι. Egregia sanè uox, & quæ animis hominum insculpta esse debeat, ut sciant esse in cœlis scelerum ultorem Deum, qui impunita illa minimè relinquit.

τῷ μὲν ἐγὼ ἔνι πάθω) Duo erant de quibus superiore oratione Vlysses conquerebatur. primum, quòd in patriam non esset reductus: deinde, quòd fortassè à Phæacensibus nonnihil ex illis donis erat surreptum. Hoc postremum exploraturus ea explicuit, inspectisque omnibus iam fidem Phæacensium hac in parte obseruauit & expertus est, nihil eam desideraret. Illud autem primum posteà uerum etiam experietur, ita quę intelliget falsò se de Phæacibus esse conquestum.

κλῦθι ἄνασσα) In hac peregrinationum catastrophe sumum Vlyssem Minerua non deserit, quæ in reliquis actibus semper ei affuisset. Desolato ergo illi & his angustijs conflictato sese offert, assumpto tamen adulterino corpore: sed tamen loco præsenti conuenientę & accommodato. Siquidem cum locus esset pastuis refertus, pastoris etiam persona uidetur potius fuisse assumenda: ut nō θεός, sed ἀνθρώπου ἐκπάγλου κεκλήσεσθαι existimaretur. Non autem uulgari & plebeio cuidam pastori se assimilat, sed regis filio. Antiquitùs enim Regum etiam genus hoc erat pascendi defungebatur, quia res quoque pecuaria habebatur pro nobilissima, & eorum dignitate minimè indigna. Quantum quæso sequentia sęcula ab illa simplicitate desciuerunt. Quantum distat ab illa ueterum Regum laudatissima ingenuitate nostrorum fastus & superbia! Sed nos scriptis nostris inuidiam ne concitemus.

τὸν δ' αὖτε) Ita loquitur Poeta ex sese ipso: nam Vlysses Mineruam esse ignorauit, ut ex sequenti eius alloquio constat, ubi masculino genere Mineruam compellat, donec eam uerè agnouerit.

ὡς φάτ' ἰκέλη ἀνδρὶ νεάτῳ) Cùm iuuenem illum uidisset Vlysses, proculdubio ad eius conspectū paululùm est perturbatus: ideò in ipso initio animum eius blandè demulcet primùm honesta salutatione: deinde illius crudelitatem deprecatur, si forsan ea mente sibi obuiam factus fuerit. Posteà de hoc solo, in quo iam est, cum interrogat. Huic parti respondet mox Minerua.

τὸν δ' αὖτε θεὰ) Hæc est Mineruæ responsio, qua Vlyssis petitioni de locorum situ satisfacit, satis asperis tamē uerbis, cùm eum stultum appellat, quòd regio tam celebris ei etiam ignota esset: non deperat. Quod autem similis dubitatio in eos, qui ex remotis terris aduenirent, cadere posset, Vlysse Minerua, in illi ita accidat. Quod aūt à dea quidem ratione id ipsum ignorare posset, docet: quia ei ad ortum suum usque eius fama peruenerit. Unde uidetur Vlysses animum suæ patriæ laude pulsare: cùm subijcit Ithaciso

li naturam, postremò quasi illius celebritatem repetens, eam etiam Troiæ auditam asserit, quamuis à Græcia longè distet: ubi terram istam nomine proprio designat, ut suspensum Vlyssem amplius non detineat. Sic uno anfractu orationis eum gaudio & mœstitia replet: gaudio quidem, indicatione patriæ: mœstitia, recordatione Troiæ, à qua rediens Vlysses tot erroribus agitatus tot calamitates pertulerit. Ita rectè personæ herois orationem Minerua accommodat.

ἦ δι μὶν τραχεῖα) Hæc est descriptio celeberrimæ illius insulæ Ithacæ, primùm ab eius asperitate, quia nimirũ saxosa esset, ac proinde equis minimè apta. Vnde Telemachus suprà lib. 4. tres equos cũ curru, quos ei dono hospitali offerebat Menelaus, recusauit eo ipso prætextu, quòd εὐ ἰθάκῃ οὔτ' ἄρ δρόμοι εὐρεῖαι, οὔτέ τι λειμών. Quæ qualitas ex omnium insulatum qualitate pendet, ut ibidem subiecit, κριθή τε πάντων ἱππηλατος, καὶ εὐρύτερον ἰθάκη δὲ τε καὶ πίειρα πέδιλα. Vnde Aeneas 2. Aeneid. Effugisse se scopulos Ithacæ memorat, per contemptum uidelicet, quos tamen Vlysses & Telemachus plurimi æstimarunt. Quanquam neque omnino fuerit aspernandi, cur asperitatem illam fertilitas terræ, & pascua pinguia compensauerint, à quibus statim eam describit Minerua.

κεῖ' ἐγ' ἀληθέα) Qui duplicem Vlyssem appellauit (appellauit autem Horatius) ex hoc loco ansam potissimùm cepisse uidetur, siquidem cùm ille aliud in pectore conclusum haberet, aliud tamen in ore promptum habuit. Nam se primùm Vlyssem esse dissimulauit, deinde integram etiam narrationem aduentus sui, ac eius causam planè alienam à ueritate exposuit. Atque hoc est duplicem esse, & ut ait Poeta, σὺν πηῖσι νόοι παλυκερδέα μυρίᾳ, quod illi tamẽ familiare fuisse docet illa uox αἰεί. Et id summæ prudentiæ tributũ est, quam in rebus humanis necessariam esse, unus hic heros testatur amplissimè.

ἐπὶ φίλον ἦα) Si uerum est, ut uult Poeta, interfectum fuisse ab Vlysse Orsilochũ Idomenei filium, mirum est quòd tam humaniter exceptus hospitio ab Idomeneo dicatur in historia Dictys Cretensis. Talis enim eius reditus ab eo describitur, quem iunxi hoc loco referre, idque semel, ne sæpius nobis imposterum sit commemorandus. Sic ergo ille, Per idem tempus, inquit, Vlysses Cretam appulsus est, duabus Phœnicum nauibus mercedis pacto acceptis. Namque suos cum socijs atque omnibus quæ ex Troia habuerat, per uim Telamonis amiserat, scilicet infesti ob illatam per eum filio necem, uix ipse liberatus industria sua: percunctantique Idomeneo, quibus ex causis in tantas miserias deuenisset, erroris initium narrare occipit. Quo pacto appulsus Zimarum multa inde per bellum quæsita præda nauigauerit: appulsusque ad Lotophagos, atque aduersa usus fortuna, deuenerit in Siciliam: ubi per Cyclopem atque Læstrygonam fratres, multa indignè expertus, ad postremum ab eorum filijs Antiphate & Polyphemo plurimos sociorum amiserit. Dein per misericordiam Polyphemi in amicitiam receptus, filiam regis Arenen, postquam Elpenoris socij eius amore peribat, rapere conatus. Vbi res cognita est, interuentu parentis puella ablata per uim, exactus per Aeolos insulas deuenit ad Circen, atque inde ad Calypso, utranque reginam insularum: in queis morabantur, & quibusdam illecebris animos hospitum ad amorem sui illicientes. Inde liberatus peruenerit ad eum locum, in quo exhibitis quibusdam sacris futura defunctorum animis dignoscerentur. Post quæ appulsus Sirenarum scopulis, ubi per industriam liberatus sit. Ad postremum inter Scyllam & Charybdin mare sæuissimum, & illata sorbere solitum, plurimas nauium cum socijs amiserit. Ita se cum residuis in manus Phœnicum per maria prædantium incurrisse, atque ab his per misericordiam reseruatum. Igitur uti uoluerat, acceptis à Rege nostro duabus nauibus, donatusque multa præda ad Alcinoum regem Phæacum remittitur. Ibi ob celebritatem nominis per multos dies benignè acceptus, cognoscit Penelopen à triginta illustribus uiris diuersis ex locis in matrimonium postulari. Hique erant à Zacyntho, Echinadibus, Leucadia, Ithaca. Ob quæ multis precibus persuadet Regi uti secum ad uindicandam matrimonij iniuriam nauigaret. Sed postquam deuenêre ad eum locum paulisper occultato Vlysse, ubi Telemachum rem quæ parabatur, edocuêre, domum ad Vlyssem clam ueniunt: ibique uino multo atque epulis iam repletos procos, ingressi interficiunt, &c. Ex quibus omnib. illud est quod huic loco obstat, quia si filium Idomenei interfecit Vlysses, quomodo postmodùm tam humaniter ab illo est exceptus? Dicendum itaque est, hac in parte dissentire Historicum à Poeta, cuius sententia hoc loco eò redit Orsilochum ab Vlysse interfectum, quòd ille hunc præda Troiana quæ ei obtigerat, priuare uellet. Vnde odium inter eos anteà aliqua de causa concitatum fuisse necesse est, quam etiam Poeta explicat, nimirum quòd Vlysses imperio Idomenei apud Troiam non se subijceret, sed seorsim suas copias moderaretur. Vbi duo placet obseruare, primùm ambitionem Idomenei, qui tantum heroem sibi subditũ esse uoluit: deinde filij Orsilochi charum erga patrem animum, qui pro illo inimicitiam cum Vlysse contraxerit. Vterque tamen, id est pater & filius damnandus: ille propter ambitionem, hic propter leuitatem, & hoc pacto iustior erit causa Vlysi interficiendi Orsilochi: cui accedit, quòd uim illi afferre Orsilochus uoluisset in raptu prædæ, ut scribit Poeta. Attendenda est tamen ratio, qua cum Vlysses interfecit, nimirum ex insidijs, idque noctu. Sed cur nõ ui aperta, & in media luce id præstitit? Huc illud Aeneæ apud Virgilium 2. Aeneid. aduoca,

——*dolus an uirtus, quis in hoste requirat?*

Enimuerò cùm eo animo hostem tuum sis aggressurus, ut eum è uiuis tollas: quid refert quo pacto id facias? Atque ita quidem factum suum excusaret Vlysses. Sed hæc tamen ultionis uia minus est generosa & candida, neque laudem ullam promereretur: quia potiùs ignaui & timidi hominis esse uideatur, quàm illa quæ apertè peragitur. In bellis autem magis laudari solet, quàm in priuatis dissidijs, quale fuit hoc Orsilochi & Vlyssis. Sed quid agimus? aut quò nos sensus abripit? Totus hic locus sanè alio modo est intelligendus, nam non hæc ab Vlysse ita narrãtur, ut se Vlyssem prodat, sed procùl dubio Cretensem quendam. Quia autem procos Penelopæ intelligebat, scire amicum esse Vlyssem Idomeneo, hanc causam sui in illum, aut potiùs illius in se odij apud hunc iuuenem Ithacum prætexit, ut eò faciliùs ab ijs excideretur. Et ista rectè monuit Eustathius, nos in superioribus ueritatem rei examinabamus: hæc autem meliùs sunt huius loci sententiæ accommodata. Ergo Cretensis hic Vlysses mendacium pro nera narratione obtrudens causam illi uulgato prouerbio dedisse uidetur, quod est apud Callimachum in hymno in Iouem, χρῆτες ἀεὶ ψεῦσται.

ὀψιμος οἱ νικτο γωναικι) De hac ratione, qua Deos suos fingit Homerus corpus assumere, aliàs nonnulla diximus ex Plutarcho: docuimusque id de industria à Poeta inductum, ut meliùs eorum ἀνθρωποπάθειαι omnibus persuaderet. Quod omnino à sacrosanctis paginis non abhorret, ubi sæpissimè θεοφάνειαι hominum oculis sese obijciunt, non quòd humanis corporibus prædita sit diuinitas (excepta secunda illa persona Trinitatis generis humani redemptrice) sed quia alio modo percipi non potest, ac primùs illis & rudibus adhuc temporibus Numinis aut Angelorum uisibili præsentia hominum animos confirmari oportebat. Vide quæ iam à nobis super hac re annotata sunt Iliad. lib. 17. pag. 242. & 243. Aliud est tamen hic obseruandum, in alia nimirum atq; alia subinde corpora solitos hos Deos Homericos sese commutare: sic Proteus suprà lib. 4. uarias formas accipiebat, & hoc loco Minerua derepentè ex uirili in muliebrem speciem sese transformat, quæ sanè Deæ fuit conuenientior. Assumit autem corpus suæ maiestati consentaneum, ut faciliùs Vlyssi persuaderet se esse eam, quæ non ficta præsentia ipsi adesset. Vbi uidetur notandum, non solùm corporis elegantiam (quam ἄσκησιν uocant Græci, uel, si mauis, κάλλος) à sapientia non abhorrere: sed etiam omnium maximè illi esse accommodatam, nequis illa duo separet, quanquam necessarium non sit ut coniungantur. Sed quemadmodum in Regijs ædificijs non solùm internæ, sed etiam externæ partes ab elegantia commendari uolunt: sic uirtutis aut sapientiæ domicilium eodem elegãtiæ splendore fulgere debet, unde miram utriusq; harmoniã natura cõcinnat, cui in rebus humanis nulla uidetur esse comparanda. Et nescio quo pacto uenustas illa corporea animi uenustatem effingere amat, externusq; ille ornatus internus ferè arguit, adeò ut alterutrum ab alterutro separatum minoris fieri soleat. Vnde rectè illud Theognidis,

πωμέσις αἰ σώφρωσιν ἀρετὴ καὶ κάλλος ὀπηδεῖ,	*Raro honunes uirtus & præsens forma sequuntur:*
ὄλβιος, ὃς τέτυπ' ἀμφοτέρων ἔλαχεν. i. ut ego uerto:	*Felix ornari quisquis utroq; potest.*

Et apud Menandrum,

ὅταν φύσιν τὸ κάλλος ἐπιθῆσιν τρόπῳ·	*Si natura decus exornet morem,*
χρηστὸς δ' ἁπλοῦς ὁ προσιὼν ἁλίσκεται·	*Boni duplicitèr accedens capitur:*

hoc est, duplicem habet causam illius amandi, in quo utrumque ineest. Ergo dicamus cum Monostichis,

ὡς ἡδὺ κάλλος, ὅταν ἔχῃ τὸν σώφρονα·	*Quàm grata forma est, cui comes modestia!*

Virgil. lib. 5. *Gratior est pulchro ueniens in corpore uirtus.*

Iam si utrumque Natura seiunxerit, internos ornatus externis anteponemus, & cum Euripidẽ Chrysippo dicemus,

δύσμορφος εἶμι μᾶλλον, ἢ κακὸς κακῶς·	*Deformis sim potiùs quàm pulcer & malus:*

Denique de homine non ex ipsa pulchritudine, sed ex eius moribus iudicium est ferendum iuxta illud in Monostichis,

μὴ κρῖν' ὁρῶν τὸ κάλλος, ἀλλὰ τὸν τρόπον.	

Quò refert illud Euripidis in Oedipo,

οὐ χρὴ τὰ σώματ' ἐν δόμοις ἐπαινέσαι	*Non est laudandum, mihi credite, corpus*
ὄφελος, ὅταν τις μὴ φρένας ἐσθλὰς ἔχῃ.	*Ignauo, cùm quo mens bona non habet.*

At quàm rectè utrumque conueniat, ſub exemplo Mineruæ uidetur Poeta docuiſſe.

κερδαλέῳ τ' εἶπε) Hac oratione Minerua tria præſtat. primùm Vlyſſis diſſimulationẽ detegit: deinde ſeſe ipſi patefacit: tertiò pollicetur ſe illi ea explicaturam, quæ illi impoſterum ſunt agenda. In prima ergo parte ingenium Vlyſsis uafrum & uerſutum deſcribit, quod ut anteà dicebamus, ſummæ prudentiæ illius attribui ſolet: ea enim ratio ſecurè uiuendi, uarijs eſſe moribus, & ad negotia, prout illa etiam uaria ſeſe offerunt, accommodatis. Et hoc eſt Polypo ſimilem fieri, quod monet uulgatiſsimum illud diſtichon Theognidis à Plutarcho in lib. περὶ πολυφιλίας memoratum:

πολύποδ' ὃν ἴσχε πολυπλόκε᾽ ὃς πανὶ πίτνῃ, — *Mentem habe uaſri Polypi, qui protinus illa,*
τῇ κεχρωμένου τοῖσδ' ἰδέαν ἐφάνη. — *Se quibus admôrit, ſaxa colore refert.*

Vbi ſe latiſsimus diſputandi campus aperit, utrum id laudi an uitio ſit tribuendum. Sed cùm iam illud argumentum attigerit Eraſmus in Adagijs Cent. 1. Chiliad. 1. prouer. 93. & ſi à nobis repetendum ſit, tam breuibus forſitan ſpacijs tota oratio concludi non poſsit, pluribus non agemus. Id ſolùm pronuncio, moderatè eſſe ea de re ſtatuendum, & his noſtris præcipuè temporibus. Quod ergo ſalua pietate & probitate fieri poteſt, id ego licere cuiuis exiſtimo. Quorſum enim illi caperata fronte Catones, qui ubique gentium rigidè mores ſuos ſeruant? Conſtantiæ nimirum colorem actionibus ſuis prætexunt, quaſi illi reliquis normam præſcribant, cæterùm reliquorum legibus ſeſe ſolutos arbitrentur. Sed hæc fortaſſe inſtituto noſtro minimè inſeruiunt: aliud enim eſt, quod Vlyſſes in hac parte diſſimulat, cautè uidelicet ac prudenter de uita ſua ſollicitus, quam toties in periculũ uarij caſus uocauerant. Et hoc nullus eſt, credo, qui prudentiæ maximæ non aſsignet, non minus ac factum illud Dauidis in ſacra pagina, quo inſaniam ſimulauit: aut illud etiam noſtri ipſius Vlyſsis, quod alij commemorant, cùm ſalem in agro ſereret. Ergo quòd hìc Minerua Vlyſsi quaſi exprobrat uafritiem, non eſt in ſiniſtram partem accipiendum, ut illam damnare uideatur: nam & ipſa paulò pòſt laudem ex eadem re captat, eùm ſe talem inter Deos eſſe teſtatur, qualis eſt inter homines Vlyſſes, nimirum dolis & conſilio præditus: unde etiam proculdubio Vlyſſem commendari uoluit. Et hæc quod ad primam huius orationis partem. In ſecunda uerò Minerua Vlyſsi ſe uerè patefacit, idque cum præcedentium beneficiorum commemoratione, maximè uerò recentis illius quo apud Phæacas fuit acceptiſsimus. Sic Vlyſſem præſentia ſua confirmauit, ac docuit eum quã difficile ſit Deo imponere. In tertia autem parte ſpondet Minerua ſe Vlyſsi expoſiturum, quinam adhuc illi reſtent dolores in ipſa etiam patria ſuſtinendi. Vnde Vlyſſem minimè eſt conſolata, neque cum à præcedentibus laboribus refocillauit, cùm alios illi etiamnum ſupereſſe commemoret: quin potiùs in deſperationem conijcit, ut qui nullam ſibi calamitatum metam poſitam eſſe uideat, atque adeò in ipſo portu, imò etiam extra portum naufragium faciat, aut ſaltem naufragij ſubire periculum.

ἀμφάλεον σε θεὰ) Excuſat ſe Vlyſſes, quòd Mineruam uerè non agnouerit: idque duabus de cauſis. primùm, quòd illa ſe in uarias formas ſubinde commutat, unde nihil certi de ea poſsit ſtatuere, etiamſi oculis ſuis ſubijciatur: deinde propter deſuetudinem, ſi quidem iam inde à decem annis, id eſt à profectione ex Troia eam nõn uiderit.

θεὸς) Quis iſte Deus? annón ſummus ille Deorum? Sanè hìc illud eſt refricandum, quod ſæpè monuimus, Homerum uera falſis miſcuiſſe, maximè uerò in argumento de Deo: quem interdum ita deſignat, ut eum Chriſtianè loqui putes, quod hoc loco uidere eſt, ubi Deo unico Achiuorum diſsipationem tribuit. Vide quæ ea de re aliàs annotauimus, præcipuè lib. 1. Iliad. pag. 10.

θαρσύνεις τ' ἐπέεσσι) Vnde nouit hoc Vlyſſes? Nam ibi Miueruam ſanè non putabat ſe uidiſſe, id eſt ſuprà lib. 7. Itaque hoc ex ipſius Mineruæ uerbis in præcedenti oratione collegiſſe potuit, alioqui enim id anteà non reſciuit ſaltẽ, quantũ eſt à Poeta obſeruatũ, niſi hoc κῦ τὸ σιωπάμβροτον ſit intelligendũ, ut ille pro ſua ſagacitate rẽ, ut erat, ſit ſubodoratus. Sed prior ſententia mihi magis probatur.

νωϊν δὲ σε φῶτες πάντες) Hæc Vlyſsis ἀπιστία notanda eſt, qui Mineruæ credere noluerit, de patria ſua affirmanti. Quod ijs maximè ſolet accidere, qui rem ſummoperè exoptant: deſiderium enim illã potiundi facit, ut præſentem etiam uix ſe poſsidere credant. Ideò Vlyſſes accuratiùs Mineruam percunctatur, an reuera hæc ſit Ithaca ſua patria. Cui poſteà Minerua ſatisfacit, amorem ſuum erga illum teſtata, & rationem cur eum tot periculis non eripuerit: ac ut meliùs ei perſuadeat hanc eſſe Ithacam, ſubijcit breuem loci in quo erat, deſcriptionem, quæ Vlyſsi ſui memoriam poſſet refricare, ut etiam accidit.

Pallas Minerua filia Iouis ægiochi,
Hi autem ſedentes ſacræ apud radicem oliuæ,
Deliberabant procis inſolentibus mortem.
Tum autem uerba incæpit cæſia oculis Minerua,
Generoſe Laërtiade prudens Vlyſſes,
Cõſidera quomodo procis impudẽtibus manus inferas,
Qui iam tibi triennium domum regunt,
Ambientes diuinam uxorem & dona dantes.
Illa autem tuum ſemper reditum lugens in animo,
Omnibus quidem ſpem dat, & pollicetur uerò unicuiq;
Nuncijs præmiſſis, mens autem ei alia uerſat.
Huic autem reſpondens, locutus eſt prudens Vlyſſes,
O Dÿ, iam uerò Agamemnonis Atridæ
Perire mala morte in ædibus debui,
Niſi mihi tu quæq; Dea in tempore dixiſſes.
Sed agè conſilium texe, quomodo puniemus ipſos.
Apud me aũt ipſa aſta animũ peraudacem immittẽs,
Qualem quando Troia ſoluimus magna mœnia,
Si mihi ſic animoſa ſtabis Minerua,
Et cum trecentis ego uiris pugnarem
Tecũ, uenerabilis dea, quando me prompta adiuuares.
Huic autem reſpondit poſtea Dea, cæſia Minerua.
Et ualdè tibi ego adero, neq; me falles.
Cùm hæc iam ſtruxerimus, & alicuius ſpero
Sanguineq; cerebroq; perfundere magnũ pauimentum
Virorum procorum, qui tibi fortunas edunt.
Sed agè te incognitum faciam omnibus hominibus.
Arefaciam quidẽ cutem pulchrã in flexibilib. mẽbris.

Παλλὰς Ἀθηναίη κούρη Διὸς αἰγιόχοιο.
Τὼ δ' ἥμενω καθεζομένω ἱερῆς παρὰ πυθμένι ἐλαίης,
Φράζεσθην μνηστῆρσιν ὑπερφιάλοισιν ὄλεθρον.
Τοῖσι δ' μύθων ἦρχε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Φράζεο ὅππως μνηστῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρας ἐφήσεις,
Οἵ δή τοι τρίετες μέγαρον κατακοιρανέουσιν,
Μνώμενοι ἀντιθέην ἄλοχον, καὶ ἕδνα διδόντες.
Ἣ δ' αἰὲν ὀδύρεται ὁδυρομένη κῆρ θυμόν,
Πάντας μέν ῥ' ἔλπει, καὶ ὑπίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ,
Ἀγγελίας πεμπομένη νόος δέ οἱ ἄλλα μενοινᾷ.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς.
Ὦ πόποι, ἦ μάλα δὴ Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο
φθίσεσθαι κακὸν οἶτον ἐνὶ μεγάροισιν ἔμελλον;
Εἰ μή μοι σὺ ἕκαστα θεὰ κατὰ μοῖραν ἔειπες.
Ἀλλ' ἄγε μῆτιν ὕφηνον ὅπως ἀντίσομαι αὐτούς.
Πάρ δέ μοι αὐτὴ σῆθι, μένος δέ με πολλὸν ἐνεῖσον,
Οἷον ὅτε Τροίης λύομεν λιπαρὰ κρηδέμνα.
Αἴκέ μοι ὧς μεμαυῖα παραιφάμενος Γλαυκῶπι,
Καί κε τριηκοσίοισιν ἐγὼν ἀνδρεσσι μαχοίμην
Σοὶ σύ, πότνια θεά, ὅτι μοι πρόφρασσ' ἐπαρήγοις.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Καὶ λίην τοι ἔγωγε παρέσομαι, ὐδέ με λήσεις
Ὁππότε κεν δὴ ταῦτα πονώμεθα· καί τιν' οἴω
Αἵματί τ' ἐγκεφάλῳ τε παλάξεμεν ἄσπετον ἔδας
Ἀνδρῶν μνηστήρων, οἵ τοι βίοτον κατέδουσιν.
Ἀλλ' ἄγε σ' ἄγνωστον πύξω ποιήσω βροτοῖσι.
Κάρψω μὲν χρόα καλὸν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι,

Numeris hic graecis 1-2-3 carpimus quod editionis facies habeat (primo) amenum ſpectatui, et hos colligimus ex editione Cratandri.

vv 2 Zan-

Ὣς εἰπὼν ἔδυσε θεὰ σκέδασ' ἠέρα. εἵσατο δ' ἤχθων.
Γήθησέν τ' ἄρ' ἔπειτα πολύτλας δῖος Ὀδυσεύς,
Χαίρων ἣ γαίῃ κύσε δ' εἰδώρου ἄρουραν.
Αὐτίκα δ' Νύμφῃς ἠρήσατο χεῖρας ἀνασχών,
Νύμφαι Νηϊάδες κοῦραι, Διὸς, οὔποτ' ἔγωγε
Ὄψεσθ' ὔμμ' ἐφάμην· νῦν δ' ὐχωλῇς ἀγανῇσι
Χαίρετ'. ἀτὰρ καὶ δῶρα διδώσομεν ὡς τὸ πάρος περ,
Αἴκεν ἐᾶ πεφίδων με Διὸς θυγάτηρ ἀγελείη
Αὐτόν τε ζώειν. καί μοι φίλον υἱὸν ἀέξῃ.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Θάρσει, μή τοι ταῦτα μεδ' φρεσὶ σῇσι μελόντων.
Ἀλλ' ἄγε, χρήματα μὲν μυχῷ αὐτέῃ θεσπεσίοιο
Θείομεν αὐτίκα νῦν, ἵνα περ πάντ' ἔσται ἀμείνω·
Αὐτὰρ ἔπειτα φραζώμεθ' ὅπως ὄχ' ἄριστα γένηται.
Ὣς εἰποῦσα θεὰ δόμον εἰσεπέβησε γλαυκώπις,
Μαιομένη κατὰ μοῖραν· ἅμα πρὸ Ὀδυσεὺς
Ἄσσον πάντ' ἐφόρει, χρυσὸν καὶ ἀτειρέα χαλκὸν,
Εἵματά τ' εὐποίητα, τά οἱ Φαίηκες ἔδωκαν.
Καὶ τὰ μὲν εὖ κατέθηκε· λίθον δ' ἐπέθηκε θύρῃσι
Ξανθὰς δ' ὄφρα κεφαλῆς ὀλέσω τρίχας, ἀμφὶ δ' ἐμοὶ λαῖφος
Ἔσσω ὅ κεν συγήσιν ἰδὼν ἀνθρωπος ἔχοντα.
Κυρίσσω δέ τοι ὄσσε πάρος περικαλλέ' ἐόντε,
Ὡς αὖ ἀεικέλιος πᾶσι μνηστῆρσι φανείης,
Σῆ τ' ἀλόχῳ, καὶ παιδὶ τὸν ἐν μεγάροισιν ἔλειπες.
Αὐτὸς δ' πρώτιστα συβώτην εἰσαφικέσθαι,
Ὅς τοι ὑῶν ἆπιστος ὅμως δέ τοι ἤπια οἶδε,
Παῖδά τε σὸν φιλέει καὶ ἐχέφρονα Πηνελόπειαν.
Δήεις τὸν μὲν ἔσεσθαι παρήμενον· αἱ δ' νέμονται
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, Δρήτη τε κρηνίδ' Ἀρεθούσῃ,
Ἔδμεναι βάλανον μενοεικέα, καὶ μέλαν ὕδωρ
Πίνουσαι, τά θ' ὕεσσι τρέφει πολιὴν ἐπαλωήν.
Ἔνθα μένειν, καὶ πάντα παρήμενον ἐξερέεσθαι,
Ὄφρ' αὖ ἐγὼν ἔλθω Σπάρτηνδε πολυκτάνειραν,
Τηλέμαχον καλέσαι τὸν φίλον υἱόν, Ὀδυσῆϊ·
Ὅς τοι ἐς εὐρύχορον Λακεδαίμονα πὰρ Μενέλαον
Ὤχετο, πυθόμενος μετὰ κλέος, εἴπερ ἔτ' ἔης.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
Τίπτε τ' ἄρ' οὔ οἱ ἔειπες, ἐνὶ φρεσὶ πάντ' ἐνοήσας;
Ἦ ἵνα πού τις καὶ κεῖνον ἀλώμενον ἄλγεα πάσχῃ
Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον; βίοτον δέ οἱ ἄλλοι ἔδωσι;
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Μὴ δή τοι κεῖνός γε λίην ἐνθύμιος ἔσσο.
Αὐτή μιν πόμπευον, ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄροιτο,
Κεῖθ' ἐλθὼν· ἀτὰρ οὔτιν' ἔχει πόνον. ἀλλὰ ἑκηλος
Ἧσται ἐν Ἀτρείδαο δόμοις, παρὲξ δέ οἱ ἄσπετα κεῖται.
Ἦ μὰν μιν λοχόωσι νέοι σὺν νηὶ μελαίνῃ,
Ἱέμενοι κλεῖναι πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι.
Ἀλλὰ τά γ' οὐκ οἶω, πρὶν καί τινα γαῖα καθέξει
Ἀνδρῶν μνηστήρων οἵ τοι βίοτον κατέδουσιν.
Ὣς ἄρα μιν Φαμένη ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη·
Κάρψε μὲν οἱ χρόα καλὸν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι,
Ξανθὰς δ' ἐκ κεφαλῆς ὄλεσε τρίχας, ἀμφὶ δ' ὀδόντας
Πᾶσι μελέεσσι πάλαιᾳ ἧκε γέροντος.
Κυρίσσασε δέ οἱ ὄσσε πάρος περικαλλέ' ἐόντε.
Ἀμφὶ δέ μιν ῥάκος ἄλλο κακὸν βάλε, ἠδὲ χιτῶνα,
Ῥωγαλέα, * ῥυπόωντα, κακῷ † μεμορυγμένα καπνῷ,
Ἀμφὶ δέ μιν μέγα δέρμα ταχείης ἔσκεν ἐλάφοιο
Ψιλὸν δῶκε δέ οἱ σκῆπτρον καὶ ἀεικέα πήρην,

Vers. 181 usq; ad sign. stell. præponantur prox. pagin. 195. præced.

* ῥυπόωντα, κακῷ † μεμορυγμένα καπνῷ

Sic fata Dea dissipauit nebulã, apparuit aũt terrã.
Lætatusq; est postea patiens diuinus Vlysses
Gaudens sua terra, osculatus est autẽ almam tellurem,
Statim autem Nymphis supplicauit manibus sublatis,
Nymphæ Naiades, filiæ Iouis, nunquam ego
Videre uos dicebam, nunc uocibus lætis
Saluete: at & dona dabimus, sicuti anteà,
Si sinet prompta Iouis filia prædatrix
Ipsumq; uiuere, & mihi charum filium augebit.
Hunc autem rursus affata est cæsia oculis Minerua,
Confide, ne te hæc in præcordijs tuis solicitent.
Sed fortunas quidem in intimo antro diuino
Ponamus statim nunc, ubi hæc tibi salua maneant.
Ipsi autem consultemus ut quàm optimè fiant.
Sic loquuta dea intrauit speluncam obscuram
Quærens latibulum per speluncam: at Vlysses
Citò omnia portauit aurum & magnum æs,
Vestesq; fabrefactas quas ei Phæaces dederunt.
Et hæc quidẽ dispposuit, lapidẽ autem imposuit foribus
Flauos. a. ex capite delebo crines, circum autem palliũ
Induam, quòd auersetur conspicatus quilibet habentẽ,
Deformabo autem tibi oculos anteà perpulchros.
Sic turpis omnibus procis apparebis,
Tuæ uxori & filio quem in ædibus reliquisti.
Ipse autem primùm subulcum pete,
Qui tibi suum custos, simul autem tibi benè uult,
Filiumq; tuum diligit, & prudentem Penelopem.
Inuenies hunc sutibus assidentem, hæ autem pascunt
Apud Coracis petram ad fontem Arethusam,
Comedentes glandem gratam, & nigram aquam.
Bibentes, quæ suibus nutriunt florentem pinguedinẽ.
Illic mane, & omnia assidens interroga,
Quousq; ego eam Spartam in ornatam mulieribus,
Telemachum uocatura tuum dilectum filium, Vlysses,
Qui in magnam Lacedæmonem ad Menelaum
Iuit percunctaturus tuam famam, sicubi adhuc esses.
Huic aũt respondens, loquutus est prudens Vlysses,
Cur non edixisti in præcordijs omnia sciens?
An ut ille errans dolores patiatur
Pontum in impacatum, fortunas autem ei edant?
Huic respõdit postea Dea glau. oculos habẽs Minerua
Non iam tibi ille ualdè curæ sit.
Ipsa ipsum misi, ut famam bonam adipiscatur
Illuc iens, at non habet aliquem dolorem, sed quietus
Sedet in Atridæ ædibus, multa autem adsunt.
Certè quidem illi insidiantur iuuenes cum naue nigra
Cupientes interficere, antequã in patriã terrã ueniat.
Sed hæc non puto, potiùs & aliquem terra premet
Virorum procorum, qui tibi fortunas deuorant.
Sic igitur ipsum alloquens uirga tetigit Minerua.
Siccauit quidẽ ei cutẽ pulchrã in flexibilib. membris,
Flauo autem ex capite deleuit crines, circum. a. pellem
Omnibus membris antiqui posuit senis.
Deformauit autem ei oculos antea perpulchros.
Circũ. a. ipsum uestem aliã malam iniecit & interulã
Fractam, sordidam, malo conspurcatam fumo.
Circum aũs ipsum magnam pellẽ uelocis induit ceruæ
Nudam dedit autem ei uirgam, & deformẽ saccũ,

Den-

Densè rimoſum, increat autem tortum lorum.
Hi ſic conſultantes diuiſi ſunt: hæc quidem poſtea
In Lacedæmonem diuinam tuit ad filium Vlyſſis.

Πυκνὰ ῥωγαλέῳ, ἐν δ' ἥρτο ἕρκος ἀορτήρ.
Τὼ γ' ὡς βυλεύσαντε διέτμαγον· ἡ μὲν ἔπειτα
Εἰς Λακεδαίμονα δῖαν ἔβη μετὰ παῖδ' ὀρυμαγδόν.

COMMENTARIVS.

σκέδασ' ἠέρα) Suprà dixerat Poeta Mineruam Vlyſsi nebulam circumfudiſſe, ut ignotum illi ſolum, in quo recubabat, faceret. Vnde probabiliorem fecit ſuam narrationem de Vlyſſe, qui ſuam patriam non agnoſceret. Itaque nunc inducit eandem Mineruam, quæ illam nebulam remoueat, & ita Vlyſſes priſtinos fines ſuos recognouit.

κύσε δὲ ζείδωρον ἄρουραν) De hoc ritu deoſculandi terram apud ueteres diximus ſuprà lib. 4.

γνῶ δὲ γυναῖκας) Agnita patria ſua Vlyſſes nihil antiquius habuit, quàm ut Numina hæc fluuialia ſalutaret: quod priſtinæ illius & rudis religionis eſt documentum. Porrò ut non ſolùm gaudium ſuum ob illa reuiſa, ſed reuerentiam quoque, qua illa proſequitur, teſtetur, promittit illis dona, ſed ſub conditione: hoc eſt, ſi Minerua ſibi filioque ſuo uitam conceſſerit. Quibus uerbis tacitè id ipſum à Minerua poſtulauit, neque id minus aſtutè quàm reliqua omnia. Qui enim apud quendam de alio præſente loquitur, id quaſi ipſimet dictum eſt exiſtimandum. Atque in eam partem uidetur id ipſum accepiſſe Minerua, ut docebit ſequens illius oratio.

φρεσὶ δῶκε νοῆσαι) Multum tribuere uidetur Minerua Vlyſsis prudentiæ, in qua poſitum eſſe putet poteſtatem deliberandi & inueſtigandi rationem, qua procorum proteruiam uindicet. Id enim indicat, cùm eum iubet id ipſum per ſe præſtare, nec potiùs ipſa ſuum illi ſuggerit conſilium: quod tamen poſtea faciet ab Vlyſſe rogata, cum huic rei ſe imparem ipſe fateretur. Quod autem ait de Penelope ſuprà lib. 1. ſatis enarrauimus. Hîc tamen rurſus attendi uolo longam illius fœminæ patientiam in expectando coniugis ſui reditu. Quod luculentiſsimum eſt firmi & conſtantis amoris exemplum, cui neſcio an ſimile unquam extiterit, aut imposterum euenturum ſit.

ὥ πόποι ἦ μάλα δὴ) Tacitè fatetur Vlyſſes ſe imparem eſſe illi prouinciæ, quam ſibi demandabat Minerua de ultione procorum cogitanda: itaque reiecturus illam in Mineruam, aliud factum ei commemorat, in quo propria prudentia ipſi non ſatisfeciſſet, niſi ipſa ſibi conſilium ſuppeditaſſet: proinde cùm hoc quoque arduum ſit & periculis plenum, eadem ſe opera indigere ſubmonet, immò deinde manifeſtè ipſius Mineruæ conſilium expoſcit. Quæri autem poteſt, quale ſit illud periculum, quod ſe effugiſſe ope Mineruæ refert ex ædibus Agamemnonis. An cædi Agamemnonis interfuit? Id ſanè à Menelao ſuprà lib. 4. non memorabatur, ſed neq; ipſe Vlyſſes lib. 9. narrauit. Ipſi etiam Tragici, qui ſuperſunt, & hoc argumentum tractarunt, Euripides & Aeſchylus ea de re ne χεῦ quidem. Repetenti ergo mihi quod ſuprà lib. 3. à Neſtore narrabatur, in illo Græcorum diſsidio circa profectionem à Troia Vlyſſem in partes Agamemnonis tranſijſſe, & cum eo remanſiſſe, diſcedente nihilominus Menelao & ſeipſo: uidetur poſteà Vlyſſes con filio Mineruæ ſeorſim ab Agamemnone itineri ſe commiſiſſe, alioqui non uideo quomodo hic locus poſsit intelligi.

οἷον ὅτε πρῶτα) Quàm propenſè Vlyſſem apud Troiam amarit Minerua, teſtatus eſt anteà Neſtor lib. 3. his uerbis ad Telemachum:

ἠμὲν σ' ὡς ἤθελε φίλεεν γλαυκῶπις Ἀθήνη,
ὡς τότ' Ὀδυσσῆϊ παρεκπέπιθε κυδαλίμοιο
δήμῳ σοί τ' ἐφόωντι, ἔδη πάλαι ἀλλ' ἐχαλοί.

ἠμὲν γάρ σ' ὡς ἤθελ' ἀνὰ φρένα δῖα θεάων
ὡς κείνῳ παραφαμένη παρέιζατο παλλὰς Ἀθήνη, &c.

καίνα τερατσόεντα) Vide quantùm diuino auxilio tribuat: quod ueteres hyperbolicum non exiſtimarunt, ut refert Euſtathius: ſi quidem Iliadis undecimo idem Vlyſſes plus quàm trecentis militibus ſolus reſtitit. Sed tamen non perit huic audacia Numinis ope fretæ ſua gratia: nam neque etiam illud factum eodem auxilio caruiſſe exiſtimandum eſt. Quantò iuſtiùs nos idem pronunciabimus, ſi Deum adiutorem habuerimus, imò quàm longè maiora nobis pollicebimur? Vnde uox illa egregia Dauidis, modulante Buchanano,

Domino excubante, nec meum formidine
Pectus mouebunt agmina
Numeroſa, nec ſi ſæua ferrum omnium
Coniuret in me gentium.

Ne fruſtra ergo hæc exempla obſcuræ & tenebricoſæ illius pietatis inſpiciamus. Nam quale eſt noſtrum robur, qualis potentia, ſi diuino deſtituatur auxilio? Puluis, & ſi quid eſt leuius puluere, quem procellæ uenti hinc inde iactitant. At contrà, ut idem Paraphraſtes in eodem Pſalterio Pſal. 125. cecinit:

Quicunq; uerè ſpem locat in Deo,
Non hoſtis hunc uis, non quatiet dolus:
Si fractus illabatur orbis,
Incolumis fugiet ruinam.

ἀλλ' ἄγε σ' ἀγγυαλίξω) Hæc eſt ratio quam Vlyſsi Minerua ſuppeditat, ut faciliùs procos poſsit intercipere & adoriri: primùm ſtatum corporis illi commutat, deinde monet ut ſubulcum accedat, à quò poſsit omnia negotia domeſtica percunctari, ipſa uerò Spartam cogitat Telemachi reuocandi gratiâ. Quod ad primam partem attinet, formoſum Vlyſſem Minerua in deformem mutare ſe uelle dicit, ut ſuis nempe ignotus fieret. Facilè enim erat ex antiqua ſpecie illum cognoſcere, at cum totum hoc negotium uindictæ procorum dolosè deberet confici: illius etiam confectorem ignotum eſſe decuit, ne fraus illa detegeretur. Mirum autem eſt, quòd formoſum Vlyſſem dicat: cui reſtagari uidetur Naſo cùm dicit,

Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes:
Et tamen æquoreas torſit amore Deas.

niſi formam Herois nihili fecerit comparatione facundiæ, qua potiſsimùm excellebat. At Poeta noſter dotibus corporis deſtitutum eſſe noluit, qui tantis animi uirtutibus eſſet præditus. Porrò ſubulcum illum commendat Minerua ab animo illius ſincero, quo in ipſum Vlyſſem, eiusq; filium & uxorem affectus eſt. In quo depictam uideo uetuſtiſsimi cuiuſdã in familia ſerui imaginem, qui heri priſtini amicitiam facilè non deponit: ſed eius potiùs emolumentis ſtudet ac uelificatur, nec longa etiam diuturnitate illam finit ægrè intermori.

τὸν δ' ὑὸς πέρθε) Cùm uarius ſit ſuſi uictus, glandes ab Homero præcipuè hoc loco commendantur. Varietatem autẽ illam diligenter obſeruatam uidebis à Geſnero de Quadrup. cap. de Sue, in litera C. Quod ad hunc locum attinet, glandes quoque ad idem laudat Ariſtoteles, easque ſuauiter à ſuibus comedi tradit: ſed tamen carnem humidam facere, ſi ſolæ dentur: & ſi grauidæ illas copioſiùs ederint, abortum facere. Plinius ea in re diſtinctione uſus eſt. Glans fagea, inquit, ſuem hilarem facit, carnem coctibilem ac lenem & utilem ſtomacho: iligna ſuem anguſtam, nitidam, ſtrigoſam, ponderoſam: querna diffuſam & grauiſsimam, & ipſa glandium æquè dulciſsima. Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem carnem, ſed duram: iligna tentari ſues, niſi paulatim detur: hanc nouiſsimam cadere: fungoſam carnem fieri eſculo, robore, ſubere. Addit Homerus potum nigræ aquæ, id eſt turbidæ, qua etiam ſues pingueſcere ſcribit Aelianus. Habet enim illud animal hoc à natura, ut ſordidas aquas potius amet, non ſecus ac cœnoſis etiam locis uolutari. Hæc eius requies, inquit Varro, ut lauatio homini: unde etiam illud pingueſcere ſcripſit Ariſtoteles, à quo eſt mutuatus Aelianus. Eſt autem illud etiam ſiticuloſum ualde animal, ideò præcipiebat Columella, ut in locis fluuialibus ac cœnoſis paſcatur æſtiuo tempore, maximè circa ortum caniculæ. neq; enim, ut eius uerbis utar, contentum eſt potione aquæ, niſi obeſam illuuiem, atque diſtentam pabulis aluum demerſerit ac refrigerarit: nec ulla re magis gaudet, quàm riuis atque cœnoſo lacu uolutari. Quod ſi, inquit, locorum ſitus repugnat, ne ita fieri poſsit, puteis extracta & longè canalibus immiſſa præbenda ſunt pocula: quibus niſi affatim ſatientur, pulmonariæ fiunt. Ex quibus facilè intelliges, cur ex potu quoque pingueſcere ſues dixerit.

ῥεῖθρῳ) Annotauimus Iliadis lib. 13. pag. 241. de uirgulis diuinis, quæ apud Homerum ſemper aliquid magni præſtant. Vide etiam Eraſmum Chil. 1. Cent. 1. prouer. 97. Hîc autem conſilium ſuum ſuperius Minerua ad effectum deducit, & talem Vlyſſem conſtituit, qui dignoſci amplius non poſsit. Vbi notandum eſt, ni fallor, artificium Poetæ: nam ſqualloremillum corporis, qui Vlyſsi grauitate annorum accidit, diuinitùs illi contigiſſe fingit, ut rem eò auguſtiorem faciat, & ex omni parte Heroi ſuo decus etiam corporis non imminuat: niſi quantum huic dolo, quem meditatur ad iniuriam procorum uindicandam, inſeruire poteſt. Vegetam enim & crudam illi ſenectam aſsignauit: quia tamen res uidebatur incredibilis, diuinam ea in re operam comminiſcitur.

Finis libri decimitertij.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Ξ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Οδυσσείας

ΕΝΙΣΜΟΣ Ο' δυσείως γδ ἐν τῷ ἀχῷ παρ' Εὐμαίῳ, ϗ ποικίλη τις ὁμιλία. Ἄλλως. Ο' δυσείως παρουσία πρὸς Εὐμαιον, ϗ λόγοι γίνονται αὐτοπλατοῦντος ἑαυτὸν, ϗ πράξεις τινὰς ἐκφαίνοντος.

Ἄλλη.

Ξῖ δ' Ο' δυσσῆα ξείνισεν Εὔμαιος ἀχῷ ὑφορβός.

ΑΓΤΑΡ ὁ ὃν λιμενὸς πρόσβη τρηχεῖαν ἀταρπὸν,
Χῶρον ἀν' ὑλήεντα δι' ἄκελας, ἦ οἱ Ἀθήνη
Πέφραδε δῖον ὑφορβὸν, ὃ οἱ βιότοιο μάλιστα
Κηδεπο οἰκήων οὓς κλήσατο δῖος Ὀδυσεύς.
Τὸν δ' ἄρ' ἐνὶ προδόμῳ εὗρ' ἥμενον, ἔνθά οἱ αὐλὴ
χ. κατηρεφὴς λίθοι τ' ψηλὴ δεδμητο † περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ,
σι Καλή τε μεγάλη τε, περίφρονος· ἣν ἄρα συβώτης
Αὐτὸς δείματ' ἔεισιν ἀποιχομένοιο ἄνακτος,
Νόσφιν δεσποίνης καὶ Λαέρταο γέροντος,
Ῥυτῖσι λάεσσι, καὶ ἐθείγκωσεν ἀχέρδῳ·
Σταυροὺς δ' ἐκτὸς ἔλασσε διαμπερὲς ἔνθα καὶ ἔνθα
χ. μιγάλοις, Πυκνοὺς καὶ * θαμέας, τὰ μέλαν δρυὸς ἀμφικεάσσας.
τ Ἔντοθεν δ' αὐλῆς συφεοὺς δυοκαίδεκα ποίει
Πλησίον ἀλλήλων, εὐνὰς συσίν· ἐν δ' ἑκάστῳ
Πεντήκοντα σύες χαμαιδυνάδες ἔρχατόωντο
Θήλειαι τοκάδες· τοὶ δ' ἄρσενες ἔκτοθι ἴαυον,
Πολλὸν παυρότεροι· τοὺς γὰρ μινύθεσκον ἔδοντες
Ἀντίθεοι μνηστῆρες· ἐπεὶ περίαλλε συβώτης
Αἰεὶ ζατρεφέων σιάλων τὸν ἄριστον ἀπαύτων,
Οἱ δὲ τριηκόσιοί τε καὶ ἑξήκοντα πέλοντο.
Παρ δὲ κύνες θῆρεσσιν ἐοικότες αἰὲν ἴαυον
Τέσσαρες, οὓς ἔθρεψε συβώτης ὄρχαμος ἀνδρῶν.
Αὐτὸς δ' ἀμφὶ πόδεσσιν ἑοῖς ἀράρισκε πέδιλα,
χ. ἰύχρουν Τάμνων δέρμα βόειον † εὐξόοις· οἱ δὴ ἄλλοι
Ὤχονθ' ἅλυδις ἄλλος ἅμ' ἀργεμένοισι σύεσσιν,
Οἱ τρεῖς· τὸν δὴ πέμπτον ἐποτρύνεσκε πόλινδε,
Συῶν ἀγήμεν μνηστῆρσιν ὑστερφιάλοισιν ἀνάγκῃ,
Ὅφρ' ἱερὰ σάντες κρειῶν κορεσσάμενοι θυμόν.
Ἐξαπίνης δ' Ο' δυσῆα ἴδον κύνες ὑλακόμωροι·
Οἱ μὲν κεκλήγοντες ἐπέδραμον. αὐτὰρ Ο' δυσεὺς
Ἔζετο κερδοσύνῃ· σκῆπτρον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός.
Ἔνθά κεν ὤ παρὰ σταθμῷ ἀεικέλιον πάθε ἄλγος,
Ἀλλὰ συβώτης ὦκα ποσὶ κραιπνοῖσι μεταστὰς
Ἔσσυτ' αὐλὰ πρόθυρον· σκῦτος δέ οἱ ἔκπεσε χειρός.
Τὺς μὲν ὁμοκλήσας σὺν κύνας ἄλλυδις ἄλλῃ
Πυκνῇσι λιθάδεσσιν ὁ δ' πρόσειπεν ἄνακτα,
Ὦ γέρον, ἦ ὀλίγου σε κύνες δεδηλήσαντο
Ἐξαπίνης· καὶ κέν μοι ἐλεγχείην κατέχυσας.
Καὶ δέ μοι ἄλλα θεοὶ δόσαν ἄλγεά τε στοναχάς τε.
Ἀνιηθὲς γὰρ ἄνακτα ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων
Ἧμαι, ἄλλοισιν δ' σὰς σιάλους ἀπιτάλλω
Ἔδμεναι· αὐτὰρ κεῖνος ἐελδόμενός περ ἐδωδῆς
Πλάζεται ἐπ' ἀλλοθρόων ἀνδρῶν δημόν τε πόλιν τε,

ARGVMENTVM DECIMIQVARTI LIBRI Odysseæ.

OSPITIVM Vlyssis fit in agro apud Eumæum, & uarius quidam congressus. Aliter. Vlysis præsentia apud Eumæum, & sermones fiunt immutantis seipsum, & facta quædam exponentis.

Aliud.

Ita fit, Vlyssem hospitatus est Eumæus in agro subulcus.

AETERVM hic ex portu ingressus
est asperam semitam,
Locum per syluosum, per iuga, ubi ei
Minerua
Dixerat nobilẽ esse subulcũ, hic ei for
tunas maximè
Curabat familiariũ, quos acquisierat diuinus Vlysses:
Hunc autem in uestibulo inuenit sedẽtẽ, ubi ei porticus
Alta ædificata erat circumspicuo in loco,
Pulchraq; magnaq;, quæ circũiri poterat, quã subulcus
Ipse ædificauerat suibus absente rege,
Sine domina, & Laërte sene,
Aduectis lapidibus, & cinxerat sepe spinosa.
Palos autem extrà adegit prorsus hinc & hinc
Densos & crebros nigro quercus scisso,
Intra autem aream suilia duodecim fecerat
Propè inter se, lectos suibus, in unoquoq; autem
Quinquaginta sues iacentes continebantur
Fœminæ fœtæ, mares autem foris dormiebant
Multò pauciores, hos enim minuebant comedentes
Diuini proci, quoniam mittebat subulcus
Semper saginatorum pinguium optimum omnium,
Hi autem trecentiq; & sexaginta erant.
Apud autem canes feris similes semper dormiebant
Quatuor, quos nutriuerat subulcus princeps uirorum.
Ipse autem circa pedes suos aptabat calciamenta
Incidens pellem bouinam coloratam: alij autem
Iuerant aliò alius: cum stabulantibus suibus
Tres: quartum autem miserat ad urbem
Suem ducere procis superbis necessitate,
Vt mactantes carnibus saturarentur animo.
Repentè autem Vlyssem uiderunt canes latratores,
Qui quidem clamantes accurrerunt: at Vlysses
Sedit astutia, virga autem ei excidit manu.
Tũc proprium apud stabulum indignum tulit dolorẽ,
Sed subulcus celeriter pedibus uelocibus subsequens,
Cucurrit ad uestibulũ, corium aũt ei excidit manibus.
Hos quidem acclamatos canes pepulit aliò alium
Crebris lapidationibus, hic autem affatus est dominũ,
O senex, certè prope te canes dissipassent
Repentè, & mihi crimen imposuisses.
Atq; mihi alios Dei dederunt dolores gemitusq;.
Propter diuinum enim regem lugens & dolens
Iaceo, alijs autem sues pingues nutrio
Ad comedendum: at ille egens fortè cibi
Errat apud peregrinorũ utrorũ populũq; ciuitatemq;,

Sicubi

Sicubi adhuc uiuit & uidet lumen Solis.
Sed ſequere, adſtabulum eamus ſenex, ut & ipſe
Cibo & uino ſaturatus ex animo,
Dicas unde ſis, & quot dolores toleraueris.
Sic loquutus ad ſtabulũ præceſſit diuinus ſubulcus.
Collocauit. a. illũ introductũ: uirgulta. a. ſuſtinuit dẽſa:
Strauit autem in pellem uilloſa ſyluestris capræ
Suũ ſtratũ magnũ & denſum: gauiſus eſt aũt Vlyſſes
Quòd ipſum ſic ſuſceperat, uerbũq; dixit & appellauit,
Iupiter tibi det hoſpes & immortales dei alij
Quodcunq; maximè uis, quia me benignus ſuſcepiſti.
Hunc. a. reſpondens, loquutus eſt Eumæus ſubulcus:
Hoſpes non mihi fas eſt, neq; ſi peior te ueniat,
Hoſpitem contemnere, ab enim Ioue ſunt omnes
Hoſpitesq; pauperesq;, munus. a. exiguumq; charumq;
Eſt noſtrum, hic ſeruorum mos eſt
Semper timentium, cùm dominantur reges
Iuuenes, certè enim illius reditum impedierunt.
Qui me accuratè diligebat & poſſeſſionem præbuit,
Tanquamq; ſuo familiari rex benignus dedit,
Domumq; portionemq; optatiſſimamq; uxorem,
Qui ſibi multa laborauerit, Deus. a. negociũ auxerit.
Sic & mihi hoc negocium augetur quo detineor.
Ideo me multum iuuiſſet rex ſi hìc ſenuiſſet.
Sed periẏt: utinam debuiſſet Helenæ genus periẏſſe
Funditùs, quoniam multorum uirorũ genua labefecit.
Etenim ille iuit Agamemnonis gratia honoris
In Ilium equeſtre, ut Troianos oppugnaret.

Εἴπου ἔτι ζώει, καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο.
Ἀλλ' ἕπεο, κλισίηνδε βίην ἴομεν γέρον, ὄφρα καὶ αὐτὸς
Σίτου καὶ οἴνοιο κορεσσάμενος κῆρ θυμὸν,
Εἴπῃς ὁππόθεν ἐσσὶ, καὶ ὁππόσα κήδε' ἀέτλης.
Ὣς ἐπὼν κλισίηνδ' ἡγήσατο δῖος ὑφορβός.
Εἶσεν δ' εἰσαγαγὼν, ῥῶπας δ' ὑπέχευε θαμείας.
Ἐν δορέσσι δ' ὄπι σέρμα ἰονθάδος ἀγρίης αἰγὸς,
Αὐτῷ ἐνδύνασεν, μέγα καὶ θαμύ. χαῖρε δ' Ὀδυσεὺς
Οὕνεκά μιν ὣς ὑπέδεκτο. ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε,
Ζεύς τοι δοίη ξεῖνε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι
Ὅσσά γε δὴ μάλις' ἐθέλεις, ὅτι με τρέφων ὑπέδεξο.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφης Εὔμαιε συβῶτα,
Ξεῖν', ἔ μοι θέμις ἐστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι,
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι. πτωχοὶ γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
Ξεῖνοί τε πτωχοί τε. δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε
Γίγνεται ἡμετέρη· ἡ γὰρ δμώων δολίκη ἐστὶν,
Αἰὲν δειδιότων ὅτ' ἐπικρατέωσιν ἄνακτες
Οἱ νέοι. ἦ γὰρ τῆ γε θεοὶ κῆρ' νόσφιν ἔδησαν
Οἵ κεν ἔμ' ἐνδυκέως ἐφίλει, καὶ κτήσιν ὄπασσεν,
Οἷά τε ᾧ οἰκῆϊ ἄνακτι εὐθυμος ἔδωκεν
Οἶκόν τε κλῆρόν τε, πολυμνήστην τε γυναῖκα,
Ὅς οἱ πολλὰ κάμησι, θεὸς δ' ὀπὶ ἔργον † ἀέξει. *κ. ἀέξῃ. *κ. ἐπιμίμνει
Ὣς καὶ ἐμοὶ τόδε ἔργον ἀέξεται ᾧ * ἐπιμίμνω.
Τῷ κέ με πολλ' ὤνησεν ἄναξ εἰ αὐτόθ' ἐγήρα·
Ἀλλ' ὄλεθ'. ὡς ὤφελλ' Ἑλένης ὀπὸ φῦλον ὀλέσθαι
Πρόχυν, ἐπεὶ πολλῶν ἀνδρῶν ὑπὸ γυῖα ἔλυσεν.
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔβη Ἀγαμέμνονος εἵνεκα τιμῆς
Ἴλιον εἰς εὐπωλον, ἵνα Τρώεσσι μάχοιτο.

COMMENTARIVS.

ὅσοι βιότοιο μάλιστα) Hunc ſubulcum præter cæteros Vlyſsis ſeruos laudat Poeta, & hoc loco eius ſummam diligentiam in procuranda re familiari domini commendat, qualem à reliquis non præſtari dicit: ideò etiam ad fideliſsimum ſeruum primùm accedere Heroem uoluit, ut eò certiùs de ſuis negotijs, quippiam reſciſceret, quod potuit ab illo quàm ab ullo reliquorum omnium, quorum erat ſuſpecta fides, quòd in procorum partes magis inclinare uidebantur ob diutur nam domini abſentiam tædio contracto, explorare. Et hoc quidem Poetæ artificium minimè eſt contemnendum, neque illud etiam quod circa præcedentis libri finem monebamus, ueri & conſtantis ſerui imaginem in hoc ſubulco exprimi, nequid ad perfectam œconomiam deſit. Quod ita intelligo. Nam cùm ex marito & uxore, liberis, & ſeruis confletur tota familia: uerum maritum & ueram uxorem in Vlyſſe & Penelope effingit, dum uterque coniugium alternum ſpernit, & utrumque uerum & amantem prolis parentem: quod teſtata eſt ſatis Penelope, cùm Telemachum in exteram regionem profectum luget ſup. lib. Idem quoque Vlyſſes in præcedentis libri poſtrema ſectione exploratum fecit, cùm ita de eo eſt ſollicitus apud Mineruam. Filij etiam officium in Telemacho efformauit, dum procis reſiſtit, & de patre percunctaturus profectiones illas ſuſcipit, de quibus primis huius Operis libris dictum eſt. Reſtabat ut illi œconomicæ harmoniæ hic ſerui concentus accederet, qui tantus eſt, ut hanc partem abſolutiſsimam reddat: cui ſi Eurycleam nutricem addideris, non uideo quid amplius deſiderari poſsit.

ἐν δὲ οἱ αὐλὴ) Nunc locum deſcribit, in quo hic ſubulcus ab Vlyſſe repertus eſt: ubi etiam exēplum ſubijcit ſtudij illius, quo res domini amplificare conabatur. ille enim porticum dicitur ſolus exædificaſſe: quam dicit circumſpecto in loco fuiſſe, id eſt περισκέψαντος τὸν χῶρον. quæ lectio recepta eſt, cùm aliàs etiam legeretur (ut annotauimus in margine) καταρυχίαν λιθοισι, ſed minus rectè: ἴχνιον γὰρ, inquit Euſtathius, τινὸς τοῦ ἕνεκα αὐαγκαίας τὸν τῆς αὐλῆς τοπον, ἵνα περισκοπήσαι τὰ περιξ. ὁποῖός τις καὶ ὁ τῆ Τηλεμάχῳ ὑφ' ἑαυτῷ θάλαμος. Ergo aream illam in excelſo loco conſtituit, ac ex adiunctis elegantiæ & magnitudinis commendat: addit etiam rationē, qua eam circumuallauit, lapidibus nimirum, ſepe ſpinoſa, & paliſ. quaſi triplex fuerit illud uallum ſuile, ut eò tutius gregem ſuum contineret, & illi difficilis eſſet exitus. Neque id ſatis: ſubijcit enim deſcriptionem hararum, in quibus certus ſuum numerus diſponebatur. Duodecim ergo aſsignat ſuilia, & in ſingulis quinquaginta ſues fœminas collocat: unde colligo numerum ſexcētarum ſuum: quod etiam infrà attingemus in Vlyſsis bonorum enumeratione, quam hic idem ſubulcus præſtabit. Sues autem mares extra illa ſuilia iacere docet minore numero. Erant enim ſolùm trecenti & ſexaginta, quia uidelicet à procis abſumebantur. Vbi nota, non ſine ratione mares ſues à fœminis fœtis ſeparari; quia cùm ſus animal ſit fœcundiſsimum, & ad concipiendum maximè procliue, arceri ſcrofam oportet à mare, ne poſtquàm conceperit, fœtum ſuum alere deſiſtat. Et hoc, ni fallor, à probato quodam authore obſeruatum eſt, cuius nomen mihi excidit.

ὄχωμος κοίρανος) Hunc porculatorem (ut Columellæ uerbo utar) principem uirorum appellat (quem anteà magnifico *dijs* epitheto, quod item de Vlyſſe domino ſubinde effert, inſigniuit) quòd alijs etiam ſeruis imperaret, ut ſequentibus apparet, ubi dicit,

οἱ δὲ δὴ ἄλλοι Ὀχετ' ἀλυδις ἀλλος ἀμ' ἀρχομένοισι σύεσσιν — οἱ τρεῖς. τὸν δὲ πέμπετον ἀσπασίως πολιηδε.

Ergo quatuor alios ſubulcos ſibi habuit ſubditos, quos iam abfuiſſe dicit Poetà.

αὐτὸς δ' ἀμφὶ πόδεσσιν) Ergo non ſolùm ſubulci, ſed etiam ſutoris coriarij fungebatur officio hic noſter Eumæus.

ἄζετο κερδοσύνῃ) Notauit quoque Giphanius hanc allatrantes canes abigendi rationem, ſi telo, quod quis gerit, abiecto, ipſe humi procumbat. ſic enim non mordebunt canes, (inquit) ea uſus eſt hìc Vlyſſes: Eumæus uerò communi, lapidibus eos abſterrens, qua & Hercules apud Theocritum αὐγέᾳ κλήρῳ utitur. Didymus ad hunc locum annotat φυσικὸν φησὶ βοηθημα σκῆψις λίθου πρὸς τὸν κυνῶν τὸ κρυφθῆναι καὶ ἀσφάλειαν τῶν ἡσύχων μὴ ὑποπτευόντων: id eſt, ut uertit Geſnerus: Naturale præſidium eſt ad auertendos canes, ſedere, & baculum demittere, ne poſsint inſidias ſuſpicari canes. Clementis, inquit Plutarchus in libro Vtra animaliũ, &c. & excelli ſimul ingenij ſignificationem canes, ſtatim ut ſe demiſit is quem petunt, ardorem remittentes. Notum eſt illud Homeri Odyſſ. ξ. οἱ μὲν κελομενοι, &c. Neque enim qui humi ſe deijcit, ac ſpeciem ſupplicis præfert, ampliùs inuadunt. Impetus canum, inquit Plinius, & ſæuitia mitigatur ab homine conſidente humi. Ego tamen neſcio an hoc ſatis tutò fieri poſsit: quod ſi fiat, forſan non ſemper.

συνηΐσι λιθέεσσιν) Eadem ratione utitur paſtor ille Argiæ apud Theocritum (nam malè illud ipſi Herculi tribuit Giphanius in loco anteà à nobis laudato) Verba elegantiſsimi illius Poetæ ſunt Idyll. 25. Deſcribemus autem locum integrum, quia laudem fidelitatis canum & eiuſdem exemplum huic Homerico non omnino abſimile continet. Accedunt ergo paſtor Augiæ & Hercules

τὰς δὲ κυῶες ἀϋσάντες ἀπὸ σφέθεν αὖψ' ἐνόησαν
ἀμφὶ πέρον, ὀδμῆ τε ποδῶν, ὀλάπτῃ τε πολλῶν
ἦκα μάλ' ὑλακόντες ἐπὶ δραμέειν ἄλλοθεν ἄλλος·
ἀμφὶ τεύνιαδίην ἡρακλῆα. τὸν δ' ἔνθεν τε
ἐλθόντα κλάζοντι, ἀϊδρείοσιν ὣς τε γέροντα
τὰς μὲν ὄγε λάεσσι, ἀπὸ χθονὸς ὅσσον ἀείρων
φεύγεμεν ἄψ ὀπίσω δ' εἰλίετο. τῆχυ δὲ φωνῇ
ἠπείλει μάλα πᾶσιν, ἐρητύσασκε δ' ὑλαγμῷ
χαίρων ἐν φρεσὶν ἦσιν ὅτ' ἔνδοθεν αὐλιν ἔρυντο
αὐτὴ γ' ἀπρέπτοιτος ἔπος δ' ὄμα τοῖον ἔειπεν
ὦ πόποι, οἷον τοῦτο θεοὶ πεποίηκαν ἄνακτες
ἠνεῖον αὐφρόνεσι μετέμμεναι· ὡς ἐπιμήδες.
εἰ οἱ κῆ φρένες ὧδε νοήμονες ἐνδοθεν ἦσιν
ἠδεῖ δ' ὥστε χρὴ χαλεπαντέμεν, ὥστε κ' ἐκεί
τὸν αὖτοι ἠνεῶν τις ἐδηώσειν ὠκέ' ἰόντα.

Hos accedentes procul canes statim senserunt
Viroq; modo & ab odore corporis, & strepitu pedum.
Valde autem latrantes incurrerunt aliunde alius
In Amphitryoniadem Herculem: sed circa senem
Frustra strepentes, adblandiebantur ab altera parte:
Hos ille lapidibus à terra tantùm sublatis
Vt fugerent, retrò perterrefaciebat: asperè uerò nocte
Minabatur omnibus: & cohibuit à latratu,
Animo suo gaudens, quòd stabulum custodirent,
Ipso absente. & sic dixit:
Papæ quale hoc fecerunt Dij reges
Animal, ut cùm hominibus sit: quàm callidum.
Cui si & mens ità intelligens in pectore esset,
Vt intelligeret cui irasci deberet, & cui minus:
Tunc nullum animal hoc de honore certare posset.

Ex quibus constat, quanti sit faciendum in custodia hoc animal, ad quam potissimum etiam ab homine inter reliqua omnia suscipitur: quanquam de Mithridate Pontico referat Aelianus Histor. anim. lib. 7. cap. 46. eum, cùm somnum caperet, sui corporis custodiam non modò armis & satellitibus excubitoribus solitum committere: sed magis etiam tauro & equo & ceruo, quos mansuefactos habebat. Ij enim, inquit, ad custodiam eius dormientis aduigilantes, siquis accederet, illius sensum ex ipsa respiratione, quam mox percipiebant: atque ille mugitu, alter hinnitu, alius sua propria uoce eum è somno excitabãt. Sed hoc ita rarum est, ut canum officio nihil adimat, præcipuè uerò ad gregum aut armentorum custodiam. Tamen non ita omnibus est necessarium, sed potissimum pecori lanari. In quo genere, inquit Varro, sunt maximè oues, deinde capræ: has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores. In suillo pecore tamen sunt, quæ se uindicent, sues, uerres, maiales, scrofæ: propè enim hæc apris, qui in syluis sæpe dentibus canes occiderunt. Quid dicam de pecore maiore? cùm sciam, mulorum gregem cùm pasceretur, eoque ueniret lupus, ultrò mulos circunfluxisse, & ungulis cædendo eum occidisse? & tauros solere diuersos assistere clunibus continuatos, & cornibus facilè propulsare lupos? Hæc Varro. Vnde licet colligere, ad suum custodiam non ita requiri canes, quod neque etiam ualde est in usu apud porculatores. At uel tempora Homerica id frequentiùs tulerunt, uel ad maiorem securitatem ab Eumæo sunt adhibiti.

ὦ γέρον) Hæc humanitas Eumæi, quæ Vlyssem hospitio statim excipit, docet qualia fuerint illa sæcula, quæ inter omnes uirtutes hospitalitatem maximè coluerunt. Oratio autem, qua eum affatur, ostendit quàm fuerit de eo sollicitus, cùm statim in eius mentionem erumpat, quasi eum indesinenter animo uersans.

ζῆν' ἔ μοι θέμις) De hospitalitate diximus suprà lib. 8. & 9. & aliàs in Iliade.

οἱ νῦν) Procos intelligit, de quorum asperitate & crudelitate conqueritur, non tam quòd Vlyssis facultates diripiãt & consumãt, quàm quòd illius reditum impedierint. Non est autem ociosum, quod eos iuuenes appellat. Rarò enim prudentiæ (quæ in rerum administratione uersatur) coniunctam iuuentutem animaduertas,

——αἰεί γάρ τε νεώτεροι ἀφραδέεσσιν, inquit Homerus suprà lib. 7.

θνητῶν, inquit Simonides, ὅ τ' ὄφρά τις αὖος ἔχει πολυήρατον ἦβης Κῆφος ἔχων θυμὸν πέλε' ἀτέλεστα νοῆ.

Hῶθι νεώτης, inquit Theognis, ἐπικερτόμει νόον ἀνδρός.

θεὸς) Nota unitatem Numinis adhuc in hoc Poeta expressam, quod sæpius monuimus.

ὡς ὤφελ' ἑλένης) Iniustè in Helenam Eumæus inuehitur, si uulgatam eius raptus historiam, aut potiùs fabulam ex Homeri saltem sententia, consideres: quia potius Paris raptor uidebatur accusandus. Sed cùm illa sponte Paridem sequuta sit, ut ex Homero aliàs docuimus, eandem quoque culpam subit. Nos hac de re aliàs satis diximus, & nouissimè suprà lib. undecimo.

Ὣς εἰπὼν, ζωστῆρι θοῶς συνέεργε χιτῶνα.
Βῆ δ' ἴμεν ἐς συφεὸς, ὅθι ἔθνεα ἔρχατο χοίρων·
Ἔνθεν ἑλὼν δύ' ἔνεικε, καὶ ἀμφοτέρους ἱέρευσεν·
κ. Εὗσεν, * Εὗσέ τε, μίσυλλέ τε, ἠδ' ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειρεν.
Ὤπησας δ' ἄρα πάντα φέρων παρέθηκ' Ὀδυσῆι,
Θέρμ' αὐτοῖς ὀβελοῖσιν. ὁ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλωσεν·
κ. κίρνη Ἐν δ' ἄρα κισσυβίῳ * κίρνη μελιηδέα οἶνον.
Αὐτὸς δ' αὐτίον ἷζεν ἐποψόων ὃ πεφιπύδα,
Ἔσθιε νῦν ὦ ξεῖνε τά τε δμῳῶσι πάρεστι
Χοίρεα· ἀτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσιν,
Οὐκ ὄπιδα φρονέοντες ἐνὶ φρεσὶν ἠδ' ἐλεητύν.
Οὐ μὲν ὀφέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν,
Ἀλλὰ δίκην ποθέουσι καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων.
Καὶ μὲν δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι, οἵτ' ἄλλη γαίης
Ἀλλοτρίης βῶσιν, καί σφιν Ζεὺς λῆϊδα δώῃ.
Πλησάμενοι δέ τε νῆας ἔβαν οἰκόνδε ἕκαστοι.
Καὶ μὲν τοῖς ὄπιδος κρατερὸν δέος ἐν φρεσὶ πίπτει·
Οἴδε δέ τι ἴσασι. (θεοῦ δέ πιν ἔκλυον αὐδὴν)
Κείνου λυγρὸν ὄλεθρον, ὅτ' οὐκ ἐθέλουσι δικαίως
Μνᾶσθαι, ἠδὲ νέεσθαι ἐπὶ σφέτερ'· ἀλλὰ ἕκηλοι
κ. ἴπ Κτήματα δαρδάπτουσιν ὑπερφίαλον, ἀδ' * ἔπι φειδώ.
Ὅσσαι γὰρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι οὐκ Διός εἰσιν,
Οὔποθ' ἓν ἱερεύουσ' ἱερήϊον, ἠὲ μιῆ οἴῳ·
Οἶνον δ' ἐφθινύθουσιν ὑπερφίαλον ἐξαφύοντες.
Ἦ γάρ οἱ ζωὴ γ' ἠὲ ἄπειρ. ἔπι πουλὺ
Ἀνδρῶν ἠρώων, οὔτ' ἠπείροιο μελαίνης,
Οὔτ' αὐτῆς Ἰθάκης· οὔτι ξωεσίκοσι φωτῶν
Ἕξ' ἄφενος τοσοῦτον ἐγὼ δέ κε τοι καταλέξω·

Sic loquutus cingulo celeriter coërcuit tunicam.
Perrexit. a. ire ad suilia, ubi grex cõtinebatur porcorũ.
Illinc capros duos attulit, & ambos mactauit,
Ignemq; accendit, concidit q;, & uerubus infixit,
Assans autem omnia ferens apposuit Vlyssi
Calida ipsis uerubus: hic aũt farinã albam perspersit,
In poculo autem miscebat dulce uinum.
Ipse aũt è regione sedit, cohortãs autem alloquutus est,
Comede nunc ô hospes, quæ seruis q; adsunt
Porcina. at pingues porcos proci comedunt,
Non uerecundiã habẽtes in mentib. neq; misericordiã,
Non quidem impia opera Dei beati amant,
Sed ius colunt, & pia opera hominum.
Et quidem hostes, & iniqui, qui in terra
Aliena uescantur, & ipsis Iupiter prædam dederit.
Impletis uerò nauibus iuerunt domum quisq;.
Et quidem his curæ potens timor in animos cadit.
Hi aũt sciunt (Dei autem aliquam audiuerunt uocẽ)
Illius pernicioſam mortem, quia nolunt iustè
Ambire, neq; re ad sua, sed silentio
Bona dilapidant immoderatè, neq; est parsimonia.
Quotquot enim noctes q; & dies ab Ioue oriuntur:
Nunquam unam sacrificant uictimã, neq; duas solas.
Vinum autem consumunt immoderatè exhaurientes:
Certè enim ei facultates erant magnæ, nulli tantæ
Virorum heroum, neq; continentis feracis,
Neq; ipsius Ithacæ, neque uiginti uirorum
Sunt diuitiæ tantæ, ego autem tibi connumerabo.

Duo-

Duodecim in continenti armenta, tot greges ouium,
Tot ſuum paſcua, tot ſtabula lata caprarum,
Paſcunt amiciq́, & ipſius paſtores uiri.
Illic autem ſtabula lata caprarum undecim omnia.
In extremitate agri paſcũtur, inſup uiri boni obſeruãt,
Quorum ſemper ipſis unuſquiſq́ in die pecudem fert,
Saginatarum caprarum quacunq́ appareat optima.
At ego ſues quas ſeruoq́, tueorq́,
Et ipſis ſuum optimum electum mitto.
Sic dixit, ille.a. attẽtè carnes comedebat, bibebatq́ ui
Raptim dolens. mala autem procis ſerebat. (*num*
At poſtquam cœnauit, & expleuit animum cibo,
magna illa naue accideratin gemina columbæ emiſsione. Ex uera enim hiſtoria inanes frequenter fabulæ apud Græcos natæ ſunt de rebus uetuſtis non bene cognitis, uno quoque ſibi ſomnia comminiſcente. Sic Plutar. columbæ ex arca à Deucalione emiſſæ meminit, inſigne teſtimonio ſuo ſuggerens argumentum, Deucalionem non alium quàm Nochum intelligi debere: ſed in emiſsionis cauſa à uero aberrauit. Nec aliter hic accidiſſe reor, dum columbæ è Phœnicia dicuntur emiſſæ, è quibus alij, quod uiſum fuerit, ſibi fingant: mihi certè naues lubet ſuſpicari, idq; eò magis, quòd hæc auis Veneri dedicetur, ad quam terris omnibus inducendam Nochus potiſsimùm nauigabat. Et paulò pòſt: Non fuit itaque falſum, columbas olim oracula reddidiſſe, ſi naues pro uectoribus capiãtur, eò quòd ij qui cum Deucalione ex Phœnicũ littore appuliſſent, primi ſacrorũ doctrinã in Epiro plantaſſent, & quorſum ea tẽderet, nobili querceto ſollertibus ingenijs intelligendum dediſſent. Atq; hoc quidem primũ Dodonæ fuiſſe uidetur inſtitutum: à quo poſteri immanibus ſpacijs digreſsi, uaniſsimum aperuerunt mercatum mendaciorum, quæ ceu uera uaticinia protruſa, ingentem quæſtum fallacibus ſacrificulis attulerunt: qui, ut perpetuus eſſet, omnem non ueritatem modò, ſed ueritatis etiam memoriam frigidiſsimis & execrandis idolomaniæ portentis obruerunt. Hæc ille. quæ forſan omnibus non probabuntur: ſed illi mihi fabulis potiùs quàm ueritatis inueſtigatione delectari uidebuntur. Sed de his fortaſſe nimis plura. Interea Deo Opt. Max. gratias agamus, quòd his nugis orbem noſtrum perpurgauit, tantamq; errorum & impietatis caliginem ueritatis ſuæ fulgore diſcuſsit.

Τὸν δ' ἀπαμείβομενος προσέφης Εὔμαιε συβῶτα,
Ἆ δειλὲ ξείνων, ἦ μοι μάλα θυμὸν ὄρινας,
Ταῦτα ἕκαστα λέγων ὅσσα δὴ πάθες, ἠδ' ὅσ' ἀλήθης.
Ἀλλὰ πάθ' ἠ κῆδος ὀΐομαι, ἀδὲ μὲ πείσεις,
Εἰπὼν ἀμφ' Ὀδυσῆι. τί σε χρὴ τοῖον ἐόντα
Μαψιδίως ψεύδεα μυθήσασθαι; ἐγὼ δ' εὖ οἶδα καὶ αὐτὸς
Νόσφιν ἐμοῖο αἶσαν Δαναοῖσι, ὅτ' ἤχθετο πᾶσι θεοῖσι
Πάγχυ μάλ', οὔτι μιν ἔπι μοῖρ' ὑπέρβιος ἔκτα Τρώεσσι δάμασσαι,
Ἢ ἐν φίλων ἐν χερσὶν, ἐπεὶ πόλεμον πολύπαυσε.
Τῶ κεν οἱ τύμβον μὲν ἐποίησαν Παναχαιοὶ,
Ἠδέ κε καὶ ᾧ παιδὶ μέγα κλέος ἤρατ' ὀπίσσω·
Νῦν δέ μιν ἀκλειῶς Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο.
Αὐτὰρ ἐγὼ παρ' ὕεσσιν ἀπότροπος ἠδ' ἀπόλιδος
Ἔρχομαι, εἰ μὴ ἔα τι περίφρων Πηνελόπεια
Ἐλθέμεν ὀτρύνῃσιν, ὅτ' ἀγγελίη πόθεν ἔλθῃ.
Ἀλλ' οἱ μὲν τὰ ἕκαστα παρήμενοι ἐξερέουσιν,
Ἠμὲν οἱ ἄχνυνται δὴν οἰχομένοιο ἄνακτος,
Ἠδ' οἱ χαίρουσι βιοτὸν νήποινον ἔδοντες.
Ἀλλ' ἐμοὶ ἤδη φίλον ἐστὶ μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι
Ἐξ οὗ δὴ μ' Αἰτωλὸς ἀνὴρ ἐξήπαφε μύθῳ,
χ. Ὅς τ' ἄνδρα κτείνας, πολλοὺς ἐπὶ γαῖαν ἀλήθεις,
χ. ἱμὰς σοὺς δόματ' Ἦλυθ' ἐμὸν πρὸς ταθμόν· ἐγὼ δέ μιν ἀμφαγάπαζον.
Φῆ δὴ μέν γε Κρήτεσσι παρ' Ἰδομενῆι ἰδέσθαι
Νῆας ἀκειόμενον τάς οἱ ξυνέαξαν ἄελλαι·
Καὶ φάτ' ἐλεύσεσθαι ἢ ἐς θέρος ἢ ἐς ὀπώρην,
Πολλὰ χρήματ' ἄγοντα, σὺν εὐκλειτοῖσι ἑτάροισι.
Καὶ σὺ γέρον πολυπαθὲς, ἐπεὶ σέ μοι ἤγαγε δαίμων,
Μήτι τί μοι ψεύδεσσι χαρίζεο, μήτέ τι θέλγε.
Οὐ γὰρ τοῦ ἕνεκ' ἐγώ σ' αἰδήσομαι, οὐδέ σε φείσω,
χ. τ' ἱλασ- Ἀλλὰ δίαι ξένιον δείσας, αὐτόν † τ' ἐλεήσας.
σαι Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολυμήτις Ὀδυσσεύς.
Ἦ μάλα τίς τοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἄπιστος,
Οἷόν σ' οὐδ' ὁμόσας περ ἔπηγαγον, οὐδέ σε πείθω.
χ. ὀπιθεν Ἀλλ' ἄγε νῦν ῥήτρην θησόμεθ' αὐτὰρ † ὕπερθε
Μάρτυροι ἀμφοτέροισι θεοὶ τοὶ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
Εἰ μέν κεν νοσφίσῃ ἄνακτος πρὸς ἐς τόδε δῶμα,
Ἕσσαι με χλαῖναί τε χιτῶνά τε εἵματα, πέμψαι
Δουλίχιον δὲ ἰέναι, ὅθι μοί φίλον ἔπλετο θυμῷ·
Εἰ δέ κε μὴ ἔλθῃσιν ἄνακτος πρὸς, ὡς ἀγορεύω,
Δμῶας ὀπιπεύσας, βαλέειν μεγάλης κρημνοῖο πέτρης,
Ὄφρα καὶ ἄλλος πτωχὸς ἀλᾶσθαι ἠπεροπεύειν.
Τὸν δ' ἀπαμείβόμενος προσεφώνεε δῖος ὑφορβός,
Ξεῖν' ἔτω δὴ κεῖνό μοι εὐκλεὴς τ' ἀρετή τε
χ. μετόπι- Εἴη ἔτ' ἀνθρώπους ἅμα τ' αὐτίκα καὶ * μετόπισθε,
σθεν, Οὕς σ' ἐπεὶ ἐς κλισίην ἄγαγον καὶ ξείνια δῶκα,
Αὖθις ἑκὼν κτείναιμι, φίλον δὲ ἑλοίμην θυμὸν ὑπὲρ θυμοῦ
χ. κεν δ' ἠ- Πρόφρων * δὴ κεν ἔπειτα Δία Κρονίωνα λιτοίμην.
ωσιτο Νῦν δ' ὥρη δόρπου. τάχα δὲ μοι ἔνδον ἑταῖροι

Hunc. a. reſpondens alloquutus es Eumæe ſubulce,
O miſer hoſpitum, certè ualdè animum commouiſti
Hæc ſingula dicens, quæ iam tuliſti, & quæ uagatus es.
Sed hæc non aptè puto, neq; mihi perſuadebis,
Dicens de Vlyſſe, quid te oportet cùm talis ſit
Temerè mentiri: ego autem certè ſcio & ipſe
Reditũ mei domini quòd infeſtus eſt omnibus Deis
Omninò ualdè, quãdo ipſum nõ in Troianis domuerũt,
Vel amicorũ in manibus, quoniã bellũ benè tractauit.
Quare ei ſepulchrum quidem feciſſent omnes Achiui,
Ac etiam ſuo filio magna gloria creuiſſet in poſterũ:
Nunc autem ipſum ſine gloria Harpyiæ delaniarunt.
At ego apud ſues ſeparatus, neq; ad ciuitatem
Eo, niſi prudens Penelope
Ire inbeat, quando nuncium aliundè ueniat.
Sed hi quidem ſingula aſsidentes interrogant.
Et alij triſtantur diu abſente rege,
Atque illi lætantur uictum impunè edentes.
Sed mihi non gratum eſt inquirere & interrogare
Ex quo me Aetolus uir decepit uerbo:
Qui uiro interfecto, multas per regiones uagatus,
Venit meas ad ades: ego autem ipſum amicè habui.
Dixit autem inter Cretenſes apud Idomeneum uidiſſe
Naues aptantem, quas ei fregerant procellæ:
Et dixit uenturum, uel in æſtatem, uel in autumnum,
Multas opes ducentem cum diuinis ſocijs.
Et tu ſenex multa paſſus poſtq; te ad me duxit fortuna,
Ne mihi mendacijs gratificare, neq; mulceas.
Non enim ob id ego te honorabo, neq; diligam,
Sed Iouem hoſpitalem ueritus, teq; ipſum miſeratus.
Hunc. a. reſpondens, alloquutus eſt prudens Vlyſſes,
Certè ualdè aliquis tibi animo in pectore inſidet incredulus,
Qualem neq; iurans induxi, neq; tibi perſuadeo.
Sed agè nunc pactum faciamus, & poſtea
Teſtes ambobus Dij, qui Olympum habitant.
Siquidem redibit rex tuus in hanc domum.
Indutum me chlanamq; tunicamq; ueſtes mitte
Ad Dulichium ire, quò mihi gratum eſt animo.
Si autem non uenerit rex tuus, ut dico,
Famulis iube deijcere magna de petra,
Vt & alius pauper caueat decipere.
Hunc. a. reſpondens alloquutus eſt diuinus ſubulcus,
Hoſpes ſic mihi bona fama uirtusq;
Sit inter homines, ſimul nunc & in futurum,
Qui te in ſtabulum duxi, & hoſpitalia munera dedi.
Rurſus. a. interficiam, dilectumq; animum auferam.
Promptus autem poſtea Ioui Saturnio ſupplicabo.
Nunc autem hora cœnæ, ocyus mihi intus ſocij

Erunt,

Erunt, ut in tugurio dulcem præparemus cœnam.
Sic hi quidem talia inter se dicebant.
De propinquo autem suesq́ & uiri uenerunt subulci,
Has quidē igitur incluſerunt de more ad dormiendū,
Clamor aūt multus ortus eſt ſuū in haram euntium.
At ſuis ſocijs iuſſit diuinus ſubulcus,
Ducite ſuum optimam, ut hoſpitis in gratiam mactem
Peregrini, una & ipſi recreabimur, qui eruminam
Diu habemus patiētes ſuū gratia habētiū dētes albos.
Alij autem noſtrum laborem impunè edunt.
Sic loquutus ſcidit ligna acuto ferro.
Hi aūt ſuē abduxerunt ualdè pinguē quinquennem.
Hunc quidē poſtea poſuerūt in craticula, neq́ ſubulcus
Oblitus eſt immortaliū (mentibus.n. utebatur bonis.)
Sed hic incipiens capitis crines in ignem iecit
Albos habentis dentes ſuis, & precatus eſt omnes Deos,
Vt rediret Vlyſſes prudens ſuam domum.
Percuſſit .a. in altū tollēs ſtipite querno quē liqt ꝓfect⁹.
Hūc .a. reliqt anima, hi .a. iugularūt & cōbuſſerunt.
Statim .a. ipſum diuiſerunt, cruda aūt poſuit ſubulcus
Vndiq́ initio facto à membris in pinguem adipem:
Et partim qdē in ignē iecit, ubi cōmiſcuiſſet farinæ flore
Minutatim .v. ſecuerunt alia, & circum uerua fixerūt
Aſſaueruntq́ ritè, extraxeruntq́ omnia.
Poſuerant autem in diſcis ſimul omnia, ſubulcus uerò
Surrexit in quadrā diuidēs (ualdè .n. mētib. aqua ſcie-
Atq́ qdē ſeptifariā oīa partitus eſt diuidens, (bat)
Partē quidem unam Nymphis, & Mercurio Maiæ filio
Poſuit apprecatus, alias diſtribuit ſingulis,
Dorſis autem Vlyſſem integris honorauit
Albi dentis ſuis, illuſtrabat autem animum heri,
Et ipſum appellatum alloquutus eſt prudens Vlyſſes,
Vtinam ſic Eumæe dilectus Ioui patri ſis
Sicut mihi, ſiquidem me talis cum ſim, bonis honoras.
Hunc .a. reſpondens alloquutus es Eumæe ſubulce,
Comede felix hoſpitum, & delectare his,
Qualia adſunt: Deus .a. hoc quidē dabit, hoc autē ſinet
Quodcunq́ ſuo animo uult, poteſt enim omnia.
Dixit, & initiationes ſacrificauit Deis ſempiternis.
Libato autem nigro uino, Vlyſſi urbium deſtructori
In manibus poſuit, hic aūt ſedebat ſuum iuxta latus:
Cibū autem ipſis diſtribuit Meſaulius, quem ſubulcus
Ipſe poſſederat ſolus abſente domino,
Seorſum à domina & Laërte ſene.
Ipſum apud Taphios emerat ſuis facultatibus.
Hi .a. in cibos paratos prætacientes manus extendebāt.
At poſtquam potus & cibi deſiderium amouerunt,
Cibū quidem ab ipſis abſtulit Meſaulius, hi .a. in cubile
Cibo & carnibus ſaturati iuerunt.
Nox autem uenit mala obſcura, pluit autem Iupiter
Tota nocte, at ſpirabat Zephyrus magn⁹ ſemp aquoſus.
Hos autem Vlyſſes alloquutus eſt ſubulcum tentans,
Si quò ab eo exutā ibi chlænā pberet, uel aliquē ſociorū
Alium moneret, ſi quidem ſui curam gerebat ualdè.
Audi nunc me Eumae, & alij omnes ſocij,
Gloriabundus aliquod uerbum dicam, uinum .n. iubet
Stultum, quod impellit ſapientem etiā ualdè cantare,
Et leniter ridere, & ſaltare impellit,

Εἶεν, ἰὼν ἐν κλισίῃ λαρὸν τετυκήσεται δόρπον.
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.
Ἀγχίμολον δ' ὗες τε καὶ ἄνδρες ἦλθον ὑφορβοί,
Τὰς μὲν ἄρα ἕρξαν κῆρ' ἦρτεα κοιμηθῆναι·
Κλαγγὴ δ' ἄασεν ὧρτο συῶν αὐλιζομενάων.
Αὐτὰρ ὁ οἷς ἑτάροισιν ἐκέκλετο δῖος ὑφορβός,
Ἄξεθ' ὑῶν τὸν ἄριστον, ἵνα ξεινῳ ἱερεύσω
Τηλεδαπῷ· πρὸς δ' αὐτοὶ ὀνησόμεθ', οἷπερ ὀίζυῖ
Δηὖ ἔχομεν, πάσχοντες ὑῶν ἕνεκ' ἀργιοδόντων·
Ἄλλοι δ' ἡμέτερον κάματον νήποινον ἔδουσιν.
Ὣς ἄρα φωνήσας κέαση ξύλα νηλέϊ χαλκῷ·
Οἱ δ' ὗν † εἰσῆγον μάλα πίονα πεντετέηρον· με. ἀσάμε-
Τὸν μὲν ἔπαρ' ἑστῶτα ἐπ' ἐσχάρῃ· δῖος συβώτης νον
Λήθετ' ἄρ' ἀθανάτων· (φρεσὶ γὰρ κεχρῆτ' ἀγαθῇσιν)
Ἀλλ' ὅγ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλ
Ἀργιόδοντος ὑὸς, ἠὲ ἐπεύχετο πᾶσι θεοῖσι (λεν
Νοστῆσαι Ὀδυσῆα πολύφρονα ὁππόθεν ἐλθών.
Κόψε δ' ἀπαρχόμενος δρυὸς ἷν' ἀπὸ λίπε κείων.
Τὸν δ' ἔλιπε ψυχὴ τοὶ δ' ἐσφάξαν τε καὶ ἔδευσαν.
Αἶψα δὲ μιν διέχαυον. ὁ δ' ὠμοθετεῖτο συβώτης,
Πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων, ἐς πίονα δημόν.
Καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βαλὼν, παλύας ἀλφίτου ἀκτῆς,
Μίσυλλόν τ' ἄρα τἄλλα, κρέα ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν,
Ὤπτησάν τε περιφραδέως, ἐρύσαντό τε πάντα·
Βάλλον δ' ἐν ἐλεοῖσιν ἀολλέα κὰδ δ' ὗς συβώτης
Ἵζανε δαιτρεύσων (τετίμητο γὰρ ὄν φρεσὶν αἴσιμα ἤδη)
Καὶ τὰ μὲν ἑπτάχα πάντα διεμοιρᾶτο δαΐζων·
Τῷ μὲν ἴαν Νύμφῃσι καὶ Ἑρμῇ Μαιάδος † υἱ με. ἡτᾶ
Θῆκεν ἐπεύξάμενος, τὰς δ' ἄλλας νεῖμεν * ἑκάστῳ· με. ἑκάστοις
Νώτοισιν δ' Ὀδυσῆα διαπρυσίοισι γέραιρεν
Ἀργιόδοντος ὑὸς κύδαινε δ' θυμὸν ἄνακτος·
Καί μιν φωνήσας πτερόεντα πολύμηλος Ὀδυσεύς,
Αἴθ' οὕτως Εὔμαιε φίλος Διὶ πατρὶ γένοιο
Ὡς ἐμοί, ὅτι μὲ τοῖον ἐόντ' ἀγαθοῖσι γεραίρεις.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφης Εὔμαιε συβῶτα,
Ἔσθιε δαιμόνιε ξείνων, καὶ τέρπεο τοῖσδε
Οἷα πάρεστ· θεὸς δ' ἦε * τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει, με. τὰ μὲν, δώσει, τὰ δ'
Ὅττι κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλῃσι· δύναται γὰρ ἅπαντα.
Ἦ ῥα, καὶ ἀρχόμενος θῦσε θεοῖς αἰειγενέτῃσι.
Σπείσας δ' αἴθοπα οἶνον, Ὀδυσσῆϊ πτολιπόρθῳ
Ἐν χείρεσσιν ἔθηκεν, ὁ δ' ἕζετο ἧ παρὰ μοίρῃ.
Σῖτον δὲ σφιν ἐτάμνε Μεσαύλιος, ὃν ῥα συβώτης
Αὐτὸς κλήισάτο οἷ δοιοχομένοιο ἄνακτος,
Νόσφιν ὀφεσπόμενος καὶ λαέρτεω γέροντος.
Πὰρ δ' ἄρα μιν Ταφίων πρίατο κλέπτουσιν ἑοῖσιν·
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον·
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο,
Σῖτον μέν σφιν ἀφεῖλε Μεσαύλιος· οἱ δ' ὅπι † κοῖτον με. κοίτου
Σίτου καὶ κρειῶν κεκορημένοι εἰσανέσυντο.
Νὺξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακὴ σκοτομήνιος, ὗε δὲ ἄρα Ζεὺς
Παννύχιος· αὐτὰρ ἂν Ζέφυρος μέγας αἰὲν ἐφύδρος.
Τοῖς δ' Ὀδυσεὺς μετέειπε, συβώτεα πειρητίζων,
Εἴπατε οἱ σκύλς χλαῖναν πόρεν, ἦ τιν' ἑταίρων
Ἄλλον ἐποτρύνει ἐπεὶ ἔο κήδετο λίην.
Κέκλυθι νυν Εὔμαιε, καὶ ἄλλοι πάντες ἑταῖροι,
Εὐξάμενός τι ἔπος ἐρέω. οἶνος δὲ καὶ ἀνὴρ
Ἠλέος, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μολπὰ ἀείσαι·
Καὶ δ' ἀπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν,

Καί τι ἔτ' ὀπισθε προσείπῃς ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον.
Ἀλλ' ἐπεὶ οὔ τοι πρῶτον ἀνέρχεαι, οὐδ' ὀπιθεύσω,
Εἴθ' ὡς ἠβώοιμι, βίη τέ μοι ἔμπεδον εἴη,
Ὡς ὅθ' ὑπὸ Τροίῃ λόχον ἤγομεν ἀρτιώνυμοι.
Ἡγείσθην δ' Ὀδυσεύς τε καὶ Ἀτρεΐδης Μενέλαος,
Τοῖσι δ' ἅμα τρίτος ἦρχον ἐγώ· αὐτὼ γὰρ ἀνώγεον.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἱκόμεθα πὸτὶ πτόλιν αἰπύ τε τεῖχος,
Ἧμεῖς μὲν περὶ ἄστυ κατ' ἰωκέας πυκνὰ,
Ἀνδρώνακας καὶ ἕλος ὑπὸ πύκνεσι πεπήγῶτις
Κείμεθα· νὺξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακὴ, Βορέαο πεσόντος,
χ. ὑπεπτα Πηγυλὶς, αὐτὰρ † ὕπερθε χιὼν ψῦτ' ἠΰτε πάχνη
Ψυχερὴ, καὶ σάκεσιν περιτέθριγε κρύσταλλος.
Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες χλαίνας ἔχον ἠὲ χιτῶνας,
Εὗδον δ' εὐκήλοι σάκεσιν ἐπιλυμένοι ὤμους·
Αὐτὰρ ἐγὼν χλαῖναν μὲν ἰὼν ἑτάροισιν ἔλειπον
χ. Ἀφραδίως, † Ἀφραδίας, ἐπεὶ οὐκ ἐφάμην ῥιγωσέμεν ἔμπης·
Ἀλλ' ἐπέμην σάκος οἷον ἔχων καὶ ζῶμα φαεινόν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τρίχα νυκτὸς ἔην, μετὰ δ' ἄστρα βεβήκει,
Καὶ τότ' ἐγὼν Ὀδυσῆα προσηύδων ἐγγὺς ἐόντα,
Ἀγκῶνι νύξας· (ὁ δ' ἄρ' ἐμμαπέως ὑπάκουσε)
Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Οὔτ' ἔτι ζωοῖσι μετέσσομαι, ἀλλά με κῆμα
Δάμνᾳ· ἐπεὶ οὐδ' ἔχω χλαῖναν, παρὰ μὲ ἦπαφε δαίμων,
χ. ἦμυδ Οἰοχίτων· † ἔμεναι νωΐ δ' οὐκ ἔτι φυκιὰ πέλονται.
Ὡς ἐφάμην· ὁ δ' ἔπειτα νόον σχέθε τόνδ' ἐνὶ θυμῷ,
Οἷος σκηπτεῖν ἔλεν βυκάνῃσιν ἠδὲ μάχεσθαι·
Φθεγξάμενος δ' ὀλίγῃ ὀπὶ μετὰ μῦθον ἔειπε,
Σίγα νῦν, μήτις σεῦ Ἀχαιῶν ἄλλος ἀκούσῃ,
Ἦ κεν ἐπ' ἀγκῶνος κεφαλὴν σχέθεν, εἶπέ τε μῦθον,
Κλῦτε φίλοι, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὀνείρων.
Λίην γὰρ νηῶν ἐκὰς ἤλυθομεν· ἀλλά τις εἴη
Εἰσελθὼν Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ποιμένι λαῶν,
Εἰ πλέονας παρὰ ναῦφιν ἐπισσεύειε νέεσθαι.
Ὡς ἔφατ'· ὦρτο δ' ἔπειτα Θόας Ἀνδραίμονος υἱὸς
χ. βάλε Καρπαλίμως, ἀπὸ δ' ἧκε χλαῖναν * θέτο φοινικόεσσαν,
χ. δ' ἐσσυ Βῆ † ἴθειν ἀπὸ νῆας· ἐγὼ δ' ἐν τῇ ἅμα κείνῃ
Κείμην ἀσπασίως· φάος ἦλθε χρυσόθρονος ἠώς.
Ὡς νῦν ἠβώοιμι, βίη τέ μοι ἔμπεδον εἴη,
Δοίη κέ τις χλαῖναν ἐν σταθμοῖσι συφορβῶν,
Ἀμφότερον, φιλότητι καὶ αἰδοῖ φωτὸς ἐΐσου.
Νῦν δέ μ' ἀπημάζουσι κακὰ χροΐ εἵματ' ἔχοντα.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφης Εὔμαιε συβῶτα,
Ὦ γέρον, αἶνος μέν τις ἀμύμονος οὐ κατέλεξας,
χ. ἴκτατο Οὐδέ τι πω παρὰ μοῖραν ἔπος νημερδὲς † ἔειπες.
Τῷ οὔτ' ἐσθῆτος δηθύνεται οὔτέ τευ ἄλλου
Ὧν ἐπέοικ' ἱκέτῃ πελαπέμεναι αἰτιάασθαι.
Νῦν μὲν γὰρ ἠῶθέν γε τὰ σὰ ῥάκεα δηγοπαλίξεις,
Οὐ γὰρ πολλαὶ χλαῖναι, ἐπημοιβοί τε χιτῶνες
Ἐνθάδε ἔννυνται, μία δ' οἵη φωτὶ ἑκάστῳ.
Αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃσιν Ὀδυσῆος φίλος υἱὸς,
Αὐτός τοι χλαῖνάς τε χιτῶνά τε εἵματα δώσει,
Πέμψει δ' ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει.
Ὡς εἰπὼν ἀνόρουσε· τίθει δ' ἄρα οἱ πυρὸς ἐγγὺς
Εὐνὴν, ἐν δ' οἰῶν τε καὶ αἰγῶν δέρματ' ἔβαλλεν.
Ἔνθ' Ὀδυσεὺς κατέλεκτ'· ἐπὶ δ' ἧκε χλαῖναν βάλε δ' αὐτῷ
χ. μαλακὴν Πυκνὴν καὶ † μεγάλην, ἣ οἱ παρεχέσκετ' ἀμοιβὰς,
Ἔννυσθαι ὅτε τις χειμὼν ἔκπαγλος ὄροιτο.
Ὡς ὁ μὲν ὧδ' Ὀδυσεὺς κοιμήσατο, τοὶ δ' ἐπὶ παῖδ' αὐτὸν

Et aliquod uerbum præfari quod non dictum melius,
Sed postq̃ primũ garrulus esse cœpi, non dissimulabo.
Vtinam sic pubescerem, uisq̃ mihi firma esset,
Sicut quando sub Troia insidias duximus parantes.
Duces erant Vlysses & Atrides Menelaus,
Cum his unà tertius dux fui ego, ipsi enim iusserant:
Sed quando iuimus ad urbem, altumq̃ murum,
Nos quidem circa urbem in uirgultis densis,
Inter calamos & paludem sub armis prostrati
Iacuimus, nox autem aduenit mala Borea incidente
Glaciali, at postea nix facta est ueluti pruina
Frigida, & scutis circumuertebatur crystallus.
Tunc alij omnes uestes habebant & tunicas,
Dormiebant autem quieti scutis cooperti humeros:
At ego uestem quidem discedens socijs reliqui
Stultè, quoniã non putabam tantum frigus futurum.
Sed sequebar scutum solum habens, & uestem nitidã.
Sed quãdo iã extrema pars noctis erat, trãs. a. astra ie-
Et tũc ego Vlyssẽ allocutus sum, qui propè erat (rant,
Cubito punctio: hic autem promptè audiuit,
Nobilis Laërtiade prudens Vlysses,
Non adhuc cum uiuis ero, sed me hyems (na
Interficiet. nõ. n. habeo chlanã apud me, decepit fortu-
Vna cũ tunica cũ sim, nũc. a. nõ amplꝰ remedia adsũt.
Sic dixi, hic aũt postea mentẽ tenuit hanc in animo,
Solus ille erat ad consulendum & pugnandum.
Loquens autem summissa uoce ad uerbum dixit,
Sile nunc ne quis Achiuorum alius audiat.
Dixit & in cubito caput tenuit, dixitq̃ uerbum,
Audite amici, diuinũ mihi in somnis astitit insomniũ.
Nam à nauibus longè uenimus, sed aliquis eat
Nunciatum Atrida Agamemnoni pastori populorũ,
At plures ad naues iubeat uenire.
Sic dixit, motus est. a. postea Thoas Andremonis filꝰ
Subitò, à se autem chlanam iecit purpuream.
Perrexit ire ad naues, ego autem in uestẽ illa
Iacui libenter, illuxit autem aureo throno aurora:
Vtinam nunc pubescerem, uisq̃ mihi firma esset,
Daret aliquis chlanam in stabulis subulcorum
Aequè amicitia ac reuerentia uiri boni,
Nũc. a. me inhonorãt malas circa corpus uestes habẽtẽ.
Hũc. a. respondens, alloquutus est Eumaus subulcus,
O senex, laus quidem tibi magna quàm dixisti,
Neq̃ amplius citra decorum uerbum inutile dixisti.
Ideo neq̃ uestẽ indigebis, neq̃ aliare,
Quàm conueniat supplici misero obuiam uenienti
Nunc: at manè tuis te uestibus amicies:
Non enim multæ chlanæ mutatoriæq̃ tunicæ
Hic ad induendum, una autem sola uiro singulo.
At postquam uenerit Vlyssis dilectus filius,
Ipse tibi chlanamq̃ tunicamq̃ uestes dabit,
Mittet & quò te cor animusq̃ iubet.
Sic loquutus surrexit, posuit autem ei ignem propè
Lectum, inq̃ caprarum & ouium pelles iniecit,
Vbi Vlysses dormiebat: insuper chlanam iniecit ipsi
Densam & mollem, qua ei erat mutatoria
Cũ se indueret, quãdo aliqua hyẽs terribilis orta esset.
Sic hic quidem tunc Vlysses dormiuit, at apud ipsum

Virũ

Viri dormierunt iuuenes, neq; fubulco
Placuit illic in lecto à ſuibus longè dormire.
Sed hic extrà iens armabatur, latabatur añe Vlyſſes
Quòd ſua uitæ curam gereret, licet longè abeſſet.
Primũ quidẽ enſem acutũ circũ fortes poſuit humeros,
Circũ. a. chlanã induit expellentẽ uentũ ualdè denſam,
Ac pellem accepit capræ benè nutritæ magnæ:
Accepit. a. acutã lanceã cõtrà canes adiutricẽ & uiros,
Perrexit autem ire dormiturus, ubi ſues
Petræ ſub concaua dormiebant Boreæ ſub tegmine.

Ἄνδρες κοιμήσαντο νεηλεΐαι, ἐν συβώτῃ
Ἤνδανε αὐτόθι κοῖτος, ὑὼν ἄπο κοιμηθῆναι·
Ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἐξω ἰὼν ὡπλίζετο (χαῖρε δ' ὁ δυστυς
Οἵ τι ῥά οἱ βιότῳ πεπονήδετο νόσφιν ἐόντι·)
Πρῶτον μὲν ξίφος ὀξὺ περὶ στιβαροῖς βάλετ' ὤμοις·
Ἀμφὶ δ' ἁλαίνην εἵσατ' ἀλεξάνεμον μάλα πυκνὴν,
Αὐτὰρ ὅ γ' αἰγὸς ἐΰτριφέος μεγάλοιο
Εἵλετο δ' ὀξὺν ἄκοντα, κυνῶν ἀλκτῆρα καὶ ἀνδρῶν.
Βῆ δ' ἴμεναι κείων ὅθι περ σύες ἀργιόδοντες
Πέτρῃ ὑπὸ γλαφυρῇ εὗδον Βορέω ὑπαὶ ἰωγῇ.

COMMENTARIVS.

ὃ δηλὸ ξένιος)Audita ſuperiore hoſpitis ſui narratione Eumæus, non potuit non commoueri, & eius commiſeratione duci, qui tot calamitates hactenus eſſet perpeſſus: quarum commemorationem falſi non arguit, ſed id ſolum quod de Vlyſſe interſeruit, atque id tantùm confictum ab hoſpite autumat, cùm ipſe perſuaſum habeat illum iam perijſſe, eiusque rei cauſam probabilem aſſignat, ut eò difficiliùs à fide ſua deturbetur, odium quo illũ Dij omnes ſunt proſequuti propter geſtum feliciter Troianũ bellum, quod illius opera totum eſt confectum. Eos autem Deos intelligit, qui partibus Troianorum fauebant, quoſque tantam iniuriam in eorum excidio ſibi illatam ultos iam eſſe credebat hic bonus porculator.

νωῖ δή μιν ἀκλειῶς)Sine honore ac gloria perijſſe Vlyſſem dicit, quòd eum credat ſepultura deſtitutum: quæ quanti fuerit facta apud ueteres, aliàs plenè docuimus. Raptum autem ab Harpyis,

(*Triſtius haud illis monſtrum nec ſæuior ulla*
Peſtis, & ira Deûm Stygijs ſeſe extulit undis
Virginei uolucrum uultus, fœdiſſima uentris
Proluuies, uncæq; manus & pallida ſemper
Ora fame.)

raptum, inquam, ab Harpyis dicit, hoc nouum genus mortis commentus (cùm anteà à canibus & uulturibus, uel à piſcibus diſcerptum ſuſpicaretur) ut crudele, quo proinde uti potuerint aduerſus eum infeſti illi & indignabundi Dij, à quibus illatam ei mortem exiſtimat. Porro hæc ipſa fermè uerba à Telemacho ſuprà lib. 1. uſurpabantur.

αὐτὰρ ἐγὼ)Hæc uidetur dicere Eumæus, ne ab hoſpite urgeretur de profectione ad Penelopen, ut ei hoc nuncium narratur. Duo ergo ſunt quæ uidetur prætexere, ne id facere precibus illius cogatur. primùm quòd non ſoleat niſi accerſitus à Penelope, eam accedere: deinde, quòd cùm ſemel ab Actolo peregrino de Vlyſſe falſa referente deceptus ſit, prudenter iam ex proprio peccato factus, ea de re amplius non ſit ſollicitus, neque anxiè de hero uiatores roget, aut eorum ſpontaneas narrationes minimè curet. Porrò rogat hunc hoſpitem, ut talia commemorare imposterum deſinat, cùm rem ſibi gratam non faciat, nedum mercedem à ſe expectare ullam poſsit. Hunc enim finem ipſi propoſitum putat, cuius tamen gratia beneuolentiam ſuam ei non pollicetur, ſed Iouis hoſpitalis reuerentia, & illius commiſeratione.

ἦ μάλα τίς τι)Cùm uideret Vlyſſes Eumæum nullo modo poſſe perſuaderi, indignabundus quodammodo in eum inſurgit, & ὀνείδισιν nimiam illi exprobrat, ut qui iurãti etiam fidem adhibere nolit: nihilominus quò magis fidem ſuis dictis recuſat Eumæus, eò magis urget hic hoſpes eorum ueritatem, ne ſi ſermonem hunc intermitteret, ſeſe mendacij propria taciturnitate conuinceret. Amat enim ueritas neſcio quomodo credi, & in dubium reuocari dolet: quod in ijs uideas, qui rem certam & exploratam commemorant. Vt enim ipſi pro comperta illam habent, talem etiam auditori innoteſcere ardentiſsimè cupiunt: & ſi moroſum & difficilem illum nanciſcantur, ſatis æquo animo illum non ferunt. At genus eſt quoddam hominum ſaxis ipſis durius ad perſuadendum, quod etiam peruicaciam ſuam tueri audeat: quaſi ad credendum cogi minimè poſsit, ubi præcipuè id narrari audiunt, quod ipſis inſolens aut minus uulgatum uidebitur. Ego uerò, ſi perſpecta ſit narrantis perſona, pro integra & ueracè iniuriam illi fieri credo, cùm de illius narrationis ueritate ambigas: & hoc ipſum illi ijdem ἄπειρον experiuntur, ſi quando ſuis quoque ſermonibus fidam ac credulam audientiam fieri ſentiunt. Proinde iniquum eſt alijs negare, quod tu ipſe tibi concedi poſtules. In eo ergo peccauit Eumæus, quòd ita obſtinatè iuranti etiam hoſpiti & tam ſanctè narrationem ſuam toties confirmanti fidem denegaret. Veritate tamen nixus hoſpes in ea conſtanter pergit, & pactum illud quod anteà Eumæo obtulerat, ſed altera parte grauius, ut ſi falſa dicere tandem conuinceretur, de petra pro mendacij ſupplicio deijceretur.

ὃς σ' ἐπὶ τὸν λιπεῖν)Locus hic meliùs intelligetur, ſi ex Euſtathio didicerimus, hanc phraſin uulgariter ita enunciari, ὥστε ἀγαγὼν εἰς πρᾶδιν ἄπο κτάσαμι. Talis ergo erit ſenſus: Non conſentiam in illud pactum (inquit Eumæus) quo tu à petra, hoſpes, uis deijci. nam ſi hoc facerem, magnum dedecus mihi inurerem, quaſi tibi hoc malum ſub hoſpitij prætextu aſtruxiſſem. Quibus indicat Eumæus, ſibi nondum poſſe perſuaderi Vlyſsis aduentum, quem tam ſanctè promittebat hic hoſpes: cum alteram tantùm partem illius conditionis, quam hoſpes proponebat, infirmarit, ac ſe eam non amplecti oſtenderit, priore intacta relicta, quaſi indigna cui reſponderet: immò cùm certò ſciret poſteriorem ſolùm poſſe contingere, quaſi hoſpitis miſertus, cui ſua cauſa tantum mali debebat conflari: longè à ſe illam remouet, ut qui malit rem falſam relinquere, quàm cum hoſpitis detrimento ac iactura illum mendacij conuincere. Vbi ſumma Eumæi in eũ beneuolentia facilè deprehenditur, qui ſui hoſpitis ſaluti, quàm ſuæ cauſæ uelificari maluerit, etiam cum ſpe, quæ illi de Vlyſſe ipſi chariſsimo obijciebatur. Longiorem porrò his ſermonibus anſam præcidens, aliò ſe conuertit, & hoſpitem ſuum ad cœnam inuitat, quam ipſemet paulò pòſt, quàm magnificè poteſt, inſtruit: ubi notandi erunt ritus ueteres, quos nos alibi ſatis demonſtrauimus, ut ſuperuacaneum ſit tam ſæpe eoſdem inculcare.

τὼ μὲν ἔπι νύμφῃσι)Attendenda eſt hæc carnium ſuillarum diſtributio in ſeptem partes: quarum alteram Nymphis, alteram Mercurio, tertiam Vlyſsi, quartam ſibi, tres reliquas reliquis tribus ſubulcis donauit Eumæus. Sed cur Nymphis & Mercurio? Nymphis quidem, inquit Euſtathius, ut alimenta animalibus ex terra ſuppeditent, quaſi fontibus, nemoribus, & ſacris fluuijs præſint: Mercurio uerò, quaſi & ipſi paſtori, & pecorum agenti curam. Quò pertinere dicit illa Simonidis, ἵνεν νύμφαις καὶ μυιάδ' τοῦτο. ὅτι δ' αὐδρῶν ἄμφω ἔχουσι τιμαίων: id eſt, ὅτι φυλάττουσι τὸ πνευματικὸν γλῶ, καὶ οἷον ζωοῦσι αὐτούς. Quæ ſequuntur apud Euſtathium, non refero, quia mihi non probantur.

ἦ ῥά νῦ ἄρχεσθαι)Priores illi ritus facti ſunt initio cœnæ, nunc alij fiunt ante pocula: quę diſtinctio apud Homerum ſemper eſt obſeruanda, ut nos alibi docuimus: non ita tamen ut cum potus inciperent, ab eſu abſtinerent (nam hic etiam bibentibus Eumæo & Vlyſsi reliquiſque Meſaulius carnes ſubminiſtrat) ſed quia in primis poculis, quaſi altera pars cœnæ inchoabatur, proinde nouis libationum ritibus indigebat.

πρίατο)Nota, quod ſæpius diximus, emi etiam ſolitos tunc temporis ſeruos.

κέκλυθι νῦν ὕπατος)Exploraturus Vlyſſes Eumæi beneuolentiam, poſtulat ſibi chlænam dari, ſed obliquè: ità tamen, ut directè ſibi dictum Eumæus cogitare potuerit: quamuis ipſe hoſpes petitionem ſuã ſub finem huius narrationis non expreſsiſſet, ut fecit. Primùm quaſi ueniam petit, quòd à uino dicere gloriabundus cogitur, factum quoddã: unde colligi poterit, ſe olim longè melioris conditionis extitiſſe quàm nunc ſit, ut qui Idomeneo & Vlyſsi comes in expeditione quadam egregia apud Troiam fuerit, & ibi humanitatem Vlyſsis ac beneuolentiam ſit expertus. Quod ingenioſè confinxit. primùm, ut ſe quoque apud Eumæum commendaret priſtini ſui ſtatus recordatione: deinde, ut exemplo Vlyſsis domini ſeruum Eumæum ad idem faciendum permoueret: quod etiam impetrauit.

οἶνος δ' αὖσιγε)Quid? tantúmne uirium huic uino, ut etiam à nolentibus quod uelit, ac minus conſentaneum ſit, extorqueat? Ita ſanè res ſe habet, quæ in his regionibus tam frequens eſt, ut maiore probatione non indigeat. Ea tamen dicemus, quæ ad hunc locum pertinebunt. Duos ergo effectus Vlyſſes uino tribuit. alterum, quòd lætitiam inducat: alterum, quòd loqui etiam minus decora & conuenientia interdum cogat. Vterque à calida facultate uini promanare uidetur, qua excitantur & incalescunt ſpiritus illi læ

tifici,&(ut ita loquar)sermocinantes spiritus.De lætitia primùm agamus.διόνυσος (inquit Pindarus apud Plutarchum in Iside)πολυγαθὴς ἀγγὸν φῶς ὀπώρας: *Bacchus multum lætificans homines lumen est purum Autumni.* At Tibullus l.7.

Ille liquor docuit uoces inflectere cantu, *Bacchus & agricolæ magno confecta labore*
Mouit & ad certos nescia membra modos. *Pectora tristitiæ dissoluenda dedit.*

Hinc rectè Simonides apud Athenæum,οἶνον ἀμφιτορᾳ δυσφροσυνάων appellauit.Ouid.1.de Arte:

Cura fugit multo,diluituŕ; mero *Tunc dolor,& cura,rugaq́; frontis abit.*
Tunc uenium risus,tunc pauper cornua sumit:

Aptiùs ad hunc locum Homericum de saltatione senum ille apud Athenæum lib.10.(ubi multa dicuntur in hoc argumentum)

οἶνῳ ἀῶνα γέροντα,κ̀ᾧ οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν. *Vina senem cogunt minimè saltare uolentem.*

Et Eriphus apud eundem:

λόγος γὰρ ἐς᾽ ἀρχαῖον,ἃ κακῶς ἔχων
οἶνον λέγουσι τὺς γέροντας,ὦ πάτερ
πάθων χορεύειν ἀ θέλοντας.

Ratione uerbum non caret uetus,pater,
Quòd esse tantæ uimum aut potentiæ,
Vt ad choreas uel senes ipsos trahat.

Alter effectus uini est,ut ea loqui ebrium cogat,quæ minus sint interdum conuenientia:quod cùm stultum sit,factum est ut uinum etiam ἠλεὸν uocauerit Vlysses.Adimit enim prudentiæ facultatem,& rationis uires consopit & penitus obruit, ut iam uinum liberè organis sermonis imperet,& ad ea effutienda,quæ sobrius uix auderet cogitare,pro libito abutatur.Rectè ergo Theognis:

ὃς δ᾽ αὖ ὑπερβάλλει πότου μέτρον,οὐκέτι κεῖνος
τῆς αὐτῆς γλώσσης κάρτος,οὐδὲ νόος.
μυθεῖται δ᾽ ἀπέλαμπτα πάνηφυς᾽ οὐδέτι αἰσχύν.
αἰδεῖται δ᾽ ἐσθλὸν ὀδέν,ὅταν μεθύῃ.
τὸ πρὶν ἐὼν σάφρων,τότε νηπίη.

Quisquis præterierit potus modum,non amplius ille
Suæ ipsius linguæ compos est,neq; mentis:
Loquitur autem infinita,quæ sobrijs uidentur turpia:
Veretur uerò factens nihil,quando ebrius fuerit,
Qui prius fuerat sapiens,tunc stultus euadit.

Et ille apud Athenæum lib.11. οἶνος κ̀ᾧ φρονίοισιν ἐς ἀφροσύνην κατέβαλλεν: *Insanire facit sanos quoq; copia uini.*
Et Menander: ὁ πολὺς ἄκρατος μικρὰ σώφρονας ἀναγκάζει φρονεῖν. *Multum meracum pauca sapere non facit.*
Et Hipponax, ὀλίγα φρονέουσι οἱ χαλικοπότηκοτες: *Parum sapiunt,qui uinum biberunt.*

Quis ergo,qui se ipsum amauerit,à nimia uini copia sibi non temperet?At dum homines nostri bibendo occupantur,hoc quoque, sed aure surda bibunt. Sed uæ isti temulentiæ & surditati, quibus sacrosanctum Dei templum toties turpissimè fœdatur. Verùm nos saturis illis Saturam non scribimus.

Finis libri decimiquarti.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Ο. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Ο᾽ΔΥΣΣΕΙΑΣ.

ΤΗΛΕΜΑΧΟΝΑ᾽θλωῦ ὄναρ ἐπιστᾶσα ἐς Ἰθάκην ἐπιστελθεῖν παρεσκεύασεν, ὡς δ᾽ ἄφιξις περὶ Μενελάου λαοῦν πέμπει, κ̀ᾧ εἰσβαίνειν μέλλοντα εἰς τὸ ναῦν, Θεοκλύμενον τινα Ἀργεῖον μαντικὸν ἀναλαμβάνει ἐπὶ φόνῳ φεύγοντα.κ̀ᾧ Εὔμαιος Ὀδυσσεῖ διηγεῖται ὡς Φοίνικες αὐτὸν λησάμενοι σὺν Συρίας νήσῳ, ἀπέδοντο Λαέρτῃ κ̀ᾧ ἡ Τηλεμάχου ναῦς κατασταθεῖσα εἰς Ἰθάκην, κ̀ᾧ τούτων ὡς ἕκαστα λέγει πεμψάντων, αὐτὸς ἐπὶ Εὔμαιον ἔρχεται.

ARGVMENTVM DECIMIQVINTI LIBRI *Odysseæ.*

TELEMACHO Minerua astans in somnis,in Ithacam redire hortatur. hic donis à Menelao acceptis mittitur, & ingressurus in nauim Theoclymenon quẽdam Argiuũ uatem recipit propter eẽdem fugientẽ.Et Eumæus Vlyssi narrat uti Phœnices ipsum prædâ factâ ex Syria insula uendiderunt Laerti.Et Telemachi nauis deducitur in Ithacã,& cùm hanc in ciuitatẽ remisisset,ipse ad Eumæũ pergit.

Ἄλλη.

Οὐ ἐπίβη δ᾽ Ἰθάκης Ὀδυσήιάδης σὺν Λακεδαίμονος.

Δ᾽ ΕΙΣ εὐρύχορον Λακεδαίμονα Παλλὰς Ἀθήνη
Ὤρχετ᾽ Ὀδυσσῆος μεγαθύμου φαίδιμον υἱὸν
Νόστου τ᾽ωμνήσουσα, κ̀ᾧ ὀτρυνέουσα νέεσθαι.
Εὗρε δ᾽ Τηλέμαχον,κ̀ᾧ Νέστορα δῖον ἀγλαὸν υἱὸν,
Εὕδοντ᾽ ἐν προδόμῳ Μενελάου κυδαλίμοιο.
Ἦτοι Νεστορίδην μαλακῷ δεδμημένον ὕπνῳ·
Τηλέμαχον δ᾽ ἀχνύμενον ἔχε γλυκὺς, ἀλλ᾽ ἐνὶ θυμῷ
Νύκτα δι᾽ ἀμβρόσιον μελεδήματα πατρὸς ἔγειρεν.
Ἄγχι δ᾽ ἱσταμένη προσέφη γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Τηλέμαχ᾽,ἦ κ̀ᾧ ἔπι καλὰ δόμων ἄπο * θῆν ἀλάλησαι,
Κτήματά τε προλιπὼν ἄνδρας τ᾽ ἐν σοῖσι δόμοισιν
Οὕτω ὑπερφίαλος·μή τι κ̀ᾧ᾽ πάντα φάγωσι
Κτήματα δαισάμενοι,σὺ δ᾽ ἠϋσίλω ὁδὸν ἔλθῃς.
Ἀλλ᾽ ὄτρυνε τάχιστα βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον,
Πεμπέμεν,ὄφρ᾽ ἔτι οἴκοι ἀμύμονα μητέρα τέτμῃς.
Ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε κασίγνητοί τε κέλονται
Εὐρυμάχῳ γήμασθαι ὃ δὲ πρὸ ἑῶν ἀέπαντας
Μνηστῆρας δώροισι,κ̀ᾧ ἐξώφελλον ἔεδνα.
Μὴ νύ τι σεῦ ἀέκητι δόμων σὺν κλῆμα φέρηται.
Οἶσθα γὰρ οἷος θυμὸς ἐνὶ στήθεσι γυναικὸς·

Aliud.

O,appulit ad Ithacam Vlysside ex Lacedæmone.

IN latam Lacedæmona Pallas Minerua
Accessit ad Vlyssis magnanimi illustrem filium,
De reditu admonitura, & suasura ut redeat.
Inuenit aũt Telemachum,& Nestoris inclytum filium
Dormientem in uestibulo domus Menelai illustris,
Nimirum Nestoridem molli domitum somno.
Telemachũ.a.nõ somnus tenebat dulcis,sed in animo
Noctem per solitariam curas de patre excitabat.
Propè autem stãs alloquuta est glaucis oculis Minerua,
Telemache nõ iam benè à tua domo diutius aberras,
Facultatibusq́; relictis,ijsq́; uiris in tuis domibus
Qui sic superbi sunt,ne omnia comedant,
Possessionibus diuisis: tu autem inanem uiam ueneris.
Sed impelle citissimè uoce bonum Menelaum
Ad te dimittẽdũ,ut adhuc domi bonã matrẽ inuenias.
Iam enim pateŕq; fratresq́; iubent
Eurymacho nubere,hic enim superat omnes
Procos donis,& auget dotes,
Ne te inuito ex domibus res efferatur.
Scis enim qualis animus in pectoribus mulieris:

Illius

Illius uult domum augere, quicunq; duxerit.
Filiorum autem priorum, & marti dilecti,
Non amplius recordatur mortui, neq; inquirit:
Sed tu ubi ueneris ipse committes singula
Ei famularum, quæ optima uidebitur esse,
Quousq; quidem ostendant Dei uenerabilem uxorem.
Aliud autem tibi uerbum dico, tu uerò repone animo.
Procorum tibi diligenter præstantiores insidiantur
In freto, Ithacæq; Samiq; pulueruleuta,
Cupientes occidere antè quàm in patriam uenias.
Sed hæc non puto, antè & aliquem terra detinebit
Virorum procorum qui uictum comedunt:
Sed longè ab insulis impelle benè fabricatam nauem,
Nocte. a. simul naviga, mittet aũt tibi uentum à tergo
Immortalium quicunq; te custoditq; liberatq;.
At ut primùm littus Ithacæ perueneris,
Nauem quidem in ciuitatem impelle, & omnes socios,
Ipse autem primùm subulcum adi,
Qui quidẽ suũ custos est. simul autem tibi mitia sentit.
Illic autem dormi, hunc autem mitte urbem intra
Renunciaturum casta Penelopa,
Quia ei saluus es, & ex Pylo uenisti.
Hæc quidem sic fata abiuit ad longum Olympum,
At hic Nestoridem ex dulci somno excitauit
Calce pede motum, & ei uerbum dixit,
Surge Nestoride Pisistrate unius unguis equos
Iunge currui subigens, ut eamus uiam.
Hũc. a. Nestorides Pisistratus contrà alloquutus est,
Telemache, nondum est festinantes uia
Noctẽ per tenebrosam impelleres: citò. a. aderit aurora,
Sed manè quousq; dona ferens in currus ponat
Heros Atrides lanceis inclytus Menelaus,
Et uerbis mitibus alloquutus remittat.
Huius enim hospes recordatur dies omnes
Viri hospitalis, qui amicitiam præbeat.
Sic fatus statim aureæ sedis uenit aurora,
Cominus autem ipsis uenit uoce bonus Menelaus
Surrectus è lecto Helenam apud pulchricomam.
Hunc postquam igitur cognouit Vlyssis dilectus filius,
Festinans, uestem circum corpus splendidam
Induit, & magnum pallium in fortes iecit humeros
Heros: iuit autem foras, astans autem alloquutus est
Telemachus dilectus filius Vlyssis diuini,
Atridæ Menelaë, diuine princeps populorum,
Iam nunc me remitte dilectam in patriam terram,
Iam enim mihi animus cupit domum ire.
Huic autem respondit postea uoce bonus Menelaus,
Telemache, non te ego multum tempus hic detinebo
Cupientem reditus: iraſcor autem & alij
Viro hospitali qui eximiè quidem diligit,
Eximiè autem odit, meliora autem decentia omnia:
Æquale malum est, qui & nolentem redire
Hospitem impellit, & qui ruentem detinet.
Oportet hospitẽ præsentẽ diligere, nolentẽ. a. dimittere.
Sed mane donec dona ferens in sedes ponam
Pulchras, tu. a. oculis uidebis, dicam autem mulieribus
Cœnã in domib. ut parẽt sufficiẽter ex ijs q̃ intus sunt,
Vtrinq; gloriaq; & splendor & utilitas,

Κέκυκε βέλεσσιν οἶκον ὀφέλλειν ὅς κεν ὀπήοι,
Παίδων ἢ ἄρσενα καὶ κεδνὸν φίλον ἄνδρα.
Οὐκέτι μέμνηται * πεπνυμένος, οὐδὲ μεταλλᾷ. * gr. πεπνύμενος
Ἀλλὰ σύγ' ἐλθὼν αὐτὸς ἐπιτρέψειας ἑκάστῃ
Δμωάων ἥτις τοι ἀρίστη φαίνεται εἶναι,
Εἰσόκε τοι φήνωσι θεοὶ κυδρὴν παράκοιτιν.
Ἄλλο δ' τοί γε ἐρέω· σὺ δ' σάωσο θυμῷ.
Μνηστήρων σ' ἐπιτηδὲς ἀρίστους λοχόωσιν
Ἐν πορθμῷ Ἰθάκης τε Σαμοιό τε παιπαλοέσσης,
Ἴμεροι κλεῖναι πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι.
Ἀλλὰ τά γ' ὄσσ' οἴω, πρὶν καί τινα γαῖα καθέξει
Ἀνδρῶν μνηστήρων, οἵ τοι βίοτον κατέδουσι.
Ἀλλὰ ἑκὰς νήσων ἀπέχειν εὐεργέα νῆα·
Νυκτὶ δ' ὁμῶς πλεῖεν· πέμψει δέ τοι ὄπιθεν
Ἀθανάτων ὅς τις σε φυλάσσει τε ῥύεταί τε.
Αὐτὰρ ἐπὴν πρώτην ἀκτὴν Ἰθάκης ἀφίκηαι,
Νῆα μὲν ἐς πόλιν ὀτρῦναι καὶ πάντας ἑταίρους·
Αὐτὸς δ' πρῶτιστα συβώτην εἰσαφικέσθαι,
* Ὅς τοι ὑῶν ἐπίουρος ὁμῶς δέ τοι ἤπια οἶδε. * gr. Ὃς τοι ὑῶν ἐπίουρος, ὁμῶς
Ἔνθα δ' νύκτ' ἀέσαι. τὸν δ' ὀτρῦναι πόλιν εἶσω
Ἀγγελίην ἐρέοντα πεφίδρυσι Πηνελοπείῃ,
Οὕνεκά οἱ σῶς ἐστι, καὶ ἐκ Πύλου ἠλήλυθας.
Ἦμος δ' ἄρ' ὡς εἰπὼν ἀπέβη ποὸς μακρὸν Ὄλυμπον,
Αὐτὰρ ὁ Νεστορίδην ἐξ ἡδέος ὕπνος ἔγειρε,
Λὰξ ποδὶ κινήσας· καὶ μιν ποὸς μῦθον ἔειπε,
Ἔγρεο Νεστορίδη Πεισίστρατε, μώνυχας ἵππους
Ζεῦξον ὑφ' ἅρμαθ' ἅγων, ὄφρα πρήσωμεν ὁδοῖο.
Τὸν δ' αὖ Νεστορίδης Πεισίστρατος αὐτίον ηὔδα,
Τηλέμαχ', οὔπως ἐστίν, ἐπιφρομένοισι περ ὀδοῖο,
Νύκτα δι' ἀθρῆσαι· ἐλάαν. τάχα δ' ἔσσεται ἠώς.
Ἀλλὰ μέν' εἰσόκε δῶρα φέρων ἐπιθήσεται Ἥρως
Ἠΐθεος Ἀτρεΐδης ἀγλαὸς Μενέλαος,
Καὶ μύθοις ἀγανοῖσι παραυδήσας ἀποπέμψῃ.
Τῷ γάρ τε ξεινοσύνην μιμνήσκεται ἤματα πάντα
Ἀνδρὸς ξεινοδόκου ὅς κεν φιλότητα παρέσχῃ.
Ὣς ἔφατ'. αὐτίκα δ' ἠριγένεια θρόνον ἦλυθεν ἠώς·
Ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
Ἀνστὰς ἐξ εὐνῆς Ἑλένης πάρα καλλικόμοιο.
Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε Διὸς δυσηνεθὴς φίλος υἱός,
Σπερχόμενός ῥα χιτῶνα θοὴν χροῒ σακάσσατο
Δῦνε, καὶ μέγα φᾶρος ἐπὶ στιβαροῖς βάλετ' ὤμοις
Ἥρως. βῆ δ' θύραζε, παριστάμενος δ' † ποσηύδα * gr. ποσηύδα, Ἀτρέδη
Τηλέμαχος φίλος υἱὸς Ὀδυσῆος θείοιο,
Ἀτρεΐδη Μενέλαε διοτρεφὲς, ὄρχαμε λαῶν,
Ἤδη νῦν μ' ἀπόπεμπε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ἤδη γάρ μοι θυμὸς ἐέλδεται οἶκαδ' ἱκέσθαι.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
Τηλέμαχ', ὄφρ' ἔγωγε πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἐρύξω
Ἵεμαι νόστοιο. νεμεσσητὸν δ' κε καὶ ἄλλῳ
Ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔχοχα μὲν φιλέησιν,
Ἔχοχα δ' ἐχθαίρησιν. ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.
Ἴσον τοι κακόν ἠδ' ὅστις σὸν ἐθέλοντα νέεσθαι
Ξεῖνον ἐποτρύνῃ, καὶ ὃς ἐσσύμενον κατερύκῃ.
Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δ' ἀπέμπειν.
Ἀλλὰ μέν' εἰσόκε δῶρα φέρων ἐπιθήσεται Ἥρως
Καλὰ, σὺ δ' ὀφθαλμοῖσιν ἴδῃς· ἔπα δ' γυναιξὶν
Δεῖπνον ἐνὶ μεγάροις πυκινῶς ἄλις εἶδον ἐόντων.
Ἀμφότερον, κῦδός τε καὶ ἀγλαΐη, καὶ ὄνησις,

An-

Δειπνήσαντας ἶμεν πολλὸν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.
Εἰ δ' ἐθέλεις τεφθῶμεν ἀν' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος,
Ὄφρά τοι αὐτὸς ἕπωμαι, ὑπαζεύξω δέ τοι ἵππους·
Ἄστεα δ' ἀνθρώπων ἡγήσομαι· οὐδέ τις ἡμέας
Αὔτως ἀπρήκτους ἐπιπέμψει, δώσει δέ τι καὶ φέρεσθαι,
Ἠέ τινα τρίποδα δύχαλκον ἠὲ λέβητα,
Ἠὲ δύο ἡμιόνους, ἠὲ χρύσεον ἄλεισον.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος αὐτίον ηὔδα,
Ἀτρεΐδη Μενέλαε διοτρεφὲς, ὄρχαμε λαῶν,
Βάλλομαι ἤδη νεῖσθαι ἐφ' ἡμέτερ'· (ἐν γὰρ ὀπίσσω
Οὖρον ἐὼν κατέλειπον ὅτ' ἐκλείστην ἐμοῖσι)
Μὴ πατέρ' αὐτίθεον δίζήμενος αὐτὸς ὀλωμαι,
Ἢ τί μοι ἐκ μεγάρων κειμήλιον ἐσθλὸν ὄληται.

Cœnatos ire multam in infinitam terram,
Si autem uis diuertere in Græciam & mediũ Argos,
Vt ipse sequar, subiungam autem equos:
Ad urbes hominum ducam, neq; aliquis nos
Frustrà remittet, dabit autem aliquid unum ferri,
Vel aliquem tripodem benè æratum, uel lebetem,
Vel duos mulos, uel aureum poculum.
Hũc.a.rursus Telemachus prudẽs cõtrà allocutus est,
Atride Menelaë diuine princeps populorum
Volo iam redire ad nostra. non enim à tergo
Custodem discedens reliqui in rebus meis,
Ne patrem diuinum quærens ipse peream,
Certè mihi ex domibus depositum bonum pereat.

COMMENTARIVS.

ἦ δ' ἐς ὑερύχροον) Commodè Homerus Vlysse & Eumæo reliquisque subulcis consopitis interserit narrationem aduentus Mineruæ in Lacedæmona, unde Telemachum erat in Ithacam reuocatura: quod se præstiturã antea sub finem lib. 13. receperat. Iam ergo aduenit Lacedæmona, ubi Telemachum exceptum fuisse hospitio à Menelao suprà lib. 4. uidimus, ac noctu cum Pisistrato Nestoris filio recubuisse. Vtrumque autem cubantem in lecto inuenisse Minerua dicitur: & alterum quidem, nempe Pisistratum dormientem, Telemachum uerò peruigilem, utpote qui summis de patre curis agitatus somnos captare non possit. Cuius rei causam alicubi in Iliade attigimus. Atque hîc filij animum de patre anxiè sollicitum, adeò ut se ipsum negligat, propriamque naturam defraudet præ sollicitudine, quæ illi quietem & animi & corporis admit, filij, inquam, animum pium licet obseruare.

τλιμήχ' οὐκ ἐπιεικὲ) Hæc est oratio Mineruæ, qua Telemachum ad reditum in patriam incitat, idque ob causam quam affert. de nuptijs Penelopæ cum Eurymacho. Noluit enim illi aduentum patris significare, ut eò magis Vlysses occultaretur, & eius famam in exteros populos non spargeret, donec absoluta esset in procos expeditio quàm occultè moliebatur.

ἦδη γὰρ μάκαρσι) Hoc non est commentum Mineruæ, neque alienum ab ipsa ueritate, qualis saltem his de rebus memoratur. Affines enim & consanguinei omnes, atque adeò ipse parens Penelopæ, dolentes tamdiu uiduam illam esse, ualde urgebant de ineundo tandem matrimonio, quod & ipsa Vlysi ignoto infrà lib. 19. commemorabit. Hinc quoque desumpsit Ouid. Epist. 1. quod loquentem ita Penelopen inducit:

Me pater Icarius uiduo discedere lecto *Cogit, & immensas increpat usque moras.*

Cuius tamen petitionibus noluisse se obtemperare. ibidem testatur his uerbis:

Increpet usq; licet: tua sim, tua dicar oportet: *Penelope coniux semper Vlyssis ero.*

οἶδα γὰρ οἷος) Argumento isto utitur, ut magis Telemachum ad reditum incitet, ut qui hanc recentem bonorum suorum iacturam, quam sibi impendere à matre ad alias nuptias trãseunte intelligat, euitare sine errore uelle debeat. Describit autem ingenium mulierum, quæ cum secundo matrimonio alligantur, prioris penitus obliuiscantur, imò præsentem amorem recentemque præterito & ueteri anteponant, adeò ut in hac nouitate amabili non uereantur primi tori liberos proprijs facultatibus spoliare, ut sibi & nouo coniugi meliùs consulant. Quia ergo abscentia Telemachi maiorem ansam eius bona diripiendi Penelopæ exhibere poterat, cùm eius præsentia iniuriam hanc à se propellere posset, iubet meritò Minerua eum quàm citissimè in patriam se conferre.

ἄλλο δέ τοι ἐρέω) Monet Telemachum Minerua de insidijs, quas ei proci reuersuro instruxerant: tum docet etiam rationem, qua illas declinare possit, atque adeò auxilium ei tacitè aduersus procos pollicetur.

τλίμεχ' ὥπως ἐσὶν) Hoc consilium Pisistrati uidetur fuisse prudentius quàm illud Telemachi, quo se itineri noctu uolebat committere quanquam illud ipsum anteà uidebatur Minerua suadere illis uerbis, νύκτα δ' ὁμῶς πλέον. Sed illa potiùs mihi uidentur dici de continuanda nauigatione semel susceptã, de continuãda, inquam, etiam noctu, ut eò cõmodiùs insidias procorum declinaret.

τὴ γάρ πεξθι) Existimauit Pisistratus uelle Telemachum insalutato Menelao raptim discedere: quod cùm indecens futurum esset, aliud monet Pisistratus, ut antequam se itineri committant, cum Menelao uerba faciant, à quo ueniã discedendi expectãt. Quod esse faciendum docet ex generaliori illo axiomate, monente laudatæ hoc esse cõsuetudinis, ut qui ab aliquo exceptus est hospitio, nunquam obliuiscatur. Quanto magis ergo in ipso profectionis ab eius ædibus consilio illius meminerit?

τλίμεχ' ὥπως σ' ἴγωγε) Notandus est hic modus, quo in remittendo suo hospite utitur Menelaus: nã statim ei facultatem discedendi concedit, neque pluribus cum eo agit, ut eum diutius apud se remoretur. Quod quia sinistri aliquid de Menelao poterat ipsi Telemacho párere, quasi qui lubenter hominem à sẽ dimittit, lætari ex discessu illius uideatur, rationem quodammodo subijcit uoluntatis suæ. Mediocritatem enim se in hospite exoptare dicit, id est qui nec impensius amet neque oderit suum hospitem: id est, eum quem hospitio suscipit. Odium illud intelligendum est, si hospes hospitem inuito animo excipiat, aut nulla eum ratione in suas ædes admittat. Quod per se ita damnandum fuit illis temporibus, ut pluribus id docere opus non fit. At impensus ille amor, quo hospes hospitem complectitur, uidetur quodammodo tolerandus, neque mereri ut eum Menelaus oderit, ac minimè iam amplectatur & usurpet erga Telemachum. Sed sine dubio in rebus quantumuis bonis excessus est improbãdus ac periculosus, qualis etiam in hoc casu esse potest. Dum enim amicum tuum diutiùs apud te detines, grauiora illi negotia aut magis seria occupationes forsitan remoraris: sic ista ratione plus illi interdum damni quàm commodi inferri solet, ut etiam illi [illegible] sibi à Nestore timere Telemachum in sequentib. uidebimus. Quod animo reuoluisse uidetur Menelaus cùm illa diceret: ergo quamprimè subijcit oportere præsentem hospitem amicè complecti, uolentem autem discedere non remorari. Quæ uox priscorum sæculorum candori fuit accommodatissima, ubi nulla esset mutuæ beneuolentiæ inter hospites diffidentia: nostris uerò aliud fortasse est sentiendum, ubi hospes aut amicus qui apud te diuerterit, discessum fingit, ut animum tuum erga se exploret. Si ergo dimittis, iudicium de te feret eiusmodi, ut à te non lubenter se ædibus tuis exceptum fuisse suspicetur, ac malle eum te foris quàm domi. Si detines, iam numerum amicorum subibis, & omnia de te candida sibi pollicebitur. Eius tamen sunt partes, ut nimium amico non sit onerosus, & diuturna morosus mora. Quò pertinet apologus ille Gallorum, quo pater filio in præceptis moriens dedisse fertur, ut tamdiu in ædibus amici non moraretur, donec panem commutatum uideret. Moris est enim ut lautitijs omnibus, quarum fundamentũ est in pane, cuius præcipua in uictu habetur ratio, recens uenientem amicum excipias. Iam ubi illæ cessant, & pro albo (qui solet esse præstantior) niger tibi panis obtruditur: indicio est te fastidiũ tui amico tuo cõcitasse, utpote in quẽ primas illas epularũ delicias ampliùs non cõferat.

ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα) His uerbis puto mediocritatem laudari, quæ omnia facit αἴσιμα, hoc κῦ αἶσιμα, ὑ δ' ὐκ αἶσιμα, ut alibi loquitur Homerus.

ἐκ δ' ἐθέλεις τεφθῆναι) Hoc auctario beneuolentiam suam erga Telemachum reddit (ut ita dicam) locupletiorem. Quod tamen modestè recusauit Telemachus, conseruationem bonorum suorum nouæ aliorum acquisitioni anteponens.

Αὐτὰρ ἐπεὶ τόγ' ἄκουσε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
Αὐτίκ' ἄρ' ἢ ἀλόχῳ ἠδὲ δμωῇσι κέλευσε
Δεῖπνον ἑνὶ μεγάροις τιτύκειν ἅλις εἴδοτ' ἐόντων.

At postquam hoc audiuit uoce bonus Menelaus,
Statim suæ uxori & famulis iussit,
Cœnã in domib. pparare sufficienter intus existentiũ.

Propè

Prope autem ipsum uenit Boëthœdes Eteoneus, (ipso:
Exsurgẽs ex lecto, quoniã nõ multũ habitabat lõge ab
Hunc aũt ignẽ accendere iussit uoce bonus Menelaus,
Assaregz carnes, hic autem non neglexit ubi audiuit:
Ipse autem in thalamum descendit odoratum
Non solus, simul cũ ipso Helena ibat, & Megapenthes.
Sed quando iam peruenerunt ubi ei deposita iacebant,
Atrides quidẽ postea poculum accepit rotundum.
Filium autem craterem portare Megapenthem iussit
Argenteum: Helena autem astitit arcis,
Vbi erant uestes illæ uariegatæ, quas laborauerat ipsa.
Harũ unã sublatã Helena portabat diuina mulierum,
Quæ pulcherrima erat uersicoloribus texturis & maxĩa
Stella. a. tanquã resplendebat, iacebat. a. ultima aliarũ.
Perrexerũt, aere ulterius p domũ quousqz peruenerũt
Ad Telemachũ, hunc. a. alloquutus est flauus Menelaus,
Telemache certè reditũ ut mentibus tuis cogitas,
Sic tibi Iupiter pficiat ualdè consonãs maritus Iunonis·
Donorũ aũt quæcunqz in mea domo deposita iacent,
Dabo quod optimum & honoratissimum est.
Dabo tibi craterem fabricatum, argenteus autem
Est totus, auro autem labra immixta sunt.
Opus autem Vulcani: præbuit autem illustris heros
Sidoniorum rex, quando sua domus cooperuit
Illic me redeuntem, tibi autem uolo hoc præbere.
Sic locutus, in manibus posuit poculum rotundum
Heros Atrides, hic autem craterem lucidum
Posuit illic coràm portans fortis Megapenthes
Argenteum: Helena autem astitit pulchrigena
Vestẽ habẽs in manib, uerbũqz dixit, & illũ cõpellauit:
Donum tibi & ego fili dilecte hoc do, (pus
Monumẽtũ Helenæ poptabiliũ manuũ ad nuptiarũ tẽ-
Vt tuæ uxori portes, interim aũt dilectã apud matrem
Iaciat in domo, tu autem mihi gaudens abi
Domũ benè ædificatum, & tuam in patriam terram.
Sic loquuta in manib posuit, hic. a. suscepit gaudẽs:
Et hæc quidem in tabulata posuit Pisistratus heros
Susceptа, & omnia suo admiratus est animo.
Hos autem duxit ad domum capite flauus Menelaus:
Sederunt autem postea in sedibusqz thronisqz.
Lauacra autem famula gutturnio infudit ferens
Pulchro aureo super argenteo lebete
Lauare, apud autem politam extendit mensam.
Panem autem honesta famula apposuit ferens,
Cibis multis impositis, gratificans è præsentibus.
Apud. a. Boëthœdes carnes incidebat, & distribuebat
Ministrabat aũt filius Menelai inclyti. (partes,
Hi aũt in cibos paratos præiacentes manus mittebant.
At postquam potus & cibi desiderium amouerunt:
Et tunc Telemachus & Nestoris illustris filius
Equos iũxerũt, supraqz currus uariegatos ascenderũt:
Extra. a. impulerũt uestibulũ & porticũ ualdè sonãtẽ.
Cum his autem Atrides ibat flauus Menelaus,
Vinum habens in manu dulce dextra,
Aurea in patera, ut sacrificantes proficiscerentur.
Statuit aũt equos antè, circumspectus aũt locutus est,
Gaudete, ô iuuenes, & Nestori pastori populorum
Dicite: certè enim mihi pater tanquam mitis erat,

Ἀγχίμολον δ' ἐοῖ ἦλθε Βοηθοίδης Ἐτεωνεύς,
Ἀνστὰς ἐξ εὐνῆς· ἐπεὶ ῥ' πολὺ νάσφιν ἀπ' αὐτοῦ.
Τὸν πῦρ κῆαι ἄνωγε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
Ὀπτῆσαί τε κρεῶν. ὁ δ' ἄρ' οὐκ ἀπέθησεν ἀκούσας.
Αὐτὸς δ' εἰς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα,
Οὐκ οἶος, ἅμα τῷγ' Ἑλένη κιε καὶ Μεγαπένθης.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἵκανον ὅθι οἱ κειμήλια κεῖτο,
Ἀτρεΐδης μὲν ἔπειτα δέπας λάβεν ἀμφικύπελλον,
Υἱὸν δ' κρητῆρα φέρειν Μεγαπένθε' ἀνώγει
Ἀργύρεον. Ἑλένη δ' πάρ ἵστατο φωριαμοῖσιν,
Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, οὓς κάμε αὐτή.
Τῶν ἓν ἀειραμένη Ἑλένη φέρε δῖα γυναικῶν,
Ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν, ἠδὲ μέγιστος,
Ἀστὴρ δ' ὡς ἀπέλαμπεν. ἔκειτο δ' ὑπαὶ πάντων.
Βὰν δ' ἰέναι κατὰ δῶμα διὰ δμῶας ἐγείρων. * ἕως ἵκανε χ. εἷος
Τηλέμαχον. τὸν δ' πρόσφη ξανθὸς Μενέλαος·
Τηλέμαχ', ἦτοι νόσφιν ὅπως φρεσὶ σῇσι μενοιᾶς,
Ὥς τοι Ζεὺς τελέσαι ἐρίγδουπος θέτις Ἥρης·
Δώρων δ' ὅσσ' ἐν ἐμῷ εἴκω κειμήλια κεῖται,
Δώσω ὃ κάλλιστον καὶ τιμηέστατόν ἐστι.
Δώσω τοι κρητῆρα τετυγμένον ἀργύρεον δ'
Ἐστὶν ἅπας, χρυσῷ δὲ σφιν χείλεα κεκρόσσωται.
Ἔργον δ' Ἡφαίστοιο· πόρεν δέ ἑ Φαίδιμος ἥρως
Σιδονίων βασιλεύς, ὅθ' ἑὸς δόμος ἀμφεκάλυψεν
Κεῖσέ με νοστήσαντα. πιεῖν δ' ἐθέλω τόδε οἱ πάσασθαι.
Ὣς εἰπὼν, ἐν χερσὶ τίθει δέπας ἀμφικύπελλον
Ἥρως Ἀτρεΐδης. ὁ δ' ἄρα κρητῆρα φαεινὸν
Θῆκ' αὐτὸ πρόπαροιθε φέρων κρατερὸς Μεγαπένθης
Ἀργύρεον. Ἑλένη δ' παρέστη καλλιπάρῃος,
Πέπλον ἔχουσ' ἐν χερσίν. ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζεν,
Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τῦτο δίδωμι,
Μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν, πολυηράτου εἰς γάμον ὥρην
Σῇ ἀλόχῳ φορέειν τέως δ' φίλη παρὰ μητρὶ
Κείσθω ἐνὶ μεγάρῳ. σὺ δὲ μοι χαίρων ἀφίκοιο
Οἶκον ἐϋκλίμενον καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ὣς ἐτάσσ' ἐν χερσὶ τίθει. ὁ δ' ἐδέξατο χαίρων.
Καὶ τὰ μὲν ἐς πείρινθα τίθει Πεισίστρατος ἥρως
Δεξάμενος, καὶ πάντα ἐῷ θηήσατο θυμῷ.
Τὼς δ' ἦγε πρὸς δόμον κάρη ξανθὸς Μενέλαος·
Ἑζέσθην δ' ἄρ' ἔπειτα κατ' κλισμούς τε θρόνους τε.
Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος πρόχοῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι παρὰ δ' ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.
Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
Εἴδατα πόλλ' ὀπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων.
Πὰρ δ' Βοηθοίδης κρέα δαίετο, καὶ νέμε μοίρας,
Ὠρνυχόει δ' υἱὸς Μενελάου κυδαλίμοιο.
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον εἶτο,
† Καὶ τότε Τηλέμαχος καὶ Νέστορος ἀγλαὸς υἱὸς χ. Δι τότε
Ἵππους τε ζεύγνυτ', αἰὰ θ' ἅρματα ποικίλ' ἔβαινον·
Ἐκ δ' ἔλασαν προθύροιο καὶ αἰθούσης ἐριγδούπου.
Τὼς δ' μετ' Ἀτρεΐδης ἔκιε ξανθὸς Μενέλαος,
Οἶνον ἔχων ἐν χειρὶ μελίφρονα δεξιτερῇφι,
Χρυσείῳ ἐν δέπαϊ, ὄφρα λείψαιτε κιόντω.
Στῆ δ' ἵππων προπάροιθε· δεδισκόμενος δ' προσηύδα,
Χαίρετον ὦ κοῦρω, καὶ Νέστορι ποιμένι λαῶν
Εἰπεῖν· ἦ γὰρ ἐμοιγε πατὴρ ὡς ἤπιος ἦεν,

εἷος

Εἴως ἐν Τροίῃ πολεμίζομεν υἷες Ἀχαιῶν.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος αὐτίον ηὔδα,
Καὶ λίην κείνω γε διοτρεφὲς, ὡς ἀγορεύεις,
Πάντα τά σ' ἐλθόντες κλέξομεν· αἰ γὰρ ἐγὼν ὡς
χ. Νοσήσας Ἰθάκῃδε, κιχὼν οἶκον σὸν οἶκῳ
* Νοσήσας, Ἰθάκηνδε κιὼν, Ὀ' σῇσι ἐν οἴκῳ
Εἰσιμὶ ὡς παρὰ σεῖο τυχὼν φιλότητος ἀπάσης
Ἔρχομαι, αὐτὰρ ἄγων κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλά.
Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπλατο δεξιὸς ὄρνις,
Ἀνδρῶν δαιτυμόνων, οἵ μιν πατέρ᾽ ἀμφεπίσσοντο.
Οἱ μὲν ἄρ᾽ ἐς θῶκον πρόμολον, δήμοιό τε φῆμιν.
Ἡ δ᾽ αἶψα τρεῖς ἄλεισα καταπρύσασ᾽ ὑπὸ κόλπῳ
Ἐκφερεν. αὐτὰρ ἐγὼν ἐπόμην ἀεσιφροσύνησι.
Δύσετο τ᾽ ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.
Ἡμεῖς δ᾽ ἐς λιμένα κλυτὸν ἦλθομεν ὦκα κιόντες,
Ἔνθ᾽ ἄρα Φοινίκων ἦν ἀνδρῶν ὠκυάλου νηῦς.
Οἱ μὲν ἐπ᾽ ἀναβάντες ἐπίπλεον ὑγρὰ κέλευθα,

Νῶϊ ἀναβασάμενοι· ὅτε δὴ Ζεὺς ἄρον ἄλλον.
Ἓξ ἤματα μὲν ὁμῶς πλέομεν νύκτάς τε καὶ ἦμαρ·
Ἀλλ' ὅτ' ἄρ' ἕβδομον ἦμαρ ἐπὶ Ζεὺς ἦκε Κρονίων,
Τὴν μὲν ἔπειτα γυναῖκα βάλ' Ἄρτεμις ἰοχέαιρα·
Ἄντλῳ δ' ἐν βάπτησε πεσοῦσ' ὡς εἰναλίη κήξ·
Καὶ τὴν μὲν φώκῃσι καὶ ἰχθύσι κύρμα γενέσθαι
Ἔκβαλον· αὐτὰρ ἐγὼ λιπόμην ἀκαχήμενος ᾗτορ.
Τὰς δ' Ἰθάκη ἐπέλασσε φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ·
Ἔνθά με Λαέρτης πρίατο κλεάπτοισιν ἑοῖσιν.
Οὕτω τὴν δὴ γαῖαν ἐγὼν ἴδον ὀφθαλμοῖσιν.

Nos naui imponentes, Iupiter autem uentum immisit.
Sex diebus quidē simul nauigauimus noctēq; & die.
Sed quando ſeptimū diē Iupiter impoſuit Saturnius,
Hāc qdē poſtea mulierē interfecit Diana ſagittis gau-
In ſentinā.a.inſonuit cadēs, ſicut marina fulica, (dēs.
Et hanc quidem phocis & piſcibus eſcam fieri
Etecerunt, at ego relictus ſum dolens animo.
Hos autem Ithaca admouit portans uentusq; & aqua,
Vbi me Laërtes emit rebus ſuis,
Sic hanc terram ego uidi oculis.

COMMENTARIVS.

πόθεν ἀπολάγχης) Vnde, quæſo, hoc collegit Vlyſſes? Nam de ſuis erroribus nihil meminit Eumæus in oratione præcedenti. Veriſimile eſt ergo, Vlyſſem ita eſſe ſubodoratum, cùm eum à matre educatum intellexiſſet, quòd nimirum domeſticus non eſſet, ſed extraneus, atque adeò ſeruus. Peregrinum ergo eum fuiſſe oportuit, ac proinde longè remotum ab illa inſula Ithaca. Videtur enim moris fuiſſe, ut quælibet gens exteris tantùm pro ſeruis uteretur, proprijs regionis incolis parceret. Nam ſi domi haberēt eos, cur foris quærerent? & aliunde ſibi compararent & mercarentur. Hinc ergo arripit occaſionem Vlyſſes ulterius de patria illius Eumæi ſciſcitandi, & ratione qua in Laertæ poteſtatem uenerit, cui longa narratione mox Eumæus ſatisfaciet.

αἶψα κῆ πολὺς ὕπνος) Quæ mediocritas in rebus laudanda eſt, ea etiā in ſomno requiritur. Vitioſum enim eſt, quicquid per ſe bonū eſt, ſi modi fines exceſſerit. Quod ut in reliquis non doceamus, prolixitatis euitandæ cauſa, id in ſomno quo de nunc eſt quæſtio, obſeruare licet. Eſt enim ſomnus res homini admodum ſalutaris, unde illa in Monoſtichis, ὕπνος δὲ πᾶσιν ἐστὶν ὑγιὲς βίος: &, ὕπνος πέφυκε σώματος σωτηρία. Has enim ſomni & uigiliæ uiciſſitudines inſtituit animantibus neceſſarias natura, ut quæ ſine utriuſque uſu ſubſiſtere nullo modo poſſint, ut aliàs ex Ariſtotele docuimus. Ergo campus ſe nobis aperit de commodis modici, & incommodis immodici ſomni, quem ſi placet leuiter percurramus, & ſummis, ut dicunt, ueſtigijs. Ergo modicum ſomnum eum intelligimus, qui naturæ ſufficiat ad alimentorum concoctionem, cui plurimùm conducere à tota Medicorum turba ſcribitur: & præcipuè ab antelignano illo Hippocrate lib. 6. de Morb. pop. part. 4. & 5. & Galeno lib. 3. de Cauſ. ſympt. & 2. de Muſc. motu. Dormiente enim homine uentriculus calrdior redditur, unde egregiam operam in cibis concoquendis nauat, animali uidelicet uirtute quieſcente, naturali uerò uehementiùs operante. Plinius uidetur calorem illum qui internas petit in ſomno partes, pro animo accepiſſe: ſiquidem ſomnum definit animi in medium corpus quendam receſſum. Itaque hoc eſt maximum emolumentum, quod homini ſomnus parit: aliud eſt, quod laborum ſit perfugium, & animi requies. Quæ duo perſequitur Fernelius de Morb. cauſ. lib. 1. cap. 17. his uerbis: Eſt autem ſomnus non ſolùm motus, uerum etiam ſenſus omnisque animalis functionis ceſſatio, in qua non modò ut in quiete nerui, muſculi artusque, ſed & cerebrum & ſenſus omnes conſopiri ſolent: eſtque ſomnus omnium quaſi perfugium laborum, requies animi, pars humanæ melior uitæ. Hic ſpiritus labore uigiliſque diſſipatos reſtituit, alijs uidelicet ad functionum ſuccentationem ſuffectis. Membrorum ſenſuumque defatigationem tollit, naturales functiones, maximeque concoctionem & retentionem corroborat & auget. Tum ſiquidem natiuus color minimè diſperſus ſed circum uiſcera intro ſe colligens, uegetiorque factus, in cibi crudorumque humorum concoctionem ualidius incumbit, &c. Ad ſecundum emolumentum pertinent illa ſomni Epitheta apud Homerum, λυπόνυ, λυσιπόνου, λυσιμελοῦς, λυσιμελήματα, &c. Hinc Alexis eum βροτείων πόνων πανσίκακον appellauit: & alius neſcio quis κάματων λιμένα. *Hinc domitorem malorum, requiemq; animi* Seneca. Hinc eius laudes apud Ouid. lib. 11. Metam.

Somne quies rerum, placidiſſime Somne Deorum, *Feſſa miniſterijs mulces, reparaſq; labori.*
Pax animi, quem cura fugit, in pectora duru

Atque hæc ſunt moderati ſomni cōmoda. Ex immoderato contrà pernicies duplex naſcitur: primùm corpori, deinde animo: quod item medici ſatis docent, & ex recentioribus idem Fernelius loco iam laudato. Cæterùm, inquit, ſomnus immoderatior, ſpiritus offundit & obſcurat, omnes ſenſuum mentisque uires torpore & ignauia debilitat, calorem obtundit, functionesque naturales infringit, crudos pituitoſosque humores & omnis generis ſuperuacanea exaggerat. Corpus itaque refrigerans & humectans ignauum atque iners magis quam quies efficit, deſtillationum, frigidorum diuturnorumque humorum author. Hinc eſt quod Plato lib. 2. de Legibus dicit, ὑπνος πολὺς ἔτε τοῖς σώμασιν ἔτε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, ἐσθ' ὡ τοῖς πρᾶξιν ταῖς ἐκεῖ τοῦτο πάντα ἀρμόττων ἐστὶ κατὰ φύσιν. κοιμώμενοι γὰρ ἥδιστοι ἀξιος ὑπνος μᾶλλον τῶ μὴ ζῶντος. ἀλλ' ὅσις τὸ ζῆν ἡμῶν ἢ τὸ φρονεῖν μάλιστα ἐστὶ κεδεμών, ἐγκήρης χρόνου ὡς πλῆστον, τὸ τοῦτο ὑγίειαν αὐτῆ μόνον φυλάττων χρησιμώτατον ἐστὶ δ' ὁ πολὺ, καλῶς ἐκ ἔχος ἐον. id eſt, Serrano interprete: Somnus multus neque corporibus neque animis neque rebus gerendis ex natura aptus eſt: nemo profectò, dum dormit, ullius eſt precij, nihilo magis quàm qui non uiuit. qui igitur uitæ & ſapientiæ curam gerit, plurimo tempore uigilat: id tantùm prouidens atque obſeruans, ut ſomni tantum capiat, quantum ad ſanitatem poteſt pertinere: ad cuius quidem conſeruationem non multo ſomno opus eſt, dummodo rectè conſtitutus ſit ſomni capiendi modus. Ergo in ſomno capiendo etiam modus eſt adhibendus, qualem ſummi uiri etiam adhibuerunt: ut de Auguſto refert Suetonius, eum non ultra ſeptem horas dormire ſolitum, quo quidem ſpacio ſomnus ut plurimùm terminari ſolet. Ratio tamen ætatum eſt habenda. longiore enim ſomno iuniores quam ſenes indigent, ut item ij qui imbecilliore ſunt corpore: & repletiore uel crudiore ſtomacho, aut qui laboribus ſunt defatigati. Itaque cautiùs ſomni finem concoctione abſoluta terminandum cenſemus. Vtut ſit, cùm excedit modum, uitioſus eſt habendus, & denique ut concludamus cū ſubulco, αἶψα πολὺς ὕπνος.

μετὰ χάρ τι καὶ ἄλγεσι) Quænam eſt, quæſo, iſta delectatio in media dolorum aut laborum, quos olim perpeſſus fueris commemoratione? Ea ſcilicet, quòd te ijs ereptum, & in ſecuritatem collocatum iam ſentias. Hinc apud Tullium Euripides, iucundam dicitur præteritorum malorum ſecuram recordationem πόνων. Et apud eundem uulgatum illud prouerbium, *Iucundi acti labores.* de quo Eraſmus Adag. Chil. 2. cent. 3. prou. 43. Euſtathius apud Macrobium lib. 7. cap. 2. in eorum numeratione, de quibus aliquis lubenter rogatur: Pericula quoque (inquit) præterita, uel ærumnas penitus abſolutas qui cuaſit, ut referat gratiſsimè prouocatur. Nam quī adhuc in ipſis uel paululùm detinetur, horret admonitionē, & formidat relatam. Id adeò Euripides expreſsit, ὡς ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων. Adiecit enim, σωθέντα: ut oſtenderet, poſt finem malorum gratiam relationis incipere. Et Poeta ueſter (*Virgilium intelligit*) adijciendo olim quid niſi poſt emenſa infortunia futuro tempore iuuare dicit memoriam ſedati laboris? *Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit, &c.* Et habet illa recordatio neſcio quid facultatis præſentem ſecuritatem cōdiendi, ut eleganter docuit Xenophon lib. 7. his uerbis: ἐκεῖνο δὴ καταμαθεῖν, ὅτι πολύτροπα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα ἐστὶν, ὡς ἔστιν ὅτε καὶ ἐν πολυτελῶς παρασκευασθέντι αὖ, ὡς δ' ἡδὺ εἶναι. (οἱ γὰρ πόνοι ἔνιοι τοῖς ἀγαθοῖς) αὖθις δὴ τὸ δυσθυμον τυγχάνειν τινὸς, ἐνίοτε ὅτε πολυτελῶς παρεσκευασθέντα αὖ, ὡς δ' ἡδὺ εἶναι.

Quod ſint durum pati, *Meminiſſe dulce eſt,* inquit Seneca in Hercule Furente.

νῆσός τις ἐυεργὴς) Incipit Eumæus narrationem de ſe ipſo, quam hoſpes expoſcerat, ac ordine εὐμηθέα & naturali eam perſequitur. Primùm ergo deſcribit inſulam, ex qua eſt oriundus, & à quibus parentibus genus ducat: deinde quomodo mater illius & ipſemet à Phœnicibus callidè ſint abducti, tum ea mortua quo pacto ipſe in Ithacam ab iſdem abductus in Laertæ poteſtatem uenerit.

ἀλλ' ἀγαθὴ μὲν) Patriæ ſuæ ornamenta deſcribit Eumæus, quæ tanta ſunt, ut ad eius felicitatem ex rebus humanis nihil deſiderare poſsis, ſiue ipſius ſoli ubertatem, ſiue incolarum ſtatum, quo ad ipſas perſonas, ſpectes. Vbertatem ſoli tum in animalium tum in ciborum copia intelligi uolo: nam utraque ex illa pendet, ſiquidem animalia in terra paſcuntur, & ex ipſius fructibus alimenta ſumunt. Ergo εὔβοτον & εὔμηλον habet patriam Eumæus bobus & ouibus abundantem, quanquam per εὐμηλον omnia genera pecorum uellem intelligi: habet & οἰνοπληθῆ & πολύπυρον uini frumentique feracem, quæ duo ſola ſunt uitæ columina. quicquid enim præterea ad nutricationem noſtram adijcimus, non tam eſt neceſſarium ut eo carere non poſsimus ad uitam ſuſtentandam. Itaque multi eſt facienda illa regio, quæ incolis ſuis illa ſuppeditat, licet alijs ciborum delicijs quammaximè deſtituatur. Ecce ergo quibus & quantis bonis paruitas illius inſulæ compenſetur, & quàm egregio loco ſit oriundus hic noſter Eumæus. At ſi ſalubritatem

tem regionis illius confideres, amabis sanè & longè augustioribus laudibus illam ad cœlum usque efferes. Ea enim tanta est, ut nullo genere morborum illius incolæ conflictentur: sed ubi naturalem uitæ cursum peregerunt, placidè moriãtur, & quasi dicas somnum pecturos illos decumbere. illud est enim Apollinis & Dianæ sagittis confici. Ille porrò uiros, hæc fœminas interficiebat: quæ de re aliàs in Iliade diximus. Sed amabo te, Eumæe, ubi gentium est illa insula? Ὀρτυγίης κικλήσκεο, inquis. Sciò ubi sit Ortygia in Cycladum numero, siue illam Delon, siue Cynthiam, siue Asteriam, siue Lagiam, siue Cerham, siue Mydiani, siue Cynethum, siue denique Pyrpilen appellare uelis. Legi Geographiam aliquot authorum, sed nusquam Syriam tuam reperio. Strabo tamen lib. 10. dicit te Syrum, quæ est in Cycladibus, Syriæ nomine indicasse. Esto, at nullus tot illi bona attribuit, quot tu cõmemorasti. Quid tum? nos tibi antiquissimo credimus, & ne tantillum quidem fidem tuam eleuabimus. Sanè tuæ gentis uitam ἀόσσον & morborum immunem admiramur. Sed cui tandem rei tantæ felicitatis causam tribuemus? Duo mihi uidentur esse quæ illam párere possunt, uictus bonitas, & eius moderata ratio. An ergo utramque Syrijs illis assignabimus? Id sanè ratio postulat: nam alterum ab altero seiunctum nullius est ad sanitatem emolumenti: sed illa aut breuis est, aut si paulò longior, miserè tamen aliquando labefactatur, & summam iacturam corporibus affert, diemque mortis quodammodo anteuertit: quanquam qui moderatè uiuunt, nescio quo pacto etiam paucam uictus bonitatem reparant & resarciunt. Vtut sit, illa Syriorum κρῆσις mira fuit, qualem Hesiodus ijs qui Saturni tempore uiuebant, tribuit, his uerbis:

οἱ μὲν ἐπὶ κρόνου ἦσαν ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν, — γῆρας ἐπῆν, αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρες ἀμοῖο
ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες — περνοτ' ἐν ἁλίῃσι κακῶν ἐκτοσθεν ἁπάντων
νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀιζύος, οὐδέ τι δειλὸν — θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι.

Quàm longè sequentia sæcula & à Saturnijs & à Syrijs hominibus aberrarunt. Hæc ut lector attendat postulo, mireturque degenerem istam à maioribus progeniem, quæ suis uoluptatibus, luxurijs, & lasciuiente uictus libidine tam pacatam & tranquillam uitam æmulari non potest. O felicem illam Syriam, quæ tam felici cœlo usa est, ut suos incolas hac beatitudine donauerit. aut ô felices potiùs Syrios illos incolas, qui tam moderatam & temperantem uitam uixerunt, ut cupiditatibus inseruientes suis, naturæ nullam intulerint iniuriam, sed eius cursum integrum sine ulla offensione placidè peregerunt. Illic ego unicum illud defuisse existimo, quod sincera Numinis cognitione destituti, parum à belluis distarunt. Eorum casum ego sanè lugeo, doleoque ueram animi non perinde ac corporis honorumque felicitatem ipsis affuisse: itaque conditionem nostram longè illorum statui antepono: cui si ille etiam accesserit, aurea secula reditura breui sperauerim. χρέων

ὅπ πρὸς ἠέλιόιο) Intelligit sitam esse hanc Syriam ad partes occidentales Ortygiæ. Solis enim πρὸς est occasus: & ita quidem Eustathius. At Didymus hîc imaginatur fuisse speluncam Solis, ἔνθα φησὶ, inquit, εἶναι τὸ ἡλίου καταγώγιον, διὸ καὶ σημαίνεται τὰς τῶν ἡλίου τροπάς.

πολύη δ' ἔασιν) τὸ πολύ, inquit Eustathius, σωτικῶς ἢ κατὰ σωτικωμᾶσιν τὴν ὕβριν, ἐπεὶ τῷ λιμῷ πολλάκις φθορὰ παρακολουθεῖ. ὡς Ἡσίοδος, λυμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν, λέπτοφυίην δὲ λιμόν. Sed mihi aliud uidetur sentiendum, ut doceret Eumæus, quàm abundarent Syrij rebus ad uitam sustentandam necessarijs, dixisse eos nunquam fame premi.

ἔνθα δὲ φοίνικες) Sequitur ratio, qua mater huius Eumæi & ipsemet Eumæus à Phœnicibus abducti sunt, ubi libidinem matris suæ Eumæus detegit, ueritatem narrationis suo ipsiusque pudori anteponens. Tamen modestè eam deceptam à Phœnicibus dicit, hoc est multis donis & delicijs, quinimò & pollicitationibus pellectam, ut eorum libidini obsecundaret. Enimuerò fragile & procliue ad peccandum est genus mulierum, ut Eumæus quidem diceret: ut alij uerò liberiùs, libidinosum & castitatis parum obseruãs, si de eius uiolatione paulò acrius urgeatur. Quod ego generaliter enunciari nolim, quia in eo sexu etiam pleræque uirtutem & honestatem amant, ut nullis machinis expugnari earum pudicitia possit. At hæc Phœnissa ex earum numero non fuit, sed ijs potiùs ascribenda, quæ apud Euripidem in Ino sic exclamant:

ὦ θνητὰ πράγματ', ὦ γυναικεῖαι φρένες, — *O res mortalium, ô muliebres animi,*
ὅσον νόσημα τλὼ Κύπρις κεκτημένη. — *Quanta uos agritudine Venus afficit.*

(Illa autem ægritudo libidinem significat) Aut de quibus Ouid. 3. de Arte:

Fœmina nec flammas, nec fauos exuit arcus, — *Parciùs hac uideo tela nocere uiris.*

Denique ea fuit hæc Phœnissa, quæ suæ & uirorum libidini lubenter satisfaceret. In eius tamen facto duo concurrunt obseruanda. Primùm libido ipsa, & adulterium, quod omnino damnamus. Deinde reditus in Phœniciã, cuius causam si attentiùs inspiciamus, ferè omni culpa carebit: siquidem cùm illinc esset oriunda, & in huius Cretsij Ormenidæ potestatè seruitutis nomine uenisset, quæ conditio per se iam non est toleranda ei præcipuè, qui ingenuis sit ortus parentibus: dubium non est, quin patienter ei auscultarit, qui eam pristino statui restituere spondebat. Cùm uerò quilibet amans sit suæ libertatis, mirum non est, si eam quacunq; ratione captes, ut iniuria illi non fiat, cuius iugum excusseris. Et hac in parte grauitas facti huius Phœnissæ quodammodo eleuatur, labe tamen sua non caret, quia libidini coniuncta est. Cæteræ in hac narratione planè nihil difficultatis continent, eam tantùm diligenter legat, qui earum antiquitatum fuerit studiosus. Exemplum enim est & muliebris & uirilis perfidiæ. Virilis dico, quod ad Phœnices attinet, quorum uaria eiusmodi facinora commemorant historiæ. Videndus est Herodotus lib. 1. in ipso initio, ubi tradit ex Persarum historijs Phœnicas huiusmodi raptus mulierum primùm exercuisse, unde etiam bella postmodùm sunt exorta.

Huic autem rursus nobilis Vlysses respondit uerbo,
Eumae certè ualdè iam mihi in mẽtib. animũ mouisti,
Hæc singula dicẽs quoscunq; iã passus es dolores animo.
Sed certè tibi quidem apud & malum bonum posuit
Iupiter, quoniam uiri domos peruenisti multa passus
Humani, qui iam tibi præbet cibumq; potumq;
Decenter, degis autem bonam uitam, at ego
Multas hominum per ciuitates errans huc perueni.
Sic hi quidem talia inter se uicissim dicebant.
Dormierunt aũt non multũ in tempus, sed paululum.
Statim enim aurora uenit pulchra sedis, hi. a. in terra
Telemachi socij soluebant uela, deposuerunt aũt malũ.
Statim hanc in portum protraxerunt remis.
Extra aũt ancoras iecerunt, funes aũt ligauerunt.
Extrà autem & ipsi uenerunt in littore maris,
Cœnamq; parabant, miscebantq; ferendum uinum.
At postquam potus & cibi desiderium amouerunt,
His autem Telemachus prudens infit sermonibus,
Vos quidẽ nũc ad ciuitatẽ impellite nauem nigrã,
At ego ad agrum ibo, & ad pastores.
Vespertinus autem conspicatus mea opera discedam.

Τὸν δ' αὖ διογενὴς Ὀδυσεὺς ἠμείβετο μύθῳ,
Εὔμαι', ἦ μάλα δή μοι ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ὄρινας,
Ταῦτα ἕκαστα λέγων ὅσα δὴ πάθες ἄλγεα θυμῷ.
Ἀλλ' ἦτοι σοὶ μὲν παρὰ καὶ κακῷ ἐσθλὸν ἔθηκε
Ζεὺς, ἐπεὶ ἀνδρὸς δώματ' ἀφίκεο πολλὰ μογήσας
Ἠ' πίνῳ, ὅς δή τοι παρέχει βρῶσίν τε πόσιν τε
Εὐδυκέως· ζώεις δ' ἀγαθὸν βίον. αὐτὰρ ἐγώγε
Πολλὰ βροτῶν δὴ ἄστε' ἀλώμενος ἐνθάδ' ἱκάνω.
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον·
Καὶ δ' ῥα θέτην δ' ἐπὶ πολλὸν ὀπὶ χρόνον, ἀλλὰ μίνυνθα.
Αἶψα γὰρ ἠὼς ἦλθεν ἐύθρονος. οἱ δ' ὀπὶ χέρσῳ
Τηλεμάχῳ ἑταροι λύον ἱστία· καὶ δ' ἕλον ἱστὸν
Καρπαλίμως, τὼ δ' εἰς ὅρμον πρόερυσαν ἐρετμοῖς.
Ἐκ δ' ἄγκυρας ἔβαλον, κὰτ' ἄρυμνήσι' ἔδησαν.
Ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βαῖνον ὀπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
Δεῖπνόν τ' ἐντύνοντο, κερῶν τό τε αἶθοπα οἶνον.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιός θ' καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον εἵντο,
Τοῖσι δὴ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἦρχε μύθων.
Τμῆς μὲν νῦν ἄσυδ' ἐλάσατε νῆα μέλαιναν·
Αὐτὰρ ἐγὼν ἀγρόν δ' ἐπελεύσομαι ἠδὲ βοτῆρας.
Ἑσπέριος δ' ὡς ἄσυ ἰδὼν ἐμὰ ἔργα κάτειμι.

Ἠ ὤθην

Η' ὥθεν σέ κεν ὔμμιν ὁδοιπόρον παραθείμην,
Δαῖτ' ἀγαθὴν κρειῶν τε καὶ οἴνου ἡδυπότοιο.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε Θεοκλύμενος θεοειδής,
Πῆ δὲ ἐγὼ φίλε τέκνον ἴω, τεῦ σὸμα θ' ἵκωμαι
Ἀνδρῶν οἳ κραναὴν Ἰθάκην κεκτήαται οὖσιν;
Ἦ ἰθὺς σῆς μητρὸς ἴω καὶ σοῖο δόμοιο;
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα,
Ἄλλως μέν σ' αὖ ἔγωγε καὶ ἡμετερόνδε κελοίμην
Ἔρχεσθ'. ἐπεὶ γάρ τοι ξενίων πόθι ἀλλά σοι αὐτῷ
Χείρον. ἐπεί τοι ἐγὼν μὲν ἀπέσομαι, οὐδέ τι μήτηρ
Οὔ ψεται· ἀλλὰ μὲν γάρ τι θαμὰ μνηστῆρσ' ἐνὶ οἴκῳ
Φαίνεται, ἀλλ' ἄπο τῶν ὑπερῴῃσιν ἰσὸν ὑφαίνει.
Ἀλλά τοι ἄλλον φῶτα πιφαύσκομαι ὃν κεν ἵκηαι,
Εὐρύμαχον, Πολύβοιο δαΐφρονος ἀγλαὸν υἱόν,
Τὸν νῦν ἴσα θεῷ Ἰθακήσιοι εἰσορόωσι.
Καὶ γὰρ πολλὸν ἄριστος ἀνὴρ, μέμονέν τε μάλιστα
Μητέρ' ἐμὴν γαμέειν, καὶ ὀπυιέμεν ἔξειν.
Ἀλλὰ τά γε Ζεὺς οἶδε Ὀλύμπιος ἀθέρι ναίων,
Εἰ καί σφιν πρὸ γάμοιο τελεύτησε κακὸν ἦμαρ.
Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις,
Κίρκος, Ἀπόλλωνος ταχὺς ἄγγελος· ἐν δὲ πόδεσσι
Τίλλε πέλειαν ἔχων, κὰτ' ἄρα πρὸς χεῦε ἕρκος
Μεσηγὺς νηός τε καὶ αὐτοῦ Τηλεμάχοιο.
Τὸν δὲ Θεοκλύμενος ἑτάρων ἀπονόσφι καλέσας,
Ἐν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε,
Τηλέμαχ', οὔ τοι αὖθι θεὸς ἔπλετο δεξιὸς ὄρνις.
Ἔγνων γάρ μιν ἐσιόντα ἰδὼν, οἰωνὸν ἐόντα.
Τῷ μετέρᾳ δ' οὐκ ἔστι γένει βασιλήϊον ἄλλο
Ἐν δήμῳ Ἰθάκης, ἀλλ' ὑμεῖς κάρτεροι αἰεί.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα,
Αἴ γὰρ τῶ ξεῖνε ἔπος τετελεσμένον εἴη.
Τῶ κε τάχα γνοίης φιλότητά τε πολλά τε δῶρα
Ἐξ ἐμεῦ, ὡς αὖ τίς σε σαωσόμενον μακαρίζοι.
Ἦ, καὶ Πείραιον προσεφώνεε πιστὸν ἑταῖρον,
Πείραιε Κλυτίδη, σὺ δέ μοι τά περ ἄλλα μάλιστα
Πείθῃ ἐμῶν ἑτάρων οἵ μοι Πύλον εἰς ἅμ' ἕποντο·
Καὶ νῦν μοι τὸν ξεῖνον ἄγων ἐν δώμασι σοῖσιν,
Ἐνδυκέως φίλεινε καὶ πέμπε, εἰσόκεν ἔλθω.
Τὸν δ' αὖ Πείραιος δεξικλυτὸς αὐτίον ηὔδα,
Τηλέμαχ', εἰ γάρ κεν σὺ πολὺν χρόνον ἐνθάδε μίμνοις·
Τόνδε δ' ἐγὼ κομιῶ, ξείνιον δέ οἱ ἄσπετον ἔσται.
Ὣς εἰπὼν, ἐπὶ νηὸς ἔβη, κέλευσε δ' ἑτάρους
Αὐτούς τ' ἀμβαίνειν, αὐτά τε πεύκινα λῦσαι.
Οἱ δ' αἶψ' ἔσβαινον, καὶ ἐπὶ κληῖσι κάθιζον.
Τηλέμαχος δ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,
Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ,
Νηὸς ἀπὸ σανίδων· τοὶ δ' πεύκινα λῦσαν.
Οἱ μὲν ἀπώσαντες πλέον ἐς πόλιν, ὡς κέλευσε
Τηλέμαχος φίλος υἱὸς Ὀδυσσῆος θείοιο.
Τὸν δ' ὦκα ποσὶ βιβῶντα πόδες φέρον, ὄφρ' ἵκετ' αὐλὴν
Ἔνθά οἱ ἦσαν ὕες μάλα μυρίαι, ἦσι συβώτης
Εὗδ' ἀλὸς ἐὼν † σίαισιν, ἀνάκλησιν ἦπια εἰδώς.

Manè autem uobis uiaticum apponam,
Conuiuium bonum carniumq́ & uini dulcis potum.
Hũc.a.rursus alloquutus est Theoclymenus diuinus,
Quò enim ego dilecte fili ibo? cuius domos perueniam
Virorum qui asperam Ithacam dominantur?
An rectà tuam matrem, & tuam domum?
Hunc.a. Telemachus prudens cõtrà alloquutus est,
Aliter quidem te ego, & nostram domum iubeo
Ire, nõn enim tibi hospitiorum penuria: sed tibiipsi
Peius, quoniam tibi ego quidem abero, neq́ te mater
Videbit. non quidem enim frequenter procis in domo
Apparet, sed ab his in cœnaculo telam texit.
Sed tibi alium uirum edico ad quem ibis,
Eurymachum Polybÿ prudentis inclytum filium,
Quem nunc æqualiter Deo Ithacenses inspiciunt.
Etenim multùm optimus uir promptus est maximè
Matrem meã ducere uxorem, & Vlyssis honorẽ habere.
Sed hæc Iupiter scit Olympius in æthere habitans,
Si & ipsis ante nuptias perficiet malum diem.
Sic igitur ei loquuto uolauit dextra auis
Accipiter Apollinis uelox nuncius: in autem pedibus
Vellebat columbã tenẽs, deorsum.a.pẽnas fundebat ad
In medio nauisq́, & ipsius Telemachi. (*terram*
Hunc autem Theoclymenus socÿs longè uocatis,
In eius accepit manu, uerbũq́ dixit, ac denominauit,
Telemache non sine Deo uenit dexter ales,
Cognoui enim ipsum è regione conspicatus alitem.
Vestro autem non est genere regalius aliud
In populo Ithacæ, sed uos potentes semper.
Hũc.a statim Telemachus prudẽs cõtrà alloqu.est,
Vtinam enim hoc hospes uerbum perficiendum sit.
Ideò citò agnosces amicitiamq́ multaq́ dona
A me, adeò ut aliquis tibi obuius beatum dicet.
Dixit, & Peraeum alloquutus est fidum socium,
Peraee Clitide, tu autem mihi præter alia maximè
Pares meorum sociorum, qui me Pylum insecuti sunt,
Et nunc mihi hunc hospitem ducens in domibus tuis
Solicitè complectere & honora, donec ueniam.
Hũc.a.rursus Peraeus lãcea inclyt.contrà alloquutus
Telemache, etiamsi tu multo tẽpore hic maneas, (*est,*
Huius tamẽ eqdẽ curã gerã, nec rerũ q̃ hospitib. deben-
Sic loq.in nauẽ iuit, iussit.a.socios (*tur, ei penuria erit*
Ipsos ascendere, atq́ oram soluere.
Hi autem statim ascenderunt, & in sedibus sederunt.
Telemachus.a.sub pedibus ligauit pulchra calciamẽta,
Accepit autem fortem lanceam claram acuto ære
Nauis à tabulatis, hi autem oram soluerunt.
Hi quidem impulsa naue nauigabant in ciuitatẽ, sicut
Telemachus dilectus filius Vlyssis diuini. (*iusserat*
Hunc.a.celeriter præeuntem pedes ferebant, ut iret in
Vbi ei erãt sues ualdè multæ, quib. subulcus (*stabulum*
Bonus nimirũ uir dormiebat, de dominis benignè sentiẽs.

COMMENTARIVS.

εὔμαι' ἢ μάλα δὴ) Fictus hic hospes simulat se ob casus Eumæi dolere, eosque ita auget. (Mala enim quæ alios etiam, præter eum qui ea patitur, commiseratione mouent, pro grauissimis habentur, quales sunt huius subulci calamitates Vlyssis respectu) Postea uerò quodãmodo eum consolatur, cùm ait eum pro illa aduersa fortuna, cõtrà altera prospera usum, qui in tã humani domini potestatem peruenerit. Tandem suorum etiam errorum leuiter memoriam refricat: quasi dicat, Tu quidem Eumæe, post tot labores tandem placidè & securè conquiescis, nec tibi deterior est fortuna, quàm in patria esse posset, utpotè cui nihil ad uitam benè transigendam desit. Ego uerò qui multa quoque errando pertuli, licet huc uenerim: nondum tamen eiusdem quietis & fortunæ spem mihi paratam uideo. Hoc, ni fallor, subindicauit Vlysses leui illa suorum errorum commemoratione.

οἱ δ' ἐπὶ χίεσσι)Hîc eſt aduentus Telemachi in Ithacam, ubi omnia figillatim & exactè deſcribit pro ſuo more Poeta. Ita porrò ſe gerit Telemachus, ut eum à Minerua monitum initio huius libri uidebamus. Socios enim cum naue ad ciuitatem mittit, ipſemet uerò ad agros ſe confert: quod ita ab illa Dea erat inſtitutum, ut ea ratione commodè patrem filius agnoſceret, ut in ſequenti libro uidebimus: at Telemachus aliud cogitabat, nimirum de inuiſendis ſuis bonis.

ἄλλως μὲν σ' αὖ ἔμελλε)Miſſurus cum reliquis hunc nouum hoſpitem & ſupplicem Theoclymenum, dat operam ut ſe abſente tutò & honorificè in Ithaca eſſe poſsit. Suadet ei ergo ut tantiſper Eurymachũ adeat, qui cęteris procis humanior erat, atque adeò Vlyſſis honori quodammodo uelificabatur: proinde maluit ipſi ſoli curam huius hoſpitis demandari quàm reliquis, à quibus non niſi proteruè fuiſſet exceptus. Hunc porrò Eurymachum uidimus antèà lib. 1. pag. 7. ex Athenæo de nuptijs Penelopæ maiorem ſpẽ habuiſſe, quàm cæteri omnes propter ictum ſæpius calculum. Hîc autem Telemachus aliud uidetur innuere, eum nimirum propter probitatem ſuam à Penelope facilius admitti, quem neque ipſe Telemachus pro uitrico recuſaturus ſit: quod tamen ſe non ita optare docet, ut aduentum patris potiùs nollet: quin adhuc in dubio ponit, imò quaſi iam ſpem quandam de illo concepit, forſan ob augurium illius aquilæ, quod Helena antèà interpretabatur.

ἠέ τις ξεινίων)Hîc quaſi ſequentem orationẽ præmunit, ne uidelicet ob paupertatẽ exiſtimaretur proprijs ædibus ipſum Theoclymenum minimè excipere, cùm ad alienas eum ire iuberet. Erat enim ſatis ampla multis hoſpitibus domus, ut hic ſolus facilè ea poſſet contineri: ſed duo erant quæ obſtabant, quo minus ad eas liberè non admitteretur. primùm, quòd ipſe met futurus eſſet abſens, quæ quidem abſentia maiorem procacitati procorum & proteruiæ in hunc peregrinum feneſtram aperiret: deinde, quòd ipſam Penelopen adire non poſſet, ad quam uia à procis præcludebatur. Quid ergo delectationis ac ſolatij in his medijs turbis capturus erat Theoclymenus?

μαντεύομαι)Hoc Thelemachus ex Minerua initio huius libri intellexerat, his uerbis:

ἤδη γάρ μ' ἀπάνευθε νεὼς καὶ πόντου ἔπεμψε μνησαμένη οἷσίν μ' ἐξῆκε φίλοισιν ἔειπεν.
εὐρυμέδων γήμασθαι. ὁ δ' οὐκ ἐβάλετο θυμῷ

ἀπόλλων· ταχὺς ἄγγελος)Hoc ab Aegyptijs habet Homerus, qui hanc auem ſacram Apollini exiſtimauit. Aelianus de Animal. lib. 7. cap. 9. οἱ τῷ Ἀπόλλωνι (inquit) οὐ τῇ Αἰγύπτῳ ἱεροπρεπῶς, λέγουσι κεκλῆσθαί τινας ἱέρακας ἱεροσκούς. οἱ περὶ αὐτῶν τὸν θεῖον ἱερέων τροφῆς τε καὶ μελεδωνοὶ μάλιστοι οἱ αὐτοί. id eſt: Apollinis in Aegypto ſacerdotes hieraboſcos quoſdam uocari aiunt, qui accipitrũ Dei nutricij ſunt & curatores, &c. tum ibidem docet, quamuis omne auium genus ei Deo ſacrum ſit: tamen præcipuam curam accipitrum illis ſacerdotibus incumbere. Idem Aelianus de Anim. lib. 10. cap. 14. Αἰγύπτιοι, inquit, τὸν ἱερακα Ἀπόλλωνι ἐοικέναι, καὶ τὸν μὲν θεὸν Ὧρον κεκλῆσθαι τῇ φωνῇ τῇ σφετέρᾳ· τὸν δὲ ἱέρακα λέγεσθαι θωυσᾶν (ita enim legit Gillius pro uulgato θωμασᾶν, quod etiam ſequutus eſt Geſnerus) καὶ θεραπόντων τοῦ θεοῦ τοῦ θεραπεύοντος φασίν. ὁρᾶσι γὰρ ἱέρακες ὀρνίθων μόνον καὶ τῶν ἀκτῖσι τὸν ἡλίου ῥᾳδίως καὶ ἀδιστάκτως βλέποντες· καὶ σύνεσιν μέμοιρε καὶ τὴν πορείαν τὴν αὐτοῦ ἰδεῖν· καὶ αὐτὸς ἡ θεία φλὸξ λυπεῖ ἧσσον. καὶ ἀναπαλιν μέν τοι πίπτοντα τὸν ἱέρακα οἱ ἰσόγειοι φασιν ὡς ἐξ ὕπνου νέοντα. ἐνθένδε τοι καὶ τὸν ἱέρακον ὁρᾶ, καὶ τὸν παῖδα ἐφορῶντα ἄλκα ἐλαθῆρος καὶ ἀφίπτωσ ὁ αὐτός. ὄφεών τε καὶ δακετῶν θηρίων ὁ αὐτός ἐστι ἐχθρός. τὸν αὖ γῦπα αὐτὸν λέγεσθαι ὑπὸ ὄφεις, ὅτι σκορπίοις, ὅτι μὴν πονηροῖς ὕλης ἄλκὸ τι ἐκτονον. id eſt: Accipitrem Apollini conſecrant Aegyptij, & ucnerantur, Oron ſua lingua Deum hunc appellant. Auem autem eiuſmodi Thauſtum nominant. Cum Apolline idcirco cõuenientiam habere aiunt, quòd de auibus ſoli accipitres ſemper nullo negotio aduerſos Solis radios intuentur, neque intentis oculis ſurſum uerſus iter ſuſcipere grauantur, nec diuina flamma offenduntur. Contrà etiam quàm cęteræ aues ſupino interdum uolatu ferri accipitres quidam obſeruarunt: quo quidem corporis geſtu cœlum intuentur, ac rerum inſpectorem omnium liberè intrepideque aſpectant. Iidẽ ipſi ſerpẽtibus & uenenatis beſtijs inimiciſsimi ſunt. nec enim ipſos ſerpens, ullâue alia mala beſtia latère poteſt, &c. Ad finem eiuſdem capitis, ἔοικε δὲ φασι, inquit, καὶ Ὀππιανὸς ὁ Λητῶς ὑὸς φιλόν, ὑπαινίττεσθαί πως λέγων· βᾶ δὲ κατ' Ἰθάκων ὀρέων ἱερὴ πελειὰς ὠκέϊ φαεσφόρῳ, ὃ Ἀπόλλωνι αὐτός. Vbi inſignis eſt error Interpretis, cùm ita uertit: Homerus accipitrem Apollini & Latonæ gratum eſſe inſinuare uidetur, ubi de Apolline canit, &c. Non enim hoc ait Aelianus, ſed gratum eſſe filio Iouis & Latonæ, τῷ Διὸς καὶ Λητῦς, id eſt Apollini. Hinc conſtat, quanta ſit Latinis interpretibus fides adhibenda, & quantum plerunque damni in re literaria afferat linguæ Græcæ inſcitia. Ergo Aegyptij accipitrem Apollini ſacram ſtatuunt, adeò ut quiſquis eam ſeu uolens ſeu nolens interfecerit, morte afficiatur, ut ſcribit Herod. lib. 2. Accipitres, inquit Diodorus lib. 2. ab Aegyptijs coluntur, quòd profint ad ſcorpiones, ceraſtasque, & parua animalia quæ morſu nocent. Quidam ob eam cauſam honorem haberi accipitri uolunt, quòd his utantur augures in futurorum prædictione. Alij accipitrem priſcis temporibus dicunt librum Puniceis inſcriptum literis, in quo continebatur, qui cultus Dijs, quiúe honor deberetur, Thebas ad ſacerdotes detuliſſe. Quapropter literarum Sacrarum ſcriptores, & Puniceum filum geſtãt, & accipitris alam in capite, &c. Mirum autem quò procedat temeritatis ſuperſtitio. Nam nõ ſolùm uiuam, ſed etiam mortuã illam auem (ut & cætera animalia Feles, Ichneumonas, Canes, Ibides, Lupos, Crocodilos, & alia plura) honore ſummo proſequuntur, ut ibidem teſtatur Siculus. Credunt enim, ut ſcribit Aelianus, tunc etiam futura oſtendere. Apollini etiam ſacrum eſſe accipitrem Interpres Ariſtophanis in Auibus docuit. Cùm enim dixiſſet Ariſtophanes,

——ὁ Ζεὺς γὰρ ὁ νῦν βασιλεύων αἰετὸν εἶχεν ὄρνιν ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλεὺς ἄν.

Ἡ δ' αὖ θυγάτηρ κλαῦε· ὁ δ' Ἀπόλλων ὥσπερ ἱεροπρεπὲς ἱέρακα: Interpres ad illa uerba, ὄρνιν ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ait, δέον ἔπειν ἐπὶ τῷ σκήπτρῳ· ὅτι γὰρ ὁ Πίνδαρος, εὖδε νιν· ἀσκήπτρῳ Διὸς ἡ ἱκέσθη ἀϊόντων τὰ ἀφιερωμένα ἱκάνῃ θεῷ ὄρνεα, ἐπὶ κεφαλῆς ἱδρύων· τῆς γὰρ ἀγκυλόπους ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα γλαῦκα ἔχει οὐ τῇ χειρὶ· ὁ δὲ Ἀπόλλων τὸν ἱεροπρεπῆ ὡς μαντικὸν ὄρνιν, ὡς θεράπων δὲ τοῦ Διὸς. ἐπὶ μικρότερος τοῦ αὐτοῦ ὁ ἱερεύς. Euſtathius noſter lib. 1. Iliad. pag. editionis Baſil. 65. num. 26. ἱερεύς, inquit, ἱέρυται (nota uocum alluſionem, nam ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ ἱερεῖν dictũ uolunt, un de ſacer à Virgilio appellatur: quanquam aliam originationem amplectitur Euſtathius) ἡλίῳ ἀπόλλωνι, ἀφ' οὗ τὸ ὀξὺ τῆς κινήσεως, ὠκυπέτης γὰρ ὁ ἱερεύς, καὶ ὁ ἥλιος· δι' ὀξυκίνητος, καὶ ἀφ' τοῦ ἱέσθαι ἐξ ὑπερμήκους συγγένειαν. καὶ γὰρ ἵστηι ῥᾶον ὁ ἥλιος. ὑπὸ τοῦδεν δὲ καὶ ὁ ἱερεὺς ὠνόμασται, &c. Idem etiam Varinus refert. Addit Geſnerus, ſed ex Aeliani loco ſuperius à nobis laudato, uideri ſacrum Soli accipitrem propter oculorum ſplendorem. In hanc auem mutatum ferunt Apollinem, ab eodemque miſericordia commoto Dædalionem in eandem conuerſum, ut eſt apud Ouid. 6. Metamor. quæ etiam confirmant, quanti eam Deus ille facere crederetur. Ex his ergo iam intelligimus, cur Apollinis nuncium accipitrem appellet: nempe propter auguria, quorum author propriè dicitur Apollo, quatenus uatibus præeſt, ut illius oracula ſatis monent, uel unum illud Delphicum tantoperè celebratum. Quod autem ad præſens augurium attinet, illud uates Theoclymenus nudè uidetur interpretatus. nam columba illa aduentum Vlyſſis ſignificabat: at Theoclymenus generalius de Telemachi generis ſplendore interpretatus eſt, niſi ſub illa explicatione latère aliud uoluerit: nempe, quamuis afflictæ iam eſſent & quodammodo profligatæ, tamen hoc augurio portendi, inſtare quendam qui eas rurſus erigeret, & in priſtinam felicitatem reſtitueret. Vel illud etiam ſanè uerè Theoclymenum latuit, niſi quòd aliquid beati auguraretur. & hoc eſt quod ait Poeta, agnouiſſe illum οἰωνὸν, καὶ ὅτι ὅτου αὖθι θεὸς ἐκλυεν ὀξὺ ὄρνις: quanquã ut priori ſententiæ acquieſcam, facit ſequens Telemachi reſponſum. Id diligentiùs Lectores, ſi uelint, examinent. Quod autem paulò pòſt hunc hoſpitem Piræo commendat, uidetur mutato ſuperiore conſilio de Eurymacho feciſſe, quòd tam fauſtum ſibi augurium enarraſſet.

Finis libri decimiquinti.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Π. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Οδυσσείας

ΠΡΑΘΟΝΤΟΣ ἀὸς τὸς ἀχεὸς Τηλεμάχυ, πέμπεται Εὔμαιος ἀὸς τὴν πόλιν, ὀφέλων ἐπαγγεῖλαι τῇ διανόᾳ τὴν παρουσίαν. γίνεται δὲ ἐν τοῖς ἐξῆς Ο Δυσσεὺς ἐκ τὸν ὕδν ἀναγνωρισμὸς καὶ βέλησιν Ἀθηνᾶς, καὶ τῶν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Τηλεμάχυ ἐπαγομένων ἐπὶ τὴν πόλιν ἀποφοφή,

ARGVMENTVM DECIMISEXTI LIBRI Odysseæ.

PROFECTO in agros Telemacho mittitur Eumæus in ciuitatem nunciaturus domini aduentum. Prætereà Vlyſſes à filio agnoſcitur de Mineruæ uoluntate: & qui in inſidijs collocati erant *intercipiendo* Telemacho, in urbem reuertuntur.

Ἄλλη.

Πῶς δ' ἄρα Τηλέμαχος αὐτογνωρίζει πατέρα ὃν.

Aliud.

Π, autem igitur Telemachus agnoſcit patrem ſuum.

Τῶ δ' αὖτ' ἐν κλισίῃς Ὀδυσεὺς καὶ † θεῖος ὑφορβὸς
Ἐντυόντο ἄριστον ἅμ' ἠοῖ, κιαμένου πῦρ,
Ἐξέπεμψάν τε νομῆας ἅμ' ἀγρομένοισι σύεσσι.

Τηλέμαχον ὐ θωΐσσοντα κύνες ὐλακόμωροι,
Οὐδ' ὔλαον προσιόντα. νόησε δ' ἄρα δῖος Ὀδυσεὺς
Σαίνοντάς τε κύνας περί τε κλυτὸν ἦλθε πεδοῖιν.
Αἶψα δ' ἄρ' Εὔμαιον ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Εὔμαι', ἦ μάλα τίς τοι ἐλεύσεται ἐνθάδε ἑταῖρος,
Ἢ καὶ γνώριμος ἄλλος. ἐπεὶ κύνες ἴχ ὐλάουσιν,
Ἀλλὰ θωΐσσουσι. ποδῶν δ' ὑπὸ δοῦπον ἀκούω.
Οὔπω παῦ ἔρητο ἔπος ὅτι οἱ φίλος υἱὸς
Ἔστη ἐνὶ προθύροισι. πάφων δ' αὐόρουσε συβώτης·
Ἐκ δ' ἄρα οἱ χειρῶν πίσσα ἄγγεα, τοῖς ἐπονεῖτο
κ. αὐτίον Κηρὸς αἴθοπα οἶνον. ὁ δ' * αὐτίος ἦλυθ' ἄνακτος·
Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,
Χεῖράς τ' ἀμφοτέρας θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.
Ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φιλοφρονέων ἀγαπάζει
Ἐλθόντ' ἐξ ἀπίης γαίης δεκάτῳ ἐνιαυτῷ,
κ. μογήσει Μοῦνον Τηλύγετον, τῷ ἔπ' ἄλγεα πολλὰ † μογήσῃ·
Ὣς τότε Τηλέμαχον θεοειδέα δῖος Ὑφορβὸς
Πάντα κύσσε θέων, ὡς ἐκ θανάτοιο φυγόντα.
Καί ῥ' ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Ἦλθες Τηλέμαχε, γλυκερὸν φάος, ὄφρά τ' ἔγωγε
Οὔ ψευδὴς ἐφάμην ἐπὶ σὲ ὄψεσθαι νηὶ Πύλονδε·
Ἀλλ' ἄγε νῦν εἴσελθε φίλον τέκος, ὄφρά σε θυμῷ
Τέρψωμαι εἰσορόων νέον ἄλλοθεν εὖδον ἐόντα.
Οὐ μὲν γάρ τι θάμ' ἀγρὸν ἐπέρχεαι οὐδὲ πόλινδε,
Ἀλλ' ὀπιδημεύεις· ὡς γὰ νύ τοι εὔαδε θυμῷ,
Ἀνδρῶν μνηστήρων πεσσυρᾶν ἀϊδηλον ὅμιλον.

Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος αὐτίον ηὔδα,
Ἔστεται ἤτοι ἄτλα· σέθεν δ' ἕνεκ' ἐνθάδ' ἱκάνω,
Ὄφρα σέ τ' ὀφθαλμοῖσιν ἴδω, καὶ μῦθον ἀκούσω,
Εἴ μοι ἔτ' ἐν μεγάροις μήτηρ μένει, ἦε τις ἤδη
Ἀνδρῶν ἄλλος ἔγημεν· ὁ δ' εὐνῇ δέμνια δίνῃ,
Κήτεϊ ἐοικυίων κακὰ ἀράχνια κῆται ἔχουσα.

Τὸν δ' αὖτε προσέειπε συβώτης ὄρχαμος ἀνδρῶν,
Καὶ λίην κείνη γε μένει τετληότι θυμῷ
Σοῖσιν ἐνὶ μεγάροισιν· ὀϊζυραὶ δέ οἱ αἰεὶ
Φθίνουσι νύκτες τε καὶ ἤματα δακρυχεούσῃ.
Ὣς ἄρα φωνήσας, οἱ ἐδέξατο χάλκεον ἔγχος.
Αὐτὰρ ὅγ' εἴσω ἴεν, καὶ ὑπέρβη λάϊνον ὐδόν.
Τῷ δ' ἕδρης ὀλίγον πατὴρ ὑπόειξεν Ὀδυσεύς.
Τηλέμαχος δ' ἐπέρωσεν ἐρήτυε, φώνησέν τε.

Tum autem rurſus in ſtabulis Vlyſſes & diuinus ſubulcus
Parabant ientaculum ſimul Aurora incendentes ignem,
Emiſeruntq; paſtores cũ congregatis ſuibus:
Telemachũ.a.circumblandiebantur canes latrantes,
Neq; latrabant aduenientẽ.intellexit.a.diuus Vlyſſes
Adulantes canes, & circùm ſonus uenit pedum,
Statim aũt Eumæum uerba uelocia alloquutus eſt,
Eumæe, certè aliquis ueniet huc ſocius,
Vel & cognitus alius, quoniam canes non latrant,
Sed circũ blandiuntur. pedum.a. ſtrepitum ſubaudio.
Nõdũ omne dictũ erat uerbũ, quãdo eius dilectus filius
Stetit in ueſtibulis, ſtupefactus autem irruit ſubulcus.
Ex aũt eius manib.ceciderunt uaſa, quibus laborabat
Miſcens nigrum uinum: hic autem contra uenit regẽ,
Oſculatus eſt.a.ipſi caputq; & ambo lumina pulchra
Manusq; ambas, tenera autem ei excidit lacryma.
Sicut autem pater ſuum filium beneuolus amplectitur
Venientem ex longinqua terra decimo anno,
Solũ unicũ in ſenectute genitũ quo ẽ dolores multos paſ
Sic tunc Telemachũ diuinũ diuus ſubulcus (ſus eſt:
Totũ oſculatus eſt circumplexus, uti mortẽ effugiſſet,
Et lugens uerba uelocia alloquutus eſt:
Veniſti Telemache dulce lumen, neq; te ego
Videre dicebam poſtquam iuiſti naui ad Pylum.
Sed agè nunc ingredere dilecte fili, ut te animo
Delectẽr, inſpiciens nuper aliunde intra uenientem.
Nõ quidẽ.n.frequenter in agrũ uenis, neq; ad paſtores,
Sed in urbe manes: ſic enim placuit animo
Virorũ procorũ prouidere pernicioſam multitudinem.
Hũc.a.rurſus Telemachus prudens cõtrà alloquutus
Erit ſic amice: tui enim cauſa huc ueni, (eſt,
Vt te uideam oculis, & uerbum audiam.
Si mihi adhuc in domib. mater manet, an aliquis iam
Virorũ alius duxit uxorem: Vlyſſis certè quidẽ cubile
Penuria incubantium malis araneis iacet obſitum.
Hũc.a.rurſus alloquutus eſt ſubulcus princeps uiro-
Et ualdè illa manet patienti animo (rum,
Tuis in domibus, ærumnoſa autem eam ſemper
Corrumpunt noctesq; & dies lacrymantem.
Sic utiq; loquutus eius ſuſcepit æream lanceam:
At hic introiuit, & tranſiuit lapideum limen:
Huic autem ſedis adeunti pater ceſſit locum Vlyſſes.
Telemachus aũt ex altera parte retinuit, clamauitq;

Sede

Sede hospes, nos autem & alibi inueniemus sedem
Stabulo in nostro, adest autem uir qui deponet.
Sic dixit, hic.a. rursus iens sedit: huic aũt subulcus
Fudit sub uiridia uirgulta, & pellem desuper,
Illic sedit postea Vlyssus dilectus filius,
His autem rursus carnium lances apposuit subulcus
Assatarum, quas priori die reliquerant comedentes:
Panem autem festinanter cumulauit in canistris,
In poculo autem miscebat dulce uinum.
Ipse autem contra sedit Vlyssem diuinum.
Hi.a. in cibos paratos præiacientes manus mittebant.

Ἧ σ' ὦ ξεῖν' ἡμεῖς γ' ἠὲ ἄλλοθι δήομεν ἕδρῃ
Σταθμῷ ἐν ἡμετέρῳ· παρὰ δ' αὐτὴρ ὃς καταθήσει.
Ὣς φάθ'· ὁ δ' αὖθις ἰὼν καθ' ὕλην εἷζετο. τῷ δ' ὑποβώτης
Χεῦεν ὕπο χλωρὰς ῥῶπας ἠδ' ἠῶας ὑπέρθεν,
Ἔνθα καθέζετ' ἔπειτα Ὀδυσσῆος φίλος υἱός.
Τοῖσιν † δ' κρειῶν πίνακας παρέθηκε συβώτης
Ὀπταλέων, ἃ ῥα τῇ προτέρῃ ὑπέλειπον ἔδοντες·
Σῖτον δ' εὐσυμέως περονιώεσσιν ἐν κανέοισιν,
Ἐν δ' ἄρα κισσυβίῳ κίρνη μελιηδέα οἶνον.
Αὐτὸς δ' αὖτ' ἴζεν Ὀδυσσῆϊ θείοιο.
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.

ἀγ. δ' αὖ κε.

COMMENTARIVS.

ἐντυώοντο ἄριστον) Poteramus hoc loco ueterum in cibis capiendis rationem exponere, ut intelligeremus quoties in die conuiuari solerent: sed ea palma iam nobis à doctissimo uiro Ioanne Stuckio Tigurino Antiquit. conuiual. lib. capite 7. 8. 9. & deinceps erepta est: ubi diligenter tractatum illum persequitur, ut sedulitatem, ingeniumque indefatigatum in eo opere mirari sæpissimè mihi contigerit: neque mirari solùm, sed etiam (dicam enim quod sentio) amare & osculari: atque utinam decem Stuckios (ut olim decem Nestoras ad Troiæ expugnationem optabat Agamemnon) haberet res hodierna nostra literaria; breui sanè profligatum iri ignorantiam sperauerim. Quanquam hic unus sufficere uidebitur, siquis acrius ingenium illius libris intenderit. Nos porrò ab ea disputatione ueterum conuiuiorum abstineamus. Id tantùm quod huius loci erit monebimus, idq; ex nostri Athnæi Epitomes lib. 1. προφάσις, inquit, ἐχρῶντο ἥρωες πρὸ Ὁμήρου πρῶτον μὲν τῷ κνιζομένῳ ἀκροθινιασμῷ, ὁ λέγει ἄριστον, ἃ ἅπαξ μιμηταὶ ὁ Ὀδυσσεία —— ὀδυσσεὺς κ' ὀλίγῳ (uel θαλίῃ) ὑφορᾶτο ἐντυώοντο ἄριστον ἀμ' ἠοῖ (hæc duo uocabula in Athenæo desunt) κειαμένω πῦρ. κ' ἅπαξ ἐν Ἰλιάδι, ἐσυμένως τι πίνοντε κ' ἐντυώοντο ἄριστον. λέγει δὲ τὸ σφάγιον ἐμβρεμᾶται· ὁ ἡμεῖς ἀκροθινιασμὸν καλοῦμεν, ἀφ' οὗ τὸ ὡς ἀκροθίνια βρέχειν κ' ὡσαύτως ψωμούς. id est: Cibis utebantur Heroes apud Homerum, primùm quidem illo, quod uocatur ἀκροθινιασμὸς, (Latini appellant *tentaculum*) quod ille ἄριστον appellat, cuius semel meminit in Odyssea:

Vlysses & diuus subulcus: Parabant tentaculum simul cum Aurora, intendentes ignem.

Intelligit autem matutinum epulum, quod nos ἀκροθινιασμὸν appellamus, quòd in uino meraco (id est ἀκράτῳ) buccellæ macerentur. Quod etiam meliùs in Lexico explicabitur. Videndus interea quoque Plutarchus primo Symposiacorum, & laudatus utraque significatione anteà à nobis Stuckius.

καὶ ὑλακὸν ὡρθρίσαντε) Fidelitatem canum in custodia suprà lib. circa principium lib. 14. satis docuimus: allatrant enim accedentibus, sed ijs tantùm, quos peregrinos & minimè notos odorantur. Quæ distinctio personarum in illo animali ualde est admirabilis, & tamen uerè est illa facultate præditũ, quod uulgaris experientia docet. Illi ergo Eumæi canes uenientem Telemachum sentiunt, & gesticulationibus testantur suum de illius aduentu gaudium: quale ijs solet oboriri, cùm familiares & domesticos adesse uident. Hinc dicitur Vlysses coniecisse aliquem è familiaribus Eumæi adesse: nam alioqui non minus furorem canum, quàm ipsemet anteà fecerit, experiretur.

κύσε δέ μιν κεφαλῷ) Figura est, inquit Eustathius, Homero familiaris, & triplicem admittit constructionem. ἤγουν, inquit, ἔκυσεν αὐτῆ κεφαλῇ καὶ φασι, ἤ ἔκυσεν αὐτὸν κατὰ κεφαλὴν καὶ φασι, ἢ ἔκυσεν αὐτὸν ἤγουν τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ φάη. Sed hæc sunt λεπτολογίαι Grammaticorum, quæ discutiuntur, si attendas quod infrà dicitur, πάντα κύσε περιφύς.

δάκρυα δέ οἱ ἔκπεσε θάμβει) Lacrymas interdum à gaudio proficisci, annotauimus etiam in Iliade, eiusque rei causam exposuimus.

ὡς δὲ πατὴρ) Bene exprimit hac comparatione beneuolum Eumæi in Telemachum animum. Nescio enim an maius gaudium excogitari possit, quàm illud quo pater in reditu unici filij; qui diu absens fuerit, afficitur. Cùm ergo eodem modo iam sit affectus Eumæus, constat non minùs dilectum Eumæo Telemachum, quàm filium illum parenti suo. Est enim magnus ille amor parentum in liberos, unde illud Euripid. in Alcmena: Ἀεί τοι τέκνων φίλτρον ἔθηκε θεὸς ἀνθρώποις: & in Hercule Fur. πᾶν τῶν ἀνθρώπων ἡδὺ φιλόπαιδες ὀνομάζονται uocat. Sed maximus, cum in uno solo occupatur. Qui enim plures habent liberos, minus uidentur singulos diligere, cùm æqualiter in omnes amor illorum (ubi nihil aliud quàm naturæ affectum consideramus) effundatur: qui autem in unicum tantùm confertur, longè est uehementior. Ergo rectè illud expressit Poeta in comparatione, quasi innuat hunc quoque Eumæi in solo Telemacho amando occupari, proinde eum arctissimè diligere.

ὡς ὁ γεραίτατος φυλάσσοι) Sciebat Eumæus quas insidias redituro Telemacho proci iam instruxissent: quod etiam testatus est superiore libro, ubi eorum consilium hospiti suo exposuit. Ergo cùm Telemachum uideat iam illud periculum effugisse, sine dubio maximoperè lætatus est: & eò magis, quo illius casum etiam ibidem grauiùs dolebat.

ἀμφὶ γάρ ἑ γάμῳ) Mirum quod hoc dicat Eumæus: constat enim, Telemachum sæpissimè agros suos inuisere solitum: idq; uel soli canes, ut notat etiam Eustathius, iam satis indicant, qui eũ agnoscunt, & ei quasi domestico & σωματίῳ adblandiuntur: deinde proci cùm Ithaca excederet, eum rus profectum solùm sunt suspicati, utpote qui hoc facere identidem consueuisset. Quid ergo? Vehementiorem nimirum amorem suum in Telemachum ostendit, cuius perpetuo uidendi desiderio teneatur, & uel tantilla eius absentia sibi longissimi temporis esse uideatur. Arguit igitur illius diuturnam in urbe moram, ubi proteruam illam procorum turbam uidere cogitur. Illud est enim τὸ ἐπιδημεύειν, quod uulgatæ uersiones malè *peregrinari* sunt interpretatæ, cùm & Didymus & Eustathius, ἐπὶ πολὺ ἀφηρῆσθαι explicent, opponantque τῷ ἀποδημεῖν uel ἀποδημᾶν, quod est *peregrinari*. Vbi uide quanta cum iactura ignorentur literæ Græcæ, quod sub finem præcedentis libri monebamus.

ἔστησε ἵππους ἅτ' ἄνδρα) Hoc refertur ad illa Eumæi, quibus ingredi ædes Telemachum iubebat, cui his uerbis annuit Telemachus, statimque causam subijcit, quæ ex causa aduentus sui pendebat. Eam duplicem ait, primùm, ut Eumæum uideret: alterum, ut statum matris ab eo resciscere. Oportebat autem, inquit Eustathius, sic Telemachum induci primùm interrogantem, τὰ μὲν φύσει, τὰ δὲ κ' ἐκ τοῦ εἰκότως ἔχειν Ὁμηρικῶς· ὡς αὖ ὑμεῖς δῶς ἀκοῦσαι μεν ἥκω τὰ κ' τὸν οἶκον ὁ Ὀδυσσεύς.

κάκ' ἀράχνια) Hoc uidetur dictum prouerbialiter ad solitudinem designandam. nam hoc ut ita reuerà se habeat, bene constitutis ædibus minus conuenit, ubi omnia mundè, splendidè ornateque concinnari solent, nedum ergo Vlyssis lectus ab aranearum telis occupabitur. Ita iam scripseram (& ita sanctissimè iuro) cùm idem sentire Eustathium legi, ubi uidere licet, non esse absurdum ut duobus idem in mentem ueniat: quod Muretum aduersus Lambini criminationes in Epistolis quoque excipere memini. Solitus sum in his Commentarijs scribendis (ut hoc per transennam moneam) prius apud me excogitare pro mea facultate, qua ratione textus Homericus illustrari posset: tum mea cum alienis confero, quod tamen adeò rarò feci, ut potui: neque hoc lectorem latebit, si diligentiùs animum aduerterit. Ergo Eustathius in hunc locum sic scribit: τὸ δὲ ὀδυσσέως ἐν τῷ χιτῶνα ὁ δὲ ὑπνάων καὶ ἐκ ἔχει ἀράχνια, συμβολικῶς εἴρηται, αὐτὶ τῦ στρώσειν τῶν ἐγκοιμωμένων, γάμει ἀράχνιον, ἤγουν ἠμέλητον ἀφ' τὸ μὴ ἔσναι τὸν Ὀδυσσέα. εἰώθασι γὰρ οἱ ἀράχναι ἰσυφαίνειν ἐν τόποις ἀμελεμένοις. διὸ κ' παρὰ Ἡσιόδῳ τὸ, σὺν δ' ἀγγεῖα ἐλάσσια δράχνια, αὐτὶ τῦ ἐπιμέλειαν ἔχοντα τῶν ἀγγείων, ὡς ἐπιλιπεῖν τὰ ἀράχνια οἷα καρπῶ ἐσινεχθέντος. ὅτω δὲ καὶ πε ἕτερος ποιητὴς μισοπόλεμος ἰδίλιος ἀφηγεῖσθαι, δράχνιας ἐπιύχατον νήματα ὑφαίνᾳ τοῖς σταλοῖς· ἐπειδὴ σε εἰρήνης καιρῶ ἀμελημένων τῶν ὅπλων ποιῆσαι ἔτος οἱ ἀράχναι ὑφαίνοντες ἐν αὐτοῖς ἱστός. περιαιρεῖσθαι δὲ ὧν τὸ κακὰ δράχνια ἔχειν, κάμμον ἀπὸ τῶν πώποτε ἀμελημένων σκευῶν ἔστι ὅπλον ἓν οἰκεῖον ἔστι ἄγγος ἔστι ἔνυη. Gibertus Cognatus etiã Adag. cent. 4 prou. 349. statuit prouerbium, *Aranearum plenus*, uel, *Araneus*: quo, inquit, locum inanẽ notamus. nam araneis obsidentur & opplentur, quæ inania solaq; sunt: ut loculli iocosè dicuntur araneosi, & cubilia Homerus dixit uidua & deserta. Inde Afranius apud Festum, *Tamne oculus tuus plenus est aranearum?* & Catullus ad Fabullum: ——*Nam tua Catulli Plenus sacculus est aranearum*: id est, crumena. Plautus in Aulularia: ——*an ne quis ades auferat? Nam hic apud nos nihil est aliud quasi fusibus,*

Ita inanijs sunt oppleta atq; araneis. Elegantes igitur uiduus Vlysis lectus araneis refertus à Telemacho dicitur.

ϗ λίλω) Respondet Telemacho Eumæus, sed paucis: tum quia res tam misera longiorem non uidebatur postulare narrationem, tum quia nihil erat noui, quod pluribus uerbis indigeret. Eundem enim statum Penelopæ esse docet, qualis ipso Telemacho Spartam profecto fuit.

τὸν δ' ἐδέκτο ἐπίονα) Modestè fecit Vlysses, qui cùm se pro hospite & peregrino gereret, uenienti Telemacho ædium, in quibus erat, domino de sella cedit: sed humaniter quoque Telemachus, qui hospitem quietum esse iussit. Nam hoc ueteribus illis summæ fuit commendationi, ut hospites quàm maximè uenerarentur, nedum ut eos de sellis moueri paterentur: cum etiam illud primum fuerit officium, quod illis exhibebatur post salutationem & introductionem in ædes, ut mox in Eumæo uidebimus. Licet autè hunc hospitem Telemachus non exceperit, agnouit tamen exceptum esse ab Eumæo: unde maior est laus Telemachi, ut qui non suos, sed alienos etiam hospites beneuolentia prosequatur, quanquam hunc quodammodo pro suo agnoscere potuit.

χεῦεν ὑπὸ κλισίας) Vbi ingressi erant domum hospites, moris erat ut sedilia illis sternerentur, ad defatigationis itineris solatium. Sic suprà lib. 1. Mineruam Telemachus ἐς δόμον ἦγεν, ὑπὸ λίτα πτύσσας, & Nestor Mineruam & Telemachum conuiuio superuenientes χερσὶν τ' ἠσπάζοντο καὶ ἐδριάασθαι ἀνώγειν. Sic Alcinous Vlyssem ἐπὶ θρόνου ἕσσαι φαεινοῦ. Quanto ergo potiùs hero suo Telemacho id Eumæum præstare decuit? Notanda est autem frugalitas illius porculatoris in ipso sedili, quod Telemacho sternit, quam frugalitatem neque etiam Telemachus est aspernatus: deinde etiam ipse modus. Humile enim fuit sedile, & uirgultis tantùm impósita est pellis planè εὐπαλὲς, ut diximus: sed & peculiari quadam ratione, cùm aliàs θρόνους sciamus in hoc Poeta fuisse usurpatos. Est autem θρόνος (ut alibi quoque dicemus) liberalis cathedra, inquit Eustathius suprà οδ. 9. cum ὑποπόδιῳ, uel scabello ac suppedaneo. Ac credo erectum sellæ genus fuisse quali etiam hodie utimur: hoc uerò cui nunc Telemachus insidet, abiectius θρόνῳ uidetur extitisse, quanquam nihil certi adhuc pronuncio. Id generaliter impræsentiarum obseruandum est, utut fit de forma & altitudine sellarum, illos antiquos homines primùm sedere in conuiuijs solitos. Ea, inquam, ratio conuiuandi omnium est, quod sciam antiquissima, ut constat ex hoc Philonis loco, ubi de Iosepho fratres suos excipiente ita scribit: ἐξῆς δὲ τοῖς ἀνακειμένοις καὶ πατὰ τὰς ἡλικίας πρωτεύεσθαι, μηπω τῶν ἀδρώσεων ἐν ταῖς συμποτικαῖς συνουσίαις κατακλίσεσι χρωμένων, ἐγωμιάζον οἱ Αἰγύπτιοι. Videndus etiam Athenæus, qui eam item antiquitatem pluries obseruat: eam nos sanè sæpius in Homero uidimus. Atque illa in Europæis populis durat, quanquam Romani diu discubuerint, ut etiam Græci. Tu hos omnes ritus tam ueteres quàm hodiernos apud omnes gentes diligenter obseruatos reperies apud Stuckium Antiq. conuiu. lib. 2. cap. 34.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο,
Δὴ τότε Τηλέμαχος πρὸς Εὐμαῖον μῦθον ἔειπε·
Ἄττα, πόθεν τοι ξεῖνος ὅδ' ἵκετο; πῶς δέ ἑ ναῦται
ϗ. ἰόχετόων τιν Ἤγαγον εἰς Ἰθάκην; τίνες ἔμμεναι † ὄχετόωντο;
Οὐ μὲν γάρ τι ἐ πεζὸν ὀΐομαι ἐνθάδε δεῦρο ἱκέσθαι.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφης Εὔμαιε συβῶτα,
Τοι γὰρ ἐγώ τοι τέκνον ἀληθέα πάντ' ἀγορεύσω.
Εἰ μὲν Κρητάων γε γένος εὐχεται ἔμμεναι εὖρειάων·
Φησὶ δὴ πολλὰ βροτῶν ἵκτι ἄστεα δίηθεῶσαι
Πλαζόμενον· ὡς γάρ οἱ ἐπίκλωσεν τά γε δαίμων.
Νῦν δ' αὖ θεσπρωτῶν ἀνδρῶν ἐκ νηὸς ὀπέδρας
Ἦλυθ' ἐμὸν πρὸς σταθμόν· ἐγὼ δέ σοι ἐγγυαλίζω·
ϗ. ἐθέλῃς Ἔρξον ὅπως † ἐθέλεις· ἱκέτης δέ τοι εὐχετάασθαι.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος αὐτίον ἤυδα,
Εὔμαι', ἦ μάλα τῆτο ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες,
Πῶς γὰρ δὴ τὸν ξεῖνον ἐγὼν ὑπὸδεξομαι οἴκῳ;
Αὐτὸς μὲν νέος εἰμί, καὶ οὔπω χερσὶ πέποιθα
Ἄνδρ' ἀπαμυνάσθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ·
Μητρὶ δ' ἐμῇ δίχα θυμὸς ἐνὶ φρεσὶ μερμηρίζει,
Ἦ αὐτοῦ παρ' ἐμοί τε μένῃ, καὶ δῶμα νεμίζῃ,
Εὐνήν τ' αἰδομένη πόσιος δήμοιό τε φῆμιν,
Ἦ ἤδη ἅμ' ἕπηται Ἀχαιῶν ὅστις ἄριστος
Μνάτῃσι ἐνὶ μεγάροισιν ἀνὴρ καὶ πλεῖστα πόρῃσιν.
Ἀλλ' ἦτοι τὸν ξεῖνον, ἐπεὶ πολυ ἵκετο δῶμα,
Ἕσσω μὲν χλαῖνάς τε χιτῶνά τε, εἵματα καλά·
Δώσω δ' ξίφος ἀμφήκες καὶ ποσὶ πέδιλα,
Πέμψω δ' ὅππῃ μιν κραδίη θυμός τε κελεύει.
Εἰ δ' ἐθέλεις σὺ, κόμιζον ἐνὶ σταθμοῖσιν ἐρύξας·
Εἵματα δ' ἐνθάδε δ' ἐγὼ πέμψω καὶ σῖτον ἅπαστα,
Ἔδμεναι, ὡς αὖ μή σε καταιτύξῃ καὶ ἑταίρους.
Κεῖσε δ' αὖ οὐ μὲν ἔγωγε μνησῆρας ἐῶμι
Ἔρχεσθαι· λίλιον γὰρ ἀτάσθαλον ὕβριν ἔχουσι,
Μή μιν κερτομέωσιν, ἐμοὶ δ' ἄχος ἔσσεται αἰνόν.
Πρηΐξαι δ' ἐρεθαλέον τι μετὰ πολὺ φέρτερός εἰσι.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς,
Ὦ φίλ', ἐπεὶ θλιβώ μοι καὶ ἀμείψασθαι θέμις ἐστίν,
Ἦ μάλα μευ καταδάπτει ἀκήδεστον φίλον ἦτορ,
Οἷα φατὶ μνησῆρας ἀτάσθαλα μηχανάασθαι

At postquã potus & cibi desiderium amouerunt:
Iam tunc Telemachus allocutus est diuinũ subulcum,
Dic sodes, unde hospes hic uenit? quomodo.a. ipsũ nauis
Ἀνδρῶν δ' οὐκ αὖ ἔγωγε κῦδος ἐθέλοιμι
Ἢ μέας πρήζειν, ἀλλ' ὕστερα ταῦτα τετύσθαι.
Εἰ ἐτὸν γέ τι οἶδα Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.

COMMENTARIVS.

τοὶ γὰρ ἐγὼ τοι) Exponit paucis filio Vlysses ratione, qua Ithacam peruenit, tum Phæacēsium in se beneficia strictim commemorat. Deinde scopum sui aduentus αὐτομάτως ei significat, qui est de ulciscendis procis, quorum numerum à Telemacho quærit: ut intelligat, an soli ipsi duo eos de medio possint tollere, an aliunde auxilium aduocare debeant, ut tutiùs hæc ultio peragatur.

Ἦτοι ἰότητι) Atqui unius tantùm Mineruæ consilio id factum esse, anteà uidimus. Et tamen Vlyssēs pluralitatem Deorum hîc adhibet. An quòd Minerua Dea illa prudentiæ nihil faciat, quod Ioui reliquæque Deorum turbæ non placeat? Sanè quicquid beneficij illa in Vlyssem contulit Dijs probantibus, uno excepto Neptuno, factum est, ut libri uidebamus.

ὦ πάτερ) Intellecto, inquiebat Vlysses, procorum numero, expendam apud me quid facto opus sit, an illi à nobis solis, an aduocato alieno auxilio expugnari debeant. Priori illius dilemmatis parti respondet Telemachus, docetq; tot procos duos solos futuros impares: id tamen modestè eloquitur, ne uideatur fortitudini paternæ aliquid detrahere, quam se ideò non imminuere docet, nisi quod rem facturo difficilem, immò ἀδύνατον putat: siquidem ita est comparatum, ut plures à duobus uinci non possint. Est aūt procorum magnus numerus ad centum & octo nimirum, quibus famulabātur octo serui: Præco unus, qui & idem Musicus. (ita enim coniungo illa μισθὸν κήρυξ τε θεῖός τε ἀοιδός) Quis illi turbæ duos impares statim non pronunciet? Sanè res ita se habet, si homines per se confideres, at cum diuino auxilio nituntur contrà: quod cùm sibi polliceatur certò Vlysses, non dubitat factū specie tam ἀδυνάτου aggredi, quod etiam feliciter & cum laude exequetur.

ἰῶλκέ τοι τόνδε) Mineruæ & Iouis opem sibi adesse dicebat Vlysses: quo audito acquieuit in eius consilio Telemachus, siquidem nihil non faustum sperat illis auxiliantibus, cùm eorum robur & potentia sit immensa, ut qui cæteris Dijs hominibusque imperent. Quid audio? Ea gloria aliàs Ioui soli tribuitur, nunc uerò Minerua in eius societatem uenit. Aut inconstans est Poeta, aut, quod sæpissimè obseruaui, quibusdam locis ueram de Numine sententiam suam exponit, & id hoc loco præstat. Non quæro tam preciosas gemmas in his stercoribus ueterum, ex purioribus Spiritus sancti fontibus hauriri uolo: sed iuuat etiam intelligere, in tenebris etiam illis uerum Numen radiasse. Itaque ex ueterum opinione de Dijs hæc non dicit Homerus. nam illi aut Iouem solum aut plures Deos interdum huius uniuersi imperij honore afficiũt: quòd Iouem & Mineruam hominibus & Dijs imperare uidemus, aliud est & ex abdita Aegyptiorum Theologiæ petitum, in qua hoc fuisse comprehensum non dubito, tres esse personas in unica illa diuina essentia, quod uel ab Abrahamo (uide Iosephũ Antiquit. lib. 1.) uel à Iosepho Iacobi filio, uel posteà ex Iudaicis libris, quorum lectione priuari non potuerunt, quandiu Iudæi in Aegypto captiui fuerunt, didicerint. Quacunque id ratione intellexerint, mysterium hoc sanè Trinitatis ego eos ignorasse non existimo, & illud inde exhausit Homerus. Agè uerò id doceamus, Mineruam Iouis esse filiam idem Poeta infinitis locis scribit, Iouem autem patrem hominum & Deorum. Minerua est Dea sapientiæ, filia Iouis sine matre. Quid illud quæso aliud est, quàm Filius Deus genitus à Deo patre, Sapientia, inquam, genita ab æterno, quę cum Patre idem habet in omnia imperium? Itaque Poeta fœminino etiam genere illam extulit, cùm Deam esse dicit, non Deum. Et ita quoque appellat Spiritus sanctus, cùm Sapientiæ titulo secundam illam Trinitatis personam insignit. Quid quæso clarius? Vbi uides quomodo uera illa Dei cognitio hominum fabulosis integumentis ac inuolucris adulterata fuerit, sub quibus tamen uide ut lateat ueritas. Nam qui fabulas Poetarum præcipuè de Dijs pro meris nugis & cõmentis habent, parum mihi rectè sentire uidẽtur. Ducunt enim illæ à uero capite suam originem, quod uel ex loco Homerico ipsis etiam cæcis & obstinatissimis quibusuis constabit. Atqui, inquies, duas tantùm personas hactenus docet Homero intellectas: ubi est tertia? Respondeo, satis mihi esse hoc in præsentia docuisse, neque cogi me posse ut limites illos transeam. Dicam tamen, uideri mihi (nam hæc certò non pronuncio, quia etiamsi non credantur, multũ interesse ad cognitionem Dei non puto: aliunde enim, ut dixi, peti eam iubeo) pro tertia persona Mercurium à Poeta agnosci, quanquam Goropius meus Gallicorum lib. 4. pro secunda accipiat. Sed ex ueterum monumentis uarias opiniones colligi non est absurdum, cùm præcipuè ita sit coniuncta illa Trinitas, ut uni personæ promiscuè & confusè alterius munia & officia tribuere potuerint. Atque adeò idem Goropius sub eiusdem libri finem, Mineruam, ut nos, interpretatur: quod audire lectori non erit graue. De Minerua, inquit, quia satis multa alibi à me dicta sunt, hoc unum hic repetam, Mineruæ nomen Gallorum fuisse (*à Cæsare autem 6. Comm. inter Deas Gallorum numeratur*) nec aliud eo significari, quàm hæreditarium ducendi ius, quod æterno suo filio æternus pater addixit. Quoniam ergo pater omnia sapientiæ suæ dedit ducenda ex intimis cerebri sui abyssis, atque ea totam rerum uniuersitatem ex ijs depromisit, & quotidie depromit: non malè Minerua sapientiæ, & omnibus recta uia & ratione faciendis, dicitur præesse. Mirifica arte & stupenda prorsus sapientia Sapientiæ nomenclatura constat. Vt enim hæreditarium omnium rerum ductum prosa designat: ita uersa ichnæarum uocum ritu docet, cui ducendarum rerum omnium gubernandarumque hæreditas à Deo data est, eius quoque partes esse ut pacem accipiat inter homines & Deum. Min-erf enim idẽ est quod ducẽdi hæreditas, Frenim idem quod pacis consociatio, &c. Plura de hoc uocabulo & eius mysterio leges apud eundem Goropium Hermatheræ lib. 6. & 7. sed in sexto potissimum, ex quo paucula excipiemus in gratiam eorum, quibus libri ad manum non erunt. Fit autem, inquit, Minerna ex Men, & erue, siue erf: ita ut Menerua, uti uetustiores Latini uocem scribere consueuerunt, dicatur, cui perpetuum ius est ducendi, ideò quòd Men idem fit quod duco: unde mens/ch/, qui se ducit, ceu men-sch. Nec mirum, E in I mutari, cùm id fit in creberrimo usu. Hinc Latini ex Men fecere *Mino*, pro eo quod est pecus agere siue ducere. Cui uerò perpetuum est ius rerum omnium ducendarum? Ipsi nempe Veritati, & Verbo æterno, & eidem filio patris æterni, quem Deus constituit Ducem uniuersorum. *Ex te egredietur dux, qui reget Israel*, dixit ille: de hoc Duce intelligẽs, qui de semine Dauid humanã carnem erat assumpturus. Homerus Ageleam uocauit, quòd populi Dux esset, eamque facit primam Iouis filiam, πρώτη δὲ Διὸς θυγάτηρ ἀγελείη. Hæc est origo illa, ueritas ex solo Iouis cerebro genita ante omnia secula: hæc illa sapientia, quæ se dicit fabricæ mundanæ præfuisse: hæc non sapientia, sed sapientiæ potiùs Dea, & sapientiæ causa sempiterna. Arrigite aures Satyri, audite fabularum & Scripturæ sacræ consensum. Ite ineptissimi cum uestro stupore ad uentrum scholas, quibus aures non sunt, & dicite profano ore, nõ esse sanctas fabularum origines. Curruptæ sunt, fateor, sed ab eisdem uentribus magistris, qui idolomaniam ad uentres suos alendos, & pecore farciendos, è Sacris omnibus nominibus confinxerunt. Contra hos Christiani inuehuntur, non contra sanam & primam fabularum intelligentiam. Dea est Minerua, & uerissimè Deus ipse filius, qui se ueritatem, & sapientiã, & patris uirtutem finit uocari. Huic Deus dedit ducendorum omnium mundanorum, & supermundanorum potestatem sempiternam: quam dignitatem quamdiu tenebit, tamdiu poterit à Cimbris Minerua nuncupari. Vel igitur illam ipsi filio adimite, uel mihi permittite, ut filium uernacula lingua Mineruam appellem, &c. Hæc uir ille omnium quos unquam legi & acutissimus, & (absit dicto inuidia) in suo genere doctissimus. Quam sententiam poterat hoc loco Homerico maximè probare, tamque perspicuam reddere, ut qui de hoc dubitet, nescio quid non in dubium reuocare possit. Diximus autem initiò hanc doctrinam de Trinitate hausisse Aegyptios à Iudæis: quanquam sciam hodiernos Iudæos, quorum aliquot etiam Rabinos ea de re sum scisciatus, illam pernegare. Persuaderi enim non possunt, ut Pater antiquior non sit Filio, itaque unicam essentiam sine illa personarum distinctione admittunt. Sed eos ex proprijs eorum libris refutauit nostro tempore Petrus Galatinus Opere de Arcanis Catholicæ ueritatis lib. 2. Quanquam ut hoc etiam Aegyptij inde ab Adamo usque obtineant, absurdum esse non uideo. Vtut sit, uidetur mihi omnino Homerus aliquid μυστικώτερον hoc in loco reconditum habere, cùm Iouem & Mineruã hominib. & Dijs imperare dicit. Quod antequã improbet lector, ab eo diligenter attẽdi uolo.

ἄλλὰ σὺ μὲν) Cùm hoc iam statutum sit apud Vlyssem & Telemachum ulciscendos esse procos, nunc Vlysses rationem docet, qua totum negotium peragi debeat: uis autem aperta & impetus multùm afferebat periculi propter multitudinem (ni fallor) procorum, quam Telemachus adduxerat. Quid uerò, inquies? An non etiam ea ratione Iouis & Mineruæ auxilio nixus felicem huius negotij exitum sperare poterat? Poterat, inquam, sed temeritas etiam uitium est, quæ propitium Numen habere non solet. Temerariorum autem erat hominum in tam manifestum ruere periculum. Itaque non satis est Deum negotij alicuius fautorem & adiutorem habere: sed uidendum est etiam ut prudenter te geras, alioqui clementia & ope diuina abuteris, quæ à prudentia separari non uult. Astutiam ergo meritò adhibet Vlysses ad tollendos procos, quæ amat prudentiæ esse comes, ubi uis nihil prodest: quam tamen ideò ab eadem prudentia non separamus, sed in illa nescio quomodo magis necessaria uidetur. Dion olim dicebat, fortitudine nos quum iuuenes sumus, uti: at quum senescere incipimus, prudentia ualere: sic in ui aperta dicerem magis fortitudinem, in calliditate prudentiam magis requiri.

αὐτὰρ γὰρ ἐφέλκεται) Prouerbium est à Ioanne etiam Vlpio in adagiorum Epitome, & à nostro Giphanio hic obseruatum. In omni re, inquit Vlpius, & ad omnem rem multùm ualent oculi. Sic uisa solùm fœmina ad amorem accendit: uisi inimici mouent dolorem: ferrum uisum trahit ad bellum. Tertullianus Græco dixit hemistichio, quod alicubi apud Homerum legitur:

——ἕλκει δέ τε σίδηρος. Rectè. Hic est enim sensus huius loci. Cùm Vlysses Telemachum monuisset, ut arma sua reconderet, fierique id insciis procis non posset: commentus etiam est quid esset illis rogantibus, eius rei causam, respõsurus, duo nempe: primùm, ut loco nitidiore reponantur: deinde, ne illi cùm artercantur, eorum occasione prælium inter se sanguinolentum concitent. Solet enim quilibet in illo contentionum æstu facilè in gladios prorumpere, si in loco opportuno fuerint. Quod Vlysses dicit, ferrum attrahere uiros, nescio quid ἑλκυστικὸν illi tribuens planè eleganter, qualis uis est lapidi Herculeo in ferrum: quò nescio an fit à diuino Poeta alluſum, sanè maximè inter se conuenire uidentur. Non enim magis lapis ille ferrum, quàm ferrum (id est arma) uiros ira percitos attrahit. Et ita quoque hunc locum interpretatur Eustathius.

ἀλλ' εἶσι) Elegans est dictum illud Pittaci apud Laertium, ὃ μέλλεις πρᾶξαι, μὴ σπεύδειν. ἀσπουδὸν γὰρ μελαθρίσαι. Vlysses uerò hoc suum consilium non ideò tantùm celari uult, quòd si peragi non posset, ridiculus sit futurus: sed propter periculum, quod illi imminebat, si pluribus diuulgaretur. Et hæc est summa prudentia, cum eiusmodi negotia, quæ tanti sunt momenti, silentio perficiuntur, idque quilibet experietur uerum ex contrario: hoc est, si quod aggreditur, patefecerit, rarum erit enim, ut re infecta desistere non cogatur. Quid uerò? inquies, etiam parentes & uxorem Vlysis exemplo celare consilia tua uolueris? Neminem, inquam, excipio: immò illud Metelli quammaximè probo, & usurpandum ab ijs qui aliquid deliberant, censeo. Quid tandem est illud? Meminit Plutarchus in libro de Garrulitate, uirum illum aliqua in expeditione de consilio suo rogatũ dixisse: Si tunicam meam conscium sciret huius mei arcani, exuerem eam, & exurerem. Eadem prudentia rex Antigonus filio suo tempus, quo castra esset moturus, occultauit his additis: Quid tu, inquit, an times ne tubam solus non exaudias? Ergo, inquit Plutarchus, ne uocem quidem occultam ei credi-

tredidit, cui regnum erat relicturus? Sanè quidem, ut docere eum uoluit, ut in eiusmodi negotijs temperanter & religiosè se gereret. Vnde constat laudabile esse hoc Vlyssis institutum, quod consilium suum ne parenti quidem aut uxori patefieri uoluit. Poterat enim accidere ut tum parens tum uxor alijs hoc ipsum insusurrarent, qui deinde alijs referrent, & ita detegeretur. Atqui, dices, potuit hoc deinde uterq; ægrè ferre, quod nihil huius negotij resciuerint? Respondeo, præstare ut ijs inscijs turò peractum sit, etiamsi id ægrè ferant (quanquam felix rei exitus eis potiùs lætitiam pariet) quàm conscijs illis & cum periculo. At quale erat futurum periculum? Illud ipsum, ut dixi, ne detegeretur: quod si accidisset, desperata erat & Vlyssis & totius familiæ salus. Et hoc prudentissimè obseruauit olim Eumenes: qui cùm illi allatum esset instare Craterum cum infesto exercitu, nulli id amicorum aperuit, sed Neoptolemum esse mentitus est. Hunc enim milites nihil faciebant, illius nomen suspiciebant, & uirtutem amplectebantur. Denique id nullus præterea resciuit, sed commissis signis uictores Craterum occiderunt nescij, ac cadauer cognouerunt. Ita moderatum est prælio silentium, tantumque aduersarium texit: ut amici eum, quod ipsos hac de re celasset, magis commendauerint quàm incusauerint. Et ut incuset quis, ait Plutarchus, incusari præstat conseruatum ex eo quòd non crediderit rem, quàm perditum, eo quod crediderit, culpare. Quis autem ullum sibi locum reliquit eius, qui non reticuerit, increpandi. Si enim tectam rem oportuit, quàm declarasti, improuidè eam detexisti alteri. Quòd si effusum ex te secretum in alio recondis, ad alienam fidem, tua prodita, confugis. Qui si tui similis fuerit, iure peristi: sin melior seruaris insperato, quod alium repereris tibi te tua in re magis fidum. At est hic mihi amicus, huius alius quispiam, cui fidat & hic, ut huic ego: iam illi alius. Ita dum conteritur perpetua serie incontinentia, sermo fœtificat & multiplicatur, &c. plura enim ibidem ea de re Plutarchus eruditè, ut solet, disputat. Quantum autem afferat incommodi detectum consilium, docet exemplum quod idem memorat. Facta erat Romæ de tollendo Nerone coniuratio, quæ ne suum sortiretur exitum, unius hominis loquacitas obstitit, eiusque adeò qui eum erat trucidaturus. Is ergo pridie quàm tyrannus esset interficiendus, profectus ad theatrum, uidit quendam pro foribus ad bestias damnatum, qui erat ad Neronem deducendus: qui cum suam sortem lamentaretur, ille propius accedēs in aurem hæc ei insusurrauit, Heus tu, inquit, fac uotum ut diem hodiernum præteream: cras ages mihi gratias. Id obscurè iactum excipiens ille, reputansque stultum esse eum, qui repudiatis quæ parata sunt, sectatur imparata, salutem elegit pro iustiore certiorem. Indicauit enim Neroni uocem istius hominis. Qui statim fuit correptus & tormentis adhibitus, ea fateri coactus quæ citra necessitatem indicauerat. Aliud est ibidem exemplum festiuum quidem illud, sed quod tamen perinde doceat non esse eliminanda ea quæ taciturnitatem postulant, etiamsi à tuis urgearis. Senatus Romanus per multos dies remotis alijs de re quapiam secreta deliberabat. Quod cùm multos suspensos teneret cogitantes quid rei ageretur: fœmina alioqui modesta, fœmina tamen importunè uirū suū & magnoperè orabat, ut declararet sibi illud arcani. Iam iuramenta & deuotiones taciturum se offerebat, quiritabaturque cum lacrymis non haberi sibi fidem. Cuius ut Romanus hic detegeret stoliditatem, Expugnas me, inquit, mulier. Accipe rem atrocem & prodigiosam. Nunciatum nobis ab auguribus est, cassitam cum galea aurea & hasta uisam uolantem. Hoc portentum consideramus, faustum an infaustum sit, auguresque consulimus. Cæterùm tu tace. Sic fatus contulit se ad forum. Hæc ancillam, quæ prima ingrediebatur, appellans pectus suum tundebat, capillum uellebat, dicebatq; : Heu uirum meum & patriam: quid nobis fiet? uolens & docens ancillam dicere, Quidnam rei est? Cui ut percunctatæ rem exposuit, clausulamque omnis garrulitatis communem adiecit: Caue hæc cuiquā dixeris, sed sile. uix ancilla ab ea est digressa, quin actutum ex alijs ancillis, cui maximè uidebat ocium esse, obijcit dictum: illa amatori, qui eam adijt, enunciat. Ita cùm in forum fabula dimanasset, ut præcurrerit rumoris authorem: ex familiaribus quispiam factus ei obuiam: Modóne, inquit, domo ad forum uenis? Modò admodum, infit ille. Ergo nihil audisti? Nunquid noui? Cassita uisa est uolans cum galea aurea & hasta. De hoc Senatum Consules habituri sunt. Tum ille arridens: Satis, inquit, strenuè mulier, nempe tibi quod dixi, pergentem ad forum me præuertit. Ac Consules quidem appellans discussit terrorem: cæterùm uxorem hoc modo ultus est. Vt domum est ingressus, Perdidisti, inquit, me mulier. Arcanum illud e domo mea compertum est elatum in uulgus fuisse. Quamobrem ex tuæ linguæ incontinentia eundum mihi est in exilium. Quæ cùm ad inficiandum se conuerteret, causaretur que, Annón hoc tu cum trecentis audisti? Quibus, inquit, trecentis? te ut probarem, hanc finxi fabulam. Aliud exemplum subijcit idem author. Fuluius Cęsaris Augusti amicus, cum annis iam grauem deplorantem audisset orbitatem suam, & quòd duobus nepotibus amissis, Posthumio, qui unus reliquus erat, ex calumnia exule, uxoris filium adoptare Imperij successorem cogeretur: quamuis misericordiam capienti Posthumij deliberatum sibi esset eum ab exilio reuocare. Quæ Fuluius cùm accepisset, aperuit ea uxori suæ, illa Liuiæ. Liuia expostulauit cum Cæsare acriter, quòd qui iampridem id statuisset, non accerseret nepotem, sed offensionem & bellum cum successore imperij sibi concitaret. Fuluius cùm more suo eum accederet, diceretque, Salue Cæsar: Vale, inquit, Fului. Ille percipiens id quod erat, contulit extemplò se domum, accitaque uxore: Resciuit, inquit, Cæsar me arcanum illud detexisse, ideò mortem mihi conciliabo. Meritò, inquit mulier: qui cùm tandiu matrimonium meum tenueris, non perspectam & suspectam habueris incontinētiam meam. Verùm sine me priorem emori, arreptoque pugione ante uiri lectum se transfodit. Quæ omnia satis docent, tutum non esse rem arcanam cuiuis committere ac credere, quod longè antè Homerus noster docuit in Vlysse uiro alioqui facundissimo, ut etiam obseruat idem Plutarchus. Quàm sint porrò arcana tegenda, docuit Zeno Philosophus: qui ne inuitus secretum quoddam prodere lingua cogeretur, eam arrosam in tyrannum expuit. Eiusdem continentiæ exemplum habes etiam in nostro Telemacho.

ὦ πάτερ) Primùm Telemachus fidelitatem strenuitatemque suam in hoc negotio patri pollicetur, ut dicas eum quodammodo animos sumpsisse ex patris præsentia: forsan propter laudem, quam ab eo audiuit in eius orationis postrema parte ad ea uerba, τῶν ἐόντα: aut etiam quòd degenerem se illi in tam necessario negotio exhibere nollet. Cùm enim uideret patrem hoc ipsum periculum subire, declinandum sibi illud quoque non putauit. Quantum ergo mutatus ab illo Telemacho, qui anteà dicebat se imbellem esse, audaciaque ac robore illo destitutum, quod in propulsandis iniurijs requiritur, proinde pati se tanta à procis quibus resistere non posset, qui nunc dicat animum se non remissurum: quasi dicat, exerturum se etiam fortitudinem suam, ut hoc negotium peragatur. Deinde exponit quoque liberè sententiam suam, quæ aliquantulum paternæ auersatur, quod ad seruorum explorationem attinet: eam enim prætermitti uult, quia nisi longo tempore fieri potest, cùm interea spacium procis diripiendi magis bona relinquatur, ut mox dicemus.

δηΐτε γὰρ ὦπτοι) Hunc locum ita explicat Eustathius, ἵνα δέ, inquit, ὁ τῦ λόγυ τῆς ὅτι ἀκριβέστερ ἐστὶ τὸ παρῳδούμ ἐκ τῶν ἀνδρῶν, ὧν οἱ πλείους ἴξω τῆς νήσυ ἀβέι τῶν ἤπειρον. εἰ ὅσῳ γὰρ αὐτὸς μετέρχη τὰ ὁμόπλοια ἔργα, εἰ τοσῦτῳ οἱ μνηστῆρες τὰ κατ' οἶκον ἀκινδύνως διὸ καὶ συμβουλεύομεν τὸ ἀλλοῖ ποιητὴν φησὶν ἀλλ' ἤτοι οἱ γωιαῖκες, &c. Nunc ergo uult Telemachus mulierum tantùm animum explorari. quia serui ita erant undique dispersi, ut tam breui tempore explorari quoq; eorum animi possent: quod si fieret, nihil promoueri, quàm ut dum ultio procorum differtur, maius illis ocium ad dilapidandas & consumendas facultates Vlyssis relinquatur. Hoc ergo in aliud tempus differri monet, quia hoc negotium de ulciscendis procis celeritatem postulat. Et hoc consilium Telemachi salutare fuit, ab Vlysseque comprobatum: quando quidem illud non refellit, imò sine ullo eius responso orationem suam absoluit Telemachus. Quòd Poetæ familiare esse ubi consensum alicuius indicat, aliàs in Iliade memini nos obseruasse. Res ipsa etiam docebit, illi Vlyssem assensisse.

ἀϊπτόν γε) ἐξ ὧ δηλαδὴ ὁρμάρθω, ἵφης ἀκριτον τὸν λόγ ἡμῖν ἐπῶδας. ὡς ἐγὼ μὲν τῶδ' ἴσως ἴχω, τὸν δὲ κ' ὁμῶς πειρητὸν κ' ἐπέρως δὲ σθένος περιτὸν ἀμείνοσι: inquit noster Eustathius.

Sic hi quidem talia inter se loquebantur,
Hæc.a. postea Ithacā deducta est nauis benè fabricata,
Quæ tulerat Telemachum à Pylo, & omnes socios.
Hi.a. quādo iam portū ualdè profundū intra iuerunt,
Nauem quidem hi nigram in terram traxerunt,
Arma autem sua asportarunt magnanimi serui.
Statim autem Clytij portauerunt perpulchra dona.
At præconem præmiserunt domum ad Vlyssis

Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον,
Ἣ δ' ἄρ' ἔπειτ' Ἰθάκηνδε κατήγαγε νῆυς εὐεργὴς,
Ἣ φέρε Τηλέμαχον Πυλόθεν καὶ πάντας ἑταίρους.
Οἱ δ' ὅτε δὴ λιμένα πολυβενθέα ἐντὸς ἵκοντο,
Νῆα μὲν οἵγε μέλαιναν ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσαν,
Τεύχεα δέ σφ' ἀπένεικαν ἀταρθυμοι θεράποντες·
Αὐτίκα δ' εἰς Κλυτίοιο φέρον περικαλλέα δῶρα.
Αὐτὰρ κήρυκα πρόεσαν δόμον εἰς Ὀδυσῆος

Ἀγγε-

Ἀγγελίῃ ἐρέοντα περίφρονι Πηνελοπείῃ,
Οὕνεκα Τηλέμαχον μὲν ἐπ' ἀγρῷ, νῆα δ' ἀΐσσῃ
Ἄστυ δ' ἀποπλέειν· ἵνα μὴ δείσασ' ἐνὶ θυμῷ
Ἰφθίμη βασίλεια τέρσῃ κρῆ δάκρυον εἴβοι.
Τῷ ῥ' συβωτήτῳ κῆρυξ καὶ δῖος ὑφορβὸς,
Τῆς αὐτῆς εἵνεκ' ἀγγελίης, ἐρέοντε γυναικί.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἵκανον ἀλῶμον θείου βασιλῆος,
Κῆρυξ μὲν ῥα μέσῃσι μετ' δμῳῇσιν ἔειπεν,
Ἦ δὴ τοι βασίλεια φίλος παῖς εἰλήλυθε.
Πηνελοπείη δ' εἶπε συβώτην ἄγχι παραστὰς
Παῖδ' ὅττι οἱ φίλος ἠὼς αὐτὴ μυθήσασθαι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πᾶσαν ἐφημοσύνην ἀπέειπε,
Βῆ ῥ' ἴμεναι, μετὰ δ' ὗας, λίπε δ' ἕρκεά τε μέγαρόν τε.
Μνηστῆρες δ' ἀκάχοντο, κατὰ φρεσὶ σῇσι θυμῷ·
Ἐκ δ' ἦλθον μεγάροιο παρὲκ μέγα τεῖχος αὐλῆς,
Αὐτοῦ δ' ἐπὶ προθύροισι θύραων ἐδριόωντο.
Τοῖσιν δ' Εὐρύμαχος Πολύβου πάϊς ἦρχ' ἀγορεύειν·
Ὦ φίλοι, ἦ μέγα ἔργον ὑπερφιάλως τετέλεσται
Τηλεμάχῳ ὁδὸς ἥδε· φάμεν δέ οἱ οὐ τελέεσθαι.
Ἀλλ' ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν ἠπὶς ἀρίστη·
Εἰς δ' ἐρέτας ἁλιῆας ἀγείρομεν, οἵ κε τάχιστα
Κείνοις ἀγγείλωσι θοῶς οἶκόνδε νέεσθαι.
Οὔπω πᾶν ἔπος ἦεν ὅτ' ἄρ' Ἀμφίνομος ἴδε νῆα,
Στρεφθεὶς ἐκ χώρης λιμένι βαθυδινήεντι·
Ἱστία τε στέλλοντας, ἐρετμά τε χερσὶν ἔχοντας.
Ἦ δὴ δ' ἄρ' ἐκγελάσας μετὰ φῶνας οἷς ἑτάροισι,
Μήτιν' ἔτ' ἀγγελίην ὀτρύνομεν· οἵδε γὰρ αὐτοὶ
Νῆα παρερχόμενοι, τὴν δ' οὐκ ἐδύσαντο κιχεῖν αι.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' αὐτοῖς ἔβαν ἀσπέτου ἁλὸς ἔντος.
Αἶψα δὴ νῆα μέλαιναν ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσαν,
Τεύχεα δέ σφ' ἀπένεικαν ὑπερθύμοι θεράποντες.
Αὐτοὶ δ' εἰς ἀγορὴν κίον ἀθρόοι, οὐδέ τιν' ἄλλων
Εἴων οὔτε νέων μεταΐζειν οὔτε γερόντων·
Τοῖσιν δ' Ἀντίνοος μετέφη Εὐπείθεος υἱὸς,
Ὦ πόποι, ὡς τὸν δ' αὖδρα θεοὶ κακότητος ἔλυσαν.
Ἤματα μὲν σκοποὶ ἷζον ἐπ' ἄκριας ἶνεμοέσσας
Αἰὲν ἐπασσύτεροι· ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι,
Οὔποτ' ἐπ' ἠπείρου νύκτ' ἄσαμεν, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
Νηῒ θοῇ πλέοντες ἐμίμνομεν ἠῶ δῖαν,
Τηλέμαχον λοχόωντες, ἵνα φθίσωμεν ἑλόντες
Αὐτόν· τὸν δ' ἄρα πως μὲν ἀπήγαγε οἶκαδε Δαίμων,
Ἡμεῖς δ' ἐνθάδε οἱ φραζώμεθα λυγρὸν ὄλεθρον
Τηλεμάχῳ· μηδ' ἡμᾶς ὑπεκφύγοι. ἐν γὰρ οἴῳ
Τούτῳ γε ζώοντι ἀνύσσεσθαι πάντα ἔοικε.
Αὐτὰρ μὲν γὰρ ὑπερήμων βουλήν τε νόον τε·
Λαοὶ δ' οὐκ ἔτι πάμπαν ἐφ' ἡμῖν ἦρα φέρουσιν.
Ἀλλ' ἄγετε πρὶν κεῖνον ὁμηγερέα θαι Ἀχαιοὺς
Εἰς ἀγορήν· ἐὺ γάρ τι μεθησέμεναί μιν οἴω,
Ἀλλ' ὀπιμανίσει, ἐρέει δ' ἐν πᾶσιν ἀνάσσας,
Οὕνεκά οἱ φόνον αἰπὺν ἐράσσαμεν, ἐν δ' ἐκίχημεν·
Οἱ δ' οὐκ αἰνήσουσιν ἀκήδοντες κακὰ ἔργα,
Μή τι κακὸν ῥέξωσι, καὶ ἡμέας ἐξελάσωσι
Γαίης ἡμετέρης, ἄλλον δ' ἀφικώμεθα δῆμον.
Ἀλλὰ φθέωμεν ἑλόντες ἐπ' ἀγρῷ νόσφι πόληος,
Ἢ ἐν ὁδῷ· βίοτον δ' αὐτοὶ καὶ κτήματ' ἔχωμεν,
Δασσάμενοι κρῆ μοῖραν ἐφ' ἡμέας, οἰκία δ' αὖτε
Κείνῃ μητέρι δοῖμεν ἔχειν ἠδ' ὅς τις ὀπηδοῖ.

Nuncium dicentem perprudenti Penelopæ,
Quòd Telemachus quidem in agro, nauẽ aũt iußit
Ciuitatem adnauigare, ut non timens in animo
Potens regina teneras lacrymas fundat.
Hi autem obuij fuerunt præco, & diuinus ſubulcus,
Eiuſdem gratia nuncij dicturi mulieri.
Sed quando iam iuerunt domum diuini regis,
Præco quidem medijs in ancillis dixit:
Iam regina dilectus filius uenit.
Penelopæ autem dixit ſubulcus propè aſtans,
Omnia quæcunq; ei dilectus filius iußit loqui.
At poſtquam omne præceptum denunciauit,
Perrexit ad ſues, liquit autem ſeptaq; domumq;.
Proci autem triſtati ſunt, mœſti ſuntq; in animo,
Atq; exiuerunt domo apud magnum murum atrij,
Illic autem antè ianuas ſederunt.
His autem Eurymachus Polybi filius incœpit dicere,
O amici, certè magnum opus ſuperbè perfectum eſt
Telemacho uia hæc, dicebamus. a. ei non perfectum iri.
Sed agite nauem nigram trahamus quæ optima,
In aũt remiges marinos congregemus, qui uelociſſimè
Illis nuncient uelociter domum redire.
Nondũ omne dictũ eſt, quãdo Amphinomus uidit nauẽ
Verſus ex urbe portum per profundum intra,
Velaq; contrahentes, remosq; manibus tenentes.
Suauiter autem ridens loquutus eſt procis,
Ne aliquẽ nuncium moueamus: hic. a. enim intus
Aliquis eis hoc dixit deorum, uel uiderunt ipſi
Nauem aduenientem, hanc non poterant inuenire.
Sic dixit, hi autẽ ſurgentes iuerunt in littus marij.
Statim autem nauem nigram in terram traxerunt.
Arma autem ipſis abſtulerunt magnanimi ſerui.
Ipſi. a. in concionẽ iuerunt denſi, neq; aliquem aliorum
Siuerunt, neq; iuuenum conſidere, neq; ſenum.
His autem Antinous dixit Eupithei filius,
O amici, ſi hunc uirum dÿ malo liberarunt.
Dÿ quidẽ ſpeculatores ſedebãt in ſummitatib. uentoſis
Semper denſi, ſimul autem Sole occidente,
Nunquam in terra nocte dormiebamus: ſed in ponto
Naui ueloci nauigãtes expectabamus auroram diuinã
Telemacho inſidiantes, ut interficeremus interceptum
Ipſum: hunc. a. interim quidem abduxit domum Deus,
Nos autem hic ei conſultemus grauem mortem
Telemacho, neq; nos ſubterfugiat. non enim puto
Hoc uiuente perfectum iri hæc opera.
Ipſe quidem enim peritus conſilioq; menteq;.
Populi autem non tam omnino nobis fauent,
Sed agite antequam ille cogat Achiuos
Ad concionem, non enim dimiſſurum ipſum puto,
Sed ad iracũdiã excitabit: dicet. a. inter oẽs ſurrectus,
Quoniã ei cædem grauem ſtruimus, neq; inuenimus.
Hi autem non laudabunt audientes mala opera.
Ne quid malum faciant, & nos expellant
Terra noſtra, aliorum autem adeamus populum.
Sed præueniamus interficiẽtes in agro pcul à ciuitate,
Vel in uia, uitam autem ipſi, & res habeamus,
Diuiſis ut par eſt inter nos, domeſtica autem rurſus
Illius matri dabimus habere, & qcũq; acceperit uxorẽ.

μεταφώνει μνηστῆρσι,

Si autem uobis hoc uerbum non placet, ſed ultrò
Ipſumq́ uiuere & habere paterna omnia,
Ne ei res poſteà ſufficiẽter animo dulces comedamus
Hi congregati, ſed ex domo unuſquiſq́
Petat uxorem dotibus inquirens & poſteà
Ducat uxorẽ, qui plurima dabit & cui ſorte obtigerit.
Sic dixit, hi autem omnes quieti facti ſunt ſilentio.
His autem Amphinomus concionatus eſt, & dixit,
Niſi illuſtris filius Aretiadæ regis,
Qui ex Dulichio feraci frumenti herboſa
Dux fuit procis, maximè autem Penelopæ
Placuit uerbis, mentibus enim utebatur bonis,
Qui ipſis prudens concionatus eſt, & dixit.
O amici, non ego interficere uolo
Telemachum, arduum autem genus regium eſt
Interficere, ſed primùm deorum interrogemus conſilia,
Siquidem laudabunt Iouis magni iura,
Ipſeq́ interficiam, hoſq́ alios iubebo.
Si auertant Dei, quieſcere ſuadeo.
Sic dixit Amphinomus, his autem placuit uerbum.
Statim poſteà ſurrecti iuerunt domum in Vlyſſis,
Venientes autem ſederunt in politis ſedibus.
Hæc autem rurſus aliud intellexit prudens Penelope
Procis apparere immenſam iniuriam habentibus,
Audiuit enim ſui filij in domibus mortem.
Præco enim ei dixit Medon qui ſciebat conſilia,
Perrexit autem ire domum cum famulis mulieribus.
Sed quando iam procis adiuit diuina mulierum,
Stetit apud limen domus ornatè facta
Contra maxillas tenens ornata uela:
Antinoũ. a. reprehendit, uerbumq́ dixit ac nominauit,
Antinoe iniuriã habẽs malè cogitãs, & iam te dicũt
In populo Ithacæ inter æquales eſſe optimum
Conſilio & uerbis, tu autem non talis es.
Inſane, cur autem tu Telemacho cædemq́ mortemq́
Struis, neq́ ſupplicum præſides curas, quibus Iupiter
Teſtis? neq́ ſanctitas mala ſtruere mutuò.
An non ſcis, quando huc pater tuus uenit fugiens
Populum reueritus, iam enim iratus erat ualde.
Quoniam latrones inſequens Taphios
Affeciſti dolore Theſprotos, hi aũt uobis amici erant.
Hunc uolebant corrumpere, & deſtruere. dilectum cor,
Et facultates conſumere ſufficientes multas.
Sed Vlyſſes prohibuit & detinuit cupientes,
Huius nunc domũ ignominiosè comedis. petis. a uxorẽ,
Filiumq́ interficis: me autem ualde triſticia afficis.
Sed te ceſſare iubeo, & iubere ut & alij ceſſent.
Hanc. a. rurſus Eurymach. Polybi filius cõtrà allocu-
Filia Icarij prudens Penelope (*tus eſt,*
Confide, non tibi hæc in mentibus tuis curæ ſint:
Non eſt hic uir, neq́ erit, neq́ fuerit,
Qui Telemacho tuo filio manus inferet
Viuo me & in terram uidente.
Sic enim dicam, & ipſum perfectum erit.
Statim aũt eius ſanguis niger fluet circum lanceam
Noſtram, poſtquam & me urbium populator Vlyſſes
Sæpe genibus ſuis inſidere faciens carnem aſſatam
In manibus poſuit, tenebatq́ uinum rubrum.

Εἰ δ' ὑμῖν ὅδε μῦθος ἀφαυδάᾳ. ἀλλὰ βέλεσθε
Αὐτόν τε ζώειν καὶ ἔχειν πατρώϊα πάντα,
Μή οἱ χρήματ' ἔπηα ἄλις δυμηδὲ' ἔδωμεν
Ἐνθάδ' ἀγειρόμενοι, ἀλλ' ὃν μενάροιο ἕκαστος
Μνάσθω ἐέδνοισι θύγατρα μνώμενος ἣ δ' ἂν ἔπηται
Γήμαι θ' ὅς κεν πλεῖστα πόροι καὶ μόρσιμος ἔλθοι.
Ὣς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.
Τοῖσιν δ' Ἀμφίνομος ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν,
Νίσου Φαίδιμος υἱὸς Ἀρηιάδαο ἄνακτος·
Ὅς ῥ' ἐκ Δουλιχίης πολυπύρου ποιήεντος
Ἦγεν μνηστῆρσι· μάλιστα δ' Πηνελοπείῃ
Ἤνδανε μύθοισι φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσιν.
Ὅσσ' ἐν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν,
Ὦ φίλοι, οὐκ ἂν ἔγωγε κατακτείνειν ἐθέλοιμι
Τηλέμαχον· δεινὸν γὰρ ἰῷ βασιληϊόν ἐστι
Κτείνειν, ἀλλὰ πρῶτα θεῶν ἐιρώμεθα βουλάς.
Εἰ μὲν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο Θέμιστες,
Αὐτός τε κτενέω, τοῖς τ' ἄλλοις πᾶσι κελεύω·
Εἰ δέ κ' ἀποτρωπῶσι θεοί, παύεσθαι ἀνώγω.
Ὣς ἔφατ' Ἀμφίνομος. τοῖσιν δ' ἐπιήνδανε μῦθος·
Αὐτίκ' ἔπειτ' ἀναΐξαντες ἔβαν δόμον εἰς Ὀδυσῆος,
Ἐλθόντες δ' ἑκάθιζον ἐπὶ ξεστοῖσι θρόνοισιν.
Ἣ δ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε πεφιδομένη Πηνελόπεια,
Μνηστῆρσι φανῆναι ὀπάριστον ὄβριμον ἔχουσι·
Πεύθετο γὰρ οὗ παιδὸς ἐνὶ μεγάροισιν ὀλέθρου
Κήρυξ γάρ οἱ ἔειπε Μέδων, ὃς ἐπεύθετο † βουλάς. ἐκ. βουλάς. Αὐλῆς εἵλιος ἐὼν οἱ δ' ἔνδοθε μῆτιν ὕφαινον. Βῆ δ' ἰέναι
Βῆ δ' ἰέναι μεγαρόνδε σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ μνηστῆρας ἀφίκετο δῖα γυναικῶν,
Στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο,
Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα.
Ἀντίνοον δ' ἐνόησεν, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζεν,
Ἀντίνοου ὦ ὑβερνῆτα κακομήχανε, καὶ δέ σε φασὶν
Ἐν δήμῳ Ἰθάκης μετ' ὁμήλικας ἔμμεν ἀρίστου
Βουλῇ καὶ μύθοισι. σὺ δ' οὐκ ἄρα τοῖος ἔησθα.
Μάργε, τίπη σὺ Τηλεμάχῳ θαλερόν τε μόρον τε
Ῥάπτεις, δὲ δὴ ἱκέτας ἐμπάζεαι οἵσιν ἄρα Ζεὺς
Μάρτυρος; δὲ δὴ οὐδὲ κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν.
Ἦ οὐκ οἶσθ' ὅτε δεῦρο πατὴρ τεὸς ἵκετο φεύγων
Δῆμον ὑποδδείσας; δὴ γὰρ κεχολώατο λίην,
Οὕνεκα λῃστῆρσιν ὀπαζόμενος Ταφίοισιν
Ἤκαχε Θεσπρωτούς· οἱ δὴ ἡμῖν ἄρθμιοι ἦσαν·
Τόν ῥ' ἔθελον φθίσειν, καὶ διαρραῖσαι φίλον ἦτορ,
Ἦ δὲ κῆ' ζωὸν φαγέειν μενοεικέα πολλόν·
Ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε καὶ ἔσχεθεν ἱεμένους περ.
Τῶ νῦν οἶκον ἄτιμον ἔδεις, μνᾶά γ' γυναῖκα,
Παῖδά τ' ἀποκτείνεις, ἐμὲ γ' μεγάλως ἀκαχίζεις.
Ἀλλά σε παύεσθαι κέλομαι, καὶ ἀνώγεμεν ἄλλους.
Τὸν δ' αὖτ' Εὐρύμαχος Πολύβου πάις ἀντίον ηὔδα,
Κέρδη Ἰκαρίοιο περίφρον Πηνελόπεια,
Θάρσει, μή τοι ταῦτα μέλοντα φρεσὶ σῇσι μελόντων.
Οὐκ ἔστ' οὔτε ἀνὴρ, δὲ δὴ ἔσται; δὲ δὲ γίγνεται,
Ὅς κεν Τηλεμάχῳ σῷ υἱεῖ χεῖρας ἐπίσῃ
Ζώοντός γ' ἐμέθεν καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο.
Ὧδε γὰρ ἐξερέω, καὶ μιν τετελεσμένον ἔσται,
Αἶψά οἱ αἷμα μελαινὸν ἐρωήσῃ περὶ δουρὶ
Ἡμετέρῳ· ἐπὴν καὶ ἐμὲ πολλὰ πρὸς Ὀδυσεὺς
Πολλάκι γούνασιν οἷσιν ἐφεστάμεν, κρέας ὀπτὸν
Ἐν χείρεσσιν ἔθηκε, ἐπέσχε τε οἶνον ἐρυθρόν.

Τῷ μοι Τηλέμαχος πάντων πολὺ φίλτατός ἐστιν
Ἀνδρῶν, ἀδελφεὸν μιν θανάτου τρομέεσθαι ἄνωγα
Ἐν * γε μνηστήρων θεόθεν δ' οὐκ ἔστ' ἀλέασθαι.
Ὣς φάτο μαιμώων, τῷ δ' ἤρτυεν αὐτὸς ὄλεθρον.
Ἡ μὲν ἄρ' εἰσαναβᾶσ' ὑπερῴϊα σιγαλόεντα,
Κλαῖεν ἔπειτ' Ὀδυσῆα φίλον πόσιν, ὄφρά οἱ ὕπνον
Ἡδὺ ὀπὶ βλεφάροισι βάλε γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Εὐρυβίῃ δ' Ὀδυσῆι καὶ υἱέϊ δῖος ὑφορβὸς
Ἦλυθον· οἱ δ' ἄρα δόρπον ἐπιστρεφὲς ὠπαλίζοντο,
Συῶ ἱερεύσαντες ἐνιαύσιον· αὐτὰρ Ἀθήνη
Ἄγχι παρισταμένη Λαερτιάδην Ὀδυσῆα
Ῥάβδῳ πεπλήγυῖα, πάλιν πέμπεν γέροντα·
Λυγρὰ δ' ἕματα ἕσσε περὶ χροΐ, μή ἑ συβώτης
Γνοίη ἐσσύμενον ἰδών, καὶ ἐχέφρονι Πηνελοπείῃ
Ἔλθοι ἀπαγγέλλων, μηδ' ἐμφρεσὶν ἁρύσσαιτο·
Τὸν καὶ Τηλέμαχος πρότερος προὸς μῦθον ἔειπεν,
Ἦλθες δῖ' Εὔμαιε· τί δὴ κλέος ἐστὶ κατ' ἄστυ;
Ἦ ῥ' ἤδη μνηστῆρες ἀγήνορες οἶσιν ἔασιν
Ἐν λόχῃ; ἦ ἔτι μ' αὖτ' ἐρύατο οἶκαδε ἰόντα;
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφης Εὔμαιε συβῶτα,
Οὐκ ἔμελέ μοι ταῦτα μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι
Ἀγρυκατεβλώσκοντα. τάχιστά με θυμὸς ἄνωγε,
Ἀγγελίην εἰπόντα, πάλιν δεῦρ' ἀπονέεσθαι.
Ὠμήρησε δέ μοι παρ' ἑτάρων ἄγγελος ὠκὺς
Κήρυξ, ὃς δὴ πρῶτος ἔπος σῇ μητρὶ ἔειπεν.
Ἄλλο δέ τι τόδε οἶδα. τὸ γὰρ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν,
Ἤδη ὑπὲρ πόλιος ὅθι * ἑρμαῖος λόφος ἐστὶν,
Ἥα κιὼν, ὅτε νῆα θοὴν ἰδόμην καλιῆσιν
Ἐς λιμένι ἡμέτερον· πολλοὶ δ' ἔσαν ἄνδρες ἐν αὐτῇ·
Βεβρίθει δ' ὁπλῇσι καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισι.
Καὶ σφέας ὠϊδάμην τὰς ἐμμενὲς· οὐδέ τι οἶδα.
Ὣς φάτο. μείδησεν δ' ἱερὴ ἰὼ Τηλεμάχοιο,
Ἐς πατέρ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδὼν· ἀλέεινε δ' ὑφορβόν.
Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν πάσσαντο πόνου πεπύκαντό τε δαῖτα,
Δαίνυντ'· οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον εἷντο,
Δὴ τότε κοιμήσαντο, καὶ ὕπνου δῶρον ἕλοντο.

Ideò mihi Telemachus omnium multò amicissimus est
Virorum, neq; ipsum mortem timere iussi
A procis, à Deo autem non est fugere.
Sic dixit hortans, huic aũt ordinabat ipse mortem:
Hæc autem ascendens in superiora splendida,
Flebat postea Vlyssem dilectũ maritũ, donec ei somnum
Dulcem in palpebris posuit cæsia Mineruæ:
Vespertinus autem Vlyssi & filio diuinus subulcus
Venit, hi autem cœnam in stabulo parabant,
Suem sacrificantes anniculum, at Minerua
Propè stans Laertiadem Vlyssem
Virga percutiente iterum fecit senem.
Turpia. a. uestimẽta induit circũ corp⁹, ne ipsũ subulcus
Cognosceret indutũ conspicatus, & prudenti Penelopæ
Eat nuncians, neq; mentibus obseruet.
Hunc & Telemachus prior uerbum allocutus est,
Venisti diuine Eumæe, & quis in urbe rumor est?
Nunquid iam proci superbi intrà uenerunt
Ex insidijs? an adhuc me rursus obseruãt domũ euntẽ?
Hunc. a. respondens allocutus est Eumæus subulcus,
Non curæ est mihi hæc inquirere & interrogare.
Ciuitatem adeuntem citissimè me animus iussit,
Nuncio perlato rursus huc redire.
Obuiauit autem mihi à sociys nuncius uelox
Præco, qui iam primus uerbum tuæ matri dixit.
Aliud autem tibi hoc scio, hoc enim uidi oculis,
Iam super ciuitate ubi quadratus tumulus est,
Sedi iens, quando nauem uelocem uidi deuenientem
In portum nostrum, multi autem erant uiri in ipsa.
Grauabatur autem scutis & lanceis utring; acutis:
Et ipsos putaui hos esse, neq; aliquid scio.
Sic dixit, risit autem sacra uis Telemachi,
Patrem oculis conspicatus, fugit autem subulcum.
Hi. a. postq; igitur cessarũt labore, parauerũtq; cõuiuiũ,
Conuiuati sunt, neq; animus indiguit cõuiuio æquali.
At postquam potus & cibi desiderium amouerunt,
Iam tunc dormiuerunt, & somni donum acceperunt.

COMMENTARIVS.

ἤ δ' ἄρ' ἔπειτ' ἰθακήνδε) Anteà uidimus Telemachum, ubi in agros diuertisset, reliquos nauigationis socios iussisse Ithacam se conferre: nunc itaque Poeta eorum illuc aduentum describit, & ut Telemachi aduentum tum à præcone tum à subulco, & quam inde mœstitiam conceperint proci, quòd insidias ei structas nihil profecisse uideant, & quæ sequuntur.

αὐτοὶ δ' ἐς ἀγορήν) Videtur hoc moris fuisse apud ueteres, ut redeuntibus uel nuncijs uel ijs qui ad aliquod negotium, quod omnium interesset, peragendum demandati erant, statim & eueſtigiò concionem haberent: quod hoc loco uides à procis usurpatum. Peculiaris autem fuit concio, & procorum solum reliquis omnibus tam iuuenibus quàm senibus remotis: hoc est, ni fallor, Ithacensibus ipsis, ne ea exaudirent, quæ contra eorum dominum hactenus erant machinati: frustra tamen, quia re infecta iam ij qui hanc prouinciam susceperant, reuerterunt.

ὦ πόποι) Hac oratione Antinous duo præstat. Primùm exponit quid gestum sit in illa expeditione, immò in illis insidijs, quas Telemacho struxerant, uel potiùs quid non gestum sit. Docet enim se re infecta redire, cuius causam in Deum aliquem refert, cùm sua & sociorum negligentia non acciderit, ut qui etiam noctes in mari transegerint, quò facilius præternauigantem Telemachum obseruare possent aurora exorta. Rectè autem suspicatur, immò, ni fallor, creditum à Deo abductum. Id enim Mineruæ auxilio factum anteà uidimus. Vbi uides rerum incertarum euentum fortunæ non tribui, sed Deo contra profanum & impium illud dogma Epicureorum, à quo longissimè abest Homerus noster, atque adeò Homericæ omnes personæ. Deinde Antinous consilium suum de interficiendo Telemacho proponit, eamque causam illius subijcit, quòd eo uiuente nullus uideatur huius nuptiarum ambitus futurus finis. Sed illud non sufficiebat: aliam enim, eamque grauiorem causam sui consilij addit: quòd cùm Telemachus multùm possit apud populum tum propter prudentiam tum propter authoritatem, metuendum sit ne illi consilia procorum coacto concilio exponat de eo in itinere interimendo: qua ratione populum sine dubio ad seditionem mouendam concitabit, quòd probaturus non sit has domino suo structas fuisse insidias, unde aduersus procos consurgent, eosque suis expellent finibus. Hoc ergo periculum uult anteuerti Telemachi morte, ut deinde facilius unus è procis Penelopen bonaque illius sortiatur. Quòd si hoc consilium reliquis non placeat, suadet ut iam ab instituto desistant, & quisque iam in sua se recipiat. Qua ratione uidetur grauitatem illius consilij temperasse, immò improbasse quodammodo, atque etiam hoc ipsum quod bona Telemachi dilapident & absumant. Vbi licet obseruare, quod ait Eustathius: οἷον τι χρῆμα ὁ κακὸς. ἰδοὺ γάρ, inquit, αὐτίνοος εἰ ὅλως καὶ ὁμολογῶν κακὰ εἶναι τὰ τῶν μνηστήρων ἔργα, ὅμως καὶ αὐτὸς ποιεῖν ἐπιμόνως αὐτὰ βάλλεται, καὶ τὰς ἄλλας αἰτιᾶται. ὁ δὲ ποιητὴς καὶ δραματικὸν αὐτὸν παρεμφαίνει τοῦτο γάρ ἐστι τοιοῦτος, ὃς λέγουσαν σάρμα ὅτι θεὸς κακότητος ἕλυσε τὸν Τηλέμαχον, καὶ ἀπήγαγεν οἴκαδε, αὖτις πάλιν αὐτὸς ἐπιτίθεται βάλεται.

τοῖσιν δ' ἀμφίνομος) Nulla est tam depraua hominum societas, in qua plerunque unus aut alter perniciosa eius consilia nõ impediat: quod in hoc negotio etiam contigit. quanquam enim unus Antinous illud consilium de Telemacho interficiendo proposuisset: tamen poterat fieri ut in unum omnes reliqui conspirarent, quemadmodum anteà etiam de struendis ei insidijs consenserant, nisi hic Amphinomus obstitisset, cuius sententiæ postmodùm ut rectiori & æquiori subscripserunt.

ἐγὼ-

ἐγάτῳ) Diximus etiam anteà lib.1. obſeruandum eſſe, in hac multitudine procorum non regnaſſe ἀναρχίαν, quod etiam neceſſarium fuit in inuidioſa illa nuptiarum Penelopæ ſollicitatione, ex qua non niſi rixę oriri poterant inter procos, niſi eos ducis cuiuſdam authoritas compeſcuiſſet: qua ratione factum eſt, ut per integrum triennium pacificè Penelopen ambierint. Hic ergo Amphinomus principem locum inter procos obtinuit, ducisque officio defunctus eſt: quam authoritatem nunc quoque patefecit, cùm illud Antinoi conſilium refellit & improbat, adeò moderatè tamen ut de eo nihil poſſet Antinous conqueri, quaſi nimirum eius opera felix huius negotij ſucceſſus, quem ex morte Telemachi ſperabat, auerteretur. Prætexit enim pietatem, quòd res tam grauis temerè & ſine Deorũ cõſilio nõ ſit ſuſcipienda, proinde aggreſſurũ ſe eã nõ eſſe, donec intelligat utrũ hoc Iupiter ſit approbaturus.

μάλιστα δὴ Πηνελοπείη) Cur ergo Eurymacho potiùs erat nuptura. An quòd Eurymachus, ut ſup. lib.1. diximus, calculum illum ſæpius attigiſſet?

δίκαιον δὲ γάρ) Monarchiæ ſtudioſiſſimus eſt Homerus, ideò eam ſartam tectam eſſe uult, nec cuiuis iniuriæ obnoxiam, nedum interfici uult ipſos Reges: quod ſatis Iliad.1. docuimus in illa Agamemnonis & Achillis contentione. Hîc quoque idem ſatis apertè teſtatur. Et eſt ſanè ueneranda illa poteſtas Regia, qua nihil eſt in rebus humanis magis honorificum, aut quod Deitatem ipſam magis æmuletur. Qua de re uide fragmenta Pythagoreorum, quæ à nobis conuerſa anno ſuperiore ad finem Politicorum Ariſtotelis cum ſcholijs Zuingeri & Victorij ſunt edita.

αὐτίνα' ὔδεεν ἔχων) Cùm intellexerit Penelope, propoſitum eſſe ab Antinoo conſilium de Telemacho interficiendo, materno affectu abrepta pergit ad procos & apud eos, maximè apud hunc Antinoum de tam ſceleſto conſilio grauiter conqueritur: & ita quidem, ut non tam maternos quàm Regios quoſdam ſpiritus oſtentare uideatur: maternos quidem, quòd filij eius cauſa agatur: Regios, cùm procos ab hoc inſtituto deſiſtere cum quadam authoritate, qualem anteà uſurpaſſe non uidetur, iubet. Alloquitur ergo ſolum Antinoum tanquam authorem huius conſilij, & eum primùm conuicijs proſcindit à re ipſa ſumptis: docetque, eum falſò apud Ithacenſes prudentiæ nomine benè audire, cùm tam pernicioſa conſilia, & qualia à prudente homine proficiſci non poſſunt, propoſuerit. Redarguit autem illum tum impietatis tum ἀχαριστίας. Impietatis, quòd impium ſit aliquid mali in alterum machinari: ἀχαριστίας, quòd cùm pater illius (quem Eupeithen appellat Euſtathius) ab Vlyſſe aduerſus Theſprotos conſeruatus eſſet, huius beneficij tamen immemor filius illius, huius filio mortem moliatur.

ἠπεφάτο) Subdola hac oratione Eurymachus (quem non ita pridem uidimus, nuptias Penelopæ præ reliquis omnibus ſibi potuiſſe polliceri) Penelopæ mœſtum & iratum animum lenit, & meliora eam ſperare iubet de ſuo Telemacho, qui de uita non ſit periclitaturus, donec ſibi ipſi uita ſuppetat. Non eſſe enim ſe adeò beneuolentiæ, qua ipſum Vlyſſes in pueritia cõplectebatur oblitum, ut Telemachum odio proſequatur: proinde minatur ei mortem, qui uim Telemacho inferre aggredietur. Hæc Eurymachus, οἷα κερυψίους ὑπαΐλους τῷ ἐχαριστοπαίνους, ut ait Euſtathius, protulit: quod ipſe Poeta docet, cùm ſubijcit, τῷ δ' ἤτοι αὐτὸς ὄλιζον.

δόλον) Hîc maximè conſiſtit diſſimulatio & ὑπαλλία illa Eurymachi. Ambiguè enim dicit, Telemacho nihil eſſe à procis periculi, ſed à Deo quidẽ poſſe ipſum timere. Duobus enim modis id potuit intelligi: uel ob præſtitutũ ſingulis hominibus à Deo uitæ finẽ, pro cõmuni moriẽdi lege: uel & ad cõſiliũ Amphinomi reſpexerit, quo ſuadebat, ut diuina iura rogarẽtur, utrũ fas eſſet Telemachũ interficere: quaſi ergo dicat Eurymachus, Si hoc illa diuina iura permiſerint, à procis etiã ipſis interfectũ iri Telemachũ. Priorẽ ſenſum Penelopę intelligẽdũ reliquit, poſteriorẽ ipſe penes ſe abdidit. Et hæc eſt, ut dixi, mera ὑπαλλία, ſi me ita Græci patiuntur loqui.

κλαῖεν) Hæc aliàs de Penelope uidimus, quibus mirè coniugalem illius affectum & amorem, quo tamdiu abſentem: immò, ut ipſa rebatur, defunctum Vlyſſem complectebatur, exprimit. Quod rariſsimum eſt, & neſcio an unicum inter fœminas exemplum.

ἰατρέλ@) Deſcribit nunc Eumæi ex urbe ad agros & ſtabulum ſuum reditum, & qui Vlyſſes à Minerua præcedenti ſenectutis & ſqualloris ſtatui ſit reſtitutus, ne ab Eumæo dignoſceretur ex tã repẽtina mutatione, & eius aduentũ ſtatim Penelopæ renũciaret.

οὐκ ἔμελεν) Quid hoc eſt quòd Eumæus hæc ſibi curæ non eſſe dicit, an ita parum de hero ſuo Telemacho eſt ſollicitus, ut inquirere non potuerit, an proci ex inſidijs, quas ipſemet ſciebat Telemacho eſſe inſtructas, redijſſent. Exiſtimo Eumæũ duabus de cauſis hoc non eſſe perſcrutatum: primùm, quòd in eo Telemachi ſalutem iam ampliùs non periclitari uideret: deinde, quòd hoc præcipuum habuerit, ut quàm citiſsimè quod in mandatis habebat, exequeretur. Hanc poſteriorem cauſam ipſe expreſsit, quaſi intẽlligat has eſſe ſerui partes, ut ultra id quod ſibi iuſſum eſt, nihil faciat: quin hoc ſolùm, etiam alijs, quæ non uidentur aſpernanda, abiectis, diligenter & ſine omni cunctatione exequatur. Tamen narrat ſe nauem ad portum Ithacenſem appellentem uidiſſe, in qua fuiſſe procos ſuſpicabatur, cùm turbam uirorum & armis refertam nauem uiderit.

Finis libri decimiſexti.

ARGVMENTVM DECIMISEPTIMI LIBRI *Odyſſeæ.*

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Ρ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Ὀδυσσείας

INCIVITATEM cùm uenisset Telemachus, enarrat matri Penelopæ peregrinationis capita. Poſtea Vlyſſes ductus ab Eumæo in Ithacam ex agris ad conuiuium Procorum ingreditur. Poeta autem refert quomodo canis agnoſcit dominum. Et Eumæus in agros reuertitur, Vlyſſes autem inter ipſos manet.

ΙΣ τὴν πόλιν ἐλθὼν Τηλέμαχος διηγεῖται τῇ μητρὶ Πηνελόπῃ τῆς ἀποδημίας τὰ κεφάλαια. ὕστερον δὲ Ὀδυσσεὺς ἀγόμενος ὑπὸ τοῦ Εὐμαίου εἰς τ' Ἰθάκην ἀπὸ τῶν ἀγρῶν, ἵνα τὸ συμπόσιον τῶ μνηστήρων ἀσταχῇ. ὁ δὲ κύων τὸν δεσπότην ἀπεγνωκὼς ἐπιγνωρίζει τὸν διαπύστιον· καὶ ὡς Εὔμαιος μὲν ἀφικνεῖται εἰς τὴν πόλιν, Ὀδυσσεὺς δὲ ἐν αὐτοῖς μένει.

Aliud.

R, percuſsiſti caprarieq; proceq; canis quẽ recognouit.

Ἄλλη.

Ῥῆ βάλες αἰπόλε μνηστῆρ τε κύνα τε ἀείγνω.

VANDO iam matutina apparuit roſeis digitis aurora,
Iam tunc poſtea ſub pedib. ligauit pulchra calciamenta
Telemachus dilectus filius Vlyſſis diuini:
Accepit aũt fortẽ lanceã, qua eius manib. congrueret.
Ad ciuitatẽ iturus, & ſuũ alloquutus eſt ſubulcum,
Enax, certè quidẽ ego uado in ciuitatẽ, ut me mater
Videat. non enim ipſam antè ceſſare puto
Fletuq́ odioſo, luctuq́ lacrymoſo,

ΗΜΟΣ δ' ἠελίοιο φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς,
Δὴ τότ' ἐπὶ χθονὸ ποσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
Τηλέμαχος φίλος υἱὸς Ὀδυσσῆος θείοιο·
Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ὁ οἱ παλάμηφιν ἁρήρει,
Ἄσσον ἰέμενος, καὶ ἐὸν πρὸς ἐπος τοιόνδε προσηύδα·
Ἄττ' ἦτοι μὲν ἐγὼν εἶμ' ἐς πόλιν, ὄφρά με μήτηρ
Ὄψεται· (οὐ γάρ μιν πρόσθεν πείσεσθαι ἔοικα
Κλαυθμῷ τε στυγερῷ τε γόῳ τε δακρυόεντι,

Ππὶν

Πέμν γ' αὐτὸν μ' ἐσίδῃ)) ἀπὰρ σοί γ' ὦδ' ἀπιτέλλω,
Τὸν ξεῖνον δύσλιον ἄγ' ἐς πόλιν, ὄφρ' αὖ ἐκεῖθι
Δαῖτα πάσχεύῃ δόμεν δέ οἱ ὅς κ' ἐθέλῃσι
Πύρνον καὶ κοτύλιν. ἐμὲ δ' οὔπως ἐστὶν ἅπαντας
Ἀνθρώπους ἀνέχεσθαι, ἔχοντά περ ἄλγεα θυμῷ.
Ὅν ξεῖνον δ' εἴπερ μάλα μιμνίσκει, ἄλγιον αὐτῷ
Ἔσσεται. ἦ γὰρ ἐμοὶ φίλ' ἀληθέα μυθήσασθαι.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ.
Ὦ φίλος, οὐδέ τι αὐτὸς ἐρύκεσθαι μενεαίνω.
Πτωχῷ βέλτιόν ἐστι κατ' ἄστυ πόλιν ἢ κατ' ἀγρούς
Δαῖτα πάσχεύειν. δόμεν δέ μοι ὅς κε θέλῃσιν.
Οὐ γὰρ ἔτι σταθμοῖσι μενεῖν ἔπι τηλίκος εἰμί,
Ὥς τ' ἀπιτειλαμένῳ σημαίνεμεν αὐτὰ πιθέσθαι.
Ἀλλ' ἔρχου· ἐμὲ δ' ἄξει αἰὴρ ὅδε ὃν σὺ κελεύεις,
Αὐτίκ' ἐπεὶ κε πυρὸς θερέω, ἀλέη τε γένηται.
(Αἰνῶς γὰρ τάδε εἵματ' ἔχω κακά, μήμε δαμάσσῃ
Σίβδην ὑπηοίη. ἔκαθεν δέ τοι ἄστυ φάτ' εἶναι.
Ὣς φάτο. Τηλέμαχος δ' ἄρα σταθμοῖο βεβήκει,
Κραιπνὰ ποσὶ προβιβάς. κακὰ δ' μνησῆρσι φύτδυεν.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἵκανε δόμους εὖ ναιετάοντας,
Ἔγχος μέν ῥ' ἔρεισε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν,
Αὐτὸς δ' εἴσω ἴεν, κὰδ ὑπέρβη λάϊνον οὐδόν.
Τὸν δὲ πολὺ πρώτη εἶδε τροφὸς Εὐρύκλεια,
Κώεα καρῖ ὗσα θρόνοις ἐπὶ δαιδαλέοισι·
Δακρύσασα δ' ἔπειτα ἰθὺς κίεν. ἀμφὶ δ' ἄρ' ἄλλαι
Δμωαὶ Ὀδυσῆος παλαίφρονος ἠγερέθοντο,
Καὶ κύνεον ἀγαπάζόμεναι κεφαλήν τε καὶ ὤμους·
κ. Βαδ' ἴναι † Ἡ δ' ἴεν ἐκ θαλάμοιο θεὰ φέρουσ Πηνελόπεια,
θαλ. Ἀρτέμιδι ἰκέλη ἠὲ χρυσέῃ Ἀφροδίτῃ.
Ἀμφὶ δὲ παιδὶ φίλῳ βάλε πήχεε δακρύσασα.
Κῦσε δέ μιν κεφαλὴν καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,
Καί ῥ' ὀλοφυρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.
Ἦλθες Τηλέμαχε γλυκερὸν φάος· οὔσέ τ' ἔγωγε
Οὔ ψεσθαι ἐφάμην, ἐπεὶ ὤχεο νηὶ Πύλονδε
Λάθρη ἐμεῦ ἀέκητι φίλυ μετὰ πατρὸς ἀκουήν.
Ἀλλ' ἄγε μοι κατάλεξον ὅπως ἴδῃσας ὀπωπῇς.
Τὴν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπυμένος αἰτίον ηὔδα,
Μῆτερ ἐμὴ, μή μοι γόον ὄρνυθι, μηδέ μοι ἦτορ
Ἐν στήθεσσιν ὄρινε, φυγόντι περ αἰπὺν ὄλεθρον.
Ἀλλ' ὑδρηναμένη, καθαρὰ χροῒ εἵματ' ἑλοῦσα,
Εἰς ὑπερῷ' ἀναβᾶσα σὺν ἀμφιπόλοισιν γυναιξὶν,
Εὔχεο πᾶσι θεοῖσι πηλείονας ἑκατόμβας
Ῥέξειν, αἴκέ ποθι Ζεὺς αὖτε ἔργα τελέσσῃ.
Αὐτὰρ ἐγὼν ἀγορήνδε λεύσομαι, ὄφρα καλέσσω
Ξεῖνον ὅτις μοι κεῖθεν ἅμ' ἕσπετο δεῦρο κιόντι.
Τὸν μὲν ἐγὼ προὔπεμψα σὺν ἀνδράσι ἑπτὰ οἱ ἄριστοι.
Πείραιον δέ μιν ἐκέλευσα πρότι οἶκον ἄγοντα
Ἐνδυκέως φίλεειν καὶ πέμεν εἰσόκεν ἔλθω.
Ὣς ἄρ' ἐφώνησεν. τῇ δ' ἄπτερος ἔπτατο μῦθος.
Ἡ δ' ὑδρηναμένη, καθαρὰ χροῒ εἵματ' ἑλοῦσα,
Εὔχετο πᾶσι θεοῖσι πηλείονας ἑκατόμβας
Ῥέξειν, αἴκέ ποθι Ζεὺς αὖτε ἔργα τελέσσῃ.

Quàm ipſum me inſpiciat, ſed tibi ſic iubeo.
Hanc hoſpitem infelicem duc in ciuitatem, ut illic
Conuiuium mendicet, dabit aũt ei quicunq; uoluerit
Panem & poculũ, me aũt non aliquo modo licet omnes
Homines tolerare habentem dolores animo.
Hic hoſpes autem ſi ualdè iraſcetur, grauius ipſi
Erit, certè mihi amica uera loqui.
Hunc autem alloquutus prudens Vlyſſes,
O amice, neque ipſe detineri cupio,
Pauperi melius eſt in ciuitate quàm in agris
Conuiuiũ mendicare, dabit. a. mihi quicunq; uoluerit.
Non enim in ſtabulis manere amplius aptus ſum,
Ad præcipienti ſignificatori in omnibus parendum.
Sed uade, me autem ducet uir hic quem tu iubes
Statim, poſtquam incaluero teporq; factus fuerit.
(Grauiter. n. hæc ueſtimẽta habeo mala) ne me uiolet
Frigus ſubmatutinum, procul. a. ciuitatem dicitis eſſe.
Sic dixit, Telemachus aũt exſtabulo egreſſus eſt,
Velociter pedib. procedens, mala aũt procis cogitabat:
Sed poſtquam peruenit domos benè habitatas,
Lanceam quidem poſuit portans ad columnam longã,
Ipſe autem introiuit, & tranſiuit lapideum limen.
Hunc autem multò prima uidit nutrix Euryclea
Pelles ſternens ſedibus in uarijs.
Lacrymans aũt poſtea rectà iuit, circum autem aliæ
Ancillæ Vlyſsis patientis congregatæ ſunt,
Et oſculatæ ſunt amplectentes caputq; & humeros,
Perrexit autem ire thalamum prudens Penelope
Dianæ ſimilis & aureæ Veneri.
Circum aũt filium dilectum iecit brachia lacrymans,
Oſculata eſt aũt ipſum caput et ambo lumina pulchra,
Et lugens uerba uelocia alloquuta eſt,
Veniſti Telemache dulce lumen, non te ego
Videre putabam poſtquam iuiſti naue Pylum.
Clàm mei longè dilecti ad patris auditionem.
Sed agè mihi narra quomodo obuius ueniſti aſpectui?
Hãc. a. rurſus Telemachus prudẽs cõtrà alloquutus
Huic. a. rurſus Telemachus prudens contrà loqu. eſt,
Tace ne mihi huic reſponde multùm uerbis.
Antinous autem conſueuit malè contendere ſemper
Verbis prauis, turbat autem & alios.
Dixit, & Antinoum uerba uelocia alloquutus eſt,
Antinoë tu quidẽ præclarè me curas, ut pater filium,
Qui hoſpitem iuſſiſti à domo exire
Verbo neceſſario, non hoc Deus perficiat.
Da ei aliquid captũ non equidẽ inuideo, iubeo. n. ego.
Neq; quid matrẽ meã uerere hac in re, neq; aliquem
Seruorum, qui in ædibus ſunt Vlyſſis diuini.
Sed non tibi talis in pectoribus cogitatio.
Ipſe enim comedere multò uis, quàm dare alij.
Huic. a. rurſus Antinous reſpondens loquutus eſt.
Telemache altiloque robur indomite, quale dixiſti?
Si ei tantum omnes dediſſent proci,
Et ipſum tres menſes longè à domo detinerent.
Sic dixit, & ſcabellum capiens oſtendit menſæ
Iacens, quo tenebat magnos pedes conuiuans.
Ei autem alij omnes dederunt, impleuerunt. a. peram
Pane & carnibus, citò iam & futurus erat Vlyſſes,
Rurſus in uiam iens donum guſtare Achiuorum
Stetit. a. apud Antinoũ, & ipſum uerbũ alloquutus eſt,
Da amice, non mihi uideris peſſimus Achiuorum
Eſſe, ſed optimus, quoniam regi ſimilis es.

Ideò

Ideò oportet dare, & melius quàm alij
Panis: ego autem te laudabo in magna terra.
Etenim, ego aliquãdo domum in hominibus habitans
Beatus diuitem, & sapè dedi erroni
Tali qualis esset, & cuius tandem rei indigus ueniret.
Erant autem serui ualdè multi, aliaq; multa
Quibusq; benè uiuunt, & diuites uocantur.
Sed Iupiter destruxit Saturnius, (uoluit enim sic.)
Qui me cum latronibus multùm errantibus misit,
Aegyptum uersus ire longam uiam, ut perirem.
Statui autẽ in Aegypto fluuio naues, utrinq; agitatas,
Tunc quidem ego iussi amabiles socios
Illic apud naues manere, & naues tuere.
Speculatores autem ad speculas iussi ire.
Hi autem intemperantia victi & obsecuti animo suo,
Statim ualde Aegyptiorum uirorũ perpulchros agros
Populati sunt: mulieres. v. eduxerũt & infantes filios,
Ipsosq; interfecerũt, citò aũt in ciuitatem tuit clamor:
Hi. a. clamore audito, simul aurora apparente (rum,
Venerũt, impletus est. a. omnis cãpus pedestriũ & equo-
Aerisq; splendore: in autem Iupiter gaudens fulmine
Fugam meis socijs malum iecit, neq; aliquis tolerauit
Stare contrà, circum mala undiq; stabant.
Tunc nostrũm multos quidem interfecerunt acuto ære.
Hos. a. abduxerũt uiuos ut ipsis operarẽtur necessitate.
At me Cyprum hospiti dederunt qui occurrerat,
Dmetori Iasidæ, qui Cypro robore imperabat.
Hinc iam nunc huc uenio hoc nocumentum patiens.
Huic. a. rursus Antinous respondit & compellauit,
Ecquis Deus hanc cladem adduxit, cõuiuij tristitiam?
Sta autem sic in medio n. ea procul à mensa.
Ne citò amaram Aegyptum & Cyprum uideas,
Quòd quidam audens & impudens es mendicus.
Deinceps omnibus astas, hi autem dant
Inutiliter, quoniã nulla prohibitio, neq; misericordia
Ex alienis donare, quoniam adsunt multa singulo.
Hunc autem alloquutus est prudens Vlysses,
O amice non tibi ne in speciem quidem mentes sunt.
Non tu. n. ex domo ei qui tibi astiterit neq; salem dares,
Qui nunc alienis assidens, non aliquid mihi tolerat
Panis præceptum dare: hæc autem multa adsunt.
Sic dixit, Antinous autem iratus est animo magis,
Et ipsum torue uidens uerba uelocia alloquutus est,
Nunc iam te non amplius bene ex domo puto
Retrò cessurum, quando iam & opprobria dicis.
Sic dixit: & scabellũ captũ percussit dextrũ humerũ
Vltimum in dorsum: hic autem stetit tanquam petra
Firmiter, neq; ipsum commouit telum Antinoi.
Sed tacitè mouit caput mala profundè cogitans,
Rursus autem in uiam iens desedit, peram autem
Deposuit benè plenam: pòst autem procis dixit,
Audite me proci perinclyta regina,
Vt dicam quæ me animus in pectoribus iubet.
Non quidem neq; dolor est in mentibus, neq; luctus,
Quando uir pro suis pugnans possessionibus,
Percutitur, uel de bobus, uel bene nutritis ouibus:
At me Antinous percussit uentris gratia mali
Pernicios, qui multa mala hominibus dat.

Τῷ· σε χρὴ δόμεναι καὶ λώϊον ἠέ περ ἄλλοι
Σίτῳ· ἐγὼ δ' αὖ σε κλείω κατ' ἀπείρονα γαῖαν.
Καὶ γὰρ ἐγώ ποτε οἶκον ἐν ἀνθρώποισιν ἔναιον
Ὄλβιος· ἀφνειὸν, καὶ πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ
Τοίῳ ὁποῖος ἔοι, καὶ ὅτῳ κεχρημένος ἔλθοι·
Ἦσαν δ' ὅμωες μάλα μυρίοι, ἄλλά τε πολλὰ
Οἷσίν τ' εὖ ζώουσι καὶ ἀφνειοὶ καλέονται·
Ἀλλὰ Ζεὺς ἀλάπαξε Κρονίων (ἤθελε γάρ ῥα)
Ὅς μ' ἅμα λῃϊῆρσι πολυπλάγκτοισιν ἀνῆκεν
Αἴγυπτόν δ' ἰέναι δολιχὴν ὁδὸν, ὄφρ' ὀπολοίμην.
Στῆσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας.
Ἔνθ' ἦτοι μὲν ἐγὼ κελόμην ἐρίηρας ἑταίρους
Αὐτῇ παρ νήεσσι μιμνέμεν, καὶ νῆας ἐρύσθαι·
Ὀπτῆρας δ' ἧκ' σκοπιὰς ὠτρυνα νέεσθαι.
Οἱ δ' ὕβρει εἴξαντες, ὃπαπατόμενοι μένει σφῷ,
Αἶψα μάλ' Αἰγυπτίων ἀνδρῶν ἐπεκαλέσσαντ' ἀγροὺς
Πέρθεον· ἐκ δ' γυναῖκας ἄγον καὶ νήπια τέκνα,
Αὐτούς τ' ἔκτεινον. τάχα δ' ἐς πόλιν ἵκετ' ἀϋτή.
Οἱ δ' βοῆς ἀΐοντες, ἅμ' ἠοῖ φαινομένῃφι
Ἦλθον. πλῆτο δ' πᾶν πεδίον πεζῶν τε καὶ ἵππων,
Χαλκοῦ τε στεροπῆς· ἐν δ' Ζεὺς τερπικέραυνος
Φύζαν ἐμοῖς ἑτάροισι κακὴν βάλεν· οὐδέ τις ἔτλη
Στῆναι ἐναντίβιον. περὶ γὰρ κακὰ πάντοθεν ἦεν.
Ἔνθ' ἡμέων πολλοὺς μὲν ἀπέκτανον ὀξέϊ χαλκῷ,
Τοὺς δ' ἄναγον ζωοὺς σφίσιν ἐργάζεσθαι ἀνάγκῃ.
Αὐτὰρ ἔμ' ἐς Κύπρον ξείνῳ δόσαν αὐτάσσυλα
Δμήτορι Ἰασίδῃ, ὃς Κύπρῳ ἶφι ἄνασσεν·
Ἔνθεν δὴ νῦν δεῦρο τόδ' ἵκω πήματα πάσχων.
Τὸν δ' αὖτ' Ἀντίνοος ἀπαμείβετο, φώνησέν τε·
Τίς δαίμων τόδε πῆμα πρόσηγαγε, δαιτὸς ἀϊλιν;
Στῆθ' ἔτως ἐς μέσσον, ἐμῆς ἀπαμύδις τραπέζης,
Μὴ τάχα πικρὴν Αἴγυπτον καὶ Κύπρον * ἴδηαι. *ἀφίκηαι
Ὧς τις θαρσαλέος καὶ ἀναιδὴς ἐσσι προϊκλης.
Ἐξείης πάντεσσι παρίσασιν οἱ δίδοσι
Μαψιδίως· ἐπεὶ οὔτις ὀπίσσεται ἠδ' ἐλεήσει
Ἀλλοτρίων χαρίσασθαι, ἐπεὶ πάρα πολλὰ ἑκάστῳ.
Τὸν δ' αὖ χωρήσας προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς.
Ὦ πόποι, οὐκ ἄρα σοί γ' ὀπὶ εἰδεῖ καὶ φρένες ἦσαν·
Οὐ σύ γ' ἂν ἐξοίκῳ σῷ ὀπίσσατ' † ἠδὲ ἄλλα δοίης, *κ.οὐδαλα
Ὅς νῦν ἀλλοτρίοισι παρήμενος, οὔτι τοι ἔστιν
Σίτου † ὀποπροελὼν δόμεναι· τὰ δὲ πολλὰ πάρεστιν. *κ.ἄπο σοι λὰν
Ὣς ἔφαθ'· Ἀντίνοος δ' ἐχολώσατο κηρόθι μᾶλλον,
Καί μιν ὑποδρα ἰδὼν ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.
Νῦν δή σ' οὐκέτι καλὰ δι' ὑμεναίου γ' οἴω
Ἄψ ἀναχωρήσειν, ὅτε δὴ καὶ ὀνείδεα βάζεις.
Ὣς ἄρ' ἔφη· καὶ θρῴωσε ἑλὼν βάλε δεξιὸν ὦμον,
Πρυμνότατον κῦρ' νῶτον. ὁ δ' ἐσάθη ἠΰτε πέτρη
Ἔμπεδον· οὐδ' ἄρα μιν σφῆλεν βέλος Ἀντινόοιο,
Ἀλλ' ἀκέων κίνησε κάρη, κακὰ βυσσοδομεύων.
Ἄψ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἰὼν καθ' ἄρ' ἕζετο, κὰδδ' ἄρα πήρην
Θῆκεν εὐπλείην. μετὰ δ' μνηστῆρσιν ἔειπεν,
Κέκλυτέ μοι μνηστῆρες ἀγακλειτῆς βασιλείης,
Ὄφρ' εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.
Οὐ μὰν οὐδ' ἄχος ἐστὶ μετὰ φρεσὶν, οὐδέ τι πώθος,
Ὁππότ' ἀνὴρ πρὸ οἷσι μαχεόμενος κλεάπησι
Βλήεται, ἢ πρὸ βουσὶν, ἢ ἀρνῳνῆσ' οἰέεσσιν·
Αὐτάρ ἔμ' Ἀντίνοος βάλε γαστέρος εἵνεκα λυγρῆς,
Οὐλομένης, ἣ πολλὰ κακ' ἀνθρώποισι δίδωσιν

Ἀλλ' ἄτω πλωχῶν γε θεοὶ καὶ Ἐρινύες εἰσὶν,
Ἀντίνοον πρὶν γάμοιο τέλος θανάτοιο κιχεῖη.
Τὸν δ' αὖτ' Ἀντίνοος προσέφη Εὐπείθεος υἱὸς,
Ἔκθι ἑκηλος ξεῖνε καθήμενος, ἢ ἄπο' ἄλλη·
Μή σε νέοι δάσσωσι δόματ' ἐρύσσαντ' (οἴ' ἀγορεύεις)
Ἢ ποδὸς ἠὲ καὶ χειρὸς, ἀποδρύψωσι δὲ πάντα.
Ὣς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ὑπερφιάλως νεμέσησαν
Ὧδε δέ τις εἴπεσκε νέων ὑπερθυμοφρόντων,
Ἀντίνοε, ἦ μὲν κάλ' ἔβαλες δύσφημον ἀλήτην.
Οὐλόμεν', εἰ δή που τις ἐπουρανίων θεός ἐστι;
Καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,
Παντοῖοι πελέθοντες, ἐπιστροφῶσι πόληας,
Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.
Ὣς ἄρ' ἔφαν μνηστῆρες. ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο μύθων.
Τηλέμαχος δ' ἐν μὲν κραδίῃ μέγα πένθος ἄεξε
Βλημένου ἀδ' ἄρα δάκρυ χαμαὶ βάλεν ἐκ βλεφάροιϊν
Ἀλλ' ἀκέων κίνησε κάρη, κακὰ βυσσοδομεύων.
Τὸν δ' ὡς οὖν ἤκουσε φέρων Πηνελόπεια
Βλημένου ἐν μεγάρῳ, μετ' ἄρα δμωῇσιν ἔειπεν,
Αἴθ' οὕτως αὐτόν σε βάλοι κλυτότοξος Ἀπόλλων.
Τὼ δ' αὖτ' Εὐρυνόμη ταμίη πρὸς μῦθον ἔειπεν,
Εἰ γὰρ ἐπ' ἀρῇσιν † τέλος ἡμετέρῃσι γένοιτο,
Οὐκ ἂν δή τινες τῶν γε ἐὺθρονον ἠῶ ἵκοιτο.
Τὴν δ' αὖτε προσέειπε φέρων Πηνελόπεια,
Μαῖα, ἐχθροί μὲν πάντες, ἐπεὶ κακὰ μηχανόωνται·
Ἀντίνοος δ' ἥ μάλιστα μελαίνῃ κηρὶ ἔοικεν.
Ξείνος τις δύστηνος ἀλητεύει κατὰ δῶμα,
Ἀνέρας αἰτίζων (ἀχρημοσύνη γὰρ ἀνώγει)
Εἰν Ἀΐδαο δ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐνέπλησάν τ' ἔδοσάν τε·
Οὗτος δ' ἠρίλυϊ πεφυμένον βάλε δεξιὸν ὦμον.
Ἦ μὲν ἄρ' ὣς ἀγόρευε μετὰ δμωῇσι γυναιξίν,
Ἡ μὲν ἐν θαλάμῳ. ὁ δ' † ἐδείπνεε δῖος ὑφορβός,
Ἦ δ' ἐπὶ οἱ καλέσασα προσηύδα δῖον ὑφορβόν,
Εἶρχε δῖε Εὔμαιε, κιὼν τὸν ξεῖνον ἄνωχθι
Ἐλθέμεν, ὄφρά τι μιν προσπτύξομαι, ἠδ' ἐρέωμαι
Εἴ που Ὀδυσῆος τλασίφρονος ἠὲ πέπυσται,
Ἢ ἴδεν ὀφθαλμοῖσι· πολυπλάγκτῳ γὰρ ἔοικεν.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφης Εὔμαιε συβῶτα,
Εἰ γάρ τι βασίλεια σιωπήσαι Ἀχαιοὶ
Οἷ' ὄγε μυθεῖται, θέλγοιτο κέ τοι φίλον ἦτορ.
Τρεῖς γὰρ δὴ μιν νύκτας ἔχον, τρία δ' ἤματ' ἔρυξα
Ἐν κλισίῃ (πρῶτον γὰρ ἐμ' ἵκετο νηὸς ἀποδρὰς)
Ἀλλ' οὔπω κακότητα διλεύσας ἐξετέλεσσε.
Ὡς δ' ὅτ' ἀοιδὸν ἀνὴρ πολυδέρκεται, ὅς τε θεῶν ἐξ
Ἀείδει δεδαὼς ἔπε' ἱμερόεντα βροτοῖσι,
Τὸν δ' ἄμοτον μεμάασιν ἀκουέμεν ὁππότ' ἀείδῃ·
Ὣς ἐμὲ κεῖνος ἔθελγε παρήμενος ἐν μεγάροισι.
Φησὶ δ' Ὀδυσῆος ξεῖνος πατρώιος εἶναι,
Κρήτῃ ναιετάων, ὅθι Μίνως γένος ἐστίν.
Ἔνθεν δὴ νῦν δεῦρο τόδ' ἵκετο πήματα πάσχων,
Προπροκυλινδόμενος. σεύτην δ' Ὀδυσῆος ἀκοῦσαι
Ἀγχοῦ Θεσπρωτῶν ἀνδρῶν ἐν πίονι δήμῳ
Ζωοῦ πολλὰ δ' ἄγχι κειμήλια ὄνδε δόμονδε.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε φέρων Πηνελόπεια,
Εἶρχε, δεῦρο κάλεσσον, ἵν' αὐτίον αὐτὸς ἐνίσπῃ.
Οὗτοι † δ' ἤτοι ἐπὶ θύρῃσι καθήμενοι ἐψιαάσθων,
Ἢ αὐτοῦ κατὰ δῶμα· ἐπεὶ σφίσι θυμὸς ἐΰφρων.
Αὐτῶν μὲν γὰρ κλήματ' ἀκήρατα κεῖτ' ἐνὶ οἴκῳ,

Sed ſicubi pauperum Dÿ & Erinnyes ſunt,
Antinoum antè nuptias finis mortis inueniat.
Hunc aũt Antinous alloquutus eſt Eupithei filius,
Comede tacitus hoſpes ſedens, uel abi alio.
Ne te iuuenes per domos trahant (ſicut dicis,)
Vel pede, uel & manu: lacerent autem omnia.
Sic dixit, bi autem omnes impotẽter ſuccenſuerunt,
Sic autem aliquis dixit iuuenum ſuperborum,
Antinoë nõ quidem benè percuſſiſti infelicem erronem
Pernicioſe, ſi iam alicubi aliquis in cœleſtibus Deus eſt,
Et Dÿ hoſpitibus ſimiles peregrinis,
Vt qui omnifariÿ exiſtant, uerſantur per ciuitates,
Hominum faſq; nefaſq; inſpicientes.
Sic dixerunt proci, hic autem non curauit uerba.
Telem.a. in corde quidem magnum luctum augebat
Illius percuſſi gratia, neq; lacrymã humũ iecit ex palpe
Sed tacitus mouit caput mala, pfundè cogitans. (bris,
Hunc poſtquam igitur audiuit prudens Penelope
Percuſſum in domo, poſteà quidem ancillis dixit,
Vtinam ſic ipſumq; percutiat inclytus arcus Apollo.
Hanc.a. rurſus Eurynome proma cõtrà alloquuta eſt,
Sic enim in uotis finis noſtris fieret,
Haud quis horũ bona ſedis aurorã iret. i. cras ſupereſſet
Hanc.a. rurſus alloquuta eſt prudens Penelope,
Nutrix, inimici quidem oẽs, quoniam mala excogitãt.
Antinous autem maximè, nigræ morti ſimilis eſt.
Hoſpes quidem infelix mendicat in domo
Auiris petens (egeſtas enim cogit.)
Tunc alĳ quidem omnes impleueruntq; dederuntq;
Hic autem ſcabello ultimum percuſſit dextrum latus,
Hæc quidem ſic dixit inter famulas mulieres,
Sedens in thalamo, hic autem cœnauit diuinus Vlyſſes.
Hæc ad ſe uocatum alloquuta eſt diuinum ſubulcum,
Vade diuine Eumæe profectus hoſpitem iube
Venire, ut ipſum ſalutem, & interrogem,
Sicubi Vlyſſem miſerum uel audiuit,
Vel uidit oculis, errabundo enim ſimilis eſt.
Hãc.a. reſpondens, alloquutus eſt Eumæus ſubulcus,
Vtinam enim tibi regina tacerent Achiui
Qualia hic loquitur, mulceret tibi dilectum cor.
Tres.n. iam ipſum noctes habui, tres antẽ dies detinui
In ſtabulo, (primũ.n. ad me uenit ubi naue aufugiſſet.)
Sed nondum calamitatẽ ſuã perfecit recitare dicendo.
Sicut autem quando cantorem quis aſpicit, qui à Dÿs
Canit doctus uerba ſuauia hominibus,
Hunc indeſinenter prompti ſunt audire quando canit:
Sic me ille mulſit aſsidens in domibus.
Dicit autem Vlyſsis amicus paternus eſſe
In Creta habitans, ubi Minois genus eſt.
Hinc iam nunc huc uenit clades patiendo,
Hinc & hinc uerſatus prædicat. a. de Vlyſſe audiuiſſe
Propè Theſprotorum uirorum in pingui populo
Viuo, multos autem ducit theſauros ſuam domum.
Hunc. a. rurſus alloquuta eſt prudens Penelope,
Vade huc uoca, ut coram ipſe dicat.
Hi autem uel in ianuis ſedentes delectentur,
Vel illic in domibus, quando ipſis animus lætus eſt.
Ipſorũ quidem. n. poſſeſsiones incorruptæ iacẽt in domo.

Panis

Panis & uinũ dulce, hæc quidẽ domestici comedunt.
Hi autem in nostrum uersantes dies omnes
Boues mactando, & oues, & pingues capras
Conuiuantur bibuntq́ nigrum uinum
Incassùm, hæc.a.multa absumuntur. non enim est uir
Qualis Vlysses fuit qui cladem domo expellat.
Si aũt Vlysses uenerit & accesserit in patriã terram,
Statim cum suo filio iniurias rependet istorũ uirorum.
Sic dixit: Telem. aũt ualdè sternutauit, circũ.a. domũ
Horrendum resonuit, risit autem Penelope.
Statim autem Eumeum uerba uelocia alloquuta est,
Vade mihi hospitem coràm huc uoca.
Non uides quòd mihi filius sternutauit omnib. uerbis?
Ideò & non imperfecta mors procis fiet
Omnibus ualdè, neq́ quisquã mortẽ & fatũ uitabit.
Aliud autem tibi dico, tu autẽ in mentibus pone tuis,
Si ipsum cognoscam uera omnia dicentem,
Induã ipsum chlanãq́ interulãq́, uestimenta pulchra.
Sic dixit, iuit.a. subulcus postquam uerbũ audiuit.
Propè autem stans uerba uelocia alloquutus est,
Hospes pater, uocat te prudens Penelope
Mater Telemachi, inquirere aliquid ipsam animus
Circa maritum iubet, quamuis dolores passa sit.
Si autem te cognoscet uera omnia dicentem,
Induet te chlanamq́ interulamq́, quorũ tu maximè
Indiges, panem autem & petens in populo
Ventrem pascs, dabit autem tibi quicunq́ uoluerit.
Hunc.a. rursus alloquutus est multa passus diuinus
Eumæe, statim ego uera omnia dicam (Vlysses,
Filiæ Icariÿ perprudenti Penelopæ.
Scio enim bene de illo, parẽ aũt suscepimus erumnam.
Sed procorum difficilium timeo multitudinem,
Quorum superbiaq́ uisq́ ferreum cælum iuit.
Etenim nunc quando me hic uir in domum euntem
Nihil mali patrato percussum doloribus dedit,
Neq́ aliqd Telem. hac in re audiuit, neq́ aliquis alius:
Ideo nunc Penelopem in domibus iubè
Manere festinantem licet, in solem occidentem.
Et tunc me interroget mariti de reditiuo die,
Propius aßidens apud ignem. uestimenta enim
Mala habeo, scis & ipsè, quoniam te prius oraui.
Sic dixit, iuit.a. subulcus postquã uerbũ audiuit.
Hunc aũt super pauimẽto euntẽ allocuta est Penelope,
Non tu ducis Eumæe? quid hoc intellexit ille erro?
An aliquid reueritus iniqui? an & aliter
Verecundatur in domo? malè uerecũdus peregrinus.
Hanc.a. respondens, alloquutus es Eumæe subulce,
Loquitur ut par est, quæ putaret alius.
Superbiam fugere uirorum superborum:
Sed te manere iußit in solem occidentem.
Tibi uerò sic ipsi multò melius, ô regina,
Solam ad hospitem loqui uerbum & audire.
Hunc autem rursus alloquuta est prudens Penelope,
Non insipiens hospes putat, sicut est.
Non enim aliqui sic mortalium hominum
Viri contumelÿs agentes iniusta cogitant.
Hæc quidẽ sic dixit, hic aũt iuit diuinus subulcus
Procorum in cœtum, postquam dixit omnia,

Σῖτόν τε κρέα τε μάλα πρὸς οἰκῆες ἔδουσιν·
Οἱ δ' εἰς * ἡμέτερον τρωλεύμενοι, ἦμαρ ἅπαντα
Βοῦς ἱερεύοντες καὶ ὄϊς καὶ πίονας αἶγας,
Εἰλαπινάζουσι, πίνουσί τε αἴθοπα οἶνον
Μαψιδίως· τὰ γὰρ πολλὰ κατήνεπε. κὰδ δ' ἔτ' ἀοιδὸς
Οἷός τ' ὀρφανικὸς ἔσκεν ἀρίγνωτος δὲ καὶ οἷος ἀμύμων.
Εἰ δ' ὁ δυσεὺς ἔλθοι καὶ ἐκνοίτ' ἐς πατρίδα γαῖαν,
Αἶψά κε σὺν ᾧ παιδὶ βίας ἀποτίσεται αὐδρῶν.
Ὣς φάτο. Τηλέμαχος δὲ μέγ' ἔπταρεν. ἀμφὶ δὲ δῶμα
Σμερδαλέον * κονάβησε. γέλασσε δὲ Πηνελόπεια· * κατέχευε
Αἶψα δ' ἄρ' Εὔμαιον ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Ἔρχεό μοι, τὸν ξεῖνον ἐναντίον ὧδε κάλεσσον.
Οὐχ ὁράας ὅ μοι υἱὸς ἐπέπαρε πᾶσιν ἐπεσσιν;
Τῷ κε καὶ οὐκ ἀτελὴς θάνατος μνηστῆρσι γένοιτο
Πᾶσι μάλ', ἀδρὲ κέ τις θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξοι.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δὲ σὺ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
Αἴ κ' αὐτὸν γνώω νημερτέα πάντ' ἐνέποντα,
Ἕσσω μιν χλαῖναί τε χιτῶνά τε, εἵματα καλά.
Ὣς φάτο. βῆ δ' συφορβὸς ἐπεὶ τὸν μῦθον ἄκουσεν·
Ἀγχοῦ δ' ἰσάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Ξεῖνε πάτερ, καλέει σε περίφρων Πηνελόπεια,
Μήτηρ Τηλεμάχοιο· μεταλλῆσαι τί ἑ θυμὸς
Ἀμφὶ πόσει κέλεται, καὶ κήδεά περ πεπαθυίῃ.
Εἰ δέ κέ σε γνοίη νημερτέα πάντ' ἐνέποντα,
Ἕσσει σε χλαῖναί τε χιτῶνά τε, τῶν σὺ μάλιστα
Χρῄζεις. σῖτον δὲ καὶ αἰτίζων κέν δήμου,
Γαστέρα βοσκήσεις, δώσει δέ τοι ὅς κ' ἐθέλῃσιν.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε πολύτλας δῖος ὁ δυσεύς,
Εὔμαι', αἶψά κ' ἐγὼ νημερτέα πάντ' ἐνέποιμι
Κέρη Ἰκαρίοιο περίφρονι Πηνελοπείῃ.
Οἶδα γὰρ εὖ περὶ κείνε, ὁμῶς δ' αἰνυμένω ὀϊζύν.
Ἀλλὰ μνηστήρων χαλεπῶν ὑποδείδι' ὅμιλον,
Τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει.
Καὶ γὰρ νῦν ὅτε μ' οὗτος ἀνὴρ κτεῖνε δῶμα κιόντα
Οὔτι κακὸν ῥέξαντα βαλὼν ἀδινῇσιν ἔδωκεν,
Οὔτέ τι Τηλεμάχου γ' ἐπήκουσεν, οὔτέ τις ἄλλος.
Τῷ νῦν Πηνελόπειαν ἐνὶ μεγάροισιν ἀνωχθι
Μεῖναι, ἐπηγομένῳ περ, ἐς ἠέλιον καταδῦναι.
Καὶ τότε μ' εἰρέσθω τόσσον περ νόστιμον ἦμαρ,
Ἀγχοτέρω καθίσασα παρὰ πυρ. εἵματα γάρ τοι
Λύγρ' ἔχω. οἶσθα κ' αὐτός, ἐπεί σε πρῶθ' ἱκέτευσα.
Ὣς φάτο. βῆ δ' συφορβός, ἐπεὶ τὸν μῦθον ἄκουσεν.
Τὸν δ' ὑπερ αὐδήσας βαῖνε προσηύδα Πηνελόπεια,
Οὐ σύ γ' ἄγεις Εὔμαιε; τί τὸν ἐνόησεν ἀλήτης;
Ἦ πού τῳ δείσας ἐξαίσιον; ἦε καὶ ἄλλως
Αἰδεῖται κτεῖνε δῶμα; κακὸς δ' αἰδοῖος ἀλήτης.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφης Εὔμαιε συβώτα,
Μυθεῖται κτεῖνε μοῖραν, ἅπερ κ' οἵοιτο καὶ ἄλλος,
Τέρεν † ἀλυσκάζων αὐδρῶν ὑπερφιάλων. † περιφρονεόντων.
Ἀλλά σε μεῖναι ἄνωγε ἐς ἠέλιον καταδῦναι.
Καὶ δέ σοι ὧδε αὐτῇ πολὺ κάλλιον, ὦ βασίλεια,
Οἶλῳ περὶ ξεῖνον φάσθαι ἔπος, ἠδ' ἐπακοῦσαι.
Τὸν δ' αὖτε προσέφη περίφρων Πηνελόπεια,
Οὐκ ἄφρων ὁ ξεῖνος ὀΐεται, ὥσπερ ἀνὴ εἴη.
Οὐ γάρ * τῳ τινες ὧδε κτεθνηότων ἀνθρώπων * τῳ. πω
Ἀνέρες ὑβρίζοντες ἀτάσθαλα μηχανόωνται.
Ἦ μὲν ἄρ' ὣς ἀγόρευεν. ὁ δ' ὤχετο δῖος ὑφορβός,
Μνηστήρων ἐς ὅμιλον, ἐπεὶ διεπέφραδε πάντα.

Αἶψα δ' Τηλέμαχον ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Ἀγχίμολον κεφαλῇ, ἵνα μὴ πολυΐδριος ἀΐοι ἄλλος·
Ὦ φίλ', ἐγὼ μὲν ἄπειμι σύας καὶ κτήνεα φυλάξων,
Σὸν τ' ἐμόν τε βίοτον· σοὶ δ' ἐνθάδε πάντα μελόντων.
Αὐτὸν μέν σε πρῶτα σάω, καὶ φράζεο θυμῷ
Μή τι πάθῃς· πολλοὶ δὴ κακὰ φρονέουσιν Ἀχαιῶν·
Τοὺς Ζεὺς ἐξολέσσαι πρὶν ἡμῖν πῆμα γενέσθαι.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα,
Ἔσται ταῦτα γέρον· σὺ δ' ἔρχεο δειελιήσας·
Ἠῶθεν δ' ἴεναι καὶ ἄγαν ἱερήϊα καλά.
Αὐτὰρ ἐμοὶ τάδε πάντα καὶ ἀθανάτοισι μελήσει.
Ὣς φάθ'· ὁ δ' αὖτις ἄρ' ἕζετ' ἐϋξέστῃ ἐπὶ δίφρῳ,
Πλησάμενος δ' ἄρα θυμὸν ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος,
Βῆ ῥ' ἴμεναι μετ' ὕας· λίπε δ' ἕρκεά τε μέγαρόν τε
Πλεῖον δαιτυμόνων· τοὶ δ' ὀρχηστύι καὶ ἀοιδῇ
Τέρποντ'· ἤδη γὰρ καὶ ἐπήλυθε δείελον ἦμαρ.

Statim.a.Telemachum uerba uelocia allocutus est,
Collato capite, ut non audirent alij,
O dilecte, ego quidem ibo ad sues & illa custodiam
Tuas nimirũ et meas facultates, tibi.a. hic omnia curæ
Ipsum quidẽ te primùm serua, & cõsidera animo (sint.
Ne quid patiaris: multi.a mala sentiunt Achiuorum,
Quos Iupiter perdat antè nobis nocumentum fieri.
Hũc.a.rursus Telemachus prudẽs cõtrà alloquutus
Erit sic euge, tu autem uade merenda sumpta: (est,
Manè autem ueni, & duc sacrificia pulchra.
At mihi hæc omnia & immortalibus curæ sunt.
Sic dixit, hic autem rursus sedit benè polita in sede,
Impletus autem animum cibi & potus,
Perrexit ire ad sues: liquit autem claustraq; domumq;
Plenam conuiuarum. hi autem saltu & cantu
Delectabãtur: iam.n.et ingressus erat meridianus dies.

COMMENTARIVS.

μετὰ δὲ μνηστῆρσι κάπηζεν) Hinc constat caprarium istum Melanthium non adeò infimæ conditionis fuisse, ut possent nonnulli ex hodiernæ rei pastoritiæ statu conijcere, quam uiles homines & de fæce populi exercent. Antiquitùs enim, ut aliàs obseruabamus, nobiles etiam uiri ea maximè sunt delectati: & talem fortasse hunc Melanthium suspicemur, quippe qui procis illustribus uiris assideat, atque adeò inter primos: ubi sine dubio fuit Eurymachus, à quo etiam apprimè dilectum fuisse obseruat Poeta.

ἐυναὶ' ἡ μάλα δὴ) Appositè inducit Homerus Vlyssem has ædes admirantem. Ea enim ferè solemus admirari, quæ nunquam antea uidimus. Itaq; meliùs hac ratione peregrini & extranei hominis personã sustinet Vlysses, cũ ita quasi adrẽ ignotã obstupescit.

ὣς ἄρα φωνεῖ) Hac de re nos alibi nonnulla diximus. Vide plura apud Stuckium Antiquit. Conuiual. lib. 3. cap. 20.

γαστέρα) Nescio quid simile anteà etiam apud Phæacas Vlysses enunciauit: ubi nos quædam annotauimus, quæ ad huius etiam loci illustrationem pertinebunt.

αὐτὰρ δὲ κύων) Mirum est quod Homerus de hoc cane prodidit, ab eo agnitum herum suum Vlyssem post tam longam eius absentiam, cum ignotus posteà inter uxorem reliquosque domesticos uersatus sit. Et quod magis est admirabile, eo adhuc paruulo & nullius usus Vlysses abierat: tamen adhuc non solùm eius memor est, sed etiam eum recognoscit, ex odoratu nempe, qui canibus est præstantissimus. Cuius beneficio Venetijs canis quidam in medio fori post triennium agnouit suum dominum, ut scribit Blondus. Exemplum minori admiratione dignum, quàm Homericum, neque dubium tamen quin idem Veneticus canis etiam post longius tempus dominum suum fuisset agniturus.

οὐρῇ) Duo signa blandientium canum exprimit, caudæ motum, & aurium demissionem: quod utrumque uerbo αἰκάλλειν complectuntur Græci. Hinc est prouerbium, *Mouere caudam*, pro blandiri: quod tamen quidam *cauda blandiri* efferunt, id est τῇ κέρκῳ σαίνειν, ut est apud Aristophanem in Equitibus. Vide Erasmum Adag. Chil. 4. Cent. 1. prouer. 32.

καλὸς μὲν δὴ μάσσε) Accidit plerunque ut præstantia corporis eius elegantiæ minimè respondeant: ubi autem utrumque concurrit, mira & nunquam satis laudata conflatur harmonia, qualis fuit in hoc cane. Rarum est porrò ut canum magnitudo aliquid eorum præstantiæ detrahat, quin potiùs ij pluris fieri ad usum solent quàm minores, quibus ad delicias tantùm uti solemus: excipio uenaticorum genera, in quibus etiam parui non sunt contemnendi. Tu ea de re consule locupletes Thesauros Gesneri.

ἐκ τοῦ δ' ἄπη) Cùm talis iam esset tunc canis iste, cur anteà dixit Poeta Vlyssem eo non fuisse usum? quod ego ad inhabilitatem casus puto referendum: ait enim, ἦρτο μὲν οὐδ' ἀπόνητο. Videat Lector an Eumæus intelligat relictum ita ab Vlysse hunc canem, ut mox tantæ uelocitatis fuerit & roboris.

ἦσιν γὰρ τ' ἀρετῆς) Notandus est maximè hic locus. Monet Eumæus Homericus, seruorum ingenia statim ad fidem dominis suis exhibendam relanguere, utpote quibus absentibus minus rectè officio suo defungantur: cuius rei causam hanc adducit, quòd Iupiter seruis dimidiũ uirtutis adimat. Quare quia nimirũ cùm amẽt libertatẽ homines, quã etiã à natura oẽs uniuersim ex sententia Iuuenalis prudentiã habẽt, in seruitute collocati ad id faciendũ cõpelluntur, quod spõte & si sui iuris fuerint, aut nõ faciãt: aut si fecerint, id sedatiore animo sint facturi. His astipulatur quorundã opinio, quã Plato lib. 6. de Legibus memorat. Ibi dicit à quibusdam laudatos seruos, & illud seruitium Hilotarum apud Lacedæmonios, &c. itaque concludit, Nemini esse dubium, seruos eos comparandos, qui & optimi sint, & egregia erga nos uoluntate ac beneuolentia. Ex eo enim seruorum genere complures, inquit, extiterunt, qui fratres & filios nostros omni uirtute superarunt, ac proinde & dominos & ipsorum facultates & familias penitus conseruarunt. Tum subijcit, contrà etiam dici, In seruili animo nihil sani & integri inesse, neque uirum prudentem huic hominum generi credere oportere: id est, ut eius uerbis utar, ὡς ὑγιὲς ἀνδρὶ ψυχῆς δούλης, ἀνδρὶ πιστεύειν οὐδεπώποτ' ἀνδρὶ τῷ χθόνα δεῖ τὸν νῶι κεκτημένον. Quod etiam huius Poetę (quem σοφώτατον τῶν ποιητῶν appellat) authoritate comprobat, hos duos uersus adducens, sed aliter paulò quàm in Homericis exemplaribus hactenus legatur. Sic enim Plato:

ἡμισυ γάρ τι νόου ἀπαμέρσεται εὐρύοπα Ζεὺς
ἀνδρῶν, ὅς κεν δὴ κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕληται.

Ex hac ergo diuersa de seruis opinione, alij, inquit, nihil generi seruorum credunt: sed stimulis & uerberibus, quasi ferarum naturam, non ter tantùm, sed sæpius famulorum suorum animos seruiles efficiunt. alij uerò omnino aliter se gerunt. His ipse suam sententiam de seruitutis ratione constituenda subijcit, quam inde petet studiosus lector. Quod ad hunc locum attinet, sanè constat id uerè posse de plerisq; seruis enunciari: nam nonnulli ita sponte & fideliter seruiũt, ut non minus se liberos putẽt, dum officio suo defunguntur, quàm si seruitutis iugum excussissent. Alij contrà, de quibus illud prouerbium efferri potest, *Quot serui, tot hostes*, ut est apud Macrobium in Saturnalibus, & Senecam Epistola 47. quam dominis ut diligenter & attenti legant author sum. unde discent quo pacto illam seruorum hostilitatem amolientur & deuitabunt: quanquam authorem huius prouerbij ad hoc Homericum respexisse puto. Asinius Capito tamen apud Festum Pompeium, ut Erasmus refert, existimat hominum errore perperam fuisse pronunciatum: quòd ueri simillimus sit, sic esse dictum initio, *Quot hostes, tot serui*: quia capti uictiq; ad seruitutem adducebantur, unde etiam dicta mãcipia. Exprimit ergo Eumæus seruorum ut plurimùm ingenium: dicimus ut plurimùm, quia alioqui se ipsum in eorum numero complecteretur: cùm tamen constet, quanta cum fidelitate hactenus ille se gesserit. Aliud autem erit de probis seruis sentiendum, qui non metuunt suos dominos, sed colunt, & libera quadam beneuolentia, non seruili & coacta complectuntur, quæ solet tandem in odium degenerare.

ἐικοστῷ ἐνιαυτῷ) Cæteri canes (inquit Aristoteles exceptis Laconicis) maxima ex parte ad annos quatuordecim, sed nonnulli ad uiginti protrahunt uitam. Quamobrem rectè apud Homerum canem Vlyssis uicesimo anno mori aliqui iudicant. Hæc ille. quem sequutus Plinius, Viuunt, inquit Laconici annis denis, fœminæ duodenis: cætera genera quindecim annos, aliquando uiginti. Aelianus cani uitã produci ad decimumquartũ annũ scribit. Atque hæc sunt quæ de canũ uita apud scriptores reperio. Ego catulum Basileæ uidi, qui uicesimum quartum annum agebat, ut mihi eius dominus sanctè affirmabat. Vnde magis erit credibilis huius Argi ætas, quæ ad uicesimum usque annum extendebatur. Porrò ueteres tradidisse refert Eustathius, hunc Argum præ uoluptate ob uisum dominum expirasse. Siquidem iuxta Sophoclem, σμικρὸ χαρὰ εὐπάλξει τὸ παλαιὰ σώματα.

κλισιάων θ' εἱμῶ) Locus mendicorum fuit olim in limine ędium aut thalamorum potiùs (nam ex Homero uidetur constare, liberum

berum eis fuisse usque ad ipsa penetralia accessum) quod tum ex hoc loco, tum ex alijs in sequentibus docetur. Sic apud Lucam Lazarus, ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου: proiectus erat ad uestibulum diuitis. Vide Stuckium Antiq. Conuiual. lib. 2. cap. 5. ubi præterea docet, quod ex Homero colligitur, solitos mendicos ex illo loco ubi primùm confidebant, id est ex limine surgere, & ad mensas epulantium accedere, ad cibum stipemque à singulis conuiuarum porrectis manibus petendum, quo accepto ad locum sui reuertebantur. Vide sequentes Telemachi & Eumæi orationes.

αἰδὼς) Pudor iste est intelligendus de audacia libera, qua res sibi necessarias mendici exigunt, & qua si non sunt præditi, miseriorem eorum conditionem putes. Petentibus enim tantùm dari, uox est non minus trita quàm uera. Ergo pudor ille rusticus mendicis omnino est inutilis, qualis tamen rarò ipsis solet inesse. Neque tamen impudentes eos esse debere intelligimus: cùm ut est apud Euripidem in Medea, τὸ μηχέτι τῶν οἰκέτων πονηρῶν αἰσχύνεσθαι: sed audacia quæ modestiæ & uerecundiæ sit immixta, ad liberè uictum petendum instructos.

ζῷ ἀάσθω) Cùm ij qui beneficium à potentioribus gratis excipiunt, non habeant quo pacto re ipsa parem eis gratiam rependant, solent ad preces & uota recurrere: ut hoc loco Vlysses, qui pro beneficio & humanitate Telemachi duo illi optat. Vnum quidem generale, alterum uerò particulare. Generale, cùm eum inter homines beatum esse uult: particulare, cùm cogitationibus illius faustum precatur exitum. Et hoc quidem ab ijs qui hoc exaudiebant potuit generaliùs accipi, sed præcedentia faciunt ut credam tacitè Vlyssem consilium illud aduersus procos intellexisse.

ἀμφοτέρησιν) Prouerbium est, *Vtraque manu accipere*, forsan ex hoc loco desumptum. Videtur exprimi pauperum studium & diligentia in accipiendis, quæ mendicando impetrant.

αὐτὰρ ἀδύνη) Quanquam ex consilio Telemachi debuit Vlysses à procis stipem emendicare: noluit tamen Poeta eum hoc sine diuino consilio aggredi, quod longè est augustius quàm si aliter factum esset. Notandum est autem, quis sit finis huius emendicationis, ut nimirum iustos & iniustos cognoscat, id est τοὺς σωφρονοῦντας καὶ τοὺς ὑβριστάς: nempe à quibus stipe honestaretur, & à quibus contrà contumeliosè repelleretur.

ὁ εἴγνωτι συνῆσιν) Irascitur Antinous Eumæo, quòd hunc mendicum adduxerit, cùm plerique alij nimis frequenter adsint, qui Vlyssis bona absumant. Vbi ὑπόπλους omnino hanc causam iræ suæ prætexit, siquidem non in Vlyssis commodum hunc mendicum & alios abesse uoluit: sed quia, ut conijcio (quis autem de procis nisi finistra omnia hac in parte suspicetur?) dum illis etiam essent alimenta administranda, minus sibi suppetiturum esse reuerebatur, ut etiam paulò pòst innuet Telemachus. Et hoc præcipuè Eumæo, quem fidelissimum seruorum Vlyssis, & ei magis quàm reliqui fauentem sine dubio intelligebat: hoc inquam, Eumæo dictum magnam habet asperitatem, quòd in eum culpam imminutionis bonorũ Vlyssis referre uideatur, qui hũc mendicũ adducat.

αὐτίνα' ἢ μὲν) Purgat se Eumæus apud Antinoum, primùm eum carpit, quod cùm alioqui uir sit bonus (quæ commodissima fuit ὑποπλοκὴ) bona tamen non loquatur: hoc est, minus recta aut ueritati consentanea. Deinde docet se hunc mendicum non adduxisse, cùm sit extraneus, neque propriè ij dicantur adduci, qui peregrinè aduenium: sed uel opifices, uel uates, uel medici, uel fabri lignarij, uel cantores. Eiusmodi enim homines lubenter ad conuiuium solent aduocari, & sponte: at peregrinos pauperes quis dicatur accersere, cùm ne eos quidem usquam gentium esse intelligat? Hic est sensus apologiæ Eumæi: cùm tamen uerè hunc mendicum adduxisset, ut constat ex præcedentibus. Sed ita uideatur uoluisse Poeta futilem & inanem Antinoi querelam elidi, ut responsum interrogationi conuenire quadammodo debeat: hoc est, ut stulto stultè, prudenti prudenter respondeatur. Tandem inuehitur Eumæus in Antinoum, quem asperrimum omnium procorum esse dicit: quem tamen ipse magni non faciat, aut eius minas ac iram curet, quandiu Penelope & Telemachus in uiuis erunt, quorum præsidio nimirum se tutum existimat.

αὐτὰρ ἢ μοῦ πολλὰ) Ironica est hæc prima pars orationis Telemachi, qua Antinoo uidetur gratias agere, quòd se tanta paterna beneuolentia complectatur, ut sua bona conseruare studeat, cùm hunc mendicum domo conatur expellere. Sed hoc se ἀφυπνῶσ loquutum statim docet, cùm eum iubet aliquid stipis ei præbere, neque matrem aut alios domesticos reformidet. Siquidem ipse qui putà sit dominus ædium & bonorum, hoc ei permittat, imò iubeat, quæ uox authoritatis & põderis multùm hoc loco habet. Tum detegit fraudulentam illius mentem, cùm docet eum malle bona illa absumere, quàm alijs impertiri.

πολύμυχ' ὑψορόφην) Respondet Telemacho Antinous, primùm contumeliosè, dum conuicijs eum proscindit: deinde ironicè, cùm se ita liberalem in mendicum esse dicit, ut si tot à reliquis procis accipiat, per trimestre tempus in has ædes rediturus non sit: quod prima facie potuit de eleemosyna accipi, sed ille de uerberibus intellexit, quasi id tãtùm de eo quod facturus erat, sit accipiendum. Id autem infrà uidebimus ubi scabello isto quod statim arripiet, mendicum percutiet, ut etiam est interpretatus Eustathius. Hic ergo erit sensus, quasi dicat Antinous: Cur tu mihi, Telemache, exprobras, quòd in hunc mendicum minus sim beneficus? Imò uerò si tam liberales in eum reliqui proci fuerint, atque ego ero, sic ille sibi prouisum sentiet, ut per tres menses (uidetur autem numerus finitus pro indefinito poni, quod maximè in ternario solet obtinere) has ædes non reuisat. Et ut mentè suam in his uerbis paulò obscuriorem illustret, arrepto scabello huic mendico, ut ceteros ictus comminatus est, quos ei postmodùm infliget, sed tum mendici tum aliorum quoque procorum uerbis exulceratus.

ὡς φίλ') Quemadmodum ignis quantumuis latens aliquantulum fumo suo se prodit, sic uirtus & animi in hoc nostro Vlysse, licet iam longè habitu & specie corporis ab illo Vlysse Laertio, mutato, Vlyssei semper apparent: & hoc potissimum loco, ubi non ueretur durum illum & immanem, à quo tam immisericorditer antè exceptus èst, Antinoum rursus adire, & ab eo stipem emendicare. Quàm intrepidè autem id fecerit, eius oratio planè docet. Primùm amici nomine eum compellat, quod à mẽdico profectum aliquid superbiæ & altioris animi in eo subindicat. Id tamen emolliisse uidetur laudibus ipsius Antinoi, quas subnectit, quem dicit regiæ maiestatis multum præ se ferre, & hac parte cæteros antecellere: unde cùm donare regium sit, ideò etiam hoc se meritò ab eo petere doceat, quòd ipsum ista stipis collatio meliùs quàm reliquos deceat. Eum siquidem par est plura erogare, qui plura possidet, quod Reges affolent. Adnectit aliam causam, quâ putauit ad hanc munificentiam exhibendam Antinoum incendi posse, nempe laudem quam se ei per uniuersum orbem propagaturum pollicetur. Eius porrò studio cùm omnes omnino maximè teneantur (nisi mihi uæcordes & pecora quædam, naturæ monstra, opponas) nihil non illius gratia experiri, moliri, ac præstare solent, nedum rem tam leuem, qualem Vlysses postulat, spe famæ & gloriæ oblata petentib. ullo modo uidetur denegaturi. Sed quod addit argumentum, longè est grauissimum & ualidissimum ad Antinoi beneuolentiam & liberalitatem excitandum. Eorum enim magis solemus misereri, qui è sua felicitate in miserum statum deciderunt, ubi potissimùm intelligimus nos etiam eidem mutationi perinde esse obnoxios: quam si subierimus, eandem opem ab alijs sumus exoptaturi, quam illi à nobis iam efflagitant. Lex autem naturæ ea est, ut lubenter in alios conferamus, quæ nobis etiam tribui uelimus, in eorum si fuerimus statu. Et eò spectasse Vlyssem fortunæ suæ commemoratione non dubito, quanquam αἰτιολογικὴν etiam postremæ illius laudis pollicitationis esse possit: quasi dicat, non esse absurdum ut ille in Orbe terrarum Antinoo laudem conciliet, qui possit in eundem felicitatis florem restitui, qui iam emarcuit. Sed priori sententiæ magis adhæreo. Narrat ergo Vlysses, sed paucis historiam sui infortunij, aliquantulum diuersam ab ea, quam antè Eumæo exponebat, in eo solùm cum ea conuenientem, quod de Aegypto memorat. Nam quod se Dmetori diuenditum fuisse dicit, ab illa superiore narratione alienum est, ubi planè diuersum exitum fortunæ suæ, quâ in Aegypto primùm acerbam sensit, recensuit. Annón ergo præsentis Eumæi conscientiam est reueritus, aut metuit ne mendacium illud ab eo detegeretur? Imò potuit eius beneuolentia fretus eò liberius hoc comminisci, & Antinoo obtrudere: cui cùm malè esset affectus, lætari potuit ab hoc mendico illi imponi, ratus non mentiendi simpliciter studio, sed de industria ad hunc Antinoum decipiendum hæc ab eo fingi. Quam sententiam Lector, nisi me fallit animus, lubentiùs amplectetur, quàm inconstantè illam Eustathij. Primùm enim dicebat Vlyssem nihil aliud ab illa quàm Eumæo fecerat diuersum, narratione ausum comminisci, ἵνα μὴ ἀπαλλοθείη παρὰ τῆ Εὐμαίου παφότητι καὶ ἀκεραιοσύνη, ὡς ἀεὶ σύφανον ψεύσασθαι δοκοῦντος. Cùm autem diuersitatem illam attingit, ait, τάχιστα δὲ ἐσυνήσει τὸ τῆς αὐτουργοῦ τοῦ Εὐμαίου παφότητος καὶ ἀκεραιοσύνης, εἶα ἀπατεῶν ὡς ἀκίνδυνον ἔρεπτο τὸν ἀνδρα, ὅτι οὐκ αὖ παρὼν τῆ ἀκόμη ἔρπτο ὁ Εὐμαῖος: ἐλεγξεῖ τάχιστα ὡς ἀ μὴ μεμενηκότος ἢ μὴ βεβλημένου. Quid enim? Illa Eumæus meminerit, hæc tradiderit obliuioni? In ijs suspicione Eumæi timuerit, in his uerò minimè? Hæc tam inconstantia ego sanè non audio.

ὡς ἄφρων) Hinc meliùs constat quàm ferus & immansuetus hic Antinous fuerit, qui ad miseram illam Vlyssis conditionem non permoueatur, sed potiùs eò grauiùs in eum exacerbetur, atque adeò reliquorum damnet liberalitatem eo nomine, quòd ex bonis alienis eam exerceant. Qui prætextus speciosus quidem est, sed tamen adulterinus: quia, ut antea etiam monuimus, non rei Vlyssæ conseruandæ gratia erogari ab alijs stipem illam ægrè ferebat, sed quòd ita imminui ui magis bona illa uideret, quibus ille tantoperè inhiabat.

ἀλλοτρίων χαρίσασθαι) Potest & hoc sententiosè usurpari in eos, qui cum suis bonis parcant, in alienis profundendis liberiores esse consueuerunt. Et hoc est quod Galli prouerbio enunciant, *De l'autruy sont larges courroye*: & Germani, Es ist gut auß ander leüte leder lange rimen schneyden. Et meo calculo ista, ὅτις ἐπήρατος ἀεὶ ἑλκυστὶς ἀλλοτρίων χαρίσασθαι in prouerbium abibunt. Huc pertinet quod est apud Apul. lib. 7. *De aliena ludis corio*. Vide Eras. Adag. Chil. 2. cent. 2. prou. 88.

ἐκ δὲ πολὺ πολλὰ ἐκάστῳ) Rectè omnino secundum Eustathium ista Antinoi uerba, φθόνου ἔχοντος φειδωλίαν ὕπουλον ὡς εἰς μεμφομένου τῶν αὐτοῦ καὶ πολλὰ ἑκάστῳ παρέσαν. οἷονεὶ γάρ φησιν ὡς ἔστιν ὀλίγα παρέκοντα σὺν αὐτῷ διεσθίοντα.

ὦ πόποι) Audet Vlysses repulsa illa Antinoi & conuiciis exulceratus illi etiam insultare, dum eum mente captum appellat, & qui speciem suam & uultum animo non referat, ut qui sit λαμπρὸς μὲν ἰδεῖν, μεμπτὸς δὲ φρονῆσαι. Nam antea ex eius ore nescio quid melioris de eo ominabatur, cùm dicit, ἐκ μέν μοι δοκέεις ὁ κάλλιστα ἀγορεύων ἔμμεναι ἀνδ' ὁμιλεῖν, &c. Ergo huc aduocabimus illud Iuuenalis, *Fronti nulla fides*. Tum arguit Vlysses sordes huius Antinoi, idem argumentum in eum retorquès, quo ipse liberalitatem reliquorum ex alienis bonis factam culpabat. Imò, inquit Vlysses, hoc ipsum mihi est indicio, ægrè te ex tuis facultatibus donaturus, qui in alienis tam parcum & tenacem te præbeas.

ἠΰτε ἄλλο ἐόντος) Prouerbium est in hominem præparcum & auarum, quod etiam Adrianus Iunius Adag. cent. 8. prou. 10. annotauit: cui respondet illud quod idem ex Parthenio obseruat; ἠΰτε πίσσα ῥίζαν ὀφύλλα ποιεῖ, Herbæ marinæ corticem non dederit. Sed hoc Homericum longè augustius. Fuit enim sal apud antiquos hospitalitatis & amicitiæ symbolum, ut etiam primum apponi, & exhiberi soleret: unde illud Pythagoreum, τὸν ἅλα συμμιγνύειν. Cuius rei causas affert Eustathius noster Iliad. 1. uel ἀλὸς τὸ πρὸς φιλίας νόημα· ἐκ παροιμιακοῦ. Sal enim multis corporibus firmitatis atque durationis causa existit. Vel ut fit symbolum τῶν κατὰ φιλίαν ἑνούντων. Nam ut ut sal ex multis aquis liquidis & fusilibus in unum corpus solidum coaleſcit: sic etiam qui ex diuersis locis longè à se inuicem disitis in unum hospitium conueniunt, non loco solùm, uerùm etiam affectu amico uniuntur atque copulantur. Vide Stuckium Antiq. conuiual. lib. 1. cap. 30. Ergo Antinoo inhospitalitatem exprobrat, quæ ex re præcipua & potissima denegata arguitur. Porrò Lexici est Homerici alteram Callistrati lectionem (nam hæc quæ in cõtextu habetur, est Aristarchi) quam in margine scripsi, explicare. Id moueo, Aristarchũ angustiorẽ exhibuisse lectionis suæ sensum, quàm Callistratum, ut ex præcedẽtibus constat.

ὀνείδεα βάζεις) Antinous nequid iniquè agere uideatur, more sceleratorum aliquam prætexit huius iniuriæ, quam Vlysi infert, causam, cùi dicit se eò ob Vlysis cõuitia impelli. Infitum est autem cuiuis à natura, ut ea minimè patiatur: sed quacunque potest ratione, etiam uiolentia adhibita, uindicet. Sed cùm in omnibus actionibus origo soleat spectari, ac certum sit petulantiæ istius causas ab ipso Antinoo promanasse, culpa huius facti in eius quoque caput redundabit.

ὁ δ' ἐπιζὰς ἤνυτε πάντα) Qualis huius Herois firmitas & soliditas, qui ab asperis ictibus nullo modo cõcutiatur, ne tãtillum quidem loco dimoueri aut agitari ac corpore labascere possit. Quod ipsum de eo anteà uidimus, cùm calce à Melanthio percuteretur. Vbi uide, quàm rectè caueat Homerus nequid fortitudini & robori Vlysseo etiam in medijs istis sordibus mendici detrahat. Notandæ etiam ipsius Vlysis prudentia, qua iram suam concoquit, patienterque tot iniurias sustinet, donec commodior se uindictæ locus offerat. Quod Poeta illis uerbis, ἀλλ' ἀκέων κῆρ ἔσχε κακῇ βουληφόρον, exprimit.

ὦ μοι ὀϊζυρὸς ἄρης) Ait Vlysses, non esse graue, si quis pro suis facultatibus depugnans percutiatur: sed id esse grauissimum, cùm hoc uentris gratia patitur. Quid est hoc rei quæso? An non intolerabile est id ipsum, cùm quis sibi uim in bonis factam sentit, & ea non solùm sibi eripi, sed se etiam ictibus cædi? At Vlysses eos imitatur, qui suis malis nulla censent grauiora posse cuiquam accidere. Vel grauitatem istam ex persona inferentis iniuriam Antinoi æstimat, quasi grauius peccet qui pauperibus & mendicis iniurius, quàm qui simpliciter aliena bona diripit, & bonorum herum plagis afficit. Et hoc, quia ei qui se ipsum tueri aut ulcisci non potest, insultare longè magis est, quàm ei qui uiribus aut audacia ad propellendã iniuriã potter. Tandem Vlysses Antinoo exitiũ ante nuptias, quas sperat, imprecatur, cuius ipse quidem fuit conscius. nam ideò eum κακὴ βουληφόρος appellauit: sed interea tacitè felicem sibi optat exitum, ut hanc uindictam exequatur. Eò enim spectat illud notum aduersus Antinoum

ἀντίνοε μάν) Hinc constat quàm graue & perniciosum sit illud Antinoi factum, cùm ne à socijs quidem suæ petulantiæ in reliquis comprobetur. Illud autem exaggerat ille, qui omnium personam hac in parte sustinet, quòd turum non sit mendicos uerberibus afficere, cùm accidere possit ut illum mendici habitum Deus quidam assumpserit, & ita Deo ipsi fiat, quod mortali te fecisse pütes. Hic autem locus est notandus, ut intelligatur quàm debeant esse sacrosancti mendici & pauperes, ut quorũ speciem Deitas posita quàm diuitum accipiat, ubi se mortalitati conspiciendam exhibet iuxta Homeri saltem sententiam, quam Socrates apud Platonem in Sophista expressit. Cùm enim Theodorus diceret, se peregrinum adducere: sic respondet Socrates, ὦ ἄριστε Θεόδωρε, ἐξίνου μὲν ἀπατᾶν ἡμᾶς τὸν Ὁμήρου λιτὸν λίθον, ὃς φησιν ἄδηλος εἶναι τοῖς οὐκ ἐμπείροις ὁπότερον ποτὲ ἐστὶν ἀλαθὴς ἢ ψευδὴς ὁ τοῦ ξένου ἀνὴρ ἐπιόντος, ὥστε καὶ σὲ ἴσως ἀγνοεῖν, ὅτε ἐγὼ προσέρχομαι τῶν εὐφήμων πυθόμενος. Τάχ' ἂν οὖν καὶ σοὶ τυγχάνουσιν ἐμπείρως ἔχοντες, φαίλως ἡμᾶς οἴεσθε ἂν ταῖς λέγειν ἐπιψεύδεσθαι πειρᾶσθαι ἢ ἐλέγχειν. Sanè hoc ipso habitu deſcendit è cœlis Filius æternus Dei, à quo etiam tam studiosè pauperes sunt nobis commendati, adeò ut qui unii illorum beneficus fuerit, factum sibi secunda illa Trinitatis persona deputet: & contrà, siquis se in illos proteruè gesserit, hoc perinde ac in se ipsum factum grauiter ulciscitur. Ecquid quæso magis Homericis consentaneum, eloquar an fileam? ἀλλ' ἄσπ· πάντα θεοῖς ἐπιτέτραπται κεδνά. Videtur mihi Homerus ex Aegyptiorum secretiore doctrina percepisse miserum illum & mendici specie Redemptoris nostri aduentum: unde intellexerit quanti sint faciendi mendici, quorum humilitatem & πτωχότητα Maiestas diuina esset susceptura. Res planè stupenda, & præter captum hominum. Enimuerò cur habitum illum mendicorum aspernemur, cui fulgorem illum Deitatis Christus associare sit dignatus? An non potiùs longè augustissimum censeamus, & eos etiam qui talem gerunt, in honore apud nos esse patiamur? Itaque cùm id Homerus resciuerit, quasi per nebulam, ut illa mysteria Deus Gentibus præcipuè magis occultauit: factum est, ut nõ dubitaret credere id esse Dijs familiare, ut pauperum forma consp iciendos se præberet, ut quam tanta Maiestate indignam non iudicarit, quod ipsum ex doctrina illa intelligeret. Quod ad pluralitatem Deorum, ea næuus est in Poeta pro corrupto sæculi illius more & uitiosa de Deo opinione, ut alijs obseruauimus. Nos ex his stercoribus, ut Maro ex Ennio, gemmas possumus elicere. Quod si attentè à quouis consideretur, non dubito quin mihi statim manus sit daturus.

αἰδήσσων) Non abhorret omnino ab hoc loco, quòd Iupiter apud Ouid. 1. Metam. dicit, se ut hominum scelerata uitam exploraret, humana specie terras peragratum, his uerbis:

Contigerat nostras infamia temporis aures,
Quam cupiens falsam, summo delabor Olympo, *Et Deus humana lustro sub imagine terras, &c.*

Sed hoc minus est Deo dignum, quasi è cœlis hoc ipsum intueri non potuerit, sed neque Homerici isti Dij eo nomine commendandi: quia multùm illis detrahitur, cùm hac præsentia corporea ad omnia uidenda indigere existimãtur. Apage ista à Christianorum auribus. Nos porrò id solùm probamus, quod eos habitum mendicorum induere dicit, ut docebamus anteà.

τηλέμαχος) Quantus dolor Telemachum intraserit, cùm ita miserè plagis exceptum patrem uideret, quiuis etiam, tacente Poeta, iudicare poterat: sed neque hoc intactum reliquit, nequid in hac historia desiderari posset. Dolorum etiam Penelopæ ex hoc facto commemorat, eiusque cum hoc mendico colloquium, in quo omnia penè erũt perspicua, ut illustram à nobis studio fuisse nõ debeãt.

ἀλλ' ἄρα δάκρυ) Cùm Homerus ἀγαθὸν ἡγεμόνα ἐπέων καὶ ἔργων censeat, ut alibi uidimus, non tribuit tamen huic Telemacho, quod ob casum parentis non sit lacrymatus: sed eius tantùm patientiam indicat, quà dolorem suum ita compresserit, licet adeò grauem, ut lacrymas ei elicere potuerit. Vbi uides, quid prosit interdum dissimulatio in rebus humanis: quæ etiam plerunque ita est necessaria, ut si à negotio absit, exitum illi felicem præripiat: quod Telemacho euenturum erat, nisi hac ratione, id est, comprimendo hunc dolorem, procos eluisset.

ὑπόκλοπον) Sæpius iam monuimus hac locutione repentinam mortem significari.

ἐς χέρας τοῦ βασίλεως) Hîc uidere licet, quid de Vlysse Eumæus hactenus senserit, ut quem ita apud Penelopen commendet: sed facunda diæ tantùm nomine, quod de reliquis eius uirtutibus tam breui tempore nihil certi statuere potuerit. Cæterùm pauca exponit, quid ex eo de Vlysse noui sit expiscatus, unde maius uidendi huius mendici desiderium Penelopæ iniecit: quòd cùm anteà explorandi tantùm aliquid certi gratia arcesi eum uellet, dubia an eum finem esset assequutura: nũc uerò ex relatu Eumæi intelligat, non frustrà se optasse hunc mẽdicum ad se accedere, cùm ex eo posset nonnihil de Vlysse rescisi: cuius ipse amicum se profiteatur, & insuper se eum non ita pridem uidisse, reditumque in patriem molientem referat.

μιν' ἐπέεσσι) Ad notum illud Penelopæ de Vlysis aduentu ad ulciscẽdos procos dicitur Telemachus sternuisse, quod posteà pro fausto omine interpretata est Penelope, ut ex sequenti illius oratione constat. Cuius rei causam exquiramus. Quemadmodum ergo aliàs obseruauimus, fulgura ea demum pro ominosa existimata, quæ non ex præcedente naturali causa contingerent: sic de sternu-

tamen-

tamentis est sentiendum, quandoquidem ita obtinuit apud ueteres, ut pro signo ominoso quoque haberetur. Vbi ergo derepentè fierent ad negotij cuiusdam exordium, fausti aliquid uel finistri portèdere credebatur: credo prout ex dextra aut finistra nare promanabat. Quod ex Terpsionis opinione colligo (quam tamen Plutarchus minus credit) qui Socratis Dæmonium sternutationem esse dicebat tam ipsius Socratis quàm aliorum. Siquis ergo alius aut si ipsemet à dextris sternutasset, ad actionem impellebatur: sin uerò à finistris, ab eadem deterrebatur. Ergo in sternutationibus proculdubiò partium differentia obseruabatur ad omen accipiendum. Quod etiam intelligetur ex eo quod apud Catullum:

——Amor finistra *Dextram sternuit approbationem* (ita enim emendauit Iosephus Scaliger) ubi tamen uidetur utraque pars ad faustum omen addita. Quid uerò si legamus utrobique (bis enim ibi uersus illi repetuntur)

Hoc ut dixit Amor finister ante (uel *finistram, ut ante*) *Dextram sternuit approbationem?*

Hac sanè ratione locus ille nostræ sententiæ maximè suffragabitur, immò alioqui miser est illius loci sensus: siquidem cùm dextra approbatio sit fausta, quorsum finistram Amor adhibuerit? Ergo intelligendum puto Septimium & Acmen amantes illos aliqua ratione anteà disiunctos, nunc rursus in amicitiam redijsse: quam arctiorem hac renouatione fecerint, ut solent, ex Comici sententia, Amantium iræ amoris esse redintegratio. Locus ab eruditis expendatur. Mihi sanè astipuletur Eustathius 7. Iliados, qui in bonam partem accipi solere scribit, siquis dextrorsum sternuisset. Idem annotant Theocriti Interpretes ad illum uersum Idyllij, cui titulus Thalysia, σημειοῦται μὲν ἱερεὺς ἐπιπλέον, ex sternutamentis nimirum prodesse nonnulli, ac significare prosperius: alia uerò censeri ominosa prorsum & inauspicata, quale est illud Simichidæ. Et nequis ista nugas Poeticas clamitet, ecce Themistocli illi totius Græciæ liberatori quid contigerit. Illi, super nauem Prætoriam sacrificanti, tres captiui oblati sunt forma uenustissima, uestéque & auro eximiè exculti. Dicebantur Sandauces regis sororis & Autarcti filij esse. Quos contritus uates Euphrantides, ut simul & magnam hostiæ & lucidam flammam ediderunt, ac bonum omen sternutamento à dextra parte est datum: dexteram Themistoclis complexus, adolescentes illos omnes iussit ut uictimam & hostiam Omesti Baccho uotis nuncuparis immolarent: ita pariter Græcis salutem promitti & palmam. Quod fieri iussit Themistocles, & ex uoto totum negotium succesit, ut Philosophum & historiarum peritum Lesbium Phaniam memoriæ prodidisse refert Plutarchus. Hic exprimitur faustum augurium ex parte dextra. Apud Xenophontem uerò αἰνεσ. γ. simpliciter de sternutamento recensetur, cuius gratia reliqui milites salutem sibi promiserint, ut annotarit quoque noster Giphanius. Simpliciter etiam Propertius, cùm dicit:

Num tibi nascentis primis, mea uita, diebus *Aridus argutum sternuit omen, Amor?*

Simpliciter itidem Augustinus lib. 1. de Doctrina Christiana, cum dicit Veteres lectum solitos repetere, si dum induitur calceus, sternutamentum obtigisset. Vides hactenus sternutamentorum usum, uideamus causam cur augurio etiam illa fuerint accommodata. Causam itaque existimo ex eo manasse, quòd sacra res sit habita sternutamentum, à re nimium sacra quoque originem capiens, hoc est, à capite, ut docet Peripateticorum princeps Problematum. Sect. 33. q. 9. Idem Hist. anim. lib. 1. cap. 11. sternutamẽtum signum augurale (malè in Latinis codicibus *angulare* legitur: ubi uide quid noceat Græcæ linguæ ignorantia) & unum ex spirituum omnium generibus sanctum & sacrum uocat. En, quæso, quò sit delapsa hominum futilis & anilis superstitio, non sine tamen speciosо prætextu, cùm τὸ ἡγεμονικὸν in capite sedem obtineat, & ratio illa diuinæ auræ particula, cui etiam præuidendi futura potestatẽ tributam existimarint, ut suis sanè eximijs dotibus non caret. Tamen inde piè affirmari posse, auguralem illam sternutamentorum facultatem non existimo. Quamidem Philosophus ead. sect. q. 11. ratione temporis distinguit, quòd ea quæ de medio noctis ad meridiem usq; mouentur, damnemus: quæ de meridie ad noctis medium, approbemus. Vbi docet illa esse infausta, hæc uerò contrà. Causam autem hanc reddit, quia cùm rem aliquam exordimur, tum sternutamentum potiùs obseruandum est. Itaque cùm rem agere pergimus, atque inter initia sternuisse acciderit, amouemur, remque incœptam prosequi temperandum censemus. Dies igitur, & aurora, & de medio usque noctis quasi initium quoddam est: itaque ominosum tantisper sternutamentum esse putamus, temperamurque sternutare, nè pergentem quempiam ad agendum reuocemus: post meridiem uerò, adque medium usque noctis, finis ueluti quidam est, tempusque illi contrarium, itaque contrà tunc & existimatur, & agitur. Ac nostra Penelope faustum Telemachi sternutamentũ ideò putat, quòd denuò post absolutam suam orationem contigerit, unde omen accepit omnes procos interituros, ut notauit etiam Eustathius. Qui addit, apud Herodorum sternutamẽtum etiam σημειοῦσθαι reperiri in Hippia Pisistrati.

αὖτ' αὐτὸν γνῶω) Quomodo tandem hoc erat cognitura Penelope? Primùm, si certa daret hic mendicus indicia de Vlyssis personæ deinde, si in narratione minimè sibi constaret, tum si iureiurando dicta sua firmaret, aut si qua alia est ratio explorandi mendacij. Pollicetur autem ei uestimenta ea conditione, si uera de Vlysse narrauerit.

τῶν σὺ μάλιστα) Prudentem esse debere nuncium, in Iliade alicubi ex Homeri sententia obseruauimus, atque ita ut non solùm ea fideliter referat, quæ sibi sunt commissa: sed etiam ijs siquid necessarium fuerit, addat. Quod hoc loco præstat Eumæus. Cùm enim intelligeret, ut etiam notat Eustathius, Penelopæ ὑποψίαν esse μνηστηρικήν: hæc addit, quæ eam augustiorem reddunt. Vocatus autem Vlysses recusat Penelopen accedere prætextu legitimo, ubi eius prudentia satis emicuit.

αὐτὰρ ἐγώγε) Notum est illud antiquum, *Dij faciente adsumus*. Vnde ij qui negotium aliquod suscipiunt, longè falluntur, si à Numine sperantes auxilium, manus tamen ei non adhibuerint. Inertiam enim & desidiam odit Deus, & ijs tantùm opitulari solet, qui minus segniores in rebus administrandis fuerint. Hinc facilè intelligemus, quàm meritò hæc sibi & Dijs curæ esse uelit Telemachus. Argumentum istud memini nos alibi tractasse, hic ergo iam ancoram iaciamus.

Finis libri decimiseptimi.

ARGVMENTVM DECIMIOCTAVI LIBRI *Odyssea.*

VLYSSIS & Iri pugna fit. Ostenditur autem & Penelope Procis, & ab ipsis dona accipit. Fit autem & quædam colloquutio deinceps Vlysis ad Eurymachum.

Aliud.

Σ, autem contentionem Iri, gloriam Vlysis, dona regum.

VENIT *autem pauper popularis, qui in ciuitate*
Mendicabat Ithaca, excellebat autem uentre edaci
Incessanter comedere & bibere, neq; ei erat uis,
Neq; uiolentia, forma. a. ualdè magnus erat conspectu.
Arneus. a. noĩe erat, hoc. n. imposuit ueneranda mater

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Σ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Οδυσσείας

ΟΔΥΣΣΕΩΣ πρὸς Ἶρον πυγμὴ γίνεται. Φαίνεται δὲ καὶ Πηνελόπη τοῖς μνηστῆρσι, καὶ παρ' αὐτῶν δῶρα λαμβάνει. γίνεται δὲ καὶ πρὸς τοὺς λόγους ὁμολογία τοῦ τε Ὀδυσσέως καὶ Εὐρυμάχου.

Ἄλλη.

Σῆμα δ' ἴριος Ἴρου, τύχα Ὀδυσσῆος, δῶρα τ' ἀνάκτων.

ΗΛΘΕ δὲ δὴ πτωχὸς τανδήμιος, ὃς κατ' ἄστυ
Πτωχεύεσκ' Ἰθάκης, μὴ δὲ ἔσπετο γαστέρι μάργῃ,
Ἀ'ζηχὲς φαγέμεν καὶ πίμεν· οὐδέ οἱ ἦεν
οἰ ἠῶϊς,
Οὐδὲ βίη· εἶδος δὲ μάλα μέγας ἦεν ὁρᾶσθαι.
Ἀρναῖος δ' ὄνομ' ἔσκε· τὸ γὰρ θέτο πότνια μήτηρ

Ἐκ γὰρ τῆς Ἶρον γ' ἤνεικε κίκλησκον ἅπαντες,
χ. κήν τις Οὕνεκ' ἀπαγγέλλοιτο κιὼν ὅτε † τῷ τις ἀώγοι.
Ὃς ῥ' ἐλθὼν Ὀδυσῆα διώκετο οἷο δόμοιο.
Καὶ μιν νεικείων ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Εἶκε γέρον προθύρω, μὴ δὴ τάχα καὶ πάρος ἧλθε.
Οὐκ ἀΐεις ὅτι δή μοι ὑπαλλίζουσιν ἅπαντες,
Ἐλπόμενοι ἧ κέλομαι ἐξιέναι δ' αἰχμώοντι ἔμπης.
Ἀλλ' ἄγε, μὴ τάχα νῶϊν ἔρις καὶ χερσὶ γένηται.
Τὸν δ' ἄρ' ὑποδρα ἰδὼν προσέφη πολύμητις Ὀδυσ.
Δαιμόνι', οὔτέ τι σε ῥέζω κακὸν, οὔτ' ἀγορεύω,
Οὔτέ τινα φθονέω δόμεναι καὶ πλὰ αἰνέλόντα.
Οὐδὸς δ' ἀμφοτέρῃς ὅδε χείσεται· ἀλλὰ τι σοὶ χρὴ
χ. Ἀλλοτρίοι φθονέειν. † Ἀλλοτρίων φθονέειν. δοκέεις δέ μοι εἶναι ἀλήτης,
Ὥ' ἅτερ ἠγών. ὄλβον δ' Θεοὶ μέλλουσιν ὀπάζειν.
Χερσὶ δὲ μήλι λίλιω προκαλίζεο, μή με χολώσῃς,
Μή σε, γέρων περ ἐὼν, ῥηθ' καὶ χείλεα φύρσω
Αἵματ' ἠνυχίη δ' αὖ ἐμοὶ καὶ μᾶλλον ἔτ' εἴη
Αὔριον. ἐς μὲν γάρ μ' σ' ὑποστρέψεσθαι † οἴω
χ. δίω Αὖτις Δεύτερον ἐς μέγαρον Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος.
ἐσω μεγ. Τὸν δὴ χολωσάμενος προσεφώνεε Ἶρος ἀλήτης,
Ὦ πόποι, ὡς ὁ μολοβρὸς ὑποτροχάλιζε ἀγορεύει,
Γρηὶ καμινοῖ ἴσος· ὃν αὖ κακὰ μηδυσάμην,
Κόπτων ἀμφοτέρῃσι, χαμαὶ δ' ἐκ πάντας ὀδόντας
Γναθμῶν ἐξελάσαιμι, συὸς ὡς ληϊστείρης.
Ζῶσαι νῦν, ἵνα πάντες ὑπαγώνωσι καὶ οἵδε
Μαρναμένους. πῶς δ' αὖ σὺ νεωτέρῳ ἀνδρὶ μάχοιο;
Ὣς οἱ μὲν προπάροιθε θυράων ὑψηλάων
Οὐδὸν ὑπὲξ ξεστὸν πατὴν μάδον ὀκριόωντο.
χ. Τοῖσι *Τοῖσιν δὲ ξυνέηκε ἱερὸν μένος Ἀντινόοιο,
μεταφώ- Ἦ δ' αὖ δ' ἄρ' ἐκγελάσας † μεταφώνεε μυθήσασθαι,
σαι Ὦ φίλοι, ἦ μάλα πω τι πάρος τοιοῦτον ἐτύχθη.
Οἴλῳ περπωλεῖ θεὸς ἤγαγε ἐς τόδε δῶμα·
Ὁ ξεῖνός τι καὶ Ἶρος ἐοικέτην ἀλλήλοιϊν
Χερσὶ μαχήσασθαι. ἀλλὰ ξυνελάσσομεν ὦκα.
Ὣς ἔφαθ' οἱ δ' ἄρα πάντες ἀνήϊξαν γελόωντες,
Ἀμφὶ δ' ἄρα πλωχοὺς κακοείμονας ἠγερέθοντο.
Τοῖσιν δ' Ἀντίνοος μετέφη Εὐπείθεος υἱός,
Κέκλυτέ μεν μνηστῆρες ἀγλαόμορ, ὄφρ' εἴπω.
χ. τὰ δ' Γαστέρες αἴθ' ἀγῶν κέατ' ἐν πυρί. † τὰς δ' ὀπὶ δόρπῳ
Κατθέμεθα κνίσσης τε καὶ αἵματος ἐμπλήσαντες·
Ὁππότερος δέ κε νικήσῃ κρείσσων τε γένηται,
Τάων λῶ κ' ἐθέλῃσιν ἑὰς ἐς αὐτὸς ἰέσθω·
Ἀεὶ δ' αὖθ' ἡμῖν μεταδαίσεται, ἠδέ τιν' ἄλλον
Πτωχὸν ἔσω μίσγεσθαι ἐάσομεν αἰτήσοντα.
Ὣς ἔφατ' Ἀντίνοος. τοῖσιν δ' ὀπὶ μῦθος ἀρέσθη.
Τοῖς δ' ὀλοφρονέων μετέφη πολύμητις Ὀδυσεύς,
Ὦ φίλοι, οὔ πως ἐστὶ νεωτέρῳ ἀνδρὶ μάχεσθαι
Ἄνδρα γέροντα δύῃ ἀρημοσύνῃ· ἀλλά με γαστὴρ
Ὀτρύνει κακότεργος ἵνα πληγῇσι δαμείω.
Ἀλλ' ἄγετ νῦν μοι πάντες ὀμόσσατε καρπαλίμως ὄρκον,
Μήπις ἐπ' Ἴρῳ ἔρα φέρων ἐμὲ χειρὶ παχείῃ
Πλήξῃ ἀπὸ δ' ἄλλων, τάχα δέ μιν ἴφι δαμάσσῃ.
χ. ἐπόμνυον ὡς, σκέλλοι. Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ὀμοσάν τε τελεύτησάν τε τὸν ὅρκον, Τοῖσι δ' αὖτις μετέφη Ὃς ἔφαθ' οἱ δ' ἄρα πάντες † ἀπώμνυον ὡς ἐκέλευε.
Τοῖς δ' αὖτις μετέφη ἱερὴ ἰς Τηλεμάχοιο.
Ξεῖν', εἴ σ' ὀτρύνει κραδίη καὶ θυμὸς ἀγαίω,
Τῶν μὲν ἀλέξασθαι τῶν δ' ἄλλων μή τιν' Ἀχαιῶν
Δείδιθ'. ἐπεὶ πολέσιν μαχήσεται ὅς κέ σε θείνῃ.
Ξεινοδόκος μὲν ἐγών, ὑπὸ δ' αἰνεῖτον βασιλῆες

Ex natiuitate, Irum autem iuuenes uocabant omnes,
Quoniã nuncia deferebat profectus, quãdo aliquis in-
Qui ubi uenisset Vlyssem expellebat sua domo, (bebat:
Et ipsum obiurgando uerba uelocia dixit:
Recede senex è uestibulo, ne iãcitò & pede traharis.
Non audis, quod iam mihi innuunt omnes?
Trahere autem iubent, ego autem uerecundor tamen.
Sed surge, ne citò nobis contentio & manibus fiat.
Hũc.a. toruè cõspicatus alloquutus est astutus Vlysses,
Miser, neq; aliquid tibi facio malum, neq; dico,
Neq; aliquem inuideo dare & multis acceptis.
Pauimentũ.a. ambos hoc capiet, neq; aliquid te oportet
Alienis inuidere, uideris autem mihi esse erro
Sicut ego, opulentiam autem Dei curant præbere.
Manibus.a. ne ualde pronoca, ne me in iram conÿcias,
Ne te licet sim senex, pectus & labra permiscam
Sanguine, quies autem mihi & magis adhuc erit
Cras, non quidem enim te reuerti puto
Iterum intra domum Laërtiadæ Vlyssis.
Hunc autem iratus alloquutus est Irus mendicus:
O amici, maldè glorioſus uolubiliter dicit
Vetulæ fuliginoſæ simili, quem malè mulctabo,
Percutiens ambabus manibus: in terram.a. oẽs dentes
Maxillis expellam, porci sicut segetem pascentis.
Cinge nunc, ut omnes cognoscant & hi
Pugnantes, quomodo autem tu iuniori uiro pugnabis?
Sic hi quidem ante ianuas altas
Pauimento in polito toto animo litigabant.
Hos autem intellexit sacrum robur Antinoi,
Suauiter autem ridens alloquutus est procos,
O amici, non quidem aliquid antea tale factum est,
Qualem delectationem Deus duxit in hanc domum.
Hoſpes & Irus contendunt mutuò
Manibus pugnare, sed committamus citò.
Sic dixit, hi autem omnes surrexerunt ridentes,
Circum autem pauperes pannoſos congregati sunt.
His autem Antinous loquutus est Eupithei filius,
Audite me proci strenui, ut aliquid dicam:
Ventres hi caprarum iacent in igne, hos autem in cœna
Deponamus pinguedine & sanguine impletos.
Vter autem uincet potentiorq; erit,
Horum si uoluerit surrectus ipse eligat.
Sẽper.a. rursus nobiscũ cõuiuabitur, neq; aliquẽ alium
Pauperem intus miſceri sinemus petentem.
Sic dixit Antinous, his autem placuit sermo.
Hos autem astutus alloquutus est prudens Vlysses,
O amici, non aliquomodo est iuniori uiro pugnare
Virum senem dolore læſum, sed me uenter
Monet malè malus artifex, ut plagis domer.
Sed eia nunc mihi omnes iurate forte iuramentum,
Ne quis Iro auxilium ferens me manu forti
Percutiat prauaricãs, hoc autem mè fortiter domabit.
Sic dixit, hi autem omnes iurauerunt sicut iuſsit.
Hos autem rursus alloquutus est uis sacra Telemachi,
Hoſpes, si te mouet cor & animus fortis
Hunc expellere, horum aliorum ne aliquẽ Achiuorum
Time: quoniam pluribus pugnabit, qui te uerberabit.
Hoſpitalis equidem sum, aſsentiantur uerò reges

Eury-

Eurymachusq́ & Antinous prudentes ambo.
Sic dixit, hi autem omnes aſſenſi ſunt. at Vlyſſes
Circũ cinxit quidem pannis genitalia, oſtendit. a. crura
Pulchraq́ magnaq́, apparuerunt aũt ei lati humeri
Pectoraq́ fortiaq́ brachia: at Minerua
Propè aſtans membra auxit paſtori populorum.
Proci autem omnes uehementiſſimè admirati ſunt.
Sic. a. aliquis dixit conſpicatus ad propinquum alium,
Certè citò Irus egens contractum malum habebit,
Qualem ex ueſtimentis ſenex coxam oſtendit.
Sic dixerunt, Iro autem malus motus eſt animus.
Sed & ſic famuli duxerunt percinctum neceſſitate,
Timentem, carnes autem circum tremebant membra.
Antinous aũt uerbumq́ loquutus eſt atq́ nominauit,
Nunc quidem neq́ eſſes iactator, neq́ natus eſſes:
Siquidem hunc tremis & times grauiter,
Virum ſenem dolore captum qui ipſum cepit.
Sed tibi edico hoc & perfectum erit,
Si te hic uincet potentiorq́ erit,
Mittam te in terram conie&tum in naui nigra,
In Echetum regem hominum nequiſſimum omnium,
Qui narem abſcindet, & aures ſæuo ære.
Genitaliaq́ detrahẽs dabit canibus cruda diſcerpẽda.
Sic dixit, huic. a. adhuc magis tremor ſubiuit mẽbra,
In mediũ. a. duxerũt, hi. a. ambas manus eleuauerunt.
At tunc cogitauit laborioſius diuinus Vlyſſes,
An percutiet, ut ipſum anima linquat illic cadentem,
At ipſum ſenſim percutiet extendetq́ in terram.
Sic autem ei cogitanti uiſum eſt melius eſſe
Quietè percutere, ut non ipſum reprehenderẽt Achiui.
Iam tunc eleuati, hic quidẽ percuſſit dextrũ humerum
Irus, ille aũt ceruicem percuſſit ſub aure. oſſa. a. intus
Fregit, ſtatim autem uenit in os ruber ſanguis.
Decidit. a. in pulueribus clamans, ſimul etecit dentes
Calcitrans pedibus terram: at proci ſuperbi,
Manibus eleuatis riſu emoriebantur. at Vlyſſes
Pertraxit p ueſtibulũ capto pede quousq́ iuit ad aulã
Porticusq́ ianuas, & ipſum ad ſeptum aulæ
Statim reclinatum: ſceptrum autem impoſuit manu,
Et ipſum compellatum uerba uelocia alloquutus eſt,
Hic nunc ſede canesq́ ſuesq́ expellens,
Ne autem tu hoſpitum, & pauperum dominus ſis
Cum ſis nequã, necubi aliquid malũ et maius accipias.
Dixit, & circum humeros indecentem iecit peram
Denſis ſcrutis rimoſam, tortum autem inerat lorum.
Iterũ. a. hic in pauimentũ tens deſedit, hi. a. iuerunt in-
Suauiter ridentes, & alloquuti ſunt uerbis, (trò
Iupiter tibi det hoſpes, & immortales Dÿ alÿ
Quodcunq́ maximè uis & tibi dilectum eſt animo,
Qui hunc inſatiabilem effeciſti ut mendicare deſinat
In populo: citò enim ipſum reducemus in terram,
In Echetum regem hominum peßimum omnium.

† Εὐρύμαχός τε καὶ Ἀντίνοος, πεπυμένω ἄμφω. κ. ἀλ. π. ἡ. μ.
Ὣς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπήνεον. αὐτὰρ Ὀδυσ. μ.
Ζώσατο * μὲν ῥάκεσιν περὶ μήδεα, φαῖνε δ' μηρὸς κ. ὃ
Καλός τε μεγάλως τε, φάνη δέ οἱ εὐρέες ὦμοι,
Στήθεά τε, σθαρεοί τε βραχίονες· αὐτὰρ Ἀθήνη
Ἄγχι παρισταμένη μέλε' ἤλδανε ποιμένι λαῶν.
Μνηστῆρες δ' ἄρα πάντες ὑπερφιάλως ἀγάσαντο.
Ὧδέ τις εἶπεσκε ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον,
Ἦ τάχα Ἶρος ἄϊρος ὀϊστιάσεσθαι κακὸν ἕξει.
Οἷλον ὑπὸ ῥακέων ὁ γέρων ὀϊτυγνίδα φαίνει.
Ὣς ἄρ' ἔφαν. Ἶρον δ' οὐ κακὸς ὧδε νόησε θυμός.
Ἀλλὰ καὶ ὣς δρηστῆρες ἄγον ζώσαντες ἀνάγκῃ,
Δειδίοτα, σάρκες δ' ἐτρόμεον μέλεσιν.
Ἀντίνοος δ' ἐνένιπεν, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν,
Νῦν μὲν μήτ' εἶης βιοτάων, μήτε γένοιο,
Εἰ δὴ τῶν γε τρομέεις καὶ δείδιας αἰνῶς,
Ἄνδρα γέροντα, δύῃ δ' ἐρημαῖον ἤ μιν ἱκάνει.
Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται,
Αἴ κεν σ' οὗτος νικήσῃ κρείσσων τε γένηται,
Πέμψω σ' ἠπείρονδε βαλὼν ἐν νηῒ μελαίνῃ,
Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα πάντων,
Ὅς κ' ἀπὸ ῥῖνα τάμῃσι καὶ ἄατα νηλεὲς χαλκῷ,
Μήδεά τ' ἐξερύσας, δώσῃ κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι.
Ὣς φάτο. τῷ δ' ἔλι μᾶλλον ὑπὸ τρόμος * ἔλαβε γυῖα. κ. ἐλ. γ.
Ἐς μέσσον δ' ἄγαγον· τὼ δ' ἄμφω χεῖρας ἀέχον.
Δὴ τότε μερμήριξε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς,
Ἦ ἐλάσῃ ὥς μιν ψυχὴ λίποι αὐθι πεσόντα,
Ἦ ἑ μιν ἦκ' ἐλάσῃ, ταναύσσῃ τ' ἀλὶ γαίῃ·
Ὣς δὲ δὴ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι,
Ἦ κ' ἐλάσῃ, ἵνα μή μιν ὀπιφρασσαίατ' Ἀχαιοί.
Δὴ τότ' ἀναχόμενος, ὁ μὲν ἤλασε δεξιὸν ὦμον
Ἶρος, ὁ δ' αὐχέν' ἔλασσεν ὑπ' οὖατος, ὀξέα δ' εἶσω
Ἔθλασεν· αὐτίκα δ' ἤλθε κατὰ στόμα φοίνιον αἷμα,
Καδ δ' ἔπεσ' ἐν κονίῃσι μακών, σὺν δ' ἤλασ' ὀδόντας,
Λακτίζων ποσὶ γαῖαν. ἀτὰρ μνηστῆρες ἀγαυοὶ
Χεῖρας ἀναχόμενοι * γέλῳ ἔκθανον. αὐτὰρ Ὀδυσεὺς κ. γέλῳ
Εἷλκε δ' ἐκ προθύροιο, λαβὼν ποδός· ὀφρ' ἱκετ' αὐλὴν
Αἰθούσης τε θύρας. καί μιν ποτὶ ἕρκιον αὐλῆς
Εἶσεν ἀνακλίνας· σκῆπτρον δέ οἱ ἐμβαλε χειρί,
Καί μιν φωνήσας ἔπτα πτερόεντα προσηύδα,
Ἔντροθοι νῦν ἦσο κυνῶν τε σῶν τ' ἀπερύκων,
Μηδέ σύ γε ξείνων καὶ πτωχῶν κοίρανος εἶναι,
Λυγρὸς ἐὼν· μή πω τιν' ἄλλ' κακὸν καὶ μεῖζον * ἐπαύρῃ. κ. ἐπαύρῃς
Ἦ ῥα, καὶ ἀμφ' ὤμοισιν ἀεικέα βάλλετο πήρην,
Πυκνὰ ῥωγαλέην· ἐν δ' σρόφος ἦεν ἀορτήρ.
Ἄψ † δ' ὅγ' ἐπ' ἀδὸν ἰὼν καθ' ἕαρ ἕζετο. τοὶ δ' ἴσαν εἴσω κ. σ' ἄρ' ὅγ'
ἀσθμὸν
Ἦ δὺ γελώοντες, * καί ἑ προσηυδώοντ' ἐπέεσσιν, κ. ᾧ σφιν
Ζεύς τοι δοίη ξεῖνε καὶ ἀθανάτων θεοὶ ἄλλοι
Ὅ, τι μάλις· ἐθέλεις, καί τοι φίλον ἔπλετο θυμῷ,
Ὅς τῳ τὸν ἄναλκιν ἀλητεύειν ἀπέπαυσας
Ἐν δήμῳ· τάχα γάρ μιν ἀνάξομεν ἠπείρονδε
Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα πάντων.

COMMENTARIVS.

ἀλλὰ δὴ μάλα μέγας) Vaſtitatem & ingentem corporis robur & uires ſæpiſsimè non comitantur, quod in hoc Arnæo docet Poëta: qui cum grandi eſſet ſtatura, elumbis tamen & eneruis fuit. Ita eſt enim naturâ comparatum, ut quæ diſperſa ſunt, minus ualida ſunt quàm quæ compacta & in unum collecta ſunt: hoc eſt, quæ arctiore locò continentur. Hinc etiam rectè docet Ariſtot. de Gener. anim. lib. 3. cap. 1. in paruis corporibus animum generoſum potiùs conſiſtere. Cuius rei, ut & ſuperioris, ratio ex penultimo capite eius Phyſiognomiæ colligi potest, ubi eos qui exiguo ſunt corpore præditi, ὀξεῖς eſſe dicit. τῇ γὰρ τὰ σώματος φορᾶς μικρὸν τόπον ἐπέχοντα, ᾗ αἱ κινήσεις ταχὺ ἄγαν ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸ φρονοῦν. Qui uerò magno ſunt corpore, βραδεῖς. τῇ γὰρ τὰ σώματος φορᾶς, μέγαν τόπον κατέχοντα

Nullus in eam magnæ corpori mens nulla cauit.

πυχάσης αἱ κινήσεις βραδίους ἀφικνεῖσθαι ἐπὶ τὸ φρονεῖν. Ergo inde colliges, ob diſsipatum in magnis corporibus ſanguinis motum, fieri illa plerunque molliora & languidiora paruis, ubi motus ille ità collectus eſt, ut facilè robur membris omnibus communicet. Hoc tamen uolo κοσμικῶς dictum exiſtimari. Nam & Heroas ſuos Homerus etiam giganteo quodãmodo corpore deſcribit, interdum tamen Natura in eiuſmodi corporibus ludit. Gigãteum porrò corpus dixi pro ingenti, uulgi ſequutus opinionem, quæ Gigantibus eiuſmodi corpus tribuit. Id tamen ita ſolidè refutauit meus Goropius in Gigantomachia, ut me facilè in ſuam ſententiam deduxerit. Talis ergo eſt noſter Irus magno quidem, ſed imbecillo corpore, qualem memini me uidiſſe in aula inclytæ illius alumnæ meæ (liceat ita nobis, inuito Valla, cum Plinio & Tacito loqui) IOANNAE NAVARRAEORVM REGINAE, quam nobis miſeræ illius lanienæ Pariſienſis primordia ante decem annos eripuerunt, non ſine magno & nondum lenito priorum omnium dolore. Is porrò à proceritate cognomen etiam MAGNI IOANNIS apud uulgus obtinuerat, quem ferè huic Iro Homerico comparauerim: niſi quòd ille digniorem erat ſortitus conditionem, ut qui uictum mendicare ob egeſtatem non cogeretur, & Regiam experiretur munificentiam.

τὸ γὰρ ἦτο) Hinc arguit Stuckius Antiq. Conuiu. lib. 2. cap. 5. fortaſſe apud ueteres moris fuiſſe, ut à matribus potiſsimùm infantibus nomina imponerentur. Quod abſurdum non uidetur. nam & id in hac urbe Baſilienſi factitari ſolet: matres enim liberis ſuis imponunt nomen, quod apud Gallos ij quos appellamus *compatres*, præſtant. Vtut ſit, binomius eſt hic noſter Irus: quod neq; nouum eſt, neq; etiam inauditum. Solet enim uulgus interdum nouum nomen (quod Germani *ubernamm* appellant) alicui confingere, ex quo potiùs quàm ex primo dignoſcitur.

ὀδυσῆα) Non quòd hunc eſſe Vlyſſem Irus intelligeret, ſed ex mente ſua loquitur Poeta, ut alibi ſæpiſsimè ſolet.

καί μιν τοιοῦτον) Heſiodus in ipſo initio ἔργ. καὶ ἡμερ. duo ſtatuit genera ἐριδων. Alterum quidem honeſtum & laudabile, alterum uerò damnandum. Illud eſſe ſtatuit, cùm quis ex alienis ſucceſsibus ad rem bene gerendam permouetur, in quo genere uicinos uicinis locupletibus inuidentes, ita tamen ut eos non oderint, ponit: item figulos, τέκτονας, pauperes, & cantores. Alterum perniciosum & uituperandum pronunciat, quo bella & diſsidia inter mortales excitantur. Iam rogo, ad quod ſumus iſtud Vlyſsis & Iri diſsidium relaturi? Per me quidem ad utrumque. Nam non ſolùm inuidit Vlyſsi Irus, quòd tam humaniter à procis & liberaliter exciperetur, ſed ei etiam manus inferre conatus eſt: unde ſequitur etiam utriuſque pugna, cum Iri tamen diſpendio. Itaque licet inuidia pauperis in pauperem Heſiodo probari uideatur, ubi tamen peruicaciæ & petulãtiæ iſti annexa eſt, ex ſecundi illius generis ratione damnanda eſt. Quanquam non uideo quàm iure hic φθόνος Heſiodeus inculpatus eſſe poſsit, ut aliàs in eo Poeta, Deo fauente, examinabimus. Attende ergo huius Arnæi petulantiã, qua Vlyſſem è limine detrudere conatur, adiunctis etiam minis, ſe eum niſi ſponte deceſſerit, ui expulſurum. Quod ſi nutu à procis indicari ut faceret, prætexit: unde colligere licet, huius rixæ authores procos quodammodo extitiſſe, ex utriuſque pugna lætitiam aucupantes, ut ſolẽt potentiores iſti ex tenuioris conditionis hominum digladiationibus ſæpiſsimè oblectari. Id autem ut credam, faciunt tum hæc Iri uerba tum ſequens quoque narratio, ubi uterque ab ijs præmio etiam uictori propoſito ad pugnam committitur. Addit tamen Irus, ſe pudore quodam prohiberi, ne ei uim inferat. quali uerò pudore? quem arrogantes nimirum homines & proterui obtendere ſolent, non tam quòd ab iniurijs lubenter abſtineant: ſed quia ſolis minis id lubenter exequantur, quod manibus proprijs aggredi non audeant, ut eſt illorum ingenium ad audaciam magis quàm ad fortitudinem comparatum. Petulantias enim iſtas ab homine generoſo & forti maximè alienas eſſe docet in Moralibus Philoſophus.

ἀλλά μοι ἔτι τι σε ῥίζω) Licet conuicijs & proteruia Iri exulceratus ſit Vlyſſes, initiò tamen modeſtè ei reſpondet: docetq; iniurium eum eſſe, qui nulla accepta ab eo iniuria tam grauiter nihilominus ei inſultet. Quia autem ſuſpicabatur eum idcirco ita moroſum eſſe, quòd locus utrique futurus eſſet anguſtior, ac minus liberalem procorum beneficentiam ex duorum concurſu eſſet expertur us: reſpondet tum à loci capacitate, tum à Deorum quoque beneuolentia, quæ ſatis in omnes pauperes eſt munifica, nedum in hos duos. Tandem à uerbis ad uerberum quoque minas delabitur, ne rem ſibi Irus cum triuiali & ignauo homine eſſe putet. Hæc autem Vlyſsis iactantia magis eſt tolerabilis quàm illa Iri, quòd quilibet laceſsitus facilè in hæc uerba erumpere cogitur: alioquin timidi cuiuſdam ſuſpicionem incurreret, aut maiorem hoſtili nequitiæ feneſtram aperiret. Eſt tamen & ubi ſilentij modeſtia hac quoque in parte laudi tribuatur.

ὦ φίλοι) Superiori illo Vlyſsis epitheto δολοφρονέων, docuit Homerus doloſam & fraudulentiam futuram iſtam illius orationem. Et ita res ſe habet. Planè enim ἀρωνικῶς loquitur, quòd ſuis uiribus ita cõfideret, ut uictoriam ſibi certò polliceretur. Caueri tamen iuramento ſibi à procis uoluit de non præſtando alteri auxilio, quòd unum quantumuis fortem pluribus imparem eſſe intelligat, ut aliàs in hoc Poeta docuimus.

ζώσατο μὲν ῥάκεσσιν) Hinc conſtat, quod etiam notat Euſtathius, μὴ ζώνῃ χρᾶσθαι τὸν πυγμάχην καθ' ὅπως αὐτοσχεδιάσειεν τὸ ἐμφανὲς, ἀλλ' ἀπόδυτα μένους, ἅπερ ἐμποδὼν ἀγωνιζομένοις ἐστὶ καὶ ζώννυσθαι ὡς ἑκατὸν ἀδυνατοῦς ἐζώσατο ῥάκεσιν, ὑπὸ γυμνασθέντας μηδὲν μὲν κωλύοντι, φαίνει δὲ μήκους καὶ ὄγκους καὶ σπλῆνα καὶ βραχίονας, ὁπόσων γυμνασίων φέρεται.

νῦν μὲν μήτ' ἄπης) Aduertenda eſt ignauia huius Iri, qui à minaci illa arrogantia, qua initiò utebatur, ad hos tremores delapſus eſt, adeò ut Antinoi obiurgationibus excitari debuerit. Vtitur autem Antinous in eum finem duplici argumento. primùm antagoniſtam illum eleuando, ut qui iam præ ſenectute & dolore, quem ex paupertate contraxit (ita enim eum dolorem interpretor) factus ſit imbecillior, adeò ut illi adhuc iuueni & uiuidioribus membris prædito minimè ueniat conferendus. Et hoc ipſum de ſe iactitabat antea ipſe Irus, cùm diceret Vlyſsi, πῶς δ' οὐ σοὶ νεωτέρῳ αὐθι μάχωμαι; Ideò congreſſum iſtum ſe inuitum & non ſine timore ſubire ipſe Vlyſſes paulò antè ſimulabat. Alterum argumentum Antinoi ualidius, ni fallor, fuit. Vt enim ſe ab hoc mendico uinci non patiatur, ſed totis neruis ad eum uincendum contendat & enitatur: ſi ſecus acciderit, minatur ei ablegationem ad crudeliſsimum illum Epiri regem Echetum, ut pœnas huius ignauiæ meritas luat. Metu ergo maioris mali perterritum conatus eſt ad fortiter pugnandum hunc Irum excitare. Sed Ethica Philoſophia ſatis docet, eos qui ab ijs ſub quorum ſunt imperio, fortes eſſe coguntur, uerè fortes non eſſe cenſendos. Vide Philoſophum Eth. lib. 3. cap. 11. De illo porrò Echeto in Lexico nobis erit dicendum. Sequitur autem pugna utriuſque mendici Vlyſsis uictoria, & præmia illi ex pacto exhibita.

Ὣς ἄρ' ἔφαν. χαῖρεν δ' ἀκλεηδόνι θεῖος ὀδυσεύς,
χ. ὧδε Ἀντίνοος δ' ἄρα οἱ μεγάλλιν † παρὰ χαίτην ἦκεν
Εὖ πιλείλιν κνίσης τε καὶ αἵματος. Ἀμφίνομος δὲ
Ἄρτους ἐκ κανέοιο δύω παρέθηκεν ἀείρας,
Καὶ δέπαϊ χρυσέῳ δειδίσκετο, φώνησέν τε,
χ. ὧς τις Χαῖρε πάτερ ξεῖνε γήροϊ τῷ * ἔσπερ ὀπίσσω
Ὄλβος, ἀτὰρ μὲν νῦν γε κακοῖς ἔχεαι πολέεσσι.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις ὀδυσ.
Ἀμφίνομ', ἦ μάλα μοι δοκέεις πεπνυμένος εἶναι.
Τοιοῦτος γὰρ πατρὸς ἐπὶ κλέος ἐσθλὸν ἄκουον,
Νῖσον Δουλιχιῆα ἐΰντ' ἔμεν ἀφνειόν τε.
Τῷ σ' ἐκ φασὶ γεγάμεν. ἐπητῆ δ' αὖ δοὶ ἔοικας.
Τοὔνεκά τοι ἐρέω· σὺ δ' ἄιε σύνθεο, καί μεν ἄκουσον.
Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει αὐθρώποισιν
Πάντων ὅσσά τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει.

Sic dixerunt, gauiſus eſt aũt gloria diuinus Vlyſſes,
Antinous autem ei magnum uentrem appoſuit
Plenum pinguedine & ſanguine. Amphinomus
Panes ex caniſtro duos appoſuit eleuans,
Et poculo aureo honorauit uociferauitq;,
Salue pater, ô hoſpes, ſiat tibi ſicut antea
Opulentia, at quidem nunc malis teneris multis.
Hunc. a. reſpondens alloquutus eſt prudens Vlyſſes,
Amphinome certè ualdè uideris prudens eſſe:
Tali enim patre es, quoniam gloriam bonam audiui
Niſum Dulichium probumq; eſſe diuitemq;.
Ex hoc te dicunt natum eſſe, prudenti. a. uiro ſimilis es.
Propter hoc tibi dico, tu autem intellige & me audi.
Nihil imbecillius terra nutriuit homine
Omnium, quæcunq; ſuper terram ſpirant & ſerpunt.

Non

Non quidē.n.unq̄ dicit malū passurū esse in futurum,
Quousq; uirtutem prebeant Dei & genua mouentur:
Sed quando iam & mala Dei beati perficiunt,
Et hac suffert nolens patienti animo.
Talis enim mens est terrestrium hominum,
Qualem quotidie ducit pater uirorumq; deorumq;
Etenim ego quondam cogitabam in uiris beatus esse,
Multa autem iniusta feci ui & robore impotens,
Patri meo confidens, & meis fratribus.
Itaque non aliquis omnino uir iniustus sit,
Sed hic silentio dona Deorum habeat quodcunq; dent,
Qualia uideo procos iniusta cogitantes
Facultates accidentes, & inhonorantes uxorem
Viri, quem non amplius dic amicis & patria terra
Diu abfore, ualdè autem propè: sed te damon
Domum subducat, ne obuies illi,
Quando redibit dilectam in patriam terram.
Non enim sine cruore dijudicatum ire puto
Procos & illum, postquam in ædem uenerit.
Sic dixit, & libans bibit dulce uinum.
Iterum.a. in manibus posuit poculum duci populorum,
At hic iuit per domum dilectam cruciatus cor,
Cōquassans caput. iam n.malū augurabatur animus.
Sed neq; sic fugit mortē. impediuit.a. & hunc Minerua
Telemachi à manibus & hasta fortiter interfici.
Rursus autem iterum sedet in sede unde surrexerat:
Huic autem in mentibus posuit dea cæsia Minerua
Filiæ Icarij prudenti Penelopæ
Procis apparere, ut extendere maximè
Animum procorum, & honorata fieret
Magis à uiroq; & filio quàm antea erat.
Incassum autem risit, uerbumq; dixit, denominauitq;.
Eurynome animus mihi cupit non antea
Procis apparere inuisis licet tamen.
Filio autem dicam uerbum quod perutile erit.
Non omnia procis superbis conuersari,
Qui benè quidem dicunt, malè autem retrò cogitant.
Hanc.a. rursus Eurynome proma conda uerbum dixit,
Ita iam hæc omnia filia ut par est dixisti.
Sed uade & tuo filio uerbum dic, neq; occulta,
Corpore lauato & unctis genis.
Neq; sic lacrymis irrigata circum faciem
Vade, quoniam peius lugere continuè semper.
Iam quidem enim tibi filius talis, quem tu maximè
Supplicabas Dijs nascentem uidere.
Hanc.a. rursus alloquuta est prudens Penelope,
Eurynome non hæc loquere dolens, licet
Corpusq; lauare, & ungere unguento,
Splendorem mihi Dij, qui Olympum habitant
Perdiderunt, ex quo ille iuit concauis in nauibus.
Sed mihi Autonoëmq; & Hippodamiam iube
Venire, ut mihi astent in domibus.
Sola.a. non illic uado ad uiros, uerecundia enim ducor.
Sic dixit, uetula autem è domo exiuit
Nunciatura mulieribus, & sese accingens ad eundum.
Tunc rursus alia cogitauit Dea cæsia Minerua,
Filiæ Icari dulcem somnum defudit.
Dormiuit.a. reclinata. soluta sunt.a. ei membra omnia

Οὐ μὲν γάρ πω φησὶ κακὸν τετύχθαι ὀπίσω,
Οὔ φρ' ἀρετὴν παρέχωσι θεοὶ καὶ γένηται ὁρᾶσθαι·
Ἀλλ' ὅτε δὴ ἔλυσε θεοὶ μάκαρες πλέσσωσι,
Καὶ τὰ φέρει ἀεκαζόμενος πτολιήθρου θυμῷ.
Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Καὶ γὰρ ἐγώ ποτ' ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὄλβιος εἶναι,
Πολλὰ δὴ ἀπάφαλ' ἔρεξα, βίῃ καὶ κάρτεϊ εἴκων,
Πατρί τ' ἐμῷ πίσυνος καὶ ἐμοῖσι κασιγνήτοισι.
Τῷ μή τις τοι πάμπαν ἀνὴρ ἀθεμίστιος εἴη,
Ἀλλ' ἄγαν σιγῇ ἕλοιτο θεῶν ἔχοι, ὅ,τι δίδοῖεν.
Οἳ ὁρόω μνηστῆρας ἀπάφαλα μηχανόωντας,
Κτήματα κείροντας, καὶ ἀτιμάζοντας ἄκοιτιν
Ἀνδρὸς ὃν οὐκέτι φημὶ φίλων καὶ πατρίδος αἴης
Δηρὸν ἀπόσεσθαι· μάλα γ' ἀχεδόν. ἀλλά σε δλάμων
Οἰκαδὲ ὑποξαγάγοι, μηδὲ αὐτάσεια σκείνῳ,
Ὁππότε νοσήσῃς Φίλιον ἐς πατρίδα γαῖαν.
Οὐ γὰρ ἀναιμωτί γε διακρινέεσθαι οἴω
Μνηστῆρας καὶκεῖνον, ἐπεί κε μέλαθρον * ὑπέλθοι· με, ἐπιλθῃ
Ὣς φάτο· καὶ σπείσας ἔπιεν μελιηδέα οἶνον,
Ἀψ δὲ ἐν χερσὶν ἔθηκε δέπας κοσμήτορι λαῶν.
Αὐτὰρ ὁ βῆ * κῶ δῶμα, φίλον τιθημένῳ ἦτορ, κε, διὰ
Νόῳ ἐάζων κεφαλῇ· δὴ γὰρ κακὸν ὄσσετο † θυμῷ. κε θυμῷ
Ἀλλ' ὡς δὲ φύγε κῆρα· πέδησε δ' καὶ τὸν Ἀθήνη
Τηλεμάχῳ ὑπὸ χερσὶ καὶ ἔγχεϊ ἶφι δαμῆναι.
Ἀψ δὲ αὖτις κατ' ἄρ' ἕζετ' ὅθι πρόσθεν εἵζετο θρόνου.
Τῇ δὲ ἄρ' ὅτι φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη
Κέρῃ Ἰκαρίοιο περίφρονι Πηνελοπείῃ
Μνηστῆρεσι φανῆναι, ὅπως πεπύσοιτο μάλιστα
Θυμὸν μνηστήρων, ἰδὲ τιμήεσσα γήμοιτο
Μᾶλλον ἐοῖς πόσιός τε καὶ ἧος δῶ κατέχοι ἦεν.
Ἀχρεῖον δὲ γέλασσεν ἔπος τ' ἔφατ', ἐκ τ' ὀνόμαζεν,
Εὐρυνόμη, θυμός μοι ἐέλδεται, οὔτι πάρος γε,
Μνηστῆρεσι φανῆναι, ἀπεχθομένοισι περ ἔμπης.
Παιδί δέ κε εἴπιμι ἔπος τό κε κέρδιον εἴη,
Μὴ πάντα μνηστῆρσιν ὑποτροπιάλοισιν ὁμιλεῖν,
Οἵτ' εὖ μὲν βάζουσι, κακῶς δὲ ὄπιθεν φρονέουσιν.
Τὴν δ' αὖτ' Εὐρυνόμη ταμίη ἐπέεσσι προσηύδα·
Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα τέκος κατὰ μοῖραν † ἔειπες. κε, ἐπιτετε
Ἀλλ' ἴθι, καὶ σῷ παιδὶ ἔπος φάο, μηδ' ὀκνίζου,
Χρῶτ' ὀπνιψαμένη, καὶ ὀπιχρίσασα παρειάς.
Μηδὲ οὕτω δακρύοισι πεφυρμένη ἀμφὶ πρόσωπα
Ἔρχεο· ἐπεὶ κάκιον πενθήμεναι ἄκριτον αἰεί.
Ἤδη μὲν γάρ τοι παῖς τηλίκος, ὃν σὺ μάλιστα
Ἤρῳ ἀθανάτοισι χυσιήσαιτο ἰδέσθαι.
Τὴν δὲ αὖτε προσέειπε περίφρων Πηνελόπεια,
Εὐρυνόμη, μὴ τῶτα παραύδα κηδομένη περ,
Χρῶτ' ὀπνίπτεσθαι, καὶ ὀπιχρίεσθαι ἀλοιφῇ.
Ἀγλαΐῃ γὰρ ἔμοιγε θεοὶ τοὶ Οὔλυμπον ἔχουσιν
Ὤλεσαν, ἐξ οὗ κεῖν' ἔβη κοίλης ἐνὶ νηυσίν,
Ἀλλά μοι Αὐτονόῃ τε καὶ Ἱπποδάμειαν ἄωχθε
Ἐλθέμεν, * ὄφρα κέ μοι παρσήετον ἐν μεγάροισιν. γε. ἵφι τε
Οἴη δὲ † οὐκ εἴσημι μετ' αἰδέομαι γάρ. ἐμοὶ
Ὣς ἄρ' ἔφη. χρηΰς δ' ἐκ μεγάροιο βεβήκει, χε. οὐ πάσ' ἄμα
Ἀγγελέουσα γυναιξὶ, καὶ ὁτρυνέουσα νέεσθαι.
Ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
Κέρῃ Ἰκαρίοιο κατ' γλυκὺν ὕπνον ἔχουσα.
Εὖδε δὲ ἀναπλησθεῖσα· λύθεν δέ οἱ ἅψεα πάντα

Αὐτὰρ

Αὐτῆ ἐνὶ κλιντῆρι, πόθι δ' ἄρα εἵλετο θεάων
Ἄμβροτα δῶρα δίδυ, ἵνα μιν θηήσαιτ' Ἀχαιοί.
Κάλλεϊ μὲν οἱ πρῶτα πρόσωπά τε καλὰ κάθηρεν
Ἀμβροσίῳ, οἵῳ περ ἐϋστέφανος Κυθέρεια
Χείετ' εὖτ' αὐτὴ χαρίτων χορὸν ἱμερόεντα.
Καί μιν μακροτέρην καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι·
Λευκοτέρην δ' ἄρα μιν θῆκεν πρισσῆς ἐλέφαντος.
Ἣ μὲν ἄρ' ὡς ἔρξασ' ἀπεβήσατο δῖα θεάων.
Ἦλθον δ' ἀμφίπολοι λευκώλενοι ἐκ μεγάροιο,
φθόγγῳ ἐπερχόμεναι. τῷ ᾗ γλυκὺς ὕπνος ἀέηκε,
Καί ῥ' ἀπομόρξατο χερσὶ παρειὰς, φώνησέν τε,
Ἦ με μάλ' αἰνοπαθῆ μαλακὸν περὶ κῶμ' ἐκάλυψεν.
Αἴθε μοι ὡς μαλακὸν θάνατον πόροι Ἄρτεμις ἁγνὴ
Αὐτίκα νῦν, ἵνα μηκέτ' ὀδυρομένη κῆρ' ὑμὸν
Αἰῶνα φθινύθω, πόσιος πολυέρατα φίλοιο
Παντοίην ἀρετήν. ἐπεὶ ἔξοχος ἦεν Ἀχαιῶν.
Ὣς φαμένη κατέβαιν' ὑπερῴια σιγαλόεντα,
Οὐκ οἴη· ἅμα τῇγε καὶ ἀμφίπολοι δύο. ἕποντο.
Ἣ δ' ὅτε δὴ μνηστῆρας ἀφίκετο δῖα γυναικῶν,
Στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο,
Ἄντα παρειάων ἑομένη λιπαρὰ κρήδεμνα.
Ἀμφίπολος δ' ἄρα οἱ κεδνὴ ἑκάτερθε παρέστη.
Τῶν δ' αὐτὰς λύτο γούνατ', ἔρως δ' ἄρα θυμὸν ἔθελχθεν·
Πάντες δ' ἠρήσαντο παρὰ λεχέεσσι κλιθῆναι.
Ἣ δ' αὖ Τηλέμαχον προσεφώνεεν υἱὸν ἑῆος,
Τηλέμαχ' οὐκέτι τοι φρένες ἔμπεδοι, οὐδὲ νόημα.
Παῖς ἔτ' ἐὼν σὺ μᾶλλον· ἐνὶ φρεσὶ κέρδε' ἐνώμας·
Νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας ἐσσι, καὶ ἥβης μέτρον ἱκάνεις,
Καί κέν τις φαίη γόνον ἔμμεναι ὀλβίου ἀνδρὸς,
Εὐμεγέθης καὶ κάλλος ὁρώμενος ἀλλότριος φὼς,
Οὐκέτι τοι φρένες εἰσὶν ἐναίσιμοι, οὐδὲ νόημα.
Οἷον δὴ τόδε ἔργον ἐνὶ μεγάροισιν ἐτύχθη,
Ὅς τὸν ξεῖνον ἔασας ἀεικιζόμενον οὕτω.
Πῶς νῦν; εἴτις ξεῖνος ἐνημετέροισι δόμοισιν
Ἥμενος, ὧδε πάθοι ῥυσακλυτὸν ἐξ ἀλεγεινῆς,
Σοί κ' αἶσχος λώβη τε μετ' ἀνθρώποισι πέλοιτο.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος αὐτίον ηὔδα,
Μῆτερ ἐμὴ, τὸ μὲν οὔ σε νεμεσσῶμαι κεχολῶσθαι·
Αὐτὰρ ἐγὼ θυμῷ νοέω καὶ δίδαε ἕκαστα,
κ.λπ. Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρηα· (πάρος † δ' ἔτι νήπιος ἦα·)
Ἀλλά τοι ἀμφαδίην πεπνυμένα πάντα νοῆσαι.
Ἐκ γάρ με πλήσουσι, παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος,
Οἴδε, κακὰ φρονέοντες· ἐμοὶ δ' οὐκ εἰσὶν ἀρωγοί.
Οὐ μέν τοι ξείνη γε καὶ Ἴρῳ πάλη ἐτύχθη
Μνηστήρων ἰότητι βίη δ' ὅγε φέρτερος ἦεν.
Αἶ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἄθηναίη καὶ Ἄπολλον,
Οὕτω νῦν μνηστῆρες ἐν ἡμετέροισι δόμοισι
Νωθεῖς κεφαλὰς δεδμημένοι, οἱ μὲν ἐν αὐλῇ,
Οἱ δ' ἔντοσθε δόμοιο, λέλυτο δ' ὑῖα ἑκάστου·
Ὡς νῦν Ἴρος ὅδε κεῖται ἐπ' αὐλείῃσι θύρῃσιν
Ἧσται νωχαλέων κεφαλῇ, μεθύοντι ἐοικώς,
Οὐδὲ ὀρθὸς δύναται στῆναι ποσὶν, οὐδ' ἔτι νέεσθαι.
Οἶκαδε· οὔτε οἱ νόος ἐστὶ φίλα γυῖα λέλυται.
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.
Εὐρύμαχος δ' ἐπέεσσι προσηύδα Πηνελόπειαν,
Κούρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια,
Εἴ πάντες σε ἴδοιεν ἀν' Ἴασον Ἄργος Ἀχαιοὶ,
Πλείονες κεν μνηστῆρες ἐνημετέροισι δόμοισιν

Illic in lecto, tunc igitur diuina dearum
Immortalia dona dedit, ut ipsam admirarẽtur Achiui.
Pulchritudine quidem ei uultusq; purgauit
Immortali, quali benè coronata Venus
Vngitur, quando ibat chorum in amabilem.
Et ipsam longiorem & pinguiorem fecit uideri:
Albiorem autem ipsam fecit secto elephante.
Hoc quidem sic facto abiuit diuina dearum:
Venerunt autem famulæ, albis ulnis ex domo
Voce aduenientes: hanc autem dulcis somnus dimisit,
Et absterssit manibus genas, clamauitq;,
Certè me arumnosam mollis somnus cooperuit.
Vtinam mihi sic mollem mortem daret Diana casta
Quamprimum, ut non amplius lugens animum
In longũ tempus macerarẽ, mariti desiderans dilecti
Omnem uirtutem, quoniam eximius erat Achiuorum.
Sic loquuta descendit cœnacula splendida
Non sola, simul hanc & famulæ duæ sequebantur,
Hæc aũt quãdo iam procos peruenit diuina mulierum,
Stetit in limine domus ornatè factæ,
Ante genas habens mollia uela.
Famula autem igitur ei prudens utrinq; astitit,
Horũ.a. illic soluebantur genua, amore.a. animo mulce
Omnes.a. precabantur apud in lectis dormire. (bãtur.
Hæc.a. rursus Telemachũ alloquuta est suum filium,
Telemache nõ ampli⁹ tibi mẽtes firmæ, neq; cogitatio
Puer adhuc cũ esses, et magis in mẽtib. utilia cogitabas:
Nũc.a. quãdo tã magnus es, et pubertatis ad terminum
Et aliquis dicet filium esse beati uiri. (peruenisti,
In magnitudine & pulchritudine uidens alienus uir,
Non amplius tibi mentes sunt iustæ, neq; cogitatio.
Quale iam hoc facinus in ædibus factum est,
Qui hospitem sinisti indecenter tractari sic.
Quomodo nunc? si quis hospes in nostris ædibus
Sedens sic pateretur uexationem ob molestam,
Tibi dedecus, & contumelia hominibus erit.
Hanc.a. rursus Telem. prudens cõtrà alloquutus est,
Mater mea hac quidẽ in re nõ te accuso quòd iraſceris,
At ego animo intelligo & scio singula,
Bonaq; & peiora, (antea autem adhuc infans eram,)
Sed non possum prudentia omnia intelligere.
Nam me perterrent assidentes aliunde alius.
Hi.a. mala cogitantes, mihi.a. nõ adsunt auxiliatores.
Non tamen hospitis & Iri pugna facta est
Procorum cõsilio, fortitudine autem hic potentior fuit.
Vtinam enim Iupiterq; pater, & Minerua & Apollo,
Sic nunc proci in nostris domibus,
Mouerent capita domiti: hi quidem in uestibulo,
Hi autem intra domum, soluta essent membra singuli,
Sicut nunc Irus ille ad uestibulares ianuas
Sedet nutans capite ebrio similis.
Neq; rectus potest stare pedibus, neq; reuerti
Domũ, quò ei reditus erat. quoniã dilecta membra solu
Sic hi quidem talia inter se loquebantur. (ta sunt.
Eurymachus autem uerbis alloquutus est Penelopem,
Filia Icarij prudens Penelope,
Si omnes te uiderent in Iasone Argos Achiui,
Plures proci in uestris domibus

Manè

Manè conuiuarentur, quoniam præstas mulieribus
Specieq; magnitudineq; & mentibus intus æqualibus.
Huic autem respondit postea prudens Penelope,
Eurymache, certè meam uirtutem, speciemq; corpusq;
Perdiderunt immortales, quando in Iliũ naue profecti
Argiui, cum his aũt meus maritus erat Vlysses. (sunt
Si ille redux hanc meam uitam gubernaret,
Maior gloria esset mea, & melius sic. (men.
Nunc aũt tristor, tot. n. mihi impulit mala siniſtrũ nu
Certè quidem iam quando iuit relicta patria terra,
Manu dextra in Carpo nimirũ capta me allocutus est:
O mulier non puto bellicosos Achiuos
Ex Troia benè omnes illæsos redire.
Etenim Troianos dicunt pugnaces esse uiros,
Et iaculatores, & extensores sagittarum,
Equorumq; pedibus uelociũ agitatores, qui uelocissimè
Diiudicare possint magnam contentionẽ grauis belli.
Ideò nescio si me remittet Deus, an captus ero
Illic in Troia, tibi autem hîc omnia curæ sint.
Recordari patris & matris in domibus
Sicut nunc, uel etiam magis procul cùm ego fuero,
At postquam iam filium pubescentem uidebis,
Nube cui uolueris tua domo relicta.
Ille sic dixit, hæc iam nunc omnia perficiuntur.
Nox. a. erit, quando iam odiosæ nuptiæ obuiã uenient
Perditæ mei, cuius Iupiter beatitudinem abstulit,
Sed hic grauis dolor cor & animum cepit.
Procorum non hæc consuetudo antea corã me facta est,
Qui bonam q; mulierem & diuitis filiam
Despondere uolunt, & inter ipsos contendunt.
Idem ipsi abducunt boues & pingues oues,
Et amicis puellæ. i. sponsæ conuiũ & splẽdida dona dant.
Sed non alienum uictum impunè edunt.
Sic dixit, lætatus est aũt laborioſus diuinus Vlysses,
Quoniã horum quidẽ dona repudiabat, mulcebat aũt
Suauib. uerbis, mens aũt eius alia cogitabat. (animũ
Hanc. a. rursus Antinous allocutus est Eupithei filius.
Filia Icarij prudens Penelope,
Dona quidem quicunq; uoluerit Achiuorum huc ferre
Suscipe, non enim bonum renuere dationem est.
Nos autem neq; in opera antè imus, neq; aliò (mus.
Quã (ubi) tu alicui nupseris Achiuorũ quicunq; opti-
Sic dixit Antinous, his autem placuit sermo.
Dona autem portanda præmiserunt præconẽ singulus.
Antinoo quidẽ portauit magnam perpulchrã uestem
Variam, intus autem erant fibulæ duodecim omnes
Aureæ, iuncturis benè flexibilibus congruentes.
Monile autem Eurymacho peruarium statim portauit
Aureum, electris fulgens sicuti Sol.
Inaures autem Eurydamanti duo serui portauerunt,
Tripupillas elaboratas, gratia. a. inde splẽdebat mulia
Ex autem Pisandro Polyctoride rege,
Monile portauit seruus perpulcrum ornamentum.
Aliud autem alius donum Achiuorũ pulcrum dedit.
Hæc q dẽ postea ascendit (ad) cenacula diuina mulierũ
Huic autem simul famulæ portabant perpulcra dona.

Η' ὣθεν δαινύατ' ἐπὶ ϖδείοισι γυναικῶν
Εἶδός τε μέγεθός τε, ἰῇ Φρένας ἔνδον ἑίσας.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ϖεῖφρων Πηνελόπεια,
Εὐρύμαχ', ἤτοι ἐμεῖο ἀρετὴν εἶδός τε δέμας τε
Ὤλεσαν ἀθάνατοι, ὅτε Ἴλιον εἰσανέβαινον
Ἀργεῖοι μετὰ τοῖσι σὺν ἐμὸς πόσις ἦεν Ὀδυσεύς.
Εἰ κεῖνός γ' ἐλθὼν τὸν ἐμὸν βίον ἀμφιπολεύοι,
Μᾶλλόν κε κλέος ἐσθλὸν ἐμοὶ καὶ κάλλιον εἴη.
Νῦν δ' ἄχομαι· τόσα γάρ μοι ἐπέκλωσεν κακὰ δαίμων.
Ἧμος γὰρ δὴ ὅτε τ' ἦιε λιπὼν κατὰ πατρίδα γαῖαν,
Δεξιτερὸν δὴ καρπὸν ἐλὼν ἐμὸ χεῖρα ϖεσηύδα,
Ὦ γύναι, οὐ γάρ οἶω εὐκνήμιδας Ἀχαιοὺς
Ἐκ Τροίης εὖ πάντας ἀπήμονας ὀπυιέσθαι.
Καὶ γὰρ Τρῶας φασὶ μαχητὰς ἔμμεναι ἄνδρας,
Ἠμὲν ἀκοντιστάς ἠδ' ῥυτῆρας ὀιστῶν,
Ἴππων τ' ὠκυπόδων ὀπιδήτορας, οἵ κε τάχιστα
Κρίναν μέγα νείκος ὁμοίϊον ϖολέμοιο.
Τῷ οὐκ οἶδ' εἴ κέν μ' ἀνέσει Θεὸς, ἦ κεν ἀλώω
Αὐτῇ ἐνὶ Τροίῃ· σοὶ δ' ἐνθάδε πάντα μελόντων.
Μεμνῆσθαι πατρὸς καὶ μητέρος ἐν μεγάροισιν,
Ὡς νῦν, ἢ ἔτι μᾶλλον ἐμεῦ ἀπονόσφιν ἐόντος.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ παῖδα γυναῖκα τε ἴδηαι,
Γήμασθ' ᾧ κ' ἐθέλῃσθα, τὸν κατὰ δῆμα λιποῦσα.
Κεῖνος δ' ὣς ἀγόρευε· τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται.
Νὺξ δ' ἔσται ὅτε δὴ συγερὸς γάμος ἀπτολέσσει
Οὐλομένης ἐμέθεν, τῆς τε ζόος ὄλβον ἀπηύρα.
Ἀλλὰ τόδ' αἶνον ἄχος κραδίῃ καὶ θυμὸν ἰκάνει.
Μνηστήρων ἔχ ἦδε δίκη· * τοπάροιθε τέτυκτο, *κ. τοπάροιθ' ἐτέτυκτο,
Οἵτ' ἀγαθὴ τε γυναῖκα καὶ ἀφνειοῖο θύγατρα
Μνηστεύειν ἐθέλωσι, καὶ ἀλλήλοις ἐρίσωσιν.
Αὐτοὶ τοὶ γ' ἀπάγουσι βόας καὶ ἴφια μῆλα,
Κήρης δαῖτα φίλοισι, καὶ ἀγλαὰ δῶρα διδοῦσιν·
Ἀλλ' οὐκ ἀλλότριον βίοτον νηπινον ἔδουσιν.
Ὣς φάτο· γήθησεν δὲ πολύτλας δῖος Ὀδυσεύς,
Οὕνεκα τῶν μὲν δῶρα παρέλκετο, θέλγε δὲ θυμὸν
Μειλιχίοις ἐπέεσι, νόῳ δὲ οἱ ἄλλα μενοίνα.
Τὴν δ' αὖτ' Ἀντίνοος ϖροσέφη Εὐπείθεος υἱὸς,
Κέρη Ἰκαρίοιο * ϖεῖφρον Πηνελόπεια, *κ. περίφρων
Δῶρα μὲν ὅς κ' ἐθέλῃσιν Ἀχαιῶν ἐνθάδ' ἐνείκαι,
Δέξασθ', ἀγαθὸν γὰρ καλὸν ἀνηνάσθαι δόσιν ἐστίν.
Ἡμεῖς δ' οὔτ' εἶμεν ἔρχα πάρος γ' ἴμεν, οὔτέ πῃ ἄλλῃ, *κ. Περίσσετα. κ. Περίσσετά τε.
Πρίν γέ σε τῷ γήμασθαι Ἀχαιῶν ὅστις ἄριστος.
Ὣς ἔφατ'· Ἀντίνοον δ' ἐπιώδυνον μῦθος ἔπειθε.
Δῶρα δ' ἄρ' οἰσέμεναι ϖροέηκε κήρυκα ἕκαστος.
Ἀντινόῳ μὲν ἔνεικε μέγαν ϖεῖκαλλέα πέπλον
Ποικίλον· ἐν δ' ἄρα οἱ ἔσαν ϖερόναι δυοκαίδεκα πᾶσαι
Χρύσειαι, κλῃσὶν εὐγναμπτοις ἀραρυῖαι,
Ὅρμον δ' Εὐρυμάχῳ πολυδαίδαλον αὐτὰρ ἔνεικε
Χρύσεον, ἠλέκτροισιν ἐερμένον, ἠέλιον ὥς.
Ἐρμαῖα δ' Εὐρυδάμαντι δύω θεράποντες ἔνεικαν,
Τρίγλωχα, μορόεντα· χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλή.
Ἐκ δ' ἄρα Πεισάνδροιο Πολυκτορίδαο ἄνακτος
Ἤνεικεν θεράπων ϖεῖκαλλὲς ἄγαλμα.
Ἄλλο δ' ἄρ' ἄλλος δῶρον Ἀχαιῶν κάλον * ἔνεικεν. *κ. ἤνεικαν

Ἧμος δ' ἔπειτ' αὖ βαῖν' ὑϖερῷϊα δῖα γυναικῶν·
Τῇ δ' ἄρ' ἀμ' ἀμφίπολοι ἔφερον ϖεῖκαλλέα δῶρα.

COMMENTARIVS.

ῥῳστότητι) Narrationem illam, quam de infortunijs suis antea procis Vlysses exposuerat, Antinous quidem risu excepit, ut

de eius ueritate proculdubiò dijfidierit: at hîc Amphinomus credidisse uideturcùm pristini status & fortunę dignitatẽ ei restitui optat. An idem cæteris procis persuaserit, nondum constat. Hîc sanè Amphinomus uidetur mansuetudine insigniori reliquis fuisse præditus: ut etiam à Poeta sub Vlyssis loquentis persona paulo pòst describetur.

ἀμφίνομ' ἦ μάλα μοι) Huius orationis scopus est Vlyssi propositus, ut Amphinomum istũ de uitando imminenti Vlyssis aduentu præmoneat. Primùm itaq; præfatur in eius Amphinomi laudes, tum à propria eius prudentia, tum à generis encomio tam à probitate quàm à diuitijs: quod præmisit, ut magis consilium suum, quod erat paulo pòst indicaturus, ei probaret. Sit enim melius prouisum & consultum optamus, quos ob uirtutem suspicimus: saltem hic est uiris bonis affectus inditus, qualem se hic mendicus exhibere uoluit. Tum antequã expressè illi mentẽ suam & scopum huius exordij aperiat, subijcit quædam de fragilitate hominis & rerum humanarum inconstantia, quâ felicitas cum infelicitate facillimè commutatur, ut suo exemplo quoq; docet. Vnde ostendere uoluit, nõ esse mirum, si petulantia ista procorum, quæ prosperitatis habet speciem, tandem desinat, & tragicum sortiatur exitum. Quod breui euenturum monet, siquidem instet ipse Vlysses, cuius aduentus hunc cœtum procorum, non αἰσιμῳσὶ sit dissipaturus. Itaq; suadet, ut se huic exitio maturè subducat, quod tamen effugere non potuit: à Telemacho enim interficietur, ut uidebimus inf. lib. χ.

ἀλλ' ἀκιδνότερον) Quò deueniet ergo fastus nostrorum hominum, si illis nullum ex animalibus imbecillius Natura cõdidit? Quid nos tam misera & fragili conditione superbimus? Audi quid dicat Vlysses Homericus, Non audis? Atqui te hoc uulgaris experientia satis docet. Quid est quæso homo? πνεῦμα ἢ σκιὰ μόνον, inquit Sophocles. χθὲς οὐκ ἐμέλλησεν, πολυδάκρυτον, ἀθρεῖν, οἷόν ἐσορᾷς, εὐανδρον καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης, inquit Palladas. Circumstant nos innumeræ calamitates, incerta est & instabilis, qua fruimur, felicitas: momentaneum illud, quod nos in hoc Orbe beatitudinem appellamus. Quod si animo reuolueremus, ταπεινοτέρους & humiliores nos futuros non dubito.

γαῖαν ἐπιπνείει) Rectè Eustathius, πρὸς Δημόκριτον, inquit, ἴσθι δ' ἐμὲ μὴ ἐχόντων τοῦτον ἀεὶ θρίγκα ἐν εὐτιμίαν ζῶντ ἐν σκωλήκων καὶ ἐχθυδίων, καὶ ζωοφύτων ἐν τῶν πιόντων, ἀκιδνότερον ὁ ἀνθρωπος.

ὅσσα τε θυμὸς) Vt animus diuinus est ita facultatem quandam diuinandi habere est creditus ab antiquis, ac futura quodammodo præsagiendi, ea præcipuè quæ sibi sunt euentura: tũ uerò maximè, quę siniſtra sunt & infausta. Quod iam experimento Amphinomus comprobat. Id autem Peripateticorum pueri diligentiùs examinant.

τὴν δ' ἄρ' ἐπιφρεσύνη) Non obliuiscitur suę consuetudinis Poeta, qua omnium rerum bene aut decenter gestarũ initium à Numine auspicatur. Porrò Mineruam authorem facit huius apparitionis Penelopes, ut iam ab ipso principio intelligamus, temerè illam non prodire, quæ hoc ex instinctu Deæ prudentiæ proinde prudenter fecerit. Sed quis scopus huius nouę ἐπιφανείας; Duplex: Primus, ad uehementiùs augendum amorem procorum (ita enim intelligo illa, ὅπως πιπίσκῃς μᾶλλον θυμὸν μνηστήρων) ut accidit. Sunt enim in amore duces oculi, inquit ille, & rei uisæ studio ardentiùs afficimur quàm absentis. Voluit ergò imminente iam huius nuptialis tragœdiæ catastrophe uiolentiores actus procorum inducere, ut eò grauior & funestior esset eorum exitus, quem illi feliciorem sperabant. Aliam tamen huius loci interpretationẽ olim ex ui uerbi πιπίσκῃς assignabimus. Secundus scopus huius ἐπιφανείας est gloria ipsius Penelopes. Quæ nam uerò tandem gloria? quòd suo conspectu mixtim in modum tum filium tum coniugem affectura erat, tot ornamentis diuinitùs decorata, aut, ut ait Eustathius, ὡς ἂν μᾶλλον θαυμασθείσαν, ἐν μεταχειρισαμένη τὸν ῥηθησομένον δόλον περὶ λουτρόν. Quod sanè magis placet, quia id expressis uerbis de Vlysse docet poeta cùm ait, pòst illud Penelopę cum Eurymacho colloquium, γήθησεν δ' πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς: at de Telemacho id quoq; indicat, ubi modestè matri respondet, cùm aliàs satis asperis uerbis eam coerceat. Vnde oportuit aliquid amplius maiestatis in ea refulsisse, quæ ad debitam ei reuerentiam exhibendam Telemachum permouerit.

εὐρυνόμη) Hæc Eurynome erat ταμία ἐνδοτέρω, inquit Eustathius, proinde meritò eidem cõsilium de prodeundo exponit Penelope, ne quid temerè agere uideatur, quod suspicari poterat, si hoc non rescisset Eurynome. Id porrò uidemur debere familiaribus & priuatis amicis nostris, ut nihil eis inconsultis aggrediamur, tum quòd æquum est eos, ut qui uitæ cõmunione utũtur, institutа quoq; sua & consilia inuicem communicent, tùm quòd amici quoq; consensus aut dissensus multùm interdum prodesse potest siue ad confirmandam, siue ad infirmandam nostram aliqua de re sententiam. Et hoc etiam experta est Penelope Cùm enim suis luctibus sordidata & minus compto habitu esset proditura, ab Eurynome intellexit, elegãtiùs esse sibi prodeundum, quam tamen elegantiam arcessere recusauit, à Minerua tamẽ insciа accepit, unde sanitas consilij Eurynomes perspicitur, utpote cui Numen sit etiam astipulatum.

ἤδη μὲν γάρ τοι παῖς) Vt facilius persuadeat Penelopę, aduocandos illi esse alios ornatus pro his luctuũ sordibus, duo illi proponit primùm, turpe esse in perpetuis luctibus uersari, quia putà aliquem tandem esse oporteat dolorum finem, quorũ ut iusta sit causa, at uitiosa & indecora tamen est perpetuitas, in re potissimũ ubi lugendo nihil proficitur. Euripides diceret, μισῶ γυναῖκα λεπτὰ μηχανωμένην. & Proteus Homericus: —— μὴ πολλὰ χρόνον ἀσχαλόω ἔτι πλαγχθείς ἐπὶ πόντον ἀπείρονα δυσπεμφέλου. Philoctas in Cerere dicit à Ioue concoquendis doloribus tempus esse destinatum, his uerbis: ἀλλ' ὅτ' ἐπὶ χρόνῳ ἴλαθι ὀδύνας οὐδὲ Διὸς ἄλγεα πάσσειν ἐπίσταμαι, πάντων φάρμακα μοῦνον ἔχει &c. Eurynome igitur sapienter monet, modum esse luctibus Penelopæ adhibendum, imò finem tandem imponendum. Secundò docet, maiorem esse lætitiæ quàm doloris causam Penelopę quòd iam tali frueretur filio, qualem illa maximè optauerat. Vnde illam non solùm gaudere, sed etiam tam diuturni ob amissum coniugẽ doloris obliuisci oporteat. Ea siquidem est natura contrariorum affectuum, ut inuicem se trudant & expellant, modò tamen qualitatum magnitudine superentur, putà si lætitia maior sit tristitiâ. At gaudij causam præsentem habebat Penelope, & recentẽ, imò quæ in dies inolescеret propter uirtutes filij, quę cum ætate augebantur: at doloris causa iam à tot annis inueterata relanguere debuit, & imminui; tantæq; lætitiæ cedere. Atq; hæc est Eurynomæ sententia.

εὐρυνόμη) Superius consilium Eurynomæ quidem fuit, quod ad ornatum Penelopæ conuenientem spectauerit, neque sine causa: at prudens quoque est eius recusatio à Penelope facta. Honestè enim multa imò melius longè renuis, quæ te decere alij existimauerint, quàm si liberè susceperis, ne tui studiosus plus æquo uideris, adeò ut ea etiam quæ meritus sis, cum laude possis recusare. Sic Penelope αἰδέσιμον illum ἀνηρίσμον, ut loquitur Eustathius, modestè recusat, duabus potissimùm de causis inuicem connexis, tum quòd mœsta adhuc ex tam diuturna coniugis absentia eum sibi conuenire nõ existimet, tum quòd naturali illo pristino ornatu uiduata peregrinum nolit arcessere Vtraq; ratio miris digna laudibus & perpetuis encomijs, tam ex ipsius natura facti, quàm ex raritate. Leuitas enim muliebris ingenij satis est nota (ut ueras & absolutas uirtutes minus liberaliter huic sexui Natura exhibuit) qua ueteres amores facillimè pro nouis exuũt. Nescio an illas mari genitas appellaret Simonides. At illæ sanè patientem, ni fallor, aurem Theoclymeno illi Euripideo accõmodarent, Helenam ob defunctum Menelaum solanti, his uerbis:

σὺ δ' ὦ τάλαινα, μή ποτ' ἐν βροτοῖς ἀνὴρ — σὸν ἔρχεται δῶ πικρόν τε μὴ γένῃ
σχύζου σὺ σαυτῇ: Μενέλεως δ' ἔχει πόντιον, — εἴρηκε πόσιν χρὴ τὸν σὸν μενεῖν ὅστ' ἐσθλόν.
κοὐκ αὖ θέλοντα ζῆν ὁ κατθανὼν πόσις

Et hæc quidem ita uulgata sunt, ut qui illa ignorat, in cœtus hominum ueniſſe nunquam crediderim. Præterea quis nescit, quanto studio fucos & peregrinos ornatus mulieres aduocent? Illas ex æqua natas dictitaret Simonides, quæ quotidie bis aut ter interdum se abluũt, & unguentis spargunt, etiam plerunq; ubi lugendi tempus instat, ne dum pòst diuturnos dolores curam illam abijciunt, ut nostra Penelope, quæ testatur, nolle se adulterinum illum ornatũ, quem suadebat Eurynome, ementiri, quasi uidelicet indecorũ sit, eam formosam uideri uelle, quæ talis reapse nõ existat: aut (quod maximè animo uoluisse Penelopen puto) eam quæ mariti absentiam lugeat, lætitiam ullam ac hilaritatẽ oris forma aut alio corporis cultu testari. Duo autẽ erant quę proponebat illi Eurynome: primùm ut corpus lauaret: deinde ut os unguentis aspergeret. Vtrũq; apud Homerum frequens & ipsis etiam heroibus (quos has delicias magis decuit aspernari) usurpatum. Cur ergo ita morosam nobis fingit hanc Penelopen, ut illa à se amoliatur, quæ per se nitij nihil habent? Sed talem oportuit esse, quæ in cæteris coniugis tam tenaciter fuit memor, ut hactenus illa omnia pigmẽta sit aspernata, ne iam eam memoriam excussisse & arcessitis his formæ reparandæ instrumentis irritandæ procorũ uoluptati studere spontè uideatur. Verum est enim illud Electræ apud Euripidem:

Γυνὴ δ' ἀπόντος ἀνδρὸς ἡδονὰς ἑλὼν — ὑβρίζει δ' αὐτὴ δῶμα δεσπόσαν λύπης
ἐς κάλλος ἀσκεῖ, δέμας ἀφ' οὗ ἄνευ κακοῦ — φάσκειν ἀγῶνα τοῦτον· ἐν δὲ μὴ ζατῇ κακὸν

Hunc

Hunc ergo ſquallorem meritò illi ſplendori anteposuit, famæ & exiſtimationis adhuc integræ retinendæ cauſa. At ſuperis aliud uiſum, ut in ſequentibus uidebitur, ubi Minerua totã illi oris elegantiam in medio ſomno conciliabit. Quod Deę conſilium ſuis etiam rationibus non caret, quib. tamen Penelopæ recuſatio non infirmatur, ut iam in ipſo initio prę monuimus.

χρῶτ' ἀπονίζεσθαι) Balneorum uſus eſt antiquiſsimus, ut ex Homeri locis pluribus conſtat, ſicut etiam unctionum. Illorum finis duplex fuit, primus abluendis corporis ſordibus: ſecundus recreando & refocillando corpori ex laboribus. Quod utrumq; balneorum effectum, interprete Plut. in lib. de Vita Homeri, nobis poeta indicauit in illis uerſibus ſup. Odyſſ. κ.

——λό' ὅτε τρίποδας μεγάλους ὄφρά μοι ὅτε κάμοτον θυμοφθόρον εἵλετο γῆρας.
θυμῆρες λεφέσασα καὶ ἀσπάσιόν τε καὶ ὤμων

Quod etiam ibidem Euſtathius annotat. Sed frugalior fuit illis temporibus hic balneorum uſus quàm ſequentibus fuerit. Vide Clem. Alexand. Pædag. lib. 3. cap. 5. & 9.

ἐπιχρίεσθαι ἀλοιφῇ) Quid per ἀλοιφὴν intelligat, mihi nondum conſtat. Hactenus non credo aliud ſignificare quàm oleum, quo in unctionibus utebantur, ut ex alijs poetæ locis colligi facillimè poteſt. Nam ut τὸν μυρεψικὸν ἄφεσιχιον non intelligã, facit quòd illas delicias ſolis Deabus, quod ſciam, tribuat Homerus, ut Iunoni & Veneri in Iliade: ubi illa ambroſia ſeipſam & ueſtes ſuos perungit, hæc cadauer Hectoris roſeo oliuo diuino. Eaſdem quoq; Paridi uidetur tribuiſſe, cùm eum Iliad. γ. κάλλει φίλον ἔπτα appellat, nempe μύρῳ, ut ait Euſtathius, δι' ἃ εὐωδέστατος ἡ ἡδὺ γίνεται: quo ori cõciliatur uenuſtas & elegantia. De unguentis uide Stuckium, Antiquit. Conuiual. lib. 3. cap. 15.

ἄμβροτα εἵματα δῦσε) Elegantiori forma & cultu inſignitam Penelopen ad procos exire uoluit Minerua, tum ut magis hac ratione procos ad ſolicitandas eius nuptias atq; adeò ardentiùs urgendas inflammaret, tum etiam ut Vlyſſem illa uenuſtate ad ulciſcendam procorum petulantiam grauiùs excitaret, intelligentem non pro fœmina uulgaris, ſed exquiſitiſsimę formæ tantum certamen ab eo debere ſuſcipi. Adhibet ergo nõ trita & leuis momenti remedia, ſed qualibus ipſa Venus lepórũ & gratiarũ dea uti aſſolebat, cùm ad choros accederet, ut cœtum cultu ſuo oblectaret. Hoc pigmentum oris fuit. Sed & alterũ uſurpat in augendo & amplificãdo illius corpore. Vbi docet poeta, qualis ſtatura & corporis habitus fœminas deceat, quæ laudem ex formæ præſtantia aucupantur: ſcilicet breuiuſcula & macilenta corpora illis denegat, in quibus minus eſt lepórum & uenuſtatis. Quod tamẽ ita eſt intelligendum, ut illius μηδὲν ἄγαν non obliuiſcaris. adijcit cutis alborem, qui maximè in mulieribus ſolet commendari. Et iſta tamen omnia Minerua Penelopæ ſuppeditat, nõ Venus, cuius hoc potiùs officij uidebatur: ſcilicet impuram illam adulteriorum magiſtram à caſtis ædibus Vlyſſeis arcet, ne quid ſimile Agamẽnoni aut Menelao Vlyſſes patiatur. Atqui, inquies, Venerea faciei medicamina aſſumit Minerua. Hinc ergo, inquã, facilè unius eiuſdẽq; rei uſum & abuſum eſſe intelligis pro eius ratione, qui eam amplectitur & exercet. quæ non leuis eſt obſeruatio.

τηλέμαχ' ἠκέπι) Ex duplici fine, cuius gratia Penelope egreditur, hic eſt (Primus enim fuit in irritando procorũ amore, qui præceſsit: primus, inquam, non quatenus à Penelope proficiſcitur, quæ illud non habuit in animo: ſed quatenus id ex conſilio Mineruæ καὶ συμβούλου à Penelope ſit perficitur. Vnde hoc etiam in αὐτομάτοις eius reſpectu collocamus) hic eſt, inquã, ſecundus, ut Telemachum increparet, quòd tam ignauus & uecors extiterit, ut in ſuis ædibus tot contumelijs hunc hoſpitem affici hactenus ſit paſſus præter ius hoſpitalitatis, quo ſartos tectos hoſpites eſſe oporteat. Agit ergo iam cum illo, & ei primùm ἀφροσωλω obijcit, qualis in tam prouecta iam ætate conſpici non debuit. In qua præcipuè longè imprudentiore eſt animo, quàm in ipſa pueritia, in qua neſcio quid generoſi magis præ ſe ferre uidebatur, ubi nũc ita remolleſcit, ut has procorum inſanas petulantias tam ignauè ferat. Obijcit deinde parentis fortitudinem, à qua planè degener apparet. Ita enim intelligo, quòd eum ὄλβιον appellat, ſiquidem aliàs uiderimus ex omni uirtute (quam πάντων ἀριστῶν tum alias tum paulò antè uocauit) beatitatem ab Homero cõſtitui. Ex generali ergo illa conſtitutione hanc fortitudinis particulam huic loco accommodo. Addit, quòd eo ſit corpore, eaq; corporis pulchritudine, ut pudefieri eum deceat, qui in tam egregio & præſtanti ergaſtulo tam ignauos contineat animos. Aliàs enim ſatis annotauimus, dedecus eſſe ubi eleganti corpori animus nõ reſpondet: quod hoc ipſo libro in perſona Iri uidebamus.

μῆτερ ἐμή) Telemachus modeſtè illas matris obiurgationes excipit, quanquam non tantùm æquitatis in ſe continebãt, ut ab alio quàm à morigero filio patienter tolerari poſſent. Nam quòd illa obijciebat, indecorum ei eſſe, tot procorũ petulantias ferre: conſtat, unius robur & authoritatem tantæ multitudini obſiſtere non potuiſſe. Deinde quod ad hoſpitem attinet, nihil ei adeò graue contigit, ut ei facta iniuria dici poſsit, qui putà Irum tam feliciter ferè examinem ſolo proſtrauerit. Quod cùm dicit Telemachus, obliquè uidetur hac in parte Penelopæ ſatisfacere. Illa enim de Antinoi facto uidebatur conqueri: hic uerò de hoſpitis & Iri pugna reſpõdet. Sed reuerà ei quoq; parti ſatisfacit, cùm dicit, ſe ſolum tot procis aduerſari nõ poſſe. Hoc autem de Iro adiecit, ut faciliùs & commodiùs uotum ſuum de procorum pernicie ſubiungeret, tum ut etiam hac victoria hoſpitis leniret matris animum, quod ei iucundum auditu futurum tam propter ipſius Iri caſum, quàm procorum ratione, quos id ægrè laturos intelligebat.

ἰοῦλά τε καὶ τὰ χέρηα) Vulgatum eſt Logicorum effatum, Contrariorum eandem eſſe ſciẽtiam. ſic uitia nouit, qui callet uirtutes. Quo ſenſu dicit Telemachus, ſe non ſolùm bona, ſed etiam mala intelligere, ut Euſtathius quoque interpretatur: τὸ δὲ οἶδα, inquit, ἰοῦλα δὲ καὶ τὰ χέρηα σοφὸν τὸν παῖδα κομψοφιλόκυδον. ἐὰν ὅτι μὲν αὐτόθεν δὲ τὰ καλὰ, ἐὰν ὅτι δὲ δὲ τὰ μὴ τοιαῦτα, οὐ τοῦ μαθεῖν αὐτὰ κρινόμενον τὴν ἰοῦλαν καὶ τὸ χέρηα παιδείαν. Iſta ſané ſcientia uera eſt, dummodò intelligas non eſſe reciprocã. Nam qui uitia nouit, nõ ſtatim uirtutem callet, ſed contrà. Imò ſi prima noſtræ gentis primordia repetas, neq; hoc quidem contrarium conſtabit. Notum eſt enim, autores noſtri generis bonum antè calluiſſe quàm malum, quod tum demum norunt, cùm arborem illã ſcientiæ boni & mali in noſtram perniciem deguſtarunt, cùm tamen homines in hoc ſtatu, in quo, ab illo miſero primæuorũ parentum lapſu uiuunt, cõfiderabis, iſta Telemachi oratio rectè à quouis enunciabitur, ſi uirtutis ſtudium fuerit amplexatus. Hoc argumento P. Ramus, clariſsimum illud literarum lumen, quod nobis nefanda illa Pariſienſis laniena extinxit, in Logica, Sophiſmatum doctrinam heterogeneam eſſe cõtendebat: quia recta argumentandi ratio uitioſam ſatis doceat ex natura contrariorum. Sed hoc forſan ἀσυσσολόγυστον.

ζεῦ πάτερ) Quòd hos tres deos tantùm inuocet, μυστικῶς esſe puto, & ex ueteri Aegyptiorum Theologia tractum. Sed tutum mihi non eſt hæc aperire, & ſæpius clamandum eſſet, ὦρας ἐπιλαθοῦ βέβηλοι.

κούρη Ἰκαρίοιο) Primas in alloquenda Penelope tribuit Eurymacho Homerus, quòd, ni fallor, confidentiùs cæteris eius nuptias ſibi pollicebatur, aut quòd principem locum inter alios obtineret. Illam ergo affatur, & cùm intelligat ingentum mulierum laudibus formæ maximè delectari, eam ex hac parte commendat, ut ſe etiam tacitè illi hac ratione cõmendaret. Eos enim amare ſolent, à quibus ſe maximi fieri ſentiunt. At hoc quidem uulgus mulierum. Penelope uerò longè alio eſt ingenio, neq; ullis modis demulceri poteſt, ut in eius ſubſequenti oratione pleniùs uidebitur.

ἰδὲ φρένας) Non tantùm à corporis, ſed etiam ab animi bonis laudat Penelopen. Vbi docet Poeta, illa duo ſeiungenda non eſſe in muliere, quæ ueram & non fucatam laudem merentur.

Εὐρύμαχ' ἦ τοι ἐμὸν ἀρίστου) Laudes illas à forma & prudentia ſua Penelope ita excepit, ut omnino illas reſpuere non uideatur, quaſi utraq; parte ſemper nõ caruerit: ſed ſe illis iam deſtitutam poſt tam longam coniugis abſentiam teſtatur. Imò, inquit Euſtathius, ἐπαινεῖ ἑαυτὴν ἡ γυνὴ φιλεκάλως ἐς ἔπαινον κάλλους ὑπερβαίνουσα τὸ ἔ ἐὐρυμάχε. ἐ γὰρ νεῦ πασσῦ περέσειν, οἷα λῶ ἄφρ τὸν ἄνδρα ἔχουσα; Per ἀρίστου autem τὸ εὐξύμονον τ ζωῆς καὶ μακροχρονίου ἃ ἔ πᾶσιν γυναιξὶν ἐξαίρετα vult intelligi. Qua de re aliàs. Nos hactenus nudè interpretamur, ut Penelope illi parti quoq; orationis Eurymachi ἰδὲ φρένας ἐνθλον ἴσας reſpondeat. Cæterùm appoſitè reliqua de Vlyſſe dicentem inducit Penelopen, ut eius cõſtantem & fidelem animum Vlyſsi reuerà notum faciat, & alacriùs eius gratia internecionem illam procorum ſuſcipiat.

νὺξ δ' ἔπεσε) Videtur ſpontè Penelope in alicuius proci nuptias propendere: ſpontè, inquam, quæ de ijs ſermonem, minimè rogata, inijcit, non quòd lubenter hoc optaret. ſed quia diutiùs protrahi negocium non poſſe animaduerteret. Ergo ἐκνυσσ αἰνῶς γε θυμῷ aſſentiri debuit. Sed hoc tamen elocuta non uidetur aliam ob cauſam, quàm ut ſe eò infeliciorem oſtenderet, quæ id facere cogeretur, quod ipſa, ſi ſui iuris fuerit, maximè omnium recuſare ſit parata. Sed hinc parentũ preces, inde moroſa procorum importunitas hanc illi uoluntatem, quantumuis inuitę, extorquent, ut tamen ſe eo nomine perditam & miſeram exiſtimet.

ἀλλὰ τὸ γ' αἶνον ἄχω) Nunc in procorum petulantiam inuehitur, modeſtè tamen & ſine ulla acerbitate, ea nihilominus ra-

tione, ut facti huius grauitatem illi perpendere potuerint. Arguit ergo illos à facti insolentia, siquidem intelligat, non esse moris, ut qui nuptias ambiunt alienas opes, hoc est familiæ, in qua sponsa uersatur, diripiant, cùm potiùs ipsi suas conferãt, & in amicos ac affines illius liberaliter profundant. Vbi notari potest ueterum consuetudo.

ἤνιπε τῶν μὲν ἀέθλων) Mirari soleo, cur hac de causa Vlysses lætaretur. Quid enim nisi omnia sinistra de uxore poterat suspicari, quæ non solùm suauitate uerborum procos deliniret, sed dona etiam ab ipsis acciperet? Illud quidem leue satis erat, sed huic secundo additum, longè grauissimi momenti fuit. Vulgatum est Gallorum prouerbium:

Femme qui donne Elle s'abandonne: Femme qui prend Elle se rend.

Id est, ut nos ex tempore uertebamus:

Siue capit mulier siue ulli munera donat, Aut eius ruit, aut prostituit se castitas.

Omnino uerè: uix est enim, ut ab alio accipiant fœminæ, quàm ab eo, quem ipsæ amauerint, aut, si tantas amor radices nõ egerit, cui χαριζέσθαι libenter nolint. Ei porrò te deuinctum esse facilè putes, qui te muneribus suis honestauerit, & quacũq; ratione potes (ἀχαριστος quosdam nunc non alloquor) memorem te illius beneficij non solùm exhibebis, sed etiam animi tui gratitudinem reipsa testaberis. Id uerò mulieres potissimùm facere solent, quæ minimo negotio intelligũt, quòd illa donantis liberalitas tendat, quæ illam iurisconsultorũ formulam tacitè subindicat, DO VT DES. (Notum est quo pacto *dent* fœminæ: ita enim usurpãt illud uerbum lasciui poetæ, ut Græci τὰ χαριζόμενα. Martialis, Nõ solet accipere quid solet ergo? dare.) Dant ergo facilè cùm accipiunt mulieres. quid ergo Vlyssi hoc placuisse potest, ut tot dona à procis Penelope acceperit? Respondeo, duobus modis hunc locum me intelligere. Primùm, ut simplicissimè ex hac λήψει Vlysses sit lætatus, idq; quòd hac ratione uideat opes procorum imminui, & in bona sua transire. Secundò, ut ex eo gaudeat Vlysses, quòd licet hæc dona accipere Penelopen uideat, tamen intelligat nihilominus, integra & constanti illam esse mente: quod ex præcedenti illius oratione omnino deprehendit, ubi illa animũ suum ingenuè aperuit. Et hæc mihi posterior sententia magis arridet. quia etiam hoc innuere uidetur poeta, cùm subijcit, νόος ἦ οἷα φρονεῖ. Plutarchus uerò in lib. de Aud poet. Siquidẽ, inquit, Vlysses muneribus & quæstu gestit, proficiscitur in comœdia superat lenocinio Polyagrum. Sin uerò ratus, potiùs opportunos habiturum se ob spem & expectationem, nec opinantes: non iniusta est eius lætitia & fiducia.

ἀγάσσατο καλὸν) Hæc γνώμη monet Penelopen, ne dona sibi oblata recuset, quòd id facere honestum nõ sit. Et hoc quidẽ ex procorum sententia at in hoc negotio omnino laudandum quia ea recusatione libidini eorum fenestram claudebat: cõtrà uerò δολοπλοκως eos faciebat Penelope. Cæterùm per se ingenuum est, ubi candidum donantis animum perspexeris, eius liberalitatem ac munificentiam non aspernari. Vide Senecam lib. 2 de Benef. cap. 18. & in sequentibus.

Οἱ δ' εἰς ὀρχηστύν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν
Τρεψάμενοι τέρποντο μένον δ' ὄφρ' ἕσπερος ἔλθοι.
Τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ὄφρ' ἕσπερος ἦλθεν·
Αὐτίκα λαμπῆρας τρεῖς ἔστασαν ἐν μεγάροισιν,
Ὄφρα φαείνοιεν· περὶ δὲ ξύλα κάγκανα θῆκαν
Αὖα πάλαι, περίκηλα, νέον κεκεασμένα χαλκῷ·
Καὶ δαΐδας μετέμισγον ἀμοιβηδὶς δ' αἰέφαννον
Δμωαὶ Ὀδυσῆος θαλασσίφρονος. αὐτὰρ ὁ τῆσιν
Αὖτὸς διογενὴς μετέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς,
Δμωαὶ Ὀδυσῆος δηρὸν οἰκομένοιο ἄνακτος,
Ἔρχεσθε πρὸς δῶμα θεᾶς ἐρικυδέος· ἔνθα καὶ αὐτοὶ
Ἥμεναι ἐν μεγάρῳ, ἢ ἔργα παρέκπεπ χερσίν.
Αὐτὰρ ἐγὼ πᾶσιν τούτοισι φάος πάντεσσι παρέξω.
Ἤν περ γὰρ κ' ἐθέλωσιν ἐΰθρονον Ἠῶ μίμνειν,
Οὔπω με νικήσουσι πολυτλήμων ἔμ' ἐόντα.
Ὡς ἔφαθ'. αἱ δ' ἐγέλασσαν, ἐς ἀλλήλας δ' ἴδον αἱ.
Τὸν δ' αὖ χρῶς ἐνένιπε Μελανθὼ καλλιπάρῃος,
Τὴν Δόλιος μὲν ἔπεπνε, κόμισσε δὲ Πηνελόπεια,
Παῖδα ἅ ὡς ἀτίταλλε· δίδου δ' ἄρ' ἀθύρματα θυμῷ,
Ἀλλ' οὐδ' ὣς *κῆδε πένθος ἐνὶ φρεσὶ Πηνελοπείης.
Ἀλλ' ἦγ' Εὐρυμάχῳ μισγέσκετο, καὶ φιλέεσκεν·
Ἣ ῥ' Ὀδυσῆ ἐνένιπεν ὀνειδείοις ἐπέεσσι,
Ξεῖνε ἄλαλ' οὐ μέν τοι φρένας σκεπτὸς ἀγορμένος ἐσσὶ,
Οὐδ' ἐθέλεις εὕδειν χαλκήϊον εἰς δόμον ἐλθών,
Ἠέ που ἐς λέσχην. ἀλλ' ἐνθάδε πολλὰ ἀγορεύεις
Θαρσαλέως πολλοῖσι μετ' ἀνδράσιν. οὐδέ τι θυμῷ
Ταρβεῖς. ἦ ῥά σε οἶνον ἔχει φρένας, ἢ νύ τοι αἰεὶ
Τοιοῦτος νόος ἐστὶν, ὃ καὶ *μεταμώλια βάζεις·
Ἦ ἀλύεις ὅτι ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην.
Μή τις τοι τάχα ἶρος ἀμείνων ἄλλος ἀναστῇ,
Ὅστις σ' ἀμφὶ κάρη κεκοπὼς χερσὶ σιβαρῇσι,
Δώματος ἐκπέμψῃσι, φορύξας αἵματι πολλῷ.
Τὸν δ' αὖ ὑποδρα ἰδὼν προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
Ἦ πάχα Τηλεμάχῳ ἐρέω κύον οἷ' ἀγορεύεις, (σεῦς,
Κεῖσ' ἐλθὼν, ἵνα σ' αὖθι διαμελεΐσῃ τάμῃσιν.
Ὡς εἰπὼν, ἐπέεσσι διεπτοίησε γυναῖκας.
Βὰν δ' ἴμεναι διὰ δῶμα· λύθεν δ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστης

Hi autem in saltationem & suauem cantum
Versi delectabãtur, donec Vesperus ueniret.
His autem delectantibus niger Hesperus uenit,
Statim lampades tres statuerunt in domibus
Vt lucerent, circùm autem ligna arida posuerunt
Sicca diu ualdè dura, nuper scissa ære.
Et lampadas miscuerunt, alternatim aũt prælucebãt
Famulæ Vlyssis laboriosi: at hic his
Ipse generosus loquutus est prudens Vlysses,
Famulæ Vlyssis diu absentis regis
Ite ad domos, ubi (est) ueneranda regina.
Huic autẽ iuxta colos uersamini, delectate autẽ ipsam
Sedentes in domo, uel lanas aptate manibus.
At ego his lumen omnibus præbebo,
Siquidem uoluerint bonæ sedis Auroram expectare,
Non me uincent, perpatiens autem ualdè sum.
Sic dixit; hæ a. riserunt, inter se autem aspiciebant.
Hunc turpiter alloquuta est Melantho pulcra genis,
Hanc Dolius quidem genuit, nutriut autem Penelope,
Filiam a. tanquã nutriuit, dabat aũt delitias animo.
Sed neq; sic tenuit dolorem in mentibus Penelopes.
Sed hæc Eurymacho mixta est, & amabat.
Hæc Vlyssem alloquuta est contumeliosis uerbis,
Hospes miser tu aliquis es mẽte attonitus. i. amens,
Neq; uis dormire æream in domum profectus,
Vel alicubi in conuentum, sed hic multa dicis
Confidenter multos inter uiros neq; quid animo
Times, certè uinum habet mentes, uel semper
Talis mens est, qui & uana dicis.
An superbis quòd Irum uicisti erronem?
Nequis tibi citò Iro melior alius surgat,
Qui te circum caput percusso manibus fortibus
Domo emittat fœdatum sanguine multo.
Hanc torue cõspicatus alloquutus est prudẽs Vlysses,
Certè citò Telemacho dicam canis qualia dicis
Illuc profectus, ut te illic per membra incidat.
Sic loquutus uerbis perterruit mulieres.
Perrexerunt. a. ire per domũ, soluta sunt. a. sub mẽbra

Timo-

Timore, dixerunt enim ipsum uera dicere.
At hic propè lampadibus prælucẽs faciẽs lumẽ accẽsis
Stabat omnes aspiciens, alia autem eius animus
Cogitabat mentibus, quæ non imperfecta fient.
Procos autem non omnino superbos sinebat Minerua
Contumelia abstinere molesta, ut adhuc magis.
Ingrediatur dolor cor Laertiadæ Vlyssis,
His autem Eurymachus Polybi filius incepit dicere,
Incessens Vlyssem, risum autem socijs fecit,
Audite me Proci inclytæ reginæ
Vt dicam quæ me animus in pectoribus iubet.
Non sine Deo hic uir Vlyssëam in domum uenit.
Tamen mihi uidetur fascium splendor esse ipsius
Et capitis, quoniam non ei sunt capilli ne tãtilli quidẽ.
Dixit, simulq; alloqu. est Vlyssem urbiũ destructorẽ,
Hospes, nunquid uis mercede seruire si te suscipiam
Agri in extremitate, (merces autẽ tibi sufficiens erit,)
Sepesq; colligens, & arbores longas plantans.
Illic autem ego panem quidem continuum dabo,
Vestimẽtaq; circumindua pedibusq; calciamẽta dabo.
Sed quoniam igitur iam opera mala didicisti, nõ uoles
Opus inire, sed trepidare per populum
Vis, ut possis pascere tuum uentrem insatiabilem.
Hunc aũt respondẽs, alloquutus est prudens Vlysses,
Eurymache, si enim nobis contentio operis esset
Tempore in uerno, quando dies longi sunt,
In herba falcem quidem ego benè flexam haberem
Et autem tu talem haberes, ut experiremur opus
Ieiuni, usq; ad tenebras, herba. a. adesset,
Si autem rursus & boues essent ad impellendũ optimi,
Pingues, magni, ambo saturati herba,
Æquales, pari onere apti, quorũ robur non imbecillũ,
Aratrum autem esset, obediat autem gleba aratro.
Tunc me uideres si sul.um longum proscinderem.
Si autem rursus & bellum alicubi moueret Saturnius
Hodie, & mihi scutum esset, & duæ lanceæ,
Et galea tota ærea in temporibus congruens.
Tunc me uideres primis in pugnatoribus mixtum,
Neq; mihi uentrem improperans diceres.
Sed ualdè iniuria afficis, & tibi mens immitis,
Et aliquo modo quidem uideris magnus esse & fortis,
Quoniam cum paucis, & non bonis conuersaris.
Si autem Vlysses ueniret & accederet in patriã terrã,
Statim tibi portæ & latæ quamuis sint
Fugienti arctarentur è uestibulo foras.
Sic dixit, Eurymachus aũt iratus est animo magis,
Et ipsum toruè conspicatus, uerba uelocia loquutus est,
Ah miser, certè citò tibi perficiam malũ qualia dicis
Confidenter multos inter uiros, neq; quid animo
Timeas, nũquid uinũ tuas mẽtes occupat? an tibi semp
Talis mens est, qui & uana dicis?
Aut exultas quòd lrum uicisti erronem?
Sic ubi dixisset scabellum accipit, at Vlysses
Amphinomi ad genua desedit Dulichÿ
Eurymachũ reueritus, hic. a. puerum à poculis percussit
Dextra, gutturniũ aũt humum sonuit cadẽs: (manu
At hic lugens cecidit resupinus in pulueribus.
Proci autem tumultuati sunt in domibus umbrosis.

Ταρβοσύνῃ. Φαὰ γάρ μιν ἀληθέα μυθήσασθαι.
Αὐτὰρ ὁ πὰρ λαμπῆρσι φαεί̃νων αἰθομένῃσιν
Εἰσήκει ἐς πάντας ὁρώμενος· ἄλλα δέ οἱ κῆρ
Ὥρμαινε φρεσὶν ἦσιν, ἀρ' οὐκ ἀτέλεστα γένοντο.
Μνηστῆρας δ' ἐ πάμπαν ἀγλαΐορας εἴα Ἀθήνη
Λώβης ἴσχεσθαι θυμαλγέος, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον
Δύῃ ἄχος κραδίῃσι Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος. χ. λαερτιά-δην ὀδυσσα.
Τοῖσιν δ' Εὐρύμαχος Πολύβου παῖς ἦρχ' ἀγορεύειν,
Κερτομέων Ὀδυσῆα· γέλων δ' ἐπάροισιν ἔτευξεν· χ. ἔτευχ.
Κέκλυτέ μευ μνηστῆρες ἀγακλειτῆς βασιλείης,
Ὄφρ' εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.
Οὐκ ἀθεεὶ ὅδ' ἀνὴρ Ὀδυσῆϊ ἐς δόμον ἵκει,
Ἔμπης μοι δοκέει δαῖδων σέλας ἔμμεναι αὐτῶ̃
Καὶ κεφαλῆς ἐπὶ οὗ οἱ ἔνι τρίχες ἁδρὰ ἠβαιά.
Ἦρ', ἅμα τι πεφόρτικται Ὀδυσῆα πολίπορθον.
Ξεῖνε, ἦ ἄρ κ' ἐθέλοις θητεύεμεν, εἴ σ' ἀνελοίμην, χ. ἐθέλοις
Ἀγρόθ' ἐπ' ἐσχατιῆς, (μισθὸς δέ τοι ἄρκιος ἔσται)
Αἰμασιὰς τε λέγων, καὶ δένδρεα μακρὰ φυτεύων;
Ἔνθα δ' ἐγὼ σῖτόν μοι ἐπηετανὸν παρέχοιμι,
Εἵματά τ' ἀμφιέσαιμι, ποσὶν θ' ὑποδήματα δοίην.
Ἀλλ' ἐπεὶ οὐδὲ δὴ ἔργα κακὰ ἔμμαθες, οὐκ ἐθελήσεις
Ἔργον ἐπιχειρεῖν· ἀλλὰ πόωσειν κῆρ' δῆμον
Βόσκειν, ὄφρ' αὖ ἔχῃς βοσκειν σὴν γαστέρ' ἄνάλτον.
Τὸν δ' ἀπαμείβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ-
Εὐρύμαχ', εἰ γὰ νῶϊν ἔρις ἔργοιο γένοιτο (σεὺς,
Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τ' ἤματα μακρὰ πέλονται,
Ἐν πείῃ, δρέπανον μὲν ἐγὼν ἐύκαμπὲς ἔχοιμι,
Καὶ σὺ τοῖον ἔχοις, ἵνα πειρησαίμεθα ἔργου
Νήστιες ἄχρι μάλα κνέφαος, πείῃ δὲ παρείη.
Εἰ δ' αὖ καὶ βόες εἶεν ἐλαυνέμεν οἵπερ ἄριστοι,
Αἴθωνες μεγάλοι, ἄμφω κεχορηότε πίειν,
Ἴσαι ἐλικες, ἰσοφόροι, τῶν τε σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν,
Τετράγυον δ' εἴη. ἕποιεν δ' ὑπὸ βῶλος ἀρότρῳ,
Τῷ κέ μ' ἴδοις εἰ ὦλκα διηνεκέα τεθαμοίμην.
Εἰ δ' αὖ καὶ πόλεμόν πόθεν ὀρμήσειε Κρονίων
Σήμερον, αὐτὰρ ἐμοὶ σάκος εἴη καὶ δύο δοῦρε,
Καὶ κυνέη πάγχαλκος ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖα.
Τῷ κέ μ' ἴδοις πρώτοισιν ἐνὶ τεθμάχοισι μιγῆντα,
Οὐδ' ἂν μοι τὼ γαστέρ' ὀνειδίζων ἀγορεύοις.
Ἀλλὰ μάλ' ὑβρίζεις, καὶ τοι νόος ἐσθλὸς ἀπλοῦς·
Καὶ που τις δηλόεις μέγας ἔμμεναι, ἠδὲ κεραιὸς,
Οὕνεκα παρ' παύροισι καὶ οὐκ ἀγαθοῖσιν ὁμιλεῖς·
Εἰ δ' Ὀδυσεὺς ἔλθοι καὶ ἵκηται ἐς πατρίδα γαῖαν,
Αἶψα κέ τοι τὰ θύρετρα, καὶ εὐρέα περ μάλ' ἐόντα,
Φεύγοντι στεινοιτ' ὀὶ οὐκ εὐθύροιο θύραζε. (λον,
Ὣς ἔφαθ'. Εὐρύμαχος δ' ἐχολώσατο κηρόθι μᾶλ-
Καί μιν ὑποδρα ἰδὼν, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Ἀ δείλ', ἦ τάχα τοι τελέω κακόν, οἳ ἀγορεύεις
Θαρσαλέως πολλοῖσι μετ' αἰδήσιν· οὐδέ τι θυμῷ
Ταρβεῖς, ἦ ῥά σε οἶνος ἔχει φρένας, ἢ νύτοι αἰεὶ
Τοιοῦτος νόος ἐστὶν, ὁ καὶ μεταμώλια βάζεις·
Ἢ ἀλύεις ὅτι ῥ' ον ἐνίκησας πὰρ ἀλήτῃ. (σεὺς
Ὣς ἄρα φωνήσας, σφέλας ἔλετο. αὐτὰρ Ὀδυ- χ. ἴσα βιη.
Ἀμφινόμου προσὸς γοῦνα καθέζετο Δουλιχιῆος,
Εὐρύμαχον δείσας. ὁ δ' ἄρ' οἰνοχόον βάλε χειρὶ
Δεξιτερὴν προχοὸς ἠ χαμαὶ βόμβησε πεσοῦσα.
Αὐτὰρ ὁγ' οἰμώξας πέσεν ὕπτιος ἐν κονίῃσι.
Μνηστῆρες δ' ὁμάδησαν ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα.

Ὡ δέ τίς τε ἔπεσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον,
Αἴθ' ὥφελ' ὁ ξεῖνος ἀλώμενος ἄλλοθ' ὀλέσθαι,
Πρὶν ἐλθεῖν· τῷ κ' οὔτι τόσον κέλαδον μεθέηκεν.
Νῦν ἦ ἀμφὶ πλωχῷ ἐριδαίνομεν ἠδέ τι δαιτὸς
Σ' ἀθλῆς ἕσεται· ἦδος, ἐπὶ τὰ χερείονα νικᾷ.
Τοῖσι δὲ καὶ μετέφη ἱερὴ ἰς Τηλεμάχοιο,
Δαιμόνιοι, μαίνεσθε, καὶ οὐκέτι κεύθετε θυμῷ
Βρωτὺν, ἠὲ ποτῆτα· θεῶν νύ τις ὔμμ' ὀροθύει.
Ἀλλ' εὖ δαισάμενοι κατακείετε οἶκαδ' ἰόντες,
Ὅππότε θυμὸς ἄνωγε. διώκω δ' οὔτιν' ἔγωγε.
Ὣς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες.
Τηλέμαχον θαύμαζον ὅ θαρσαλέως ἀγόρευεν.
Τοῖσιν δ' Ἀμφίνομος ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν,
Νίσου Φαίδιμος υἱὸς Ἀρητιάδαο ἄνακτος,
Ὦ φίλοι, οὐκ ἂν δή τις ἐπὶ ῥηθέντι δικαίῳ
Ἀντιβίοις ἐπέεσσι καθαπτόμενος χαλεπαίνοι.
Μήτέ τι τὸν ξεῖνον συφελίζετε, μήτέ τιν' ἄλλον
Δμώων οἳ κατὰ δῶμα Διοτρεφέος θείοιο.
Ἀλλ' ἄγετ', οἰνοχόος μὲν ἐπαρξάσθω δεπάεσσιν,
Ὡς φρα σπείσαντες κατακείομεν οἶκαδ' ἰόντες·
Τὸν ξεῖνον δ' ἐῶμεν ἐνὶ μεγάροις Ὀδυσῆος
Τηλεμάχῳ μελέμεν. τῷ γὰρ φίλον ἵκετο δῶμα.
Ὣς φάτο. τοῖσι δὲ πᾶσιν ἐάδοτα μῦθον ἔειπε.
Τοῖσιν δὲ κρητῆρα κερασσάτω Μούλιος ἥρως,
Κήρυξ Δουλιχιεύς· θεράπων δ' ἦν Ἀμφινόμοιο.
Νώμησεν δ' ἄρα πᾶσιν ἐπαρξάμενος, οἱ δὲ θεοῖσι
χ. Λάψαντες *Σπείσαντες μακάρεσσι, πίον μελιηδέα οἶνον.
Αὐτὰρ ἐπεὶ σπεῖσάν τ' ἔπιόν θ' ὅσον ἤθελε θυμός,
Βαῖν' ἴμεναι κέοντες ἐὰ ἐς δώματ' ἕκαστος.

Sic autē aliquis dixit ubi aſpexiſſet propinquū alium,
Vtinam debuiſſet hoſpes errans alibi perire,
Antè quàm uenisſet, quò non tantum ſtrepitū miſiſſet,
Nunc. a. de paupere contendamus, non aliqua cōmuniꝝ
Boni eſt uoluptas, quoniam peiora uincunt.
His autem & dixit uis Telemachi,
Mali inſanitis, & non aliquid occultatis animo
Cibum, neq; potum, Deorum aliquis uos concitat,
Sed benè conuiuati dormite domum profecti,
Quando animus iubet, cogo autem nullum ego.
Sic dixit, hi autē omnes mordicus labris compreſſis
Telemachū admirabātur, quòd audaciter locutus eſſet.
His Amphinomus concionatus eſt, & dixit,
Niſi illuſtris filius Aretiadæ regis:
O amici, ne uerò aliquis in dictum iuſtum
Contrarijs uerbis mordens indignetur:
Neq; hoſpitem uerberate, neq; aliquem alium
Famulorum, qui ſunt in domibus Vlyſſis diuini,
Sed agè pocillator arceſſat poculis,
Vt poſtquam libauerimus, dormiamus domū profecti,
Hoſpitem autem ſinamus in ædibus Vlyſſis
Telemacho curæ eſſe, huius. n. dilectā pernenit domū.
Sic dixit, his autem omnibus gratum uerbū dixit,
His craterem miſcuit Mulius heros
Præco Dulichius, famulus autem erat Amphinomi,
Diſtribuit autem omnibus ritè, hi autem Dijs
Vbi libaſſent beatis, biberunt dulce uinum.
At poſtq̄ libârunt, biberuntq́, quantū uoluit animus.
Perrexerunt ire dormituri ſuas ad domos unuſquiſq.

COMMENTARIVS.

αὐτόκα λαμπάδας) Notandus eſt hic modus lampadum apud ueteres, qui nō uidentur uſum candelarum ex ſeuo agnoſcere, cùm lignis aridis tantùm utantur. Qua de re plura in Lexico.

δμῶας) Apud Phæacas aurei iuuenes adaras ſtantes eodem munere fungebantur, quo nunc ancillæ. Sic enim Homerus ſuprà libro ſeptimo, pag. 91.

χρύσειοι δ' ἄρα κοῦροι ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν — *Φαίνοντες νύκτας κὴ δόματα δαιτυμόσιν.*
Ἕστασιν, αἰθομένας δαΐδας μὴ χερσὶν ἔχοντες.

Vnde Lucretius:

Si non aurea ſunt iuuenum ſimulacra per ædes — *Lumina nocturnis epulis ut ſuppeditentur.*
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,

At ſanè maior eſt in hac Vlyſſea domo frugalitas, quàm apud Phæacas: quanquam ne hoc quidem ſuo uitio caret, quòd ancillæ procis miniſtrant & famulantur, ut rectè docebit Vlyſſes, cùm eas ad opera muliebria ſe recipere iubebit.

ξεῖνε πάλαι) Duo erant, ni fallor, quæ hanc Melantho peſsimè habebant. Primùm, quòd ſimpliciter increparetur. Deinde, quòd à tam uilis pretij homine, eoq́; extraneo. Itaq; aſperis & contumelioſis uerbis eum excepit, duplici uia: dum ei ebrietatem obijcit, aut ſuperbire eum ob deuictum & proſtratum Irum ſuſpicatur. Tandem minatur ei, ſi pergat, futurū quendam Iro præſtantiorem, qui eum neq; inuulneratum domo ſit eiecturus. Quæ à muliere profecta, ſine dubio Vlyſſem exacerbarunt, ita tamen, ut ſolis minis eam compeſcuerit. Vbi obſeruandum eſt, quàm ſint hæ ancillæ Telemachum reueritæ, ut cuius metu Vlyſſi obſecundarint. ita eſt αἰδοῖαι hoſtis poeta.

ὄφρ' ἴη μᾶλλον) Notandum eſt diligenter, quod poeta dicit, Mineruam hoc efficere, ut proci ab iniurijs non abſtineant. Nā hinc uidetur innuere, in deos quoq; referendam malorum cauſam, quod tamen Iupiter anteà libr. 1. minimè faciendū docebat, cui nos etiam locupletiſsimè ſumus ibidem aſtipulati. Iam uerò hìc dicit, Mineruam procos in illa petulantia continere, ut eò magis ad eorum uindictam Vlyſſem impelleret. Neq; hoc tamen adeò eſt abſonum, ut excuſari nō poſsit. Ita enim etiam loquitur Spiritus Sanctus in ſacris paginis, cùm dicit, Deum hominū animos indurare, ut eò grauiùs peccent. Sed quēadmodum Solis radij licet calore ſuo ex cadauere fœtorem eliciant, tamen ipſi eo non inficiuntur: ſic Deus quoq; cùm hæc in reprobis operatur, omni culpa omnino caret. Quo ſenſu ſana quoque mente nobis erunt illa intelligenda, quæ ſunt apud Theognidem:

νοῦσον Κύρνε θεὸς πρῶτον κακὸν ὤπασεν ἀνδρί — *Ἐ μίλκει χόλῳ μεθημίαν θέμενος.*

Item illa Aeſchyli (ut uult Plato) uel Menandri (ut uult Stobæus:)

θεὸς ὦ ἀίτιον φυεῖ βροτοῖς — *ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.*
Deus cauſam præbet mortalibus — *Quando uult funditùs domum ſubuertere.*

οὐκ ἀθρεῖ) Hic eſt illa λώβη ψυχαλγὴς, qua animum Vlyſsis Eurymachus exulcerat. Ludit ergo in eius caluitiem, quaſi ea faſcium loco ſplendeat. Volunt autem Grammatici ab eo ſplendore dicta φαλάκρας, ἀπὸ τοῦ φαλοῦ εἶναι λαμπρὸν τὸ ἀπὸ τῆς κάρης. Quod autem eum non ſine Numine huc ueniſſe dicit, ſcomma eſt intolerandum, niſi pietatem omnem gens iſta quodammodo profligaſſet, quanquam eius aliqua documenta anteà exhibuerint.

ἔργα κακά) Opera mala appellat conſuetudinem, quam in Vlyſſe imaginatur, ſtipem hinc inde emendicandi. Quo ingenio quidam ita ſunt præditi, ut in illo paupertatis ſqualore nihil agendo uerſari malint quàm aliquid agendo aut faciendo occupari. At Vlyſſes noſter longè diuerſè eſt affectus, ut ipſemēt paulò pòſt ſatis indicabit. Nam non ſolùm in operibus ruſticis, ſed etiam in bellicis, quantum Eurymacho præſtet, aſſerere non uerebitur.

ὕβριν πὰρ πυύροισι) Exprobrat Eurymacho, quod plerunq; accidere ſolet, ut multi pro fortibus quidem habeantur: ſed ab ijs demum qui ignaui ſunt. Vnde illi ſuperbientes eò audaciæ prorumpunt, ut hanc aliorum opinionem ueram arbitrentur, licet eorum conſcientia aliud ipſis intus teſtimonium ferat, aut potiùs ea, quaſi præluſtri quodam fulgore animū ſuum præ-

præstingui sinant,& in miseram illam φιλωπίαν delabantur,qua πλεονεκτοῦσι & plus æquo sibi tribuunt. Talem ergò dicit esse hunc Eurymachum,unde ille indignatus tam asperè ci mox insultabit.

ἐκτὸς τῆς χερείονος τύχης) Memini nos aliàs hoc explicuisse.Proinde hîc non oportet nos ταυτολογεῖν.

δεινότερος, μᾶλλον δὲ) Breuis est quidem ista Telemachi oratio,sed ponderosa & grauis.Ergo ille nō secus ac Menelaus πᾶσι μὲν οὐκ ἀλλὰ μάλα λιγέως. Primùm increpat illos ob patratum hoc facinus,sed duris & acerbis uerbis tum præter ætatem,tum etiam,ni fallor,præter consuetudinē. Vnde paulò pòst admirabuntur proci ὁ θερσιτείους ἀγορὰς. Durities & acerbitas illa est in eo, quòd furentes eos appellat & intemperantes,atque id quidem non sine causa,sed neque etiam sine periculo,quod illi à procis impendebat. Eos tamen pudor quidam compescuit, ut non solùm illi non fuerint iniurioſi, sed etiam suadenti, (expressè enim dicit,διάκτορ δ' ἔπιν' ἔγωγε) ut se in lectum reciperent,mox obtemperauerint.

θεῶν νύπιε) Non dubito,quin huius loci sensus ex superioribus sit intelligendus, ubi Poeta dicit, Mineruam hæc in procis efficere:non quòd uerè sciat Telemachus,quis Deus expressè hoc faciat:sed quia cùm sciret quid patri & sibi esset in animo, nihil aliud potuit suspicari,quàm impulsu quodam alicuius Dei procos in hunc modū insolescere, ut eò maiorem ansam Vlyssi præberent celeriùs instituti suum exequendi.

ὦ φίλοι) In tanta multitudine repertus est hic Amphinomus, qui æquitatis & modestiæ rationem habuerit , cuius dehortatio reliquos à grauiori facinore cōpescuit,ne omne fas ex hac turba exulare uideretur. Libato ergo dijs uino(quod ego in procis non tantæ pietatis agnosco,ut uulgatæ illius seculi consuetudini aliquid amplius non tribuam)domum quisq; suam se confert,& tam turbulento conuiuio finis tandem aliquis imponitur.

Finis libri decimioctaui.

ARGVMENTVM DECIMINONI LIBRI Odyssea.

INIT consilium cū Telemacho de armis deponendis Vlysses,& apud Penelopen se è Creta oriundum esse dissimulat. Agnoscitur autem per cicatricem ab Euryclea,quę illius pedes lauabat Atq; obiter poeta commemorat,quomodo in Parnasso cùm uenaretur,ab apro fuerit percussus.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Τ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Ὀδυσσείας.

ΕΝ Τηλεμάχῳ ἔκθεσιν ποιεῖται τῶν ὅπλων Ὀδυσσεὺς, καὶ πρὸς Πηνελόπην ὡς Κρὴς ἔνιμι ψευδηγορεῖται. γίγνεται δὲ αὐτοῦ δι' ἄλλης ἀναγνωρισμὸς πρὸς Εὐρύκλειαν, τὸν πόδας αὐτοῦ νίπτουσαν. ἐν ᾧ παρίκασιν ὁ ποιητὴς διηγεῖται ὡς ἐν Παρνασσῷ ὑπὸ συὸς ἐτρώθη κυνηγῶν.

Aliud.

T,autem agnoscit ex cicatrice uetula Vlyssem.

Ἄλλη.

Ταῦτ δὲ ἀναγνωρίζει ἐξ οὐλῆς χρηῦς Ὀδυσῆα.

THIC *in domo remansit diuinus Vlysses,*
Procis eadem cum Minerua cogitans,
Statim autem Telemachum uerba uelocia alloquutus est,
Telemache oportet arma bellicosa deponere intus
Omnia prorsus,at procos mollibus uerbis
Alloquere,quando à te inquirent cupientes.
Ex fumo deposui,quoniam non his similia sunt,
Qualia quondā ad Troiam perficiscens reliqt Vlysses,
Sed consumpta sunt quantum ignis iuit flatus.
Adhuc.a.mihi & hæc magis in mentibus posuit Satur-
Ne inebriati contentione inter uos excitata, (nius,
Vos uicissim uulneretis, deturpetis autem conuiuium.
Et sponsalia,ipsum enim attrahit uirum ferrum.
Sic dixit,Telemachus autem dilecto obediuit patri.
Extra.a. uocatam allocutus est nutricem Eurycleam.
Nutrix,age mihi excludas in atrijs fœminas,
Donec iam ad thalamum concludam arma patris
Bona,quæ mihi in domo neglecta fumus denigrat
Patre abeunte,ego autem adhuc paruulus eram.
Nunc autem uolo deponere, ubi non ignis ibit flatus.
Hunc.a.rursus allocuta est dilecta nutrix Euryclea,
Vtinam enim iam tandem fili prudentiam susciperes
Domum curare,& res omnes seruare.
Sed agè,quis tibi posteà simul ueniens lumen portabit?
Famulas autem non sinis adire quæ præluceant.
Hanc.a.rursus Telemachus prudens contra loq.est,
Hospes hic,non enim ociosum tolerabo,qui meum
Modium(id est quadrā) gustet,etiāsi longè uencrit.

ΑΥΤΑΡ ὁ ἐν μεγάρῳ κατελείπετο δῖος Ὀδυσσεύς,
Μνηστῆρσι φόνον σιὼ Ἀθηναίη μερμήριζεν.
Αἶψα δὲ Τηλέμαχον ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
Τηλέμαχε, χρὴ τεύχε' ἀρήια κατθέμεν ἔσω
Πάντα μάλ'· αὐτὰρ μνηστῆρας μαλακοῖς ἐπέεσσι
Παρφάσθαι, ὅτε κέν σε μεταλλῶσιν ποθέοντες·
Ἐκ καπνοῦ κατέθηκ', ἐπεὶ οὐκέτι τοῖσιν ἐώικει
Οἷά ποτε Τροίηνδε κιὼν κατέλειπεν Ὀδυσσεύς,
Ἀλλὰ κατηκίσθη ὅσσον πυρὸς ἵκετ' αὐτμή.
Πρὸς δ' ἔτι τόδε μεῖζον ἐνὶ φρεσὶν ἔμβαλε δαίμων,
Μήπως οἰνωθέντες, ἔριν σήσαντες ἐν ὑμῖν,
Ἀλλήλοις τρώσητε, κατισχήνητε γάμοιτα,
Καὶ μνηστύν. αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.
Ὡς φάτο. Τηλέμαχος δ' ἥρως ἐπεπείθετο πατρὶ.
Ἐκ δ' ἐκάλεσσάμενος προσέφη τροφὸν Εὐρύκλειαν,
Μαῖ', ἄγε δή μοι ἔρυξον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκας,
Ὄφρ' ἂν ἐς θάλαμον κατατεθείομαι ἔντεα πατρὸς
Καλά, τά μοι κατὰ οἶκον ἀκηδέα καπνὸς ἀμέρδει,
Πατρὸς ἀποιχομένοιο· ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα·
Νῦν δ' ἐθέλω καταθεῖναι ἵν' ἀ πυρὸς ἵκετ' ἀϋτμή.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε φίλη τροφὸς Εὐρύκλεια,
Αἲ γὰρ δή ποτε τέκνον ὑπερφρονέοντας ἀνέλοιο,
Οἶκον κήδεσθαι, καὶ κτήματα πάντα φυλάσσειν.
Ἀλλ' ἄγε, τίς τοι ἔπειτα μεταδρομέων φάος οἴσει;
Δμῳὰς δ' οὐκ ἔας προβλωσκέμεν, αἳ κεν ἔφαινον.
Τὴν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος αὐτίον ηὔδα;
Ξεῖνος ὅδ'· ἀτὰρ γὰρ ἀνέξομαι ὅς κεν ἐμῆς γε
Κοινῆκος ἅπτηται, καὶ τηλόθεν ἐλήλουθώς.

Ὣς ἄρ' ἐφώνησεν. τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος·
Κλῆΐσεν δ' ὑψηρεφέων θαλάμων εὐναιετάων.
Τὼ δ' ἄρ' ἀναΐξαντ' Ὀδυσεὺς θεοειδὴς υἱός
Ἐς πρόθυρον κόρυθάς τε καὶ ἀσπίδας ὀμφαλόεσσας,
Ἔγχεά τ' ὀξύοντα. πάροιθε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη,
Χρύσεον λύχνον ἔχουσα, φάος καλὸν ἐπίκιε.
Δὴ τότε Τηλέμαχος πρὸς μὸν φάνεσ' ὃν πατέρ' αὐτίκα,
Ὦ πάτερ, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
Ἔμπης μοι τοῖχοι μεγάρων, καλαί τε μεσόδμαι,
Εἰλάπιναί τε δοκοὶ, καὶ κίονες ὑψόσ' ἔχοντες
Φαίνονθ' ὀφθαλμοῖς ὡσεὶ πυρὸς αἰθομένοιο.
Ἦ μάλα πὴ θεὸς ἔνδον, οἳ εὐρὺν οὐρανὸν ἔχουσι.
Τὸν δ' ἀναμειξόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ-
Σίγα, μὴ κατὰ θυμὸν ἰάχων, μηδ' ἐρέεινε. (σεὺς,
Αὕτη τοι οἶκος ἐστὶ θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
Ἀλλὰ σὺ μὲν κατάκεισο, ἐγὼ δ' ὑπολείψομαι αὐτοῦ,
Ὄφρά κ' ἔπι δμῳὰς καὶ μητέρα σὴν ἐρεθίζω.
Ἣ δέ μ' ὀδυρομένη εἰρήσεται ἀμφὶς ἕκαστα.
Ὣς φάτο. Τηλέμαχος δ' ἐκ μεγάροιο βεβήκει
Κείων ἐς θαλαμον, δαΐδων ὑπολαμπομενάων,
Ἔνθα πάρος κοίμᾶθ' ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι.
Ἔνθ' ἄρα τότ' ἔλεκτο, καὶ ἠῶ δῖαν ἔμιμνεν.
Αὐτὰρ ὁ ἐν μεγάρῳ ὑπερείπετο δῖος Ὀδυσεύς,
Μνηστῆρεσι φόνον σὺν Ἀθήνῃ μερμηρίζων.
Ἦ δ' ἐκ θαλάμοιο θεόφρων Πηνελόπεια,
Ἀρτέμιδι ἰκέλη ἠὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ.
χ. ἔνθα δ' Τῇ παρὰ μὲν κλισίην πυκινὴ κάτθεσαν, ἔνθ' ἄρ' ἔφιζε,
Δινωτὴν ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ ἷδε τετύκτων
Ποίησ' Ἰκμάλιος καὶ ὑπὸ θρῆνυν ποσὶν ἧκε,
Πρόσφυες ἐξ αὐτῆς, ὅθ' ὀθὴ μέγα βάλλετο ῥῶγας.
Ἔνθα καθέζετ' ἔπειτα θεόφρων Πηνελόπεια.
Ἦλθον δ' δμωαὶ λευκώλενοι ἐκ μεγάροιο·
Αἱ δ' ἄπο μὲν σῖτον πολὺν ἤρεον ἠδὲ τραπέζας,
Καὶ δέπα, τοῖσιν ἄρ' ἄνδρες ὑπερμενέοντες ἔπινον.
Πῦρ δ' ἀπὸ λαμπάδων χαμάδις βάλον. ἄλλα δ' ἐπ'
Νήησαν ξύλα πολλὰ, φόως ἔμεν ἠδὲ θέρεθρον. (αὖτε
Ἦ δ' Ὀδυσῆα ἐνέντυνε Μελανθὼ δεύτερον αὖτις,
Ξεῖν' ἔτι καὶ νῦν ἐνθάδ' ἀνήσεις διὰ νύκτα
Δινεύων κατὰ οἶκον; ὀπιπεύσεις δὲ γυναῖκας;
Ἀλλ' ἔξελθε θύραζε πάλαι, καὶ δαιτὸς ὄνησο·
Ἦ τάχα καὶ δαλῷ βεβλημένος ἐνθάδε θύρηζε.
Τὴν δ' ἀρ' ὑποδρα ἰδὼν προσέφη πολύμητις Ὀδυσ
Δαιμονίη, τί μοι ὧδ' ἐπέχεις κεκοτηότι θυμῷ; (σεύς,
χ. ὡς ἐρί πόα Ἦ ὅτι ἀλίτομαι; κακὰ δ' ἕρξω εἵματα ἕσσω;
Πτωχεύω δ' αἰνὰ δήμου; ἀναγκαίη γὰρ ἐπέεικε.
Τοιοῦτοι πτωχοὶ καὶ ἀλήμονες ἄνδρες ἔασι.
Καὶ γὰρ ἐγώ ποτε οἶκον ἐν ἀνθρώποισιν ἐναίον
Ὄλβιον ἀφνειὸν, καὶ πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ
Τοιῷ ὁπόσσος ἔοι, καὶ ὅτευ κεχρημένος ἔλθοι.
Ἦ τ' ἦσαν δμῶες μάλα μυρίοι, ἄλλά τε πολλὰ
Οἷσίν τ' εὖ ζώουσι καὶ ἀφνειοὶ καλέονται·
Ἀλλὰ Ζεὺς ἀλάπαξε Κρονίων ἤθελε γάρ που.
Τῷ νῦν μή ποτε σὺ γυναῖκ' ἀπὸ πάσων ὀλέσῃς
Ἀγλαΐαν τῇ νῦν γε μὴ δμωῇσι κέκασσαι,
Μή πως τοι δέσποινα κοπασαμένη χαλεπήνῃ,
Ἦ Ὀδυσεὺς ἐλθὴ. ἔτι γὰρ καὶ ἐλπίδος αἶσα.
Εἰ δ' ὁ μὲν ὡς ἀπόλωλε καὶ οὐκέτι νόστιμός ἐστιν,
Ἀλλ' ἤδη παῖς τοῖος Ἀπόλλωνός γε ἑκηβό-

Sic autem dixit, huic autem firmum fuit uerbum.
Clausit autem ianuas domorum benè habitatarum.
Hi autem festinantes Vlysses & illustris filius
Intro portauerunt galeasq́ & scuta umbilicosa,
Lanceasq́ acutas, antè autem Pallas Minerua
Auream lucernam tenens lumen perpulcrũ faciebat.
Iam tũc Telemachus alloquutus est suum patrẽ statim:
O Pater certè magnum miraculum hoc oculis uideo,
Tamen mihi parietes domorum pulcraq́ sedes
Abiegnaq́ trabes, & columnæ altitudinem habentes,
Lucent oculis tanquam igne ardente.
Certè ualdè aliquis Deus intus qui cœlũ latũ habitat.
Hunc autẽ respondens allocutus est prudens Vlysses
Tace & tuam mentem retine, neq́ interroga.
Hæc consuetudo est Deorum, qui Olympum habitant.
Sed tu quidem dormi, ego autem remanebo hîc
Vt item famulas & matrem tuam incitem.
Hæc me dolens interrogabit circa singula.
Sic dixit, Telemachus autem ex domo discedit
Dormitur⁹ in cubiculũ lampadib. lucentibus, bat.
Vbi antea dormiebat, quãdo ipsũ dulcis somnus capie-
Illic igitur & tũc dormiuit, & auroram expectabat.
At hic in domo relictus est diuinus Vlysses,
Procis cædem cum Minerua cogitans.
Hæc autem ibat ex thalamo prudens Penelope,
Dianæ similis, uel aureæ Veneri.
Hunc apud quidẽ sedẽ ignẽ deposuerũt (illic assedebat)
Rotundum ebore & argento, quàm quondam faber
Fecit Icmalius, & sub scabellum pedibus misit
Aptum ex ipsa, ubi magnam iniecit pellem.
Illic sedit postea prudens Penelope.
Venerunt autem famulæ albaulnis ex domo.
Hæ a. longè quidẽ panẽ multũ asportauerũt et mensas,
Et pocula unde proci superbi biberant.
Ignem a. faculis ad terram iecerunt, alia a. supra ipsas
Congregarunt ligna, lumen esse & comburi.
Hac autem Vlyssi dixit Melantho secundo & rursus,
Hospes etiam nunc huc ueniſti per noctem
Frequentans in domo, aspicis autem mulieres.
Sed exi foras miser, & conuiuio iuuaberis,
Vel citò & torre percussus ibis foras.
Hanc a. toruè cõspicatus allocutus est prudẽs Vlysses,
Mala, cur me sic inuehis irato animo?
Nunq̃d quòd sordeo? mala a. corpori uestimẽta indut⁹.
Mendico autem in populo, necessitas enim urget.
Tales pauperes & erratores uiri sunt.
Etenim ego quondam domum in hominibus habitaui
Beatus diuitem, & sæpè dedi erratori
Tali qualis esset, & qui alicuius indigens ueniret.
Erant autem serui ualdè multi, aliaq́ multa.
Quibus benè uiuunt, & diuites uocantur.
Sed Iupiter destruxit Saturnius, uoluit enim.
Ideò nũc ne aliquãdo & tu mulier longè omnẽ perdas
Lætitiam, qua nunc inter ancillas ornata es,
Ne tibi aliquo modo domina irata sæuiat,
Vel Vlysses ueniat, adhuc enim & spei fatum.
Si aũt hic quidẽ omnino periit, & non amplius reditu-
Sed ium filius talis Apollinis consilio (rus est,

Tele-

Telemachus, hunc autem nulla in domibus mulierum
Latet quæ perperã agat, quoniã non amplius talis eſt.
Sic dixit, hunc audiuit prudens Penelope,
Ancillam.a.allocuta eſt, uerbũq; dixit, denominauitq;,
Omnino audax canis intrepida non me lates
Te perpetrare magnum facinus, q̃ tuo capite perlues.
Omninò enim benè ſcis, quoniam à me audiuiſti ipſa,
Quòd hoſpitem curabam in domibus meis
De marito interrogare, quoniam frequenter triſtor.

Τηλέμαχος· τὸν δ' οὔτις ἐνὶ μεγάροισι γυναικῶν
Λήθει ἀταθάλλουσ' ἐπεὶ ἠκέπ τηλίκος ἐσίν.
Ὣς φάτο. τῷ δ' ἤκουσε πολύφρων Πηνελόπεια·
Ἀμφίπολον δ' ἐνένιπεν, ἔπος τ' ἔφατ', ἐκ τ' ὀνόμαζεν,
Παύτως θαρσαλέη κύον ἀδδεὲς οὔπ με λήθεις
Ἔρδουσα μέγα ἔργον, ὃ σῇ κεφαλῇ αἰαμάξεις.
Πάντα γὰ εὖ ἤδηθα. ἐπεὶ ἐξ ἐμεῦ ἔκλυες αὐτῆς,
Ὡς τὸν ξεῖνον ἔμελλον ἐνὶ μεγάροισιν ἐμοῖσιν
Ἀμφὶ πόσει εἴρεσθαι ἐπεὶ πυκινῶς ἀκάχημαι.

COMMENTARIVS.

παύτως μάλα) Hos uerſus uſq; ad illum ὡς φάτο, repetuntur ex lib.16. ſed non fruſtrà. Hunc enim adoleſcentẽ oportuit probè officij ſui meminiſſe, nec nimis hæc illi memoria refricari potuit, ne quid uitioſi in hac τηλεμαχείᾳ imaginemur.

αὐτὸ γὰ ἰφίλκυσται) Vide quæ annotauimus ad hæc uerba ſup. lib.16. pag.238. In ſequentibus autem notabis prudentiã Telemachi, in hoc negotio tum aggrediendo, tum perficiendo.

πάροιθε δ' Παλλὰς Ἀθήνη) Si multi loci Homerici prouerbijs quibuſdam anſam præbuerunt, hic mihi in eorum albo recenſendus quodammodo uidetur. Quòd enim hìc Pallas hæc adminiſtranti Telemacho lumen præfert, factum eſt, ut *facem uel lucem præferre* prouerbialiter ij dicantur, qui alios ad quippiam agendum antecedunt. Vtut ſit, duo ſunt nobis hic notanda. Primũ quòd Minerua lucem ſubminiſtrat. Deinde quòd iſta noctu geruntur. Datur ergo nobis hæc Dea φωσφόρος, quod à nemine hactenus, quantum ego intelligo, fuit animaduerſum. Et tamen eiuſmodi rectè proponitur. Siue enim allegoricè Sapientiam ac prudentiam uelis eam interpretari, pluribus docendũ non eſt, quàm rectè lumen illi tribuatur. Sin uerò (quod Goropio & mihi placet) θεολογικώτερον, æternam illam Deo genitam Sapientiam, quid, quæſo, magis luce illi conuenire poſsit? ſiquidem & ipſa LVX eſt æterna, qualis à Spiritu Sancto paſsim prædicatur. Scio multos inclamaturos, hanc lucis adminiſtrationem non à Poeta illi ex perpetuo officio tribui, ſed ſolùm quantum ad præſens negotium faciebat: ut quæ non ſecus Apollinis partes nunc ſuſcipiat, ac anteà Veneris, cum Penelopę illa formæ medicamina ſuppeditaret. Ego uerò & hìc & illic eadem ſum ſententia, ut Homerus ueram nobis Mineruam ubiq;, quantum poteſt, exhibeat, quæ reliquorum Deorũ dotes unà in ſe omnes complectatur, quod anteà, ni fallor, etiam ſuo loco annotauimus. Cæterùm ex illa luce intelligo, cur Athenis Callimachus auream lucernam Minerue fecerit, in qua oleum infuſum non conſumebatur, niſi exacto demũ anno lucerna dies noctesq; ardente, ut ſcribit Pauſanias lib.1. Quòd autem nox huius negotij eſt conſcia, dicemus cum Euſtathio, id nõ ſine ratione fieri, ſiquidem uerum eſt illud uulgatum, σὺν νυκτὶ βουλή: unde Nox a poetis Σύμφρων appellatur. Addo ego, haberi rationem temporis, quo tutiùs ea geruntur, quæ occultari & celari uolumus, quàm interdiu. Ideò factum eſt, ut ſuperſtitioſa quidem, ſed non planè inſulſa antiquitas Noctiam huic Deæ conſecrarint, quòd ſcilicet illa noctu, quo tempore reliquæ aues, à quibus illi eſt periculum, quieſcunt, ad prædam ſecuriùs euolet. Sic etiam ſapientes optima cõſilia minore cum periculo noctu ſolent exequi, quod tempus arcanis fidiſsimum rectè appellauit Ouid. 7. Metamor.

οἱ ὄλυμπον ἔχουσι) Hoc dici exiſtimo ad differentiam Deorum inferorum, quibus non eſt peculiare ut luceant.

αὐτὰρ ὁ ἐν μεγάρῳ) Hi duò uerſus repetuntur ex principio huius libri, ſed paulò diuerſo ſenſu. Ibi enim cum Telemacho relinquebatur Vlyſſes hìc ſine Telemacho. Ergo neq; hìc ineptè τηλεμαχεῖ.

ἀρτέμιδι) Vario reſpectu Penelopen puto tum Artemidi tum Cytherææ comparari: illi quidem ob egregiam totius corporis habitum, quo maximè excellit Diana, qua etiam ratione Alcmoi filia eidem anteà conferebatur. Veneri uerò ob præſtantem formam gratijs & leporibus intermixtam. Quæ duo ubi conueniunt, mulierem ualde commendabilem efficiunt.

ξεῖν' ἐπὶ κῆνῳ) Rurſus Vlyſſem increpat petulans hæc Melantho, ſed æquiore de cauſa. Indecorum enim uidebatur, peregrinum hoſpitem, & qui ſpeciem mendici gereret, mulieribus illis tam priuatè, idq; intempeſtiuo tempore ſe immiſcere. Sed quia à malè affecto iam anteà animo proficiſcuntur hæ obiurgationes, pro uitioſis agnoſcimus.

ἀμυμονίη) Excipit Vlyſſes, docetque quanta ſit huius ancillæ inhumanitas, quæ hoſpiti tam proteruè inſultet. Tum monet, incõſtantem eſſe felicitatis ſtatum, è quo ut ipſemet iam decidit, licet cùm eo frueretur, beneficus quàm maximè in hoſpites fuerit: ita quoq; accidere poteſt, ut illa diutiùs hac proſperitate non exulcet, ſiue eam abrumpat Vlyſis aduentus, ſiue ipſe etiam Telemachus, qui iam ea eſt ætate, ut prudentiùs rem domeſticam adminiſtraturus uideatur, & illas ancillarum petulantias non ignoret.

ἦ ὅτι ἀλιτρόσυνος) Vellicat Melantho, quaſi ſe non alia de cauſa expellere uelit, quàm quòd ita ſordidum & ſquallentem uideat. quaſi dicat: hoc illam non facturam, ſi ſplendidiùs ornatus & comptus fuiſſet. Vbi tacitè arguit eius laſciuiam, quę tanta ſit, ut non ſolùm eam intemperanter expleat, ſed etiam eos negligat, qui aut ueſtibus elegãtioribus induti, aut unguentis delibuti non fuerint. Delectari autem hac munditie & elegantia mulieres, plus ſatis notum eſt.

πωλικύν) Veriſsimum eſt illud Alcæi,

χρημασ' ἀνὴρ, πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πάλαι' ἐσθλός, ἀνὴρ τίμιος.
Pecuniæ uirum uident faciunt: Pauper uerò nullus neq; bonus eſſe iudicatur, Neque honoratus.

Et illud Euripidis in Erechteo:

ἐν τᾷ πενεσθαι δ' ἐστὶν ἡ τ' ἀδοξία κἀν ἡ σοφός τις, ἡ τ' ἀπιμία βίᾳ.
In paupertate ineſt obſcuritas Vtcunque ſapias, & ignominia uitæ.

Et illud Cratonis:

οὐκ ἔστι πενίας ἀθλιώτερον κακοδαίμονος ἧς, πάνυ) κατεγέλασ' ἄν.
ἐν τᾷ βίῳ σύμπλωμα· ἐ γὰ αὐ φύσει
Non eſt paupertate miſerior res Studioſus fueris & bonus, ſed pauper, ludibrio habeberis.
In uita caſus: q tamuis enim natura

Hinc eleganter Menander ἀνακαφέοντα πάντα appellat. Quod quàm ſit uerum, & anteà, & nunc experitur Vlyſſes, qui ob paupertatem contemnitur, licet alioqui prudentia & dotibus tum corporis tum animi nulli mortalium eſſet inferior.

ἐ γὰ ἐγώ ποτε) Miſeriorem ſuum ſtatum faciebat hac priſtinæ ſuæ felicitatis commemoratione, ſiquidem grauis quidem eſt omnis paupertas, ſed ea demũ grauiſsima & penè intolerabilis, quæ cum diuitijs eſt cõmutata. Vnde rectè ille apud Plautũ:

Miſerum ſtatu uerbum & peſſimum eſt. Habuiſſe, & nihil habere.

Sed cùm addit, ſe dum eſſet diues, in mendicos liberalem extitiſſe: monet ſuo exemplo, quid alijs quandiu opibus fruuntur, faciendum ſit, & ita in ijs ſpes & ſecuritas collocanda, ut paupertatem ſemper reformident, in quam facilè poſſunt detrudi. Piè autem agnoſcit ſe Dei uoluntate effectum pauperem, quod anteà de eodem obſeruauimus.

παύτως θαρσαλέη) Et uerbis & uerberum minis hanc proteruam Melantho compeſcit, quam huic Penelopes orationi minimè aduerſantẽ inducit. Vnde colligas, eam etiam dominę quadã reuerẽtia cõmotã, ut à flagitioſa illa proteruia deſiſteret.

Dixit, & Eurynomẽ promã condã uerbũ affata eſt,
Eurynome porta iam ſedem, & pellem in ipſa,
Vt ſedens dicat uerbum, & audiat

Ἦ ῥα, καὶ Εὐρυνόμῃ ταμίῃ τοὸς μῦθον ἔειπεν,
Εὐρυνόμη, Φέρε δὴ δίφρον καὶ κῶας ἐπ' αὐτῷ,
Ὄφρα καθεζόμενος ἅπῃ ἔπος ἠδ' ἐπακούσῃ

Ὀ ξεῖν

Ὁ ξεῖνος ἐμέθεν, ἐθέλω δέ μιν ἐξερέεσθαι.
Ὡς ἔφαθ'. ἡ δ' ἄρα μάλ' ὀτρηρῶς κατέθηκε φέρουσα
Δίφρον εὐξέστην, καὶ ἐπ' αὐτῷ κῶας ἔβαλλεν·
Ἔνθα καθέζετ' ἔπειτα πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς.
Τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε φερέφρων Πηνελόπεια,
Ξεῖνε, τὸ μέν σε πρῶτον ἐγὼν ἐρήσομαι αὐτή,
Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; ποῦ τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες; (σεῦς,
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ-
Ὦ γύναι, οὐκ ἄν τις σε βροτῶν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν
Νεικέοι· ἦ γάρ σευ κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.
Ὡς δέ που ἢ βασιλῆος ἀμύμονος, ὅστε θεουδὴς
Ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων,
Εὐδικίας ἀέξησι· φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυρούς καὶ κριθάς, βρίθῃσι δ' ἔνδρεα καρπῷ·
Τίκτει δ' ἔμπεδα μῆλα· θάλασσα δ' ἀφείεται ἰχθῦς
Ἐξ εὐηγεσίης· ἀρετῇσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ.
Τῷ ἐμὲ νῦν τὰ μὲν ἄλλα μετάλλα σῷ ἐν οἴκῳ.
Μηδ' ἐμὸν ἐξερέεινε γένος καὶ πατρίδα γαῖαν,
Μή μοι μᾶλλον θυμὸν ἐνιπλήσῃς ὀδυνάων
Μνησαμένῳ· μάλα δ' εἰμὶ πολύστονος· ἀδέα μὲ χρὴ
Οἴκῳ ἐν ἀλλοτρίῳ γοόωντά τε μυρόμενόν τε
Ἤ' ἄλλον ἐπεὶ κάκιον πενθήμεναι ἄκριτον αἰεί.
Μή τίς μοι δμωῶν νεμεσήσεται, ἠὲ σὺ γ' αὐτή·
χ. δάκρυ πλώειν. Φῇ γὰρ * δακρυπλώειν βεβαρηότα μὲ φρεσὶν οἴνῳ.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα περίφρων Πηνελόπεια,
Ξεῖν', ἤτοι μὲν ἐμὼ ἀρετὴν εἶδός τε δέμας τε
Ὤλεσαν ἀθάνατοι, ὅτε Ἴλιον εἰσανέβαινον
χ. τοῖς δ' ἐμ. Ἀργεῖοι μετ' * ἐμοὶ πόσις ἦεν Ὀδυσεύς.
Εἰ κεῖνός γ' ἐλθὼν τὸν ἐμὸν βίον ἀμφιπολεύοι,
Μᾶλλόν κε κλέος εἴη ἐμὸν καὶ κάλλιον ἔτω.
χ. ἐπίκλωσεν. Νῦν δ' ἄχομαι· τόσα γάρ μοι * ἐπέκλωσεν κακὰ δαίμων
Ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ὑπερκρατέουσιν ἄριστοι, (μων.
Δουλιχίῳ τε, Σάμῃ τε, καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ,
Οἵ τ' αὐτὴν Ἰθάκην δυδείελον ἀμφινέμονται,
Οἵ μ' ἀεκαζομένην μνῶνται, τρύχουσι δ' οἶκον.
Τῷ οὔτε ξείνων ἐμπάζομαι, οὔθ' ἱκετάων,
Οὔτέ τι κηρύκων, οἵ δημιοεργοὶ ἔασιν·
Ἀλλ' Ὀδυσῆα ποθεῦσα, φίλον κατατήκομαι ἦτορ.
Οἵ δὲ γάμον σπεύδουσιν· ἐγὼ δ' δόλους τολυπεύω.
Φᾶρος μέν μοι πρῶτον ἐνέπνευσε φρεσὶ δαίμων
Στήσασθαι μέγαν ἱστὸν ἐνὶ μεγάροισιν ὑφαίνειν,
Λεπτὸν καὶ περίμετρον. ἄφαρ δ' αὐτοῖς μετέειπον,
Κῆροι ἐμοὶ μνηστῆρες, ἐπεὶ θάνε δῖος Ὀδυσσεύς,
Μίμνετ' ἐπειγόμενοι τὸν ἐμὸν γάμον εἰσόκε φᾶρος
χ. μεταμώλια. Ἐκτελέσω, (μή μοι * μεταμώλια νήματ' ὀλητε)
Λαέρτῃ ἥρωϊ ταφήϊον, εἰσότε κέν μιν
Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι τανηλεγὲς θανάτοιο.
Μή τίς μοι κατὰ δῆμον Ἀχαιϊάδων νεμεσήσῃ,
Αἴ κεν ἄτερ σπείρου κεῖται, πολλὰ κτεατίσας.
Ὡς ἐφάμην· τοῖσιν δ' ἐπεπείθετο θυμὸς ἀγλαΐηφι.
Ἔνθά κεν ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκον μέγαν ἱστόν,
Νύκτας δ' ἀλλύεσκον ἐπὴν δαΐδας παραθείμην.
Ὡς τρίετες μὲν ἔληθον ἐγὼ καὶ ἔπειθον Ἀχαιούς·
Ἀλλ' ὅτε τέτρατον ἦλθεν ἔτος, καὶ ἐπήλυθον ὧραι,
Μηνῶν φθινόντων, πολλὶ δ' ἤματα πολλ' ἐπελύθη,
Καὶ τότε δή με, σὺν δμωὰς κύνας οὐκ ἀλεγούσας,
Εἶλον ἐπελθόντες, ὁμοκλήσαντ' ἐπέεσσιν.
Ὡς τὸ μὲν ἐξετέλεσα καὶ οὐκ ἐθέλουσ' ὑπ' ἀνάγκης.

Hoſpes me, uolo autem ipſum interrogare.
Sic dixit, hæc ualde feſtinanter depoſuit portans
Sedem bene politam, & in ipſa pellem iecit.
Illic ſedit poſteà laborioſus diuinus Vlyſſes.
His autem uerbis incepit prudens Penelope.
Hoſpes, de hoc quidẽ te primũ ego interrogabo ipſa.
Quis? unde es uirorũ? ubi tibi ciuitas & parentes?
Hanc a. reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes,
O mulier nõ aliquis te hominum in infinita terra
Contendat, certè. n. tua gloria cœlum latum peruenit.
Sicut alicuius quidẽ regis inculpati, qui Deum colens
Viris iñ multis, & fortibus regnans,
Iuſtitias extendit, fert autem terra nigra
Tritica & hordea: grauantur autem arbores fructu.
Pariunt autem firma pecora, mare. a. præbet piſces
Ex recta adminiſtratione, feliciter degũt. a. populi ſub
Ideò à me nũc quidẽ alia inquire tua in domo (ipſo.
Ne meum interroga genus & patriam terram,
Ne mihi magis animum impleas doloribus
Recordati, ualde. a ſum ſuſpirioſus, neq; aliqd me decet
Domo in aliena lugentemq; flentemq;
Eſſe, quoniam peius lugere ualde ſemper.
Ne aliqua mihi ancillarum iraſcatur, uel tu ipſa.
Dicat. a lacrymas ſpargere grauatũ me mentib. uino.
Huic a. reſpondit poſtea prudens Penelope,
Hoſpes certè quidẽ meam uirtutem ſpeciemq; corpuſq;
Perdiderunt immortales, quando Ilium intuerunt
Argiui, cum his autem meus maritus iuit Vlyſſes.
Si ille redux hanc meam uitam gubernaret,
Maior gloria eſſet mea, & melior ſic.
Nunc. a. doleo: tot. n. mihi deſtinauit ſiniſtrũ numen.
Quicunq; enim inſulis dominantur optimi
Dulichioq;, Samaq;, & ſyluoſa Zacyntho,
Quiq; ipſam Ithacam temperatam paſcuntur,
Hi me nolentem petunt uxorem, cõterunt. a. domum.
Ideò neq; hoſpites curo, neq; ſupplices,
Neq; præcones, qui publicè operam ſuam nauant.
Sed Vlyſſem deſiderans dilecto contabeſco animo.
Hi autem nuptias feſtinant, ego autem dolos cogito.
Veſtem quidẽ mihi primùm inſpirauit mentib. Deus
Statuenti magnam telam in domibus texere,
Tenuem & immenſam, ſtatim autem ipſis dixi,
Iuuenes mei proci, quoniã mortuus eſt diuinus Vlyſſes,
Expectate feſtinantes has meas nuptias, donec ueſtẽ
Perficiam (ne mihi uana fila pereant)
Laerti heroi funeſtam, quando ipſum
Parca pernicioſa capiet in longũ extẽdẽtis (homines)
Ne aliqua mihi in populo Græcarũ iraſcatur (mortis.
Si ſine ueſte iacet multa poſſidens.
Sic dixi, his aũt perſuaſus eſt animus ſuperbus.
Tunc quotidiana quidem texebam magnam telam.
Noctes. a. reſoluebam, poſtquam lampades apponebã.
Sic triennium quidem latui ego, & perſuaſi Achiuos.
Sed quando quartus uenit annus, & uenerũt horæ
Menſibus deſinentibus, circùm. a. dies multi perfecti.
Et tunc iam me, propter famulas canes non curantes,
Acceperunt ingredientes, & minati ſunt uerbis,
Sic hanc telam perfeci, & non uolens neceſſitate.

Nunc

Nunc.a.neq; effugere possum nuptias, neq; aliq; aliud
Consilium inuenio, ualde autem urgent parentes
Nubere, aegre fert aũt filius facultates (illos) dilapidare
Cognoscens, iam enim uir qualisq; magnusq;
Ad domum curandam, huicq; Iupiter gloriam prabet.
Sed & sic mihi dic tuum genus, unde es.
Non enim à quercu es antiqua, neq; à petra.
Hanc autẽ respondens allocutus est prudens Vlysses.
O uxor uenerabilis Laertiade Vlysside,
Non amplius cessabis meum semen interrogare?
Sed agè tibi dicam, certè quidem me doloribus dabis
Pluribus quàm teneor: (est) quidem.n. pœna, quando à
Sua abest uir tanto tempore, quãto ego nunc (patria
Multas hominum ad ciuitates errans dolores patiens:
Sed & sic dicam quodcunq; me interrogas & inquiris.
Creta quidem terra est medio in nigro ponto,
Pulcra & pinguis, circumflua: in hac autem homines
Multi infiniti, & nonaginta ciuitates.
Alia.a. aliorum lingua mixta, in ipsa quidem Achiui.
Ibi autem Eteocretes magnanimi, ibiq; Cydones,
Dorenses q; Trichaices, diuiniq; Pelasgi.
Inter has Cnosos magna ciuitas, ubi Minos
Per nouem annos regnauit Iouis magni confabulator.
Patris mei pater magnanimi Deucalionis.
Deucalion autem me genuit, & Idomeneum regem.
Sed hic quidem in nauibus rostratis Ilium ad
Iuit simul cum Atridis, mihi.a. nomen inclytũ Aethon,
Iunior natu, hic autem prior & melior
Illic Vlyssem ego uidi, & hospitalia (dona) dedi,
Etenim hunc ad Cretam deduxit uis uenti
Euntem ad Troiam, ubi abduxisset à Maleis.
Statuit autem in Amniso, ubi spelunca Lucina
In portibus difficilibus, uix autem fugit procellas.
Statim.a. Idomeneũ interrogauit ad ciuitatẽ profect, *
Hospitem.n. ipsum dicebat, dilectũq; esse reuerẽdumq;.
Huic autem iam decima uel undecima fuit Aurora
Eunti cum nauibus rostratis Ilium intrò.
Hunc quidẽ ego ad domos ducens rectè hospitio excepi,
Accuratè amplectens cùm multi in domo essent,
Et ei his aljs socijs, qui simul ipsum sequebantur
A populo farinas dedi, & nigrum uinum congregatũ,
Et boues mactare, ut impleret animum.
Illic duodecim quidem manserunt dies diuini Achiui
(Flabat enim Boreæ uentus magnus, neq; in terra
Sinebat stare, sauus autem aliquis mouebat Deus.)
Ipsa autem.13. die uentus cecidit, hi autem ascenderũt.
Dixit, mendacia multa dicens ueris similia
Hac.a. iam audiente fluebãt lacryma, liquefiebat autẽ
Sicut.a. nix liquefit in altis montibus (corpus,
Quam Eurus liquefecit, postquã Zephyrus defusus est.
Liquefacta autem igitur hac fluuij implentur fluẽtes:
Sic huius liquefiebant pulcra gena lacrymantis,
Flentis suum uirum assidentem: at Vlysses
Animo quidem lugentem suam miserabatur uxorẽ.
Oculi autem tanquam cornua stabant uel ferrum
Tacitè in palpebris, dolo.a. hic lacrymas occultabat.

Νῦν δ' οὔτ' ἐκφυγέειν δυνάμην γάμον, οὔτέ τιν' ἄλλην
Μῆτιν ἐφευρίσκω. μάλα δ' ὀτρύνουσι τοκῆες
Γήμασθ'. ἀσχαλάᾳ γὰρ πᾶις βίοτον κατεδόντων,
Γιγνώσκων· ἤδη γὰρ ἀνὴρ οἷός τε * μάλιστα ρε. μέγας τε
Οἴκου κήδεσθαι, τῷ τε Ζεὺς * κῦδος ὀπάζει. κ. ὄλβον
Ἀλλὰ καὶ ὣς μοι εἰπὲ τὸν γαῖαν, ὁππόθεν ἐσσί.
Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι † παλαιφάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης. κ. παλαιφάτου
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ-
σεύς· (σεὺς,
Ὦ γύναι αἰδοίη Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος,
Οὐκ ἔτ' † ἀπολήξεις τὸν ἐμὸν γόνον ἐξερέεσθαι· κ. ἀπολήξεις
Ἀλλ' ἦ τοι ἐρέω· ἦ μάν μ' ἀχέεσσί γε δώσεις
Πλείοσιν ἢ ἔχομαι. ἦ γὰρ δίκη, ὁππότε πάτρης
Ἧς ἀπέῃσιν ἀνὴρ τόσσον χρόνον ὅσσον ἐγὼ νῦν,
Πολλὰ βροτῶν ἄστη ἀλώμενος, ἄλγεα πάσχων.
Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐρέω ὅ μ' ἀνείρεαι ἠδὲ μεταλλᾷς.
Κρήτη τίς γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
Καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυτος· ἐν δ' ἄνθρωποι
Πολλοί, ἀπείρεσιοι, καὶ † ἐννήκοντα πόληες. κ. ἐννήκοντα πόλεις.
Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη· ἐν μὲν Ἀχαιοί,
Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες,
Δωρῆές τε Τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί,
Τοῖσι δὲ ἐν Κνωσσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθά τε Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής,
Πατρὸς ἐμοῖο πατὴρ μεγαθύμου Δευκαλίωνος.
Δευκαλίων δέ μ' ἔτικτε, καὶ Ἰδομενῆα ἄνακτα·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν νήεσσι κορωνίσιν Ἴλιον εἴσω
Ὤχετ' ἅμ' Ἀτρεΐδῃσιν· ἐμοὶ δ' ὄνομα κλυτὸν Αἴθων,
Ὁππότερος γενεῇ ὁ δ' ἄρα, πολὺ φέρτερος ἠδὲ ἀρείων.
Ἔνθ' Ὀδυσῆα ἐγὼν ἐδόμην, καὶ ξείνια δῶκα.
Καὶ γὰρ τὸν Κρήτηνδε κατήγαγε, ἷς ἀέμοιο,
Ἰέμενον Τροίηνδε, παρὰ πλάγξαντα Μαλειῶν.
Στῆσε δ' ἐν Ἀμνισῷ, ὅθι τε σπέος Εἰλειθυίης,
Ἐν λιμέσιν χαλεπῶσι· μόλις δ' ὑπάλυξεν ἀέλλας.
Αὐτίκα δ' Ἰδομῆνα μεταλλᾶ ἄσυδ' ἀνελθών·
Ξεῖνον γάρ μιν ἔφασκε φίλον τ' ἔμεν αἰδοῖόν τε.
Τῷ δ' ἤδη δεκάτῃ ἢ ἐνδεκάτῃ πέλεν ἠὼς
Οἰχομένῳ σὺν νηυσὶ κορωνίσιν Ἴλιον εἴσω.
Τὸν μὲν ἐγὼ πρὸς δῶμα ἄγων εὐ ἐξείνισσα,
Ἐν δυκέως φιλέεσκον, πολλῶν κὴν οἶκον ἐόντων.
Καί οἱ, τοῖς τ' ἄλλοις ἑτάροις οἳ ἅμ' αὖτῷ ἕποντο,
Δημόθεν ἄλφιτα δῶκα καὶ αἴθοπα οἶνον ἀγείρας,
Καὶ βοῦς ἱερεύσασθ' ἵνα πλησαίατο θυμόν.
Ἔνθα δυώδεκα μὲν μετὰ δῖοι Ἀχαιοί·
(Εἶλει γὰρ Βορέης ἄνεμος μέγας, ὃν δὴ ὀπὶ γαίῃ
Εἶα ἴσασθ' χαλεπὸς δὲ ἔην· ὑπὸ δαίμονι δῆλος)
Τῇ τρισκαιδεκάτῃ δ' αὖτε πίσυ· τοὶ δ' ἀνάγοντο.
Ἴσκε, ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.
Τῆς δ' ἄρ' ἀκουούσης ῥέε δάκρυα, τήκετο δ' ἠχρώς.
Ὡς δ' ὅτε νιφὰς κατατήκεται ἐν ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν,
Ἣν τε Εὖρος κατέτηξεν ἐπὴν Ζέφυρος † καταχεύῃ, κ. καταχεύσῃ.
Τηκομένης δ' ἄρα τῆς ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες,
Ὣς τῆς τήκετο καλὰ παρήϊα δακρυχεούσης,
Κλαιούσης ἑὸν ἄνδρα παρήμενον. αὐτὰρ Ὀδυσεὺς
Θυμῷ μὲν γοόωσαν ἐλὼ ἐλέαιρε γυναῖκα,
Ὀφθαλμοὶ δ' ὥσεὶ κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος,
Ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι. δόλῳ δ' ὅγε δάκρυα κεῦθε.

COMMENTARIVS.

ὡς ; πρὶν ἂν τὸν ἀνδρῶν I Antequam hunc hospitem de marito interroget, qui tamẽ eius erat scopus, petit certior fieri de ipso-

met

met hoſpite, deq; eius patria & parentibus: quaſi illi indicaret, ſe de eo etiam aliquo modo eſſe ſolicitam, & penè plus quàm de marito, de cuius ſtatu poſteà quærit. Si ea igitur, quorum curam gerimus, principe loco ponimus, colligi poteſt, Penelopen, neſcio qua obtuſa & incognita animi propenſione (quæ à poetica induſtria informatur) in hunc hoſpitem affici.

ὦ γυναι) Quia interrogationibus Penelopæ ſatisfacere non poterat ſine magno animi dolore, qui erat ex tot malorum commemoratione oriturus, prima fronte reſponſum ei denegat duabus de cauſis: primùm quòd indecorum eſſe exiſtimet, in alienis ædibus proprias calamitates lugere: deinde, quòd his luctibus intempeſtiuum ſit tempus, quia à conuiuio uideretur præ nimia uini copia lacrymas profundere. Intelligebat enim, uix hoc in paupere quendam boni cõſulturum, quod iam apud procos erat expertus. Atq; hic quidem eſt ſcopus Vlyſsis. Sed, ni fallor, humano capiti ceruicem equinam in ipſo initio animaduertere licet. Quæ enim cohærentia eſt primæ partis, cum poſtrema. An quòd celebris ſit Penelopæ gloria, ideò hæc renarrare Vlyſſem non oportuit? Atqui ex illa hypotheſi hoc intulit, ut docet illud uerbum τοῦ, quod eſt αἰτιολογικὸν. Sed hæc ἄτοπα nos quantũ poſſumus, à poeta noſtro remoueamus. Ego omnia ita cohærere intelligo, ſi dicamus, illa de gloria & beatitate Penelopes Vlyſſem præfari, ne ineptiùs facere uideretur, qui triſtes de ſe narrationes illi immiſceret, quibus poterat quodammodo conturbari. Quòd autem hoc de felici Penelopes uita intelligat, doceri ſatis puto in eleganti illa comparatione Penelopes cum rege, cui omnia proſperè ſuccedunt, ut ſine dubio per illud κλέος, εὐδαιμονίαν ἄφθονον, ſiue, ut Homericè loquamur, πανυπέρθυμον ἀρητὸν ſignificârit. Hæc ita accipi uolo, donec uel lector aliquid meliùs ſuggeſſerit, uel ego ipſe aliàs maiore cum otio expromam.

ὥστε τεὸν ἠβασιλῆα) Hæc comparatio uel ſola Homero laudem æternam parere poſſet, & eò maiorem, quòd nõ de re minima, quales nonnullas etiam habet, ſed de communi, & publica longeq; auguſtiſsima eſt inſtituta. Attende enim diligenter, quid dicat. Scopus eius eſt, docere qua ratione optima felicitas regibus & populo, qui regibus paret, eueniat. Scopus, inquã, hic eſt, non ſi comparationẽ ad rem comparatã referas, ſed per ſe, &, ut ita dicam, in abſtracto. quod doctrinæ cauſa mihi ſtatuere liceat: nulla enim diſcendo ἀκαιρία eſſe poteſt. Duobus ergo modis felices Reges (cùm hos dico, quicquid ipſis ſubijcitur intelligi uolo, ſine quibus Reges eſſe deſinunt) ſtatuit: primùm ex Dei cultu: deinde ex adminiſtratione iuſtitiæ. Dei cultus & Pietas in uoce, θεοσέβεια, exprimitur, ut aliàs docebimus: unde θεοσέβειαν appellauit Nonnus Pietatem, qua Deo ſimiles eſſe ſtudemus, uel ei placere, ſi ab ἀδίκῳ deduxeris. Iuſtitiæ adminiſtratio ibi, εὐδικίας αὐέξησιν. Ex quo utroq; conflatur illa εὐηγασίαν (pro quæ uoce quoſdam malè εὐεργασίαν ſubſtituiſſe monet Didymus) quam in fine comparationis appellat. Inde, inquit, fertilitas terræ tam in proferendis frugibus, quàm in alendis pecoribus. Inde etiam piſcium in mari copia. Inde deniq; totius populi uniuerſalis felicitas, qua ſub pio & iuſto Rege fruitur. O ſapientem & nunquam ſatis laudatum uatem. O dignum hominem. cuius ſcripta nõ in puluere ſolùm ſcholaſtico, ſed in ſarrano illo Regum & Principum noſtro noctes & dies uoluantur, legantur & amentur. Hoc nimirũ ſolo doctore florentem regni cuiuſuis ſtatum quamprimùm animaduertes. Hic ſolus inſtar omnium, quotquot unquã uel de Repub. uel de Legib. quantumuis uetuſtiſsimi illi ſint, ſcribere ſunt conati. Quorſum enim moles illa uoluminum de re tam facili, tam perſpicua, quam in tam anguſtos fines poſsis concludere? Ea breuitate ille generis humani Redemptor ſacroſanctam Patris æterni legem, quamuis & illa pauca uerborum congerie fuiſſet tradita, nobis coarctauit. Scilicet longam ſermonis ambagem Recti præcepta reſpuũt: fucos illos genuina ueritatis facies abhorret. Quàm prudenter ergo Homerus noſter arduam illam & grauem regni adminiſtrationem duobus capitibus breuiter complectitur. Cedò quib.? Pietate & Iuſtitia. Quo anagrãmate gaudent Regis Galliæ Car. 9. inſignia. Scio hæc præcepta aliunde depromi poſſe, ſed ea ab Homero nemo eſt, credo, qui lubẽter nõ audiat & amplectatur. Aut ſi etiã Chriſtiani aure ſurda hæc bibunt, grauiùs peccant, qui Ethnico ſcriptori id placere uideant, quæ omnino cum Spiritu Sancto conſentiunt: imò ſi aſpernari pergant, hoc uel ſolo iudice, in æternũ perire poſſunt. Imò ſi bene auguror, quæcunq; regna his duobus columinib. deſtituentur, funditùs & miſerè breuiter corruent. Et hoc cõtrariorum ſcientia euidenter docet. Nam ſi pij & iuſti reges felicitatem regnis ſuis conciliant, quid, rogo, de impijs & iniuſtis, niſi omnia ſiniſtra ſperaueris?

φῆ) δακρυοπλώειν) Non eſt quidẽ perpetuum, ut qui nimio uino ſe ingurgitârunt, ad lacrymas effundendas ſint faciles. Varia enim ſunt ebriorum genera: quidam caninam habent ebrietatem, quidam aſininam, quidam uitulinam & ſimiarum, quidam ſuum, quidam deniq; ouium, quos facilè lacrymari tradunt. Sunt & alia genera, quæ memini à pictore quodam in tabella expreſſa. Sed & de ijs extat libellus impreſſus Francofurti ann. 1581. cum Epiſtolis obſcurorum uirorum.

ξεῖνʼ ἔπος) Hæc oratio Penelopes ex alijs locis, qui iam præceſſerunt, confuta eſt. Porrò longiore noſtra enarratione nõ indiget. In fine id noue dicitur, quomodo hanc telam pertexere coacta ſit, unde iam inſtet nuptiarũ tempus, quas illi amplecti ſit neceſſarium, tum quia ea conditio, cuius beneficio eas diſtulerat, expirârit: tum quòd ad eas undique & à parentibus & à filio urgeatur.

ἀλλ' ἀπὸ δρυὸς) Prouerbium eſt, *Ex quercubus & ſaxis naſci*, in eos, qui loco ſunt ignobili & obſcuro genere. De quo uide Eraſ. Adag. Chil. 1. cent. 8. prou. 87. & Tzetzen Chil. 8. triſt. 286.

ἦμὲ' ἀχέεσσί γε φίλοισι) Verum eſt illud uulgatum, Iucundam eſſe præteritorum malorum ſecuram recordationẽ. Sed id demum, ſi præſentem ſecuritatem cum illis malis conferas: hoc eſt, quàm ſuauis ſit illa prædoloribus, quos in ijs pertuliſti: qua de re dictum eſt ſup. lib. 15. pag. 224. Si quis ergo è paupere & errone diuitijs affatim placidè potiatur, aliqua cum uoluptate malorum illorum poteſt recordari. Vbi uerò miſeriæ eius identidem recrudeſcunt, aut adhuc ſunt recentes, ſi eas commemorauerit, dolores ſuos ſibi refricat, imò eò magis auget, quò nõ ſolùm eorũ ſibi eſt conſcius, ſed alijs etiam patefacit quaſi calamitatum illarum teſtes habet. Faciliùs autem ſoli mala perferimus, quàm ſi reliquis memoriam illorum communicamus. Vnde intelliges, cur ex hac ratione dolores ſuos Vlyſſes augeri dicat.

κρήτη τις γαῖα ἐστί) Mirum eſt, quàm ſit Proteus mutabilis & inconſtans hic noſter πολύμητις Vlyſſes in exponenda ſui hiſtoria, ut ex alijs eiuſdem præcedentibus narrationibus tum Eumæo; tum procis in conuiuio factis, & hac præſenti cõſtare poteſt. In uno tamen ſibi conſtat, quòd ſe Crẽta oriundum ubiq; prædicat. Rectè: ut illud Callimachi uel Epimenidis uerum appareat Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, & ſemper κρητίζειν, ac falſa cõminiſci uideatur. Hîc ergo ſe Cretenſem natione profitetur: quam regionem ut commendabilem faciat, eam deſcribit & laudat ab amœnitate, fertilitate, populorũ multitudine, & ciuitatũ numero. Quæ omnia hiſtorica & uera præmittit, ut ijs quaſi faſcinaret animum Penelopæ, ne ſequentis narrationis falſitatẽ detegeret. Fuit ſanè inſula illa celeberrima, quę etiam Deos illos ueterum maxima ex parte protulerit: cuius deſcriptionẽ pluribus perſequitur Plinius lib. 4. cap. 12. Ptolemæus lib. 3. c. 17. Mela lib. 2. Diod. lib. 5. c. 15. Solinus c. 18. Strab. lib. 10. qui ueſtigia Homerica, ut aliàs ſemper, magis inſtitit. quos licet lectori cõſulere, donec nos omnia diligẽtiùs in Lexico perſequemur.

ἐννήκοντα πόληες) Hæc nobis ſunt examinanda. Nam idem noſter Homerus ſecundo Iliad. pag. 43. noſtræ editionis Cretam manifeſtè ἑκατόμπολιν appellat,

ἄλλοι θʼ οἱ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο.

Cur ergo hîc Vlyſſes Homericus nonaginta urbes tantùm illi aſsignat. Ephorus hanc inconſtantiam (ut uidetur) in Poeta excuſaturus, cenſebat decem urbes poſt belli Troiani tempeſtatem conditas fuiſſe à Dorienſibus, qui eò Achæmenem ſecuti ſunt. Itaq; dicebat, Vlyſſem introduci, qui nonaginta urbes inſulæ illi tribuat. Quod non eſſe ueriſimile, pronunciat Strabo lib. 10. Alij ab Idomenei hoſtibus decem urbes deletas perhibebant. At enim Homerus, inquit Strabo, non poſt bellum Troianum centum urbes habuiſſe Cretam dicit, ſed ſuo tempore: è ſua enim loquitur perſona. Quòd ſi uerba hæc feciſſet alicuius, qui tum uixit, ſicut in Vlyſſea ab ipſo Vlyſſe nonaginta urbibus prædita inſula dicitur: accipienda hæc ſententia erat, & quæ ſequuntur, itidem conſtarent. Neq; enim probabile eſt, uel ſub expeditionem Idomenei, uel ſub reditum eius, urbes illas fuiſſe abolitas. Quippe Homerus ait Odyſſ. γ.

πάντας δʼ Ἰδομενεὺς Κρήτην ἐσάγαγʼ ἑταίρους, οἵ φύγον ὀξὺ πόλεμον, πόντος δʼ οἱ ἄπτερ' ἀνῆγεν. id eſt:
Omnes Idomeneus ad Cretam reduxit ſocios. Qui fugerunt ex bello. Mare autem ei nullam abſtulit.

Itaque fuerat omnino Homerus etiam illius urbium euerſionis mentionem facturus. Nõ enim Vlyſſes quidem eam poterat habere cognitam, qui cum nemine Græcorum uel in ſuis erroribus uel poſtmodo conueniſſet: idemq; cùm & in expeditione ſocius Idomeneo fuiſſet, & unà domum incolumis redijſſet, ignorare, quid ei abſenti aut redeunti accidiſſet. Poſt reditũ uerò fieri hoc non potuit. Nam ſi cum omnib. ſocijs redijt, plus habuit uirium, quàm ut hoſtes ei decẽ urbes ualerẽt eripere. Hæc ille. Porrò miror, à nullo, quod ſciam, Geographo hanc diſtinctionem ſeruari. Vnde conſtat, eos huius numeri ueritatem

ritatem ultra tempora Homerica non indagaſſe. Omnes enim in centenarium numerũ conſentiunt, niſi quis me latet, præter Homerum & Strabonem. Plinius ſanè, diligentiſsimus alioqui ſcriptor, lib. 4. cap. 12. centũ oppidorum meminit, quorum quadraginta nominatim recenſet, ſexaginta innominata relinquit. Sic Virgilius, Horatius, Ouidius, Lucanus, Statius, hunc numerum retinent, quem etiam Homerus 2. Iliad. ut dicebamus, amplexus eſt. Centum urbibus conſtipatam appellat Solinus dicto cap. 16. idem etiam Pomponius. Sed heus tu, in uulgatis Solini codicibus legebã *Conſtipata*. At Delrio monet legendum *Non ſtipata*. Cui aſtipulari uidetur orationis contextus. Vbi mireris, illam caſtigationem ſequutus, quid Solino in mentem uenerit, ut non ſolùm ab alijs omnibus hiſtoriographis, ſed à ſuo duce & præmonſtratore Plinio tam manifeſtè diſſentiret, aut tot celebres uiros, quibus Homerum principẽ annumero, rem falſam prodidiſſe. Hunc ſanè numerũ ſubticuit Diodorus, qui ſolius urbium multitudinis meminit. Ptolemæus quoq; non expreſsit, ut neq; Dionyſius Alexandrinus. Sed hæc reticentia tot uirorum authoritati non præiudicat, ut neq; unius Solini opinio, cui Strabonem facilè oppoſuero. Negotium ab eruditis expendatur, & ab ipſo Delrio.

πολλὴ δ' ἐπίηρος) Dionyſius de Creta:

——ἰσῦδι δ' αὐτῆς πολλὴ καὶ λιπαρή τε ἐϋβοτος.
Κρήτη πιμήσασα, διὸς μεγάλοιο πόλιν.

Plinius à temperie cœli Macaron appellatam exiſtimaſſe ſcribit. Solinus μακαρόνησον. Herodotus lib. 3. Fructuum, inquit, bonitas declarat Cretæ inſulæ cœli temperiem. Plinius lib. 25. cap. 8. Eſt & tertium, inquit, genus dictamnum uocatum, ſed neque facie, neq; effectu ſimile, folio Siſymbri, ramis maioribus: procedente perſuaſione illa, quicquid in Creta naſcitur, infinitè præſtare cæteris eiuſdem generis alibi genitis. Hodie etiam uinũ generoſiſsimum profert, Maluoyſie de Candie, uulgò appellatum. Cretam enim hodie Candie indigetant, quæ eſt ſub ditione Venetorum.

ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα) Cretã primùm quidẽ incoluerunt ij, quos Eteocretes hîc appellatos, uides, id eſt indigenas (ex more antiquorum loquimur: nos enim unicum Adamũ αὐτόχθονα prædicamus, & fabulas illas de indigenis ridemus) qui uerè Cretenſes dici meruêre. At ut refert Diod. lib. 5. cap 15 circa finem, alij etiam populi eò commigrârunt, & inſulæ illius partes occupârunt. Hinc illa linguarum diuerſitas, cuius nunc Vlyſſes meminit: quanquam hîc ueteres annotarent, ut ſcribit Euſtathius, illam ab Vlyſſe confingi, ne reprehenderetur qui non uteretur lingua Cretenſium. Atqui, inquam, Cretenſium ſermo non alius fuit quàm Græcus, quo etiam ſuam hiſtoriam conſcripſiſſe Dyctin Cretenſem, teſtatur Q. Septimius Romanus in illa epiſtola, quam illi præfixit. Exiſtimo ergo, per γλῶσσαν ſolam dialecti diuerſitatem ſignificari, qualis eſt inter Dorienſes, Ionas, Atticos, &c. Aut ſi de totius linguæ differentia ſit intelligendum, id de mixtis illis barbaris interpretabimur, quos refert Diodorus memorato iam loco in Cretam appuliſſe, qui Græcè non ſint loquuti: unde ſcribit, eos poſteà longa conſuetudine & frequenti uſu Græcam linguam addidiciſſe, poſteaq; Minois & Rhadamanti imperio paruiſſe.

ἐναίσιος) De Minoe aliàs dicemus, & cur ἐναίσιος Iouis appellatur, ſuo loco explicabimus. Hîc nota, diuerſam huius hoſpitis originem ab illa, quam anteà duobus locis exponebat: deniq; totam narrationem ab ea planè differentem:

Quo teneam uultus mutantem hunc Protea nodo?

δαίμων) Nihil ſine Numine fieri Homerus patitur, quod paſsim in eius poeſi uidemus, ne quid τυχικὸν agnoſci ab eo credas, cùm nomẽ τύχης ne apud eum quidem legatur, licet Pauſanias dicat in hymno Cereris reperiri. At de illo Homero hymnographo lis adhuc eſt ſub Iudice.

τῆς δ' ὑπὸ δακρυόεσσα) Deſcribit nobis opportunè Penelopen iſtos lacrymarum torrentes effundentem, præſente nimirũ marito, qui teſtis beneuolentiæ, qua eum complectebatur, iam eſſe poterat. Tantosautem luctus ei affingit, quantos par erat à chariſsima coniuge manare, quæ non ſimulatum, ſed uerum dolorem ob mariti caſum præ ſe ferret. Eos autẽ eleganti illa comparatione auget, cùm in ea repentinam & quaſi momentaneam τῆξιν & tabefactionem imaginatur.

παρήμενον) Hoc ex perſona Poetæ dicitur. Adeſſe enim coniugem ignorabat Penelope.

ὀφθαλμοῖ) Mira fuit in Vlyſſe diſsimulandi dexteritas, ut etiam naturales iſtos affectus compeſcere potuerit, qui alioqui uel ab inuitis produntur. Eleganter autem eius oculos cornui aut ferro comparat propter ſiccitatem.

Hæc. a. poſtquam igitur ſatiata multarum lacrymarũ
Iterum ipſum uerbis reſpondens allocuta eſt. (luctu,
Nunc iam te hoſpes puto tentaſſe
Si uerè tam illic cum diuinis ſocijs
Hoſpitio excepiſti in domib. meum maritũ, ſicut dicis.
Dic mihi qualia, quæ circa corpꝰ ueſtimẽta induꝰ erat
Ipſe qualis erat, & ſocios qui ipſum ſequebantur.
Hanc aũt reſpondens allocutus eſt prudens Vlyſſes,
O mulier, difficilè tanto tempore ſeorſum qui fuerit
Dicere, iam enim ei uigeſimus annus eſt,
Ex quo illinc iuit, & mea abÿt patria.
At ego dicam ſicut mihi uidetur animo.
Veſtem purpuream ſubtilem habebat diuinus Vlyſſes.
Duplicem, at ei fibula auro facta erat
Foraminibus duplicibus, antè autem uariegata erant.
In prioribus pedibus canis habebat uarium ceruum
Trementem uidens, hoc autem admirabantur omnes.
Similiter hi aurei erãt: hic quidẽ uidebat hinnulũ ſuf-
At hic effugere promptus palpitabat pedib. (focans,
Hanc autem interulã intellexi circa corpus ſplendidã
Tanquam cæpæ tunicam aridæ.
Sic quidem erat mollis, ſplendida autem erat Sol ſicut.
Certè quidem multæ ipſum admirabantur mulieres,
Aliud autem tibi dico, tu autẽ in mentibus pone tuis.
Neſcio ſi hæc indutus fuerit circa corpus domi Vlyſſes,
An aliquis ſociorum dederit ueloci in naue eunti,
An aliquis alicubi & hoſpes, quoniam multis Vlyſſes
Fuit amicus, pauci enim Achiuorum erant ſimiles:

Ἠ δ' ἐπεὶ οὖν πάρ ῥ' ἧν πολυδακρύοιο γόοιο,
Ἐ ξαῦτίς μιν ἔπειτα ἀμοιβομένη προσέειπεν,
Νῦν μὲν δή σευ ξεῖνέ γ' ὀΐω πειρήσεσθαι
Εἰ ἐτὸν δὴ κεῖθι σὺν αὐτῇσιν ἑτάροισιν
Ξείνισας ἐν μεγάροισιν ἐμὸν πόσιν, ὡς ἀγορεύεις.
Εἰπέ μοι ὁπποῖ' ἄσσα περὶ χροῒ εἵματα ἕσσο,
Αὐτός θ' οἵ τε ἕποντο.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς,
Ὦ γύναι, ἀργαλέον τόδε γε χρόνον ἀμφὶς ἐόντα (σεῦς,
Εἰπέμεν. ἤδη γάρ οἱ ἐείκοσιν ἔτεσιν ἔσσὶν
Ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβη, κἀμῆς ἀπελήλυθε πάτρης.
Ἀλλὰ καὶ ὡς ἐρέω ὥς μοι ἰνδάλλεται ἦτορ. κ. Αὐτὰρ ἐγὼν ἐρέω.
Χλαῖναν πορφυρέην οὔλην ἔχε δίπλακα θ' Ὀδυσεύς,
Διπλῆν· αὐτὰρ οἱ περόνη χρυσοῖο τέτυκτο
Αὐλοῖσιν διδύμοισι· πάροιθε δὲ δαίδαλον ἦεν·
Ἐν προτέροισι πόδεσσι κύων ἔχεποικίλον ἔλλὸν
Ἀσπαίροντα λάων· τὸ δὲ θαυμάζεσκον ἅπαντες,
Ὡς οἱ χρύσεοι ὄντες, ὁ μὲν λάε νεβρὸν ἀπάγχων,
Αὐτὰρ ὁ, σπεύδειν μεμαὼς, ἤπαιρε πόδεσσι.
Τὸν δὴ χιτῶν' ἐνόησα περὶ χροῒ σιγαλόεντα,
Οἷόν τε κρομύοιο λοπὸν κεῖ' ἰσχαλέοιο.
Τὼς μὲν ἔην μαλακὸς, λαμπρῶς δὲ ἠΰτε ἠέλιος αὐγὴ·
Ἧ μὲν πολλαί γ' αὐτὸν ἐθηήσαντο γυναῖκες.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν·
Οὐκ οἶδ' εἰ τάδε ἕσσο περὶ χροῒ οἴκοθ' Ὀδυσεύς,
Ἦ πὴ ἑταίρων δῶκε θοῇς ὀπὶ νηὸς ἰόντι,
Ἦ τίς που κἀὶ ξεῖνος· ἐπεὶ πολλοῖσιν Ὀδυσεὺς
Ἔσκε φίλος· παῦροι γὰρ Ἀχαιῶν ἦσαν ὁμοῖοι.

Καί οἱ ἐγὼ χάλκειον ἄορ καὶ δίπλακα δῶκα
Καλὸν, πορφυρέην, ἠδ' ἠρμόσυνα χιτῶνα.
Αἰδοίως δ' ἀπέπεμπον εὐεστέλμῳ ἐπὶ νηός.
Καὶ μοί οἱ κῆρυξ ὀλίγον πρεσβύτερος αὐτὸς
Εἵπετο· καὶ τὸν τοι μυθήσομαι οἷός περ.
Γυρὸς ἦεν ὤμοισιν, μελανόχροος, ἀλοκάρηνος·
Εὐρυβάτης δ' ὄνομ' ἔσκε. τίον δέ μιν ἔξοχον ἄλλων
Ὧν ἑτάρων Ὀδυσεύς, ὅτι οἱ φρεσὶν ἄρτια ἤδη.
Ὡς φάτ'. τῇ δ' ἔτι μᾶλλον ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο,
Σήματ' ἀναγνόντι τά οἱ ἔμπεδα πέφραδ' Ὀδυσεύς.
Ἣ δ' ἐπεὶ οὖν τάρφθη πολυδακρύτοιο γόοιο,
Καὶ τότε μιν μύθοισιν ἀμείβομενη προσέειπε;
Νῦν μὲν δή μοι ξεῖνε, πάρος περ ἐὼν ἐλεεινὸς
Ἐν μεγάροισιν ἐμοῖσι, φίλος τ' ἔσῃ αἰδοῖός τε.
Αὐτὴ γὰρ τάδε εἵματ' ἐγὼ πόρον οἷσι ἀγόρευες,
Πτύξασ' ἐκ θαλάμου περόνην τ' ἐπέθηκα φαεινὴν,
Κείνῳ ἄχαλμ' † εἶναι. τὸν δ' ἐκ νόστον δέξομαι αὖτις
Οἴκαδε νοστήσαντα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
Τῷ ῥα κακῇ αἴσῃ κοίλης ἐπὶ νηὸς Ὀδυσεὺς
Ὤχετ' ἐποψόμενος κακοείλιον οὐκ ὀνομαστήν.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ-
σεὺς
Ὦ γύναι αἰδοίη Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος,
Μηκέτι νῦν χρόα καλὸν ἐναίρεο, μηδέ τι θυμὸν
Τῆκε, πόσιν γοόωσα. νεμεσσητῶς μὲν γὰρ ὀδύρει
Καὶ γάρ τις τ' ἄλλοιον ὀδύρεται ἄνδρ' ὀλέσασα
Κεδνόν, τῷ τέκνα τέκῃ φιλότητι μιγεῖσα,
Ἢ Ὀδυσῆ', ὃν φασι θεοῖς ἐναλίγκιον εἶναι.
Ἀλλὰ γόον μὲν παῦσαι, ἐμεῖο δ' ἄκουσον † μῦθον.
Νημερτέως γάρ τοι μυθήσομαι, οὐδέ τι κεύσω,
Ὡς ἤδη Ὀδυσῆος ἐγὼ περὶ νόστου ἄκουσα
Ἄγχοθ' Θεσπρωτῶν αὐδρῶν ἐν πίονι δήμῳ
Ζωὸν. αὐτὰρ ἄγει κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλὰ,
Αἰτίζων ἀνὰ δῆμον. ἀτὰρ ἑῆρας ἑταίρους
Ὤλεσε καὶ νῆα γλαφυρὴν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
Θρινακίης ἀπὸ νήσου ἰὼν. ὀδύσαντο γὰρ αὐτῷ
Ζεύς τε καὶ Ἠέλιος· τῷ γὰρ βόας ἔκταν ἑταῖροι.
Οἱ μὲν πάντες ὄλοντο πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ·
Τὸν δ' ἄρ' ἐπὶ τρόπις νεὸς ἔκβαλε κῦμ' ἐπὶ χέρσου
Φαιήκων ἐς γαῖαν, οἱ ἀγχίθεοι γεγάασιν.
Οἳ δή μιν περὶ κῆρ ἐθέλον ὡς ἱμήσαντο,
Καί οἱ πολλὰ δόσαν, πέμπειν τό μιν ἤθελον αὐτὸν
Οἴκαδ' ἀπήμονα. καὶ κεν πάλαι ἐνθάδ' Ὀδυσεὺς
Ἦεν· ἀλλ' ἄρα οἱ τό γε κέρδιον εἴσατο θυμῷ,
Χρήματ' ἀγυρτάζειν πολλὰ ἐπὶ γαῖαν ἰόντι.
Ὡς περὶ κέρδεα πολλὰ καταθνητῶν ἀνθρώπων
Οἶδ' Ὀδυσεύς· ἀτὰρ οὔ τις ἐρίσσεται βροτὸς ἄλλος,
Ὡς μοι Θεσπρωτῶν βασιλεὺς μυθήσατο Φείδων.
Ὤμνυε δ' ἕρξας ἐμὲ αὐτὸν ἀποσπένδων ἐνὶ οἴκῳ,
Νῆα κατειρύσθαι, καὶ ἑπαρτίας ἔμμεν ἑταίρους
Οἳ δή μιν πέμψοισι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ἀλλ' ἐμὲ πρὶν ἀπέπεμψε· τύχησε γὰρ ἐρχομένη νηῦς
Ἀνδρῶν Θεσπρωτῶν ἐς Δουλίχιον πυρόπυρον.
Καί μοι κτήματ' ἔδειξεν ὅσα ξυναγείρατ' Ὀδυσεύς.
Καὶ νύ κεν ἐς δεκάτην γενεὴν ἕτερόν γ' ἔτι βόσκοι
Ὅσσα οἱ ἐν μεγάροις κειμήλια κεῖτο ἄνακτος.
Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ,
Ὅππως νοστήσειε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,

Et ei ego æreum enſem, & duplicem dedi
Pulcram purpuream, & talarem ueſtem,
Honoratè autem dimiſi benè tabulata in naui.
Et quidem eum præco paululùm maior ipſo
Sequebatur & hunc tibi dicam qualis erat.
Gibboſus in humeris, nigro, corpore, criſpo capite. (rũ
Eurybates. a. nomẽ fuit, honorabat. a. ipſũ eximiè alio
Suorũ ſociorũ Vlyſſes, q̃ mentibus cõſentanea ſciebat.
Sic dixit huic. a. adhuc magis deſideriũ mouit luctũ
Signa agnoſcenti, quæ ei firma dixit Vlyſſes. (luctu
Hæc. a. poſtquã igitur ſaciata eſt multùm lacrimabili
Et nunc ipſum uerbis reſpondens, alloquuta eſt,
Nunc quidẽ iam mihi hoſpes antea q̃ eras miſerabilis
In domibus meis, amicusq̃ eris, honorabilisq̃.
Ipſa enim hæc ueſtimenta ego præbui qualia dicis,
Plicata ex cubiculo, fibulamq̃ impoſui lucidam,
Vt illi ornamentũ eſſet, hunc autẽ non ſuſcipiã rurſus
Domum redeuntem delictam in patriam terram.
Ideò malo fato concaua in naui Vlyſſes,
Iuit inſpecturus malam Troiam non nominabilem.
Hanc. a. reſpondens alloquutus eſt prudens Vlyſſes,
O uxor ueneranda Laertiadæ Vlyſſis,
Non amplius nunc corpus pulcrũ deſtrue, neq̃ animũ
Liquefac uirum lugens, reprehendo quidem nihil.
Etenim aliqua alienum luget uirum perdens (mixtæ
(Quem) iuuenẽ (habuerit,) cui filios peperit amicitiæ
Quantò magis Vlyſſem quem dicunt Deis ſimilem eſſe.
Sed luctu quidem ceſſa, mei autem intellige uerba,
Verè enim tibi loquar, neq̃ occultabo.
Nam iam Vlyſis ego circa reditum audiui
Propè Theſprotos uiros in pingui populo
Viuum: at ducit theſauros multos & bona,
Petens in populo: at amabiles ſocios
Perdidit, & nauem concauam in nigro ponto,
Trinacria ab inſula ueniens, irati ſunt enim ipſi
Iupiterq̃ & Sol, huius enim boues interfecerunt ſocij.
Hi quidem omnes perierunt undoſo in ponto.
Hunc. a. in carina nauis iniecit unda in continentem
Phæacum in terram, qui diuini geniti ſunt.
Hi autem ipſum animo deum tanquam honorabant,
Et ei multa dederunt: mittere ipſum uoluiſſent ipſi
Domum illæſum, & iampridem huc Vlyſſes
Veniſſet ſed ei hoc utilius uiſum eſt animo,
Res congregare multam in terram euntem.
Sic præ aſtutias multas mortalibus hominibus
Cognouit Vlyſſes, neq̃ aliquis contendat homo alius.
Sic mihi Theſprotorum rex locutus eſt Pheidon.
Iurauit autem ad me ipſum ſacrificans in domo
Nauem detraxiſſe, & præparatos eſſe ſocios.
Hi autem ipſum mittent dilectam in patriam terrã.
Sed me prius miſit, contigit enim ueniens nauis
Virorum Theſprotorum in Dulichium ferax frumẽti,
Et mihi res oſtendit quaſcunq̃ congregauerat Vlyſſes.
Et in decimam ætatem alterum adhuc depaſceret,
Quæcunq̃ ei in ædibus opes iacent regis.
Hunc autem in Dodonem dicebat ire, ut Dei
Ex quercu alta Iouis conſilium audiret,
Quomodo rediret dilectam in patriam terram

Fa-

Iam diu abſens uel manifeſtè, uel clàm.
Sic quidem hic eſt ſaluus, & ueniet, iam
Propè ualdè nõ ampli⁹ longè ab amicis et patria terra
Diu aberit, tamen autem tibi iuramenta dabo.
Sciat nũc Iupiter primùm Deorũ eximius et optimus.
Domuſq́ Vlyſſis ſtrenui (ad) quam perueni,
Certè tibi hæc omnia perficientur ſicut dico.
Hoc autem ipſo anno ueniet huc Vlyſſes,
Hoc quidem affecto menſe, hoc autem ſtante.
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope,
Vtinam enim hoc hoſpes uerbum perficiendum eſſet.
Quo citò cognoſceres amicitiam multáq́ dona
Ex me, ut aliquis te obuius beatum dicat.
Sed mihi ſic in animo putatur ſicut erit,
Neq́ Vlyſſes amplius domũ ueniet, neq́ tu deductionẽ
Sortieris, quoniam non domini ſunt in domo,
Qualis Vlyſſes fuit inter uiros (ſi unquam fuit)
Hoſpites honoratos dimittere & ſuſcipere.
Sed ipſum famulæ lauate, & ponite lectum
Stramenta, & chlænas, & cooperimenta ſplendida,
Vt benè calefactus aureæ ſedis auroram perueniat.
Manè autem ualdè manè lauate, ungiteq́,
Vt intus apud Telemachum cœna curetur
Sedens in domo, huic autem moleſtias, qui illorum
Hunc triſtitia afficiet perniciosus, neq́ aliquod opus
Hic amplius faciet, ualdè quamuis iratus graùiter.
Quomodo enim me tu hoſpes ſcies, ſi quid mulierum
Aliarum circumeo mentem, & prudens conſilium,
Si ueſte carens, malè indutus in domibus
Conuiuaris, homines aũt breuis & fugacis (uitæ) ſunt.
Qui quidem ſæuus ipſe erit, & crudelia ſciet,
Huic aũt maledicent omnes homines doloribus à tergo
Viuo, at mortuo maledicent omnes.
Qui autem bonus ipſe erit, & bona ſciet,
Huius quidem gloriam latam hoſpites ferent
Omnes in homines, multiq́ ipſum bonum dixerint.
Hanc autẽ reſpondens, allocutus eſt prudens Vlyſſes,
O uxor ueneranda Laertiadæ Vlyſſis,
Certè mihi indumenta, & cooperimenta ſplendida
Odio fuerunt, quando primùm Cretæ montes ninales
Reliqui in naui proficiſcens longos remos habente:
Dormio ſicut antea inſomnes noctes dormiebam,
Multas enim noctes indecenti in lecto
Dormiui, & expectaui bonæ ſedis auroram diuinam,
Neq́ mihi peluis pedum amabilis in animo
Eſt, neq́ mulier pedem tanget noſtrum
Harum quæ in domo miniſtræ ſunt.
Niſi aliqua uetula eſt antiqua, prudentia ſciens,
Quæ tolerauit tot mente quot ego:
Hanc non inuideo pedes tangere meos.
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Penelope,
Hoſpes dilecte, non enim aliquis uir prudens ſic
Hoſpitũ peregrinorũ amicorũ meam peruenit domũ,
Sicut tu ualdè circumſpectè prudentia omnia dicis.
Eſt autem mihi anus prudentia mente conſilia habẽs.
Quæ illum infelicem benè nutriuit, & educauit
Suſceptũ manib. quãdo ipſum primùm peperit mater,
Quæ tibi pedes lauabit debilis quamuis ſit.

Ἤ δη δὴ ἀπεὼν, ἢ ἀμφαδὸν ἠὲ κρυφηδόν.
Ὣς ὁ μὲν οὕτως ἐσὶ σόος, καὶ ἐλεύσεται ἤδη
Ἄγχι μάλ' ἀλλ' ἔτι τῆλε φίλων καὶ πατρίδος αἴης
Δηρὸν ἀπεσσεῖται. ἔμπης δέ τοι ὅρκια δώσω·
Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος,
Ἵστίη τ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος, ἣν ἀφικάνω,
Ἣ μέν τοι πάντα ταῦτα τελείεται ὡς ἀγορεύω,
Τοῦ δ' αὐτὸ λυκάβαντος ἐλεύσεται ἐνθάδ' Ὀδυσεύς,
Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τῷ δ' ἱσταμένοιο.
Τὸν δ' αὖτε πεφύσεσσι πολύφρων Πηνελόπεια,
Αἰ γὰρ τῶδε ξεῖνε ἔπος τετελεσμένον εἴη.
Τῶ κε πάχα γνοίης φιλότητά τε πολλά τε δῶρα
Ἐξ ἐμεῦ. ὡς αἴ τίς σε σαώσαντά περ μακαρίζοι.
Ἀλλά μοι ὧδ' αὐτὰ θυμὸν ὀίεται ὡς ἔσεται περ·
Οὔτ' Ὀδυσεὺς ἔτι οἶκον ἐλεύσεται, οὔτε σὺ πομπῆς
Τεύξῃ ἐπεὶ οὔτοι σημάντορες εἰσὶν ἐν οἴκῳ,
Οἵ περ Ὀδυσεὺς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν, (εἴποτ' ἔλωγε)
Ξείνους αἰδοίοις ὀπιπεμπέμεν ἠδὲ δέχεσθαι.
Ἀλλά μιν ἀμφίπολοι ὀπονίψατε, κάτθετε δ' εὐνὴν,
Δέμνια καὶ χλαῖνας καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα,
Ὡς κ' † ἐῢ θαλπιόων χρυσόθρονον ἠῶ ἵκηται.
Ἠῶθεν δὲ μάλ' ἦλ λοεσαί τε χρῖσαί τε,
Ὡς κ' ἔνδον παρὰ Τηλεμάχῳ δείπνοιο μέδηται
Ἥμενος ἐν μεγάρῳ· τῷ δ' ἄλγιον ὅς κεν ἐκείνων
Τῆσιν αἰάζῃ θυμοφθόρος, * ἠδέ τι ἔργον
Ἐνθάδ' ἔτι πρήξει, μάλα περ κεχολωμένος αἰνῶς.
Πῶς γὰρ ἐμεῦ σὺ ξεῖνε δαήσεαι εἴτι γυναικῶν
Ἄλλάων περίειμι νόον καὶ ἐπίφρονα μῆτιν,
Εἴ κεν ἀϋσταλέος κακὰ εἰμένος ἐν μεγάροισι
Δαινύῃ; ἀνθρώποι ἧ μινυθάδιοι τελέθουσιν.
Ὅς μεν ἀπηνής τ' αὐτὸς ἔῃ καὶ ἀπίστεα εἰδῇ,
Τῷ δὲ καταρῶνται πάντες βροτοὶ ἄλγε' ὀπίσσω
Ζωῷ, ἀτὰρ τεθνεῶτί γ' ἐφεψιόωνται ἅπαντες·
Ὅς δ' αὖ ἀμύμονα αὐτὸς ἔῃ καὶ ἀμύμονα εἰδῇ,
Τοῦ μέν τε κλέος εὐρὺ διὰ ξείνοι φορέουσι
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, πολλοὶ δέ μιν ἐσθλὸν ἔειπον.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
Ὦ γύναι αἰδοίη Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος, (σεῦς,
Ἦ τοι ἐμοὶ χλαῖναι καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα
Ἦ χθεσθ', ὅτε πρῶτον Κρήτης ὄρεα νιφόεντα
Νοσφισάμην σὺν νηὸς ἰὼν δολιχηρέτμοιο.
Κείω δ' ὡς τὸ πάρ περ ἀϋπνοις νύκτας ἴαυον.
Πολλὰς γὰρ δὴ νύκτας ἀεικελίῳ ἐνὶ † κοίτῃ
Ἄεσα καὶ τ' ἀέμεινα ἐϋθρονον ἠῶ δῖαν.
Οὐδέ μοι ποδαίπερα ποδῶν * ἀπιήρανα θυμῷ
Γίγνεται ἀδμὴς γυνὴ ποδὸς ἅψεται ἠμετέροιο
Τάων αἵ τοι δῶμα κάτα δρήσειραι ἔασιν,
Εἰ μή τις χρηὺς ἐσὶ παλαιὴ, κέδν' εἰδυῖα,
*Ἥ τις πέτληκεν τόσα φρεσὶν ὅσσα τ' ἐγώ περ·
*Τὼ δέ μ' οὐ φθονέοιμι ποδῶν ἅψασθαι ἐμεῖο.
Τὸν δ' αὖτε πεφύσεσσι πολύφρων Πηνελόπεια,
Ξεῖνε φίλ', ἐ γάρ πω τις ἀνὴρ πεπνυμένος ὧδε
Ξείνων τηλεδαπῶν φίλιος ἐμὸν ἵκετο δῶμα,
Ὡς σὺ μάλ' εὖ φρεσὶ πεπνυμένα πάντ' ἀγορεύεις.
Ἔστι δέ μοι χρηὺς πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἔχουσα,
Ἥ κεῖνον δύσηνον ἐΰτρεφον ἠδ' ἀπέπαλλον,
Δεξαμένη χείρεσσ' ὅτε μιν πρῶτον τέκε μήτηρ,
Ἦ σε πόδας νίψει, ὀλιγηπελέουσά περ ἔμπης.

ἐξ. ἐνθαλπιόων

ἐξ. κἠδέ τοι ἔργον Ε. νθ. κἠ. κἠδέ τοι ἐργον Ενθα δέπας.

ἐξ. τῷ δέ

ἐξ. οἴκῳ

ἐξ. ἐκείνῃ ἀνὰ θυμὸν

ἐξ. Ἥπερ δὴ πέπλους τόσα ὅσσα

ἐξ. Τῇ δ' ἅμα φθ.

Ἀλλ' ἄγε νῦν ἀνέχεσο περίφρων Εὐρύκλεια,
Νίψον σεῖο ἄνακτος ὁμήλικα· καὶ που Ὀδυσεὺς
Ἦ δὴ τοῖος δ' ἐστὶ πόδας, τοῖος δέ τε χεῖρας.
Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν.

Sed agè nunc ſurgens prudens Euryclea,
Laua tui domini æqualem, & Vlyſſes
Iam talis eſt pedes, talis autemá manus.
Statim enim in malo homines ſeneſcunt.

COMMENTARIVS.

ἀπό μοι) Toties ab alijs peregrinis falſa de Vlyſſe audiuerat Penelope, ut anteà cõquerebatur Eumæus, ut ne nunc etiam temerè huic hoſpiti fidem adhibeat. Itaq; petit ab eo, ut indicijs quibuſdam ſignificet ſe Vlyſſem, ut dicebat, in Creta uidiſſe, quæ ita exponet, ut iam de huius narrationis ueritate amplius Penelope non dubitet. Vnde omnia amicitiæ officia paulo pòſt ei pollicetur.

ὡς μεγάροισιν ἐμῇσι) Hæc à Penelope dicta ſimpliciter quidem, ex eius perſona ſunt intelligenda: ſed illam inſciam ita loquentem inducit, cùm id reuerà tamen ita futurum erat, ut ipſa docebat: non eadem ratione, quia eum coniugem mox erat habitura.

μηκέτι νῦν χρεία) Rogat Penelopen, ut à luctibus iſtis temperet, non quòd eos uituperet, ſed quòd potiùs gaudere eam deceat ob nuncium inſtantis mariti, quod illi mox referet: ut anteà etiam Eumæo referebat, ſola Phæacũ mentione excepta, quam hîc inſeret. Quorum porrò explicationem hîc petes, ex lib. 14. eò loci, ubi Eumæo ſuos caſus Vlyſſes exponebat, poteris deſumere.

ὥς τ' Ὀδυσεὺς.) Iterum iſta uerè & προφητικῶς à Penelope dicuntur ex induſtria poetica, quæ exprimit præſagas quaſdam hominum mentes multa cogitantes & expromentes temerè, quæ tamen reipſa uerè accident, aut iam acciderunt. Sic ergo bene præſagiebat animus Penelopes, non amplius uenturũ Vlyſſem: qui putà iam ueniſſet, cum quo illa quoq; colloqueretur.

ἔπι σὺ πρόφρων) Hic locus miſerè erat à uulgari interprete acceptus: nos integritati reſtituimus. Neq; tamen nego, plurima à me prætermiſſa, quæ animaduerſione indigent: ſed nos omnia in Lexicon Homericũ retulimus, ubi maiore otio illa examinabimus. Tam craſſos autem errores hîc ſilere non potui.

τῷ δέ κ' ἄλγιον) Et hoc etiam προφητικῶς à Penelope. Mox enim petulantias & iniurias procorũ erat uindicaturus Vlyſſes.

πρὶν γὰρ ἀνιηθῆναι) Anteà Vlyſſes Penelopen laudibus ita euehebat, ut ei neminem mortalium conferendum diceret. At Penelope has laudes ſe non promereri fatetur, niſi talem reipſa ſe exhibeat. Itaq; ut hic hoſpes intelligat, ſe tam magnificè de illa non ſine cauſa ſentire hoſpitalitatis officia quæcunq; poteſt, ipſi pollicetur, ueſtitum nimirum & uictum. Et cùm fœmineum robur tot uirorum audaciæ obſiſtere non poſſit, ad imprecationem anteà recurrebat.

ὃς μὲν ἄπλωτος) Rectè docent Ethici Chriſtiani, meliorem ſcopum eſſe uirtutum, quæ à Chriſtianis oriuntur, quàm fuerit Ethnicorum. Illi enim ſola gloria ad uirtutem impellebãtur, ut expreſsè hîc docet Penelope: quem eundem ſcopum omnes quos uirtutis nomine iactitat antiquitas, habuerunt, etiamſi Ariſtidem, Traianum, atq; adeò ipſum Socratem, Apollinis oraculo mortalium ſapientiſsimum pronunciatum, in medium afferas, cùm Chriſtiani ad ſolam Dei gloriam in ſuis uirtutibus colliment. Vide Lactant. lib. 1 Inſtit. Chriſt. Lamb. Danæum Eth. Chriſt. lib. 1 cap. 17.

ἦτοι ἐμοὶ χλαῖναν) Lautitias illas, quas hoſpiti ab ancillis adminiſtrari iubebat Penelope, ille modeſtè recuſat, ſuamq; conſuetudinem prætexit. qua ab ijs abhorret ex eo tempore, quo Cretam reliquit. Vnde ita inſomnes trahigendo noctes, & in duris neq; ita mollibus, ut inſtrui ei uolebat, lectis recubando aſſuetus eſt, ut illis facilè iam quoq; carere poſsit. Vnũ amplectitur, ſed ſub conditione, ut pedes ſibi lauentur, ſed à uetula tantùm fœmina: quanquã eum locum ubi iſta dicit, quidam expunxerint, ut mox dicemus.

ἀμφὶ πόδας νίψει) Hos tres uerſus à ueteribus expunctos fuiſſe, teſtantur Didymus & Euſtathius. Primùm quòd ab ea lauari eligat, à qua facilè ex uulnere dignoſci poterat. Deinde quòd eam poſcat, quæ tot perpeſſa ſit ac ipſe. Vbi enim illa tandem potuit reperiri? Sed hæc argumenta licet ſpecioſa ſunt, tamen hos uerſus, meo conſenſu, Homero nunquam eripient, quos ſi tollas, totum hunc locum mutilaueris. Si enim hæc Vlyſsis petitio non præceſsit, quorſum Penelope anum ei poſtea concederet, quæ alioqui intellexerit, hoſpitem à mulieribus lauari nolle? Hoc clariore luce non indiget. Neq; obſtat, quòd ab ea ex uulnere dignoſci potuerit. Nam ita uoluiſſe de induſtria Vlyſſem dicimus, ut eſſet etiam hæc Euryclea eius conſilij conſcia, quæ mulcum ad futuram illam μνηστηροκτονίαν conferre poterat: quod cùm præuideret Vlyſſes, ne dignoſci quidem ab ea timuit, utpote cuius fidem adeò exploratam haberet, ut tutò illi totum negotium committi poſſe crediderit. Non obſtat etiam quòd paulò pòſt, cùm ab ea lauabitur, timebit, ne ex cicatrice dignoſcatur: nam eos uidetur ille imitari, qui cùm uideri uelint, tamen te abſcondunt, ut illa Galatea Virgiliana. Et ſi penitùs agnoſci uoluiſſet, poterat etiam omnino lotionẽ repudiare. Eodem conſilio ſe Eumæo & Philætio indicabit, oſtentata illa cicatrice. Neque ergo ſubſcribo Euſtathio dicenti, σημειωσαμ) inquit. κ τὸν τρόπον τοῦτον ἐκ παραδείγματος ἐκκλίνει τὸ σὺν οὗ μᾶλλον ἐσταμένοις, ἐκ ἀναγκῆς ὀνειδίζοις. Ego enim illud σὺν μᾶλλον ἐσταμένοις pronuncio, & hanc imprudentiæ labem tam prudenti heroi nunquam inuſſero. Quòd autem anum petit, quæ tot perſulerit ac ipſe, poſſumus cum Euſtathio dicere hæc intelligenda κατ' ἀνάλογον, κ δυνατὸν, ἐκ ἐγχωροῦν. Quæ paulò pòſt explicans, ἐκ πάντα γοῦν, inquit, τετληκυῖα δοκεῖ Εὐρύκλεια ὅσα κ Ὀδυσεὺς τλημονίες γὰρ οἱ παῦροι γεροντες, κ πολλῶν ἡκόντων ἰδρυες. Quid uerò ſi illa dempta analogia rem rudè accipiamus? Attendendum enim eſt illud φρεσὶν. Porrò dicto ſubodoratũ Vlyſſem huius Eurycleę dolores tantos fuiſſe, ut ſuis facilè poſſent adæquari. Cur uerò ſubodoratus fuerit? Quia intelligebat, ſe ab ea ſummoperè diligi iam inde ab incunabilis. Quos uerò dolores dicimus? Ex tam longa Vlyſsis abſentia, quæ opinionem de eius morte iamdiu inuexerat: deinde ex procorum petulantia, qui tam miſerè eius opes dilaniarent, & hæredem tot facultatibus ſine ulla miſericordia iam per integrum triennium ſpoliarent: denique totam familiam proteruè ita conturbaſſent, ut Vlyſſis præſentiam ſummis uotis non deſiderare non potuerit, qui hos tumultus compeſceret. Et ut iſta dura uideantur, licuit Vlyſsi hoc dicere de uetula ſolius ſenectutis reſpectu, ut ex Euſtathio diximus. Et hæc hyperbole, quæ quàm ſit familiaris Poetis, plus ſatis notum eſt, hunc locum ſpurium non arguit, ut obelo configi debeatur.

ὅσσα πολλὰ Ὀδυσεὺς) Ecce quàm ueris proxima, imò quàm uera temerè & inſcia proferat Penelope, qualia in eius uerbis anteà obſeruauimus.

ἄψαυστα δῶ) Nihil eſt quod ſenectutis tempus magis accæleret quàm mala & calamitates, quę aliquis perpetitur. Quod ex uſitata Gallorũ loquendi formula ſatis percipitur, ad ſingula enim mala canos ſibi fieri dictitant, & hoc uerè experientia comprobat. Cuius rei cauſam neſcio an ex Ariſtot. Hiſt. anim. lib. 3 cap 11. & de Gener. anim lib. 5. cap. 4. expiſcari poſsis. Mihi uidetur quiſpiam malis cruciatus integras animæ functiones non habere, neq; etiam ipſius facultatis corporis, quæ alimenta digerit & concoquit, unde æqualis & perpetuus calor omnibus membris ſuppeditetur. Calor autem in ſanguine, ſanguinis copia ex alimentis naſcitur. Quid ſi metus, quem frigidum eſſe ex Ariſtotele aliàs docuimus, hoc etiam efficiat? Inopia autem & exilitate caloris canitiem contrahi ſtatuit philoſophus. Cùm ergo ij, quos aduerſa exagitant, identidẽ ſibi metuant à pernicie par eſt ut extincto calore frigiditas illa hos canos in illis exerat. Hoc hactenus ſecutio, miratus interea, quòd hæc Ariſtoteles nuſquam ex profeſſo docuerit, cùm tamen ad illam diſputationẽ, de canitiei cauſis, quas dicto lib. quinto de Generatione animalium capite quarto perſequitur, uideretur pertinere. Hunc autem uerſum in prouerbiorum ordinem retulit. D. Eraſmus Roterod.

Ὣς ἄρ' ἔφη. γρηὺς δ' κατέχεν χερσὶ πρόσωπα,
Δάκρυα δ' ἔκβαλε θερμὰ ἔπος δ' ὀλοφυδνὸν ἔειπεν,
Ὤ μοι ἐγὼ σέο τέκνον ἀμήχανον. ἦ σε μὲν Ζεὺς
Ἀνθρώπων ἤχθηρε θεοδέα θυμὸν ἔχοντα

Sic dixit, uetula autem detinebat manibus uultũ.
Lacrymas. a. emiſit calid. as, uerbũ. a. luctuoſum dixit,
Hei mihi ego tibi ſiſt debilis, certè te ſupra Iupiter
Homines odit pium animum habentem.

Nam

Non enim aliquis tot hominũ Ioui fulmine delectanti
Pinguia crura combuſſit, neq; eximias hecatombas,
Quot tu huic dediſti, precans uſq; ire faciat
Ad ſenectutem maturam, nutriasq; illuſtrem filium.
Nunc autem ſic tibi omnino abſtulit redeunti diem.
Sic alicubi illi illudunt mulieres
Hoſpitũ peregrinorũ, quãdo ad inclytas domos perue-
Vt tibi ſenex canes hæ illudunt omnes. (nit.
Harũ nũc contumeliã et turpitudines multas fugiẽs,
Non ſinebas lauare, me autem non inuitam iubet
Filia Icarÿ prudens Penelope.
Ideo tibi pedes lauabo, ſimulq; ipſius Penelopes
Et tui gratia, quoniam mihi mouetur intus animus
Doloribus, ſed agè nunc intellige uerbum quod dicam.
Multi autem hoſpites miſeri huc peruenerunt,
Sed nondum aliquem dico ſimilem ſic uidiſſe,
Sicut tu corpore, uoceq;, pedibusq; Vlyſſi ſimilis es
Hanc reſpondens allocutus eſt prudens Vlyſſes:
O uetula ſic dicunt quicunq; uiderunt oculis
Nos ambos ualdè ſimiles inter nos
Eſſe, ſicut tu ipſa prudens dicis.
Sic dixit, uetula autem lebetem accepit ſplendidũ
Quo pedes lauabat, aquam autem infudit multam
Frigidam, poſtea autem calidam exhauſit, at Vlyſſes
Sedit in foco, ad tenebras ſuerò uerſus eſt ſtatim.
Subitò enim in animo cogitauit ne ipſum accipiens
Cicatricem animaduerteret, & manifeſta res fieret.
Lauabat. a. propè iens regẽ ſuum, ſtatim aũt cognouit
Cicatricem porcus quã aliquãdo percuſſit albo dente
In Parnaſum euntem ad Autolycum q́, & filios
Matris ſuæ patrem bonum, qui homines ornabat
Furtoq; iuramentoq;, Deus autem ei ipſe dedit
Mercurius, huic enim grata crura comburebat
Agnorũ & hædorũ, hic. a. promptus ſimul ſequebatur.
Autolycus autem Ithacæ ueniens in pinguem populũ
Filium nuper natum inuenit filiæ ſuæ.
Hunc eius Euryclea dilectis in genibus poſuit
Vbi ceſſaſſet à cœna, uerbumq; dixit, denominauitq;,
Autolyce ipſe nunc nomen inueni quod imponas
Filiæ filio dilecto, multis uotis exoptatus utiq; eſt.
Huic autem rurſus Autolycus reſpondit, dixitq;
Gener meus filiaq; ponite nomen quodcunq; dicam.
Multis enim ego in uia iratus hoc inueni
Viris & mulieribus ſupra terram multa paſcentem,
Huic Vlyſſes nomen ſit cognomen, at ego
Quando ubi pubuerit maternam in magnam domũ
Venerit in Parnaſum ubi mihi res ſunt,
Ex his ei ego dabo, & ipſum gaudentem dimittam.
Horũ gratia uenit Vlyſſes, ut ei pberet ſplẽdida dona.
Hunc quidem Autolycusq;, & filÿ Autolyci
Manibusq; ſalutauerunt uerbisq; ſuauibus.
Mater autem Amphithea matris applicata Vlyſſi,
Oſculata eſt ipſum caputq;, & ambo lumina pulcra,
Autolycus autem filÿs iuſſit glorioſis
Cœnam parare, hi autem impellentem audiuerunt.
Statim. a. induxerunt bouem maſculum quinquennẽ,
Quẽ excoriarũt circũq; uerſabãt, et ipſũ fuderũt oẽm
Minutim inciderunt q́, ſcienter. fixerunt q́, uerubus

Οὐ γάρ πως τόσα βροτῶν δὶ περικραίνω
Πίονα μηλ' ἕκη' ὁσ' ἐξαίρεις ἑκατόμβας,
Ὅσσα σὺ τῷ ἐδίδως, ἀρώμενος ἔως ἵκοιο
Γῆράς τε λιπαρὸν, θρέψαιό τε Φαίδιμον υἱόν·
Νῦν δέ τοι ὧδε σε πάμπαν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ.
Οὕτω που κἀκείνῳ * ἐφεψιόωντο γυναῖκες
Ξείνων τηλεδαπῶν, ὅτε που κλυτὰ δώματ' ἵκοιτο, χε. ἐφεψιόωντω
Ὡς σέθεν αἰ κύνες αἵδε καθεψιόωνται ἅπασαι,
Τάων νῦν λώβην τε καὶ αἶσχεα πολλ' ἀλεείνων,
Οὐκ ἐάας νίζειν· ἐμὲ δ' οὐκ ἀέκουσαν ἀνώγει
Κέρδε' ἰκελοίη περίφρων Πηνελόπεια.
Τῷ σε πόδας νίψω, ἅμα τ' αὐτῆς Πηνελοπείης
Καὶ σέθεν εἵνεκ'· ἐπεί μοι ὀρώρεται ἔνδοθι θυμὸς
Κήδεσιν. ἀλλ' ἄγε νῦν ξυνίει ἔπος, ὅ, τι κεν εἴπω·
Πολλοὶ δὴ ξεῖνοι πολυπαίπορ οἱ ἀνθάδ' ἵκοντο,
Ἀλλ' οὔπω τινά φημι ἐοικότα ὧδε ἰδέσθαι
Ὡς σὺ δέμας φωνήν τε πόδας τ' ὀδυσῆϊ ἔοικας.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ-
Ὦ γρηῦ, ἄτοι φασὶν ὅσοι ἴδον ὀφθαλμοῖσιν (σεύς,
Ἡμέας ἀμφοτέρους, μάλα ἰκέλω ἀλλήλοιϊν
Ἔμμεναι· ὡς σὺ περ αὐτὴ ὑπερφρονέουσ' ἀγορεύεις.
Ὣς ἄρ' ἔφη. γρηῢς δ' ἄρα λέβητ' ἐλέ παμφανόωντα
Τῷ πόδας ἐξαπένιζεν, ὕδωρ δ' ἐπεχεύατο πουλὺ
Ψυχρόν· ἔπειτα δ' ἔθερμὸν ἐπήφυσεν. αὐτὰρ Ὀδυσεὺς
Ἵζεν * ἔπ' ἐσχαρόφιν, ποτὶ δ' σκότον ἐτράπετ' αἶψα. χε. ἀπ'
Αὐτίκα γὰρ κῆρ' ὑμὸν ὀΐσατο μή ἑ λαβοῦσα
Οὐλὴν ἀμφράσσαιτο, καὶ ἀμφαδὰ ἔργα γνοίη.
Νίζε δ' ἄρ' ἆσσον ἰοῦσα· ἄφαρ δ' ἐν θυμῷ ἐγνω
Οὐλὴν τὴν ποτέ μιν σῦς ἤλασε λευκῷ ὀδόντι
Παρνησόν δ' ἐλθόντα μετ' Αὐτόλυκόν τε καὶ υἷας,
Μητρὸς ἑῆς πατέρ' ἐσθλὸν, ὃς ἀνθρώποις ἐκέκαστο
Κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε. Θεὸς δέ οἱ αὐτὸς ἔδωκεν
Ἑρμείας. τῷ γὰρ κεχαρισμένα μηρία κάῖεν
Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων. ὁ δέ οἱ πρόφρων ἅμ' ὀπήδει.
Αὐτόλυκος δ' Ἰθάκης ἐλθὼν ἐς πίονα δῆμον,
Παῖδα νέον γεγαῶτα κιχήσατο θυγατέρος ἧς·
Τὸν ῥά οἱ Εὐρύκλεια φίλοις ἐπὶ γούνασι θῆκε
Παυομένῳ δόρποιο ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζεν,
Αὐτόλυκ', αὐτὸς νῦν ὄνομ' εὕρεο, τι κε θείης
Παιδὸς παγδὶ φίλῳ. πολυάρητος δέ τοι ἐστί.
Τὴν δ' αὖτ' Αὐτόλυκος ἀπαμείβετο, φώνησέν τε,
Γαμβρὸς ἐμὸς θυγάτηρ τε τίθεσθ' ὄνομ', ὅ, τι κεν εἴπω.
Πολλοῖσιν γὰρ ἔγωγε ὀδυσσάμενος τόδ' ἱκάνω
Ἀνδράσιν ἠὲ γυναιξὶν ἀνὰ χθόνα πουλυβότειραν·
Τῷ δ' Ὀδυσεὺς ὄνομ' ἔστω ἐπώνυμον. αὐτὰρ ἔγωγε,
Ὅππότ' ἂν ἡβήσας μητρῴϊον εἰς μέγα δῶμα
Ἔλθῃ Παρνησόν δ', ὅθι πού μοι κτήματ' ἔασιν,
Τῶν οἱ ἐγὼ δώσω, καί μιν χάροντ' ἀποπέμψω.
Τῶν ἕνεκ' ἦλθ' Ὀδυσεὺς, ἵνα οἱ πόροι ἀγλαὰ δῶρα.
Τὸν μὲν ἄρ' Αὐτολύκου τε καὶ υἱέες Αὐτολύκοιο
Χερσίν τ' ἠσπάζοντο, ἔπεσί τε μειλιχίοισι.
Μήτηρ δ' Ἀμφιθέη μητρὸς περίφρων Ὀδυσῆϊ,
Κῦσ' ἄρα μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλά.
Αὐτόλυκος δ' υἱοῖσιν ἐκέκλετο κυδαλίμοισι,
Δεῖπνον ἐφοπλίσαι. τοὶ δ' ὑπερώοντος ἄκουσαν·
Αὐτίκα δ' εἰσάγαγον βοῦν ἄρσενα πενταέτηρον·
Τὸν δέρον ἀμφί θ' ἕπον, καὶ μιν διέχευαν ἀπαντα.
Μίσυλλόν τ' ἄρ' ὑπερμενέως, περίφρων τ' Ὀδυσῆϊ,

Ὠπήσαν τε βεβροτέοντες, δάσαντό τε μοίρας.
Ὣς τότε μὲν πόρπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Δαίνυντ'· οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἴσης.
Ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε,
Δὴ τότε κοιμήσαντο, καὶ ὕπνου δῶρον ἕλοντο.
Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Βὰν ῥ' ἴμεν ἐς θήρην ἠμὲν κύνες ἠδὲ καὶ αὐτὸι
Υἱέες Αὐτολύκου· μετὰ τοῖσι δὲ δῖος Ὀδυσεὺς
Ἤϊεν. αἰπὺ δ' ὄρος πεφύκεσαν καταειμένον ὕλῃ
Παρνησσόν· τάχα δ' ἵκανον πύκνας λιθεμόεσσας.
Ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον πεφύβαλλεν ἀρούρας,
Ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυῤῥόου Ὠκεανοῖο.
Οἱ δ' ἐς βῆσαν ἵκανον ἐπακτῆρες· πρὸ δ' ἄρ' αὐτῶν
Ἴχνη ἐρευνῶντες κύνες ἤισαν. αὐτὰρ ὄπισθεν
Υἱέες Αὐτολύκου· μετὰ τοῖσι δὲ δῖος Ὀδυσεὺς
Ἤϊεν ἄγχι κυνῶν, κραδίαων σιλιχόσκιον ἔγχος.
Ἔνθα δ' ἄρ' ἐν λόχμῃ πυκινῇ κατέκειτο μέγας σῦς·
Τὴν μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνέμων διάει μιδ- ὑγρὸν ἀέντων,
Οὔτέ μιν ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν,
Οὔτ' ὄμβρος περάασκε διαμπερὲς ὡς ἄρα πυκνὴ
Ἦεν, ἀτὰρ φύλλων ἐνέην χύσις ἠλιθα πολλή.
Τὸν δ' αὐδρῶν τε κυνῶν τε πρὸ κτύπος ἦλθε ποδοῖϊν,
κ. Οὺς ἐπάγοντες ἐπῆσαν. ὁ δ' αὐτόθεν ἐκ ξυλόχοιο
φέλιξας εὐ λοφιῇ, πῦρ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκὼς,
Στῆ ῥ' αὐτῶν ἀχεδόθεν. ὁ δὲ ἄρα πρώτιστος Ὀδυσεὺς
Ἔσυτ' ἀναχόμενος δολιχὸν δόρυ χειρὶ παχείῃ,
Οὐτάμεναι μεμαώς ὁ δέ μιν φθάμενος ἔλασεν σῦς
Γουνὸς ὕπερ πολλὸν ὑπὸ δὴ φύσε σαρκὸς ὀδόντι
Λικριφὶς αἰζᾶς, ὀστέον ἵκετο φωτός.
Τὸν δ' Ὀδυσεὺς οὐτησε τυχὼν κατὰ δεξιὸν ὦμον,
Ἀντικρὺ δ' διῆλθε φαεινοῦ δουρὸς ἀκωκή.
Κὰδδ' ἔπεσ' ἐν κονίῃσι μακών ἀπὸ δ' ἔπλατο θυμὸς.
Τὸν μὲν ἄρ' Αὐτολύκου παῖδες φίλοι ἀμφεπένοντο,
Ὠτειλὴν δ' Ὀδυσῆος ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν
Δῆσαν ἐπισταμένως· ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν
Ἔσχεθον· αἶψα δ' ἵκοντο φίλα πρὸς δώματα πατρός.
Τὸν μὲν ἄρ' Αὐτόλυκός τε καὶ υἱέος Αὐτολύκοιο
Εὖ ἰησάμενοι, ἠδ' ἀγλαὰ δῶρα πορόντες,
Καρπαλίμως χαίροντα φίλῃ χαίροντες ἔπεμπον
Εἰς Ἰθάκην. τῷ μέν ῥα πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Χαῖρον νοσφισσαμένω, καὶ ἐξερέεινον ἕκαστα,
Οὐλὴν ὅττι πάθοι. ὁ δ' ἄρα σφίσιν εὖ κατέλεξε,
Ὡς μιν θηρεύοντ' ἔλασεν σῦς λευκῷ ὀδόντι
Πάρνησόν δ' ἐλθόντα σὺν υἱάσιν Αὐτολύκοιο.
Τὴν χρηὺς χείρεσσι καταπρηνέσσι λαβοῦσα,
Γνῶ ῥ' ὀπιμαστήσασα. πόδα δ' ἂν πρόσθεν ἔηκε φέρεσθαι.
Εἶν δ' ἂν λέβητι πέσε κνήμη, κανάχησε δὲ χαλκός.
Ἀμφὶ δ' ἑτέρωσε κλίθη· τὸ δ' ὀπὶ χθονὸς ἐξέχυθ' ὕδωρ.
Τὴν δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἕλε φρένα· τὼ δέ οἱ ὄσσε
Δακρυόφιν πλήσθην· θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνή·
Ἁψαμένη δ' ἡβαίης Ὀδυσῆα προσέειπε.
Ἦ μάλ' Ὀδυσεύς ἐσσι, φίλον τέκος· ἠδέ σ' ἐγώγε
Πρὶν ἔγνων πρὶν πάντα ἄνακτ' ἐμὸν ἀμφαφάασθαι.
Ἦ, καὶ Πηνελόπειαν ἐσίδρακεν ὀφθαλμοῖσι,
Πεφραδέειν ἐθέλουσα φίλον πόσιν ἐνδόμυχον ἐόντα.
Ἦ δ' οὔτ' ἀδρήσας δυνάτ' αὐτίη, οὔτε νοήσας·
Τῇ δὲ Ἀθηναίη νόον ἔτραπεν. αὐτὰρ Ὀδυσεὺς
Χεῖρ' ὀπιμαστάμενος, φάρυγος λάβε δεξιτερῇφι·

Assauerunt q́ peritè, diuiseruntq́ partes.
Sic tunc quidem toto die in Solem descendentem
Conuiuabãtur, neq́ animus indigebat cõuiuio aquali.
Quando autem Sol descendit, et aduenerunt tenebræ,
Iam tunc dormiuerunt, & somni donum acceperunt.
Quando autem manè genita apparuit rosea Aurora,
Perrexerunt ire in uenationem & canes, ac & ipsi
Filij Autolyci, cum his autem diuinus Vlysses
Iuit, altum autem montem ascenderunt indutũ sylua
Parnasi, citò autem peruenerunt cõcauitates uentosas.
Sol quidem postea nuper percussit arua
Ex tacitè fluenti profundifluo Oceano.
Hi. a. concauitatẽ peruenerunt uenatores, antè. a. ipsos
Vestigia scrutantes canes ibant, at retro
Filij Autolyci, cum his autem diuinus Vlysses
Ibat propè canes, uibrans longam hastam.
Tunc autem in sylua densa iacebat magnus aper,
Quam quidẽ neq́ uentorũ penetrabat uis humida spi-
Neq́ ipsam sol lucens radijs percutiebat, (rantium,
Neq́ hymber penetrabat penitus sic densa
Erat, at foliorum inerat fusio ualdè multa.
Hunc aũt uirorumq́ canumq́ sonus peruenit pedum.
Sic euntes ibant, hic autem contrarius ex sylua
Valdè exhorrens setosa æruicc. ignẽ. a. oculis aspiciens,
Stetit ipsos propè, ipse autem primus Vlysses
Irruit eleuata longa lancea manu forti,
Vulnerare cupiẽs, hic. a. ipsũ peruenies percussit aper
Genu super, multum autem exhausit carnis dente
Obliquè ruens, neq́ (ad) os peruenit uiri.
Hunc Vlysses uulnerauit in dextro humero.
Ex alia parte transiuit lucida lãcea cuspis, (animus.
Decidit. a. in puluerib. in longũ extẽsus, lõgè. a. uolauit
Hunc quidem Autolyci filij dilecti circum laborabant
Vulnus autem Vlyssis optimi diuini
Ligauerunt scienter, in incãtatione. a. sanguinẽ nigrũ
Tenuerunt, statim aũt iuerunt dilecti ad ædes patris.
Hunc quidem Autolycusq́ & filij Autolyci
Benè medicati, & splendidis donis datis.
Statim gaudentem dilectam gaudentes miserunt
In Ithacam, hoc quidem pater & ueneranda mater
Gauisi sunt quod rediisset, et interrogauerunt singula,
Cicatricem quòd passus sit, hic aũt ipsis benè narrauit,
Sic ipsum uenantem percussit aper albo dente
Pernasum euntem cum filijs Autolyci.
Hanc anus manibus pronis acceptam,
Agnouit extergens, pedem autem dimisit ferri.
In. a. lebete cecidit sura, sonuit autẽ æs. (sa est aqua.
Rursũ. v. in partẽ alterã inclinata est, at in terrã effu-
Huius. a. simul gaudiũ et dolor inuasit mentẽ, eius uerò
Lacrymis impleti sũt, tenuis uerò ipsi hæsit uox (oculis
Vbi contigisset autem mentum, Vlyssem allocuta est,
Certè Vlysses es chare fili, neq́ equidem te
Prius agnoui, quàm totum regem meum contrectaui.
Quippe & Penelopem inspexit oculis,
Indicare uolens dilectum maritum intus existere.
Hæc autẽ neq́ uidere potuit contraria, neq́ cognoscere
Huic enim Minerua mentem uertit: at Vlysses
Manu palpans guttur cepit dextra,

Alte-

Altera autem (manu) ipſam propè traxit, dixitq;.
Nutrix cur me uis perdere? tu.a.me nutriuiſti ipſa
Ipſa tua in mamma, nunc autē dolores multos paſſus
Veni uigeſimo anno in patriam terram,
Sed poſtquam intellexiſti, & tibi Deus iniecit animo,
Tace, ne quis alius in domibus audiat.
Sic enim dico hoc autem & perfectum erit.
Si mihi Deus interficiet procos ſuperbos,
Neq; à te utpote quæ nutrix es abero, quando aliæ
Famulas in domibus meis interficiam mulieres.
Hunc autem rurſus allocuta eſt prudens Euryclea.
Fili mi, quale uerbum fugit ſeptum dentium?
Scis quidē qualis meus animus conſtans nec impotens.
Tenebo.a.ſicut quando aliquid ſolidus lapis, uel ferrū.
Aliud autem tibi dico, tu autem in mentibus pone tuis
Si tibi Deus domabit Procos ſuperbos,
Iam tunc tibi narrabo in ædibus mulieres,
Quæ te dedecorant, & quæ nequiſſimæ ſunt.
Hanc.a.reſpondens; allocutus eſt prudens Vlyſſes.
Nutrix cur autē tu has dicis? neq; aliquid te oportet.
Benè & ipſe ego intelligam, & cognoſcam ſingulam.
Sed tene ſilentio uerbum, committe autem (rem) dijs.

Τῇ δ' ἑτέρῃ ἔθεν ἄλτον ἐρύσσατο, φώνησέν τε
Μαῖα, τίη μ' ἐθέλεις ὀλέσαι; σὺ δέ μ' ἔτρεφες αὐτὴ
Τῷ σῷ υἱῷ πολλὰ μογήσας,
Ἦλυθον εἰκοστῷ ἐπὶ ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ἀλλ' ἐπεὶ ἐφράσθης καὶ τοι θεὸς ἔμβαλε θυμῷ,
Σίγα, μήπις τ' ἄλλῳ σὺ μεγάροισι πύθηται.
Ὧδε γὰρ ἐξερέω. τὸ δὴ καὶ τετελεσμένον ἔσται,
Εἴ χ' ὑπὸ ἐμοί γε θεὸς δαμάσῃ μνηστῆρας ἀγαυοὺς,
Οὐδὲ τροφοῦ οὔσης σεῦ ἀφέξομαι, ὁππότ' ἂν ἄλλας
Δμῳὰς ἐν μεγάροισιν ἐμοῖς † κτείνωμι γυναῖκας. χ. κτάνῃσι
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε πολύφρων Εὐρύκλεια,
Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγε ἕρκος ὀδόντων;
Οἶδα μὲν οἷον ἐμὸν μένος ἐμπεδον, οὐδ' ὀπίσσω
Ἔξω δ' ὡς ὅτε λὶς στερεὴ λίθος, ἠὲ σίδηρος.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δὲ σὺ φρεσὶ βάλλεο σῇσι·
Εἴ χ' ὑπὸ σοὶ γε θεὸς δαμάσῃ μνηστῆρας ἀγαυοὺς,
Δὴ τότε τοι καταλέξω σὺν μεγάροισι γυναῖκας
Αἵ τέ σ' ἀτιμάζουσι καὶ αἳ νηλιτέες εἰσιν. (σεύς,
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ-
Μαῖα, τίη δὴ σὺ τὰς μυθήσεαι; οὐδέ τι σε χρὴ·
Εὖ νυ κ' αὐτὸς ἐγὼ φράσομαι καὶ ἕκαστα.
Ἀλλ' ἔχε σιγῇ μῦθον, ἐπίτρεψον δ' θεοῖσιν.

COMMENTARIVS.

ὦ μοι ἐγὼ) Hæc Euryclææ oratio quatuor continet. Primum hunc hoſpitem accedēs, in ipſo limine erumpit in luctus, quos pro Vlyſſe pandit, ubi cū Ioue ipſo cōqueritur præ dolore pietatis & reuerentiæ in Deum oblita, quòd pium illum uirū, & à quo tam ſtudiosè & ſanctè olim coleretur, odio tamen ita graui proſecutus ſit, ut illius uota & preces nō exaudierit, quod reipſa iam demonſtrat. Duo enim ille precabatur: unum, ut ſenectutem poſſet attingere: alterum, ut in filio præclarè educando occuparetur. Neutrum illi conceſsit hactenus Iupiter. Ergo meritò ſibi uidetur cum Ioue hæc anus expoſtulare. Vbi notandum eſt, quod aliàs obſeruauimus, qualis fuerit ueterum pietas & cultus Deorum, tanta nempe fiducia, ut Deos ſibi eo nomine deuinctos crederent, à quibus neceſſariò & ex merito ea quæ peterent, impetrarent. Qui error neſcio quorū fanaticorum hominum mentes adhuc hodierno ſeculo occupat. Sed uæ illis, qui tam obſtinatè terga dant ueritati. Secundò comparat huius hoſpitis caſus cum Vlyſſeis, ut illa quidē ſuſpicatur. Tertiò officium in eo lauando ipſi humaniſsimè offert. Quartò ſimilitudinem quandam huius hoſpitis cum Vlyſſe inducit, qualem in alijs, quotquot hactenus è peregrinis regionibus acceſſerunt, non obſeruauerit.

ὅττω φασὶν) Noui quendam Principis Germani conſiliarium, qui pari ſui diſsimulatione Lugduni ante quatuor annos uſus eſt, cùm tamen uerè ab eo dignoſceretur, apud quem id cautè reſpondit, quod hîc Vlyſſes, Hoc eſſe ferè omnium iudicium, ſe eum eſſe, quē ipſe arbitraretur. quod tamen ſecurè negauit. Magna ſanè eſt etiam à ſe diſsitorum & ignotorum inter ſe hominum plerunq; ſimilitudo, qualis fuit ruſtici & Auguſti Imperatoris: Pompeij Magni cum Vibio & Poblicio: Cn. Pompeij Strabonis cum Menogene coquo: Scipionis Naſicæ cum Serapione uictimario: alterius Scipionis cum Salutio Mimo: Lentuli & Metelli cum Spintere & Pamphilo hiſtrionibus: Meſſallæ & Curionis cum Menogene & Burbuleo ſcenicis: Antiochi regis Syriæ cum Artemone quodam: Hybreæ oratoris cum Cymæorum ſeruo publico: Siculi Piſcatoris cum prætore Romano: Oratoris Lucij Planci cum Rubrico Hiſtrione: Armentarij Mirmillonis cum Caſsio Seuero Oratore: ut referunt Plinius, Solinus, Valerius. Id uerò ſilentio non prætermittendum, quod illi duo referunt de Toranio quodam Mangone, qui eximios forma pueros, alterū in Aſia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos uēdidit Antonio iam Triumuiro. Cùm uerò ex ſermone utriuſq; fraus eſſet detecta, grauiter hoc Antonius apud Toranium queſtus eſt. At facetè Mango reſpōdit, eò pluris eſſe illi hos pueros faciendos, quòd magis admiranda ſit in eis, qui patria eſſent diſsiti, quàm in geminis ſimilitudo. Vnde etiam poſteà nihil charius in ſua ſubſtantia habuiſſe dicitur. Noſtris temporibus ſimilitudo illa Martini Guerræ, & Arnaldi Tillij miras Tragœdias Tholoſæ Tectoſagū excitauit, ut eruditiſsimo libello ſcripſit uir ille ſummus, & tam nefariè cædi etiam à diſcipulo (proh dolor) indignus IOANNES CORASIVS, olim Reginæ Nauarræ Cancellarius, & Curiæ Tholoſanæ Conſiliarius.

αὐτὸν) Vide quæ in præcedenti ſectione ad illa uerba, ἀ μή τις χρῆνις, annotauimus.

ἐλλὼ) Ex hac cicatrice agnouit Vlyſſem Euryclea, quod ita nudè & ſimpliciter à Poeta proponi potuerat: ſed quia obſcurius erat futurum quàm ut à quouis poſſet intelligi, hiſtoriam ab ouo repetit, quæ docet, quomodo plaga ſit ei ab apro inflicta, cuius in hac cicatrice reſtent ueſtigia. Hiſtoria paucis ſic ſe habet. Autolycus, nato non ita pridem Vlyſſe, Ithacam acceſsit, ubi oblatus eſt illi ab Euryclea nepos ex filia, ut ei nomen imponeret, quod ille recipiens Vlyſſem appellari iuſsit: inſuper ubi pubertatem attigiſſet, ſi ſe in Parnaſſo conuenerit, partem ſe ei bonorū ſuorum largiturum pollicetur. Cùm ergo ut eam ab auo conſequeretur, eum acceſsiſſet, ab eodem ad uenationem deductus eſt oblectandi eius gratia, in qua ab apro ita uulneratus eſt, unde hanc cicatricem adhuc etiam prouectior factus retinuit, de qua nunc eſt mentio.

κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε) Hæc duo uirtuti & ornamento huius Autolyci tribuuntur, cùm alioqui uideantur eſſe uitioſa. Quod ad furtum attinet, neſcio qua ratione accuſari poſsit, niſi ex more illius ſeculi, ubi latrocinia exerceri pro indecoro nō habebatur, ut aliàs in hoc Poeta uidimus: quanquam latrocinia meliùs excuſari poſſunt quàm furta, quod illa ſaltem ſpeciem quandam fortitudinis præ ſe ferunt, hæc ignaui potiùs ſint animi & illiberalis. Vnde Plato 10. de Repub. κλοπὴν χρημάτων uocat ἀνελεύθερον, ἀρπαγὴν tantùm ἀνάξιον τοῦ. Et fures ſeruos appellatos tradit Nōnus Marcellus. Homine ingenuo indignum pronunciat Ambroſ. lib. 3. de Off. cap. 3. Heſiodus:

οἷσιν ἀγαθὴ, ἀρετὴ δ' ἡ κακὴ, ἠδὲ κάκιστος ὁ ὄτερος.

Sed hîc non eſt diſputandum, an rectè ab Autolyco furta exercerentur. Id enim non ſolùm apud Chriſtianos, ſed etiā apud Ethnicos extra controuerſiam eſt poſitum, ſi Tauroſcythas, Cardaces Perſarum, Germanos ueteres & Aegyptios, Spartanos deniq; & ſi qui ſunt prætereà, qui mihi non ſuccurrant, exceperis. Romana iura id ſatis prohibent, ut leges Solonis & Draconis apud Athenienſes. Fortaſsis id Autolyco non propter ipſam furandi actionem, quæ per ſe ſatis eſt illiberalis, ſed propter dexteritatem & ſolertiam, quæ in ea requiritur, laudari poteſt. Et eam ob cauſam Lycurgus, ſapientiſsimus alioqui legislator, Spartanæ iuuentuti illam permittebat, modò cautè & occultè id ageret: nam detectos plectebat, ut refert in eius uita Plutarch. Vnde etiam noſtra tempeſtate aliquid etiam laudis tribuitur ei, qui ſolerter quippiam nefariū cōmiſerit. Fuit ergo hic Autolycus fur illuſtriſsimus, cuius piceatam manum eleganter appellat Martialis, de quo copioſiùs in Lexico, ex Hygino cap. 201. Fuit etiam ὅρκῳ, id eſt, in iuramentis cauillandi dexteritate inſignis, ita enim hanc uocem intelligendam,

ibidem ex Eustathio docebimus. Exemplum eius rei habes in eo, qui cùm triginta dierum pactæ essent inducia, noctu agrò hostium populabatur. Et in eo apud Athenæum, qui cùm piscículum esset suffuratus, & alteri cuidam tradidisset, rogatus iureiurando affirmauit se illum non habere, nec quenquam alium scire, qui sit suffuratus. Illum uerò, cui illū tradiderat, iurandi uiam docuit, se neq; illum esse suffuratū, nec ullum alium scire, qui eum haberet: ut etiam refert Eustathius. Atq; hæc sunt illa ὄρκων σοφίσματα & παιγλοσιμοὶ, quib. noster Autolycus instructus fuisse dicitur, qua in parte hæredē habuit Vlyssē.

ἐρμείας) Ioannes Tzetzes Chiliad. 8. hist. 202. hoc etiam prodidit, ubi dicit, hunc Autolycum filium fuisse Mercurij, qui cùm pauper esset, artem furandi à patre accepit, qua ita excelluerit, ut omnes fures, quotquot unquam fuerunt, facilè superârit. Sed præstat integrum locum uidere: quem eò lubentiùs adducemus, quò rarò autorem illum in manibus hominum uersari intelligimus.

Ἐρμοῦ παῖς ὁ Αὐτόλυκος πατὴρ ἦν Λαέρτου
Πάππος τοῦ Ὀδυσσέως ἦ πέρις δ' ὑπάρχων ἄρχαι,
Ἐκ δὲ Ἐρμοῦ χαρίζεται. τῷ κλεπτικῷ τῷ τεχνίτῃ
Ὡς ὑπὲρ τὸν Αἰγύπλιον κλέπτειν κλέπτειν
Καὶ μὲν τὸν βαβυλώνιον, Ἡρόδοτος ἃς γράφει.
ὑπέρ τε τὸν Εὐρύβατον, ὃν Ἕλληνες θρυλοῦσιν
Αὐτόν τε τὸν Ἀγαμήδη τε, μετὰ Τροφωνίῳ
Ὑπὲρ ὑδραργυρίζειν τε καὶ πάντα νικᾶν κλέπτῃ.
Κλέπτων δὲ μετήμειβεν, ἀλλὰ δίδως αὖτ' ἄλλων

Ἐρμοῦ δ' ὁπάων οἱ λαμβάνοντες, τὰ σφῶν λαμβάνειν πάλιν
Οὐκ ἠπατῶντο τούτῳ ἦ, ἕτερα λαμβάνειν.
Ἵππον γὰρ κλέπτων ἄριστον, ὄνον τ' ἐπέθηκεν
Διδοὺς, ἐποίει δόκησιν οἷον δεδωκέναι.
Καὶ κῆρα νύμφῃ νεαρὰν κλέπτων, ἐδίδου πάλιν
Ἡ Σείληνον, ἢ Σάτυρον, γεγέντος σαπρὸν π
Σιμὸν, νωδὸν, φαλακρὸν, μυξῶδες, τῶν δυσμόρφων.
Καὶ ὁ πατὴρ νόμιζε τοῦτον ὡς θυγατέρα:

Id est, Gerbelio interprete:

Mercury filius Autolycus, pater autem Laertæ
Auus autem Vlyssis pauperq; existens ualde
A Mercurio donatur arte furandi,
Vt super Aegyptio fure illo furaretur,
Atq; etiam Babylonio, Herodotus quos scribit,
Superq; Eurybate, quem Græci diuulgant:
Superq; ipso Agamede, cum Trophonio,
(malè enim Gerbelius reddiderat, post Trophonium.)
Et super natura Hydragyri, & omnem uincere furē.
Furans enim commutabat, alia dans pro aliis.

Arbitrabantur autem suscipientes, sua ipsorum accipere rursus:
Non decipi autem ab hoc, atq; diuersa recipere.
Equum enim furatus optimum, asinum scabiosum
Dans, faciebat æstimationem, illum dedisse.
ideſt, imponebat illis, & ita eos fascinabat, ut crederent, &c.
Et puellam, sponsam, iuuenem furans, dabat rursus
Vel Silenum, uel Satyrum, senenonem putridum quendam
Simum, edentulum, atq; caluum, mucosum, deformem.
Et pater arbitrabatur hanc filiam.

Hæc ille. Vbi autem de Hydrargyro loquitur, nihil aliud intelligit, meo indicio, quàm ut natura Hydrargyri est uarios colores & formas assumendi (ut norunt Chymistæ) sic ille uarijs modis res, quas suffurabatur, immutabat: quod non alia factum est ratione, quàm Diabolica. A Mercurio igitur hanc furandi industriam habuit Autolycus. Illi enim Deo, si Dijs placet, egregiam illam artem & peritiam affinxit antiquitas. Et docet Lucianus in Dialogo Apollinis & Vulcani, eum iam inde ab incunabulis eam exercuisse, ut tridentem Neptuno, Vulcano forcipes, Veneri cestum, Ioui sceptrum in ipsa infantia suffuratus sit. Sed nos meliora, quàm ut hæc Deo affingamus, quem ex Mercurio intelligi uetus docet Theologia, quam nobis reseruauit in Hermathena & Hieroglyphicis, atque etiam alibi Io. Goropius Becanus. Sed hoc ad Mythologicum nostrum Homericum, quod affectum habemus, pertinet.

αὐτόλυκ' αὐτὸς τῷδ' ὄνομ' εὗρεο) Sup. lib. 18. pag. 262. notabamus ex Stuckio, uideri apud ueteres, ut à matribus potissimū nomina imponerentur: cui etiam nos suffragati sumus. At hîc aliud uidetur significari, cùm auus iam id præstet, quod fœminis ibi tribuebamus. Sed respondeo, hunc honorem fuisse auo delatum, ut nepoti nomen imponeret, uel quasi de eo quod imponendum erat consuleretur. Vnde ipse, quamuis nomen proferat, tamen demandat genero & filiæ ut imponant. Ait enim:

γαμβρὸς ἐμὸς θυγάτης τ' ἐπιδεύ' ὄνομ' ὅττι κεν εἴπω.

De nomine autem Vlyssis dicendum aliàs nobis erit non tantū ex ueteribus, Grammaticis, sed etiam ex Hispanicis Goropij.

τῶν ἕνεκ' ἦλθ' Ὀδυσεύς) Describitur aduentus Vlyssis cum eius causa, tum quanta humanitate sit apud Autolycū receptus. Primus ergo dies totus est conuiuio & somno datus: secundus uenationi, in qua Vlysses ab apro uulnerabitur.

βαὺ δ' ἰδὼν ἐς θῆρα) Plato in Sophista uenationis, quam ille ζωοθηρικὴν uocat, duo statuit genera: & alterū quidem pedestre, πεζοθηρικὸν: alterum uerò natatilium animalium, ὑγροθηρικὸν. Istud in duo rursus partitur: aucupium ὀρνιθοθηρευτικὸν: piscatoriam, ἁλιευτικὴν. Pedestre fieri dicit partim septis, partim plagis. Illud ἑρκοθηρικὸν, hoc πληκτικὸν appellat. Illud autem noctu fit aut interdiu. Quod noctu, uocat πυρεύτικὸν, quasi ignitum, quod ad lucem ignis fiat. Quod interdiu, ἀγκιστρευτικὸν, quasi hamularium, quòd fuscinarum extrema hamis sunt aptata. Hæc ille philosophus. E' quibus generibus unius tantùm memini expressè Homerum loqui, idq; hoc loco: nempe πεζοθηρικοῦ, quod ut uiris fortibus dignum uidetur agnoscere, ut & Plato in fine libri septimi de Legibus. Cætera genera idem philosophus, minus probat. Et nocturnum quidem, licet sit pars πεζοθηρικῆς, omnino prohibet: quasi otiosorum hominum. Aucupium, quanquam seruile existimet, tamen permittit, sed in desertis tantùm agris & montibus. Piscatoriam ubiq;, præterquàm in portubus, sacris fluminibus, paludibus & stagnis. Pedestrem uerò uenationē, quæ equis & canibus & corporibus peragitur, omnino admittit. Quibus enim, inquit, diuina fortitudo curæ est, ij quadrupedes omnes cursu, uulneribus, telisq; propria manu uenando, superare debent. Itaq; illam uenationem non admittit, quæ retibus & laqueis perficitur. Videtur ergo quædā umbra belli illud genus uenationis πληκτικὸν, quia ui & robore corporis perficitur: unde etiam bella uenationes appellat Plato θήρας, inquam, αὐθρώπων, quas etiam in conciliandis amicitijs statuit, tum in dicto Sophista, tum in eodem lib. 7. de Legib. A' bellis gestis Nimrodus etiam in sacra pagina uenator dicitur, hominum scilicet. Sic etiam Aristoteles Polit. 1. cap. 8. βίον ληστικὸν, quem etiam πολεμικὸν ibidem appellat, sub nomine uenationis complectitur. Vtrùmq;, id est, τὸ πληκτικὸν καὶ τὸ ληστικὸν priscis Latinis tribuit Virgilius.

Venatu interea agilant pueri, syluasq; fatigant. *Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.*

Et paulò pòst: *Caniciem galea premimus, semperq; recentes* *At patiens operum, belloq; assueta iuuentus.*
Conjectare iuuat prædas, & uiuere rapto. *Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello:*
τὸ πολεμικὸν ibi exprimit. *Omne æuum ferro teritur.*

Quod de Germanis scribit Cæsar lib. 6. de Bell. Gall. Inter feras autem, quas hoc genere uenationis insectātur, nulla est periculosior apro, ideoq; magis fortem & audacem requirit hominem. De leonibus, ursis, tygride non loquor, quia eorum uenatio minus rara est quàm apri, quanquam nescio, an ullum eorum horribilius uenatu sit apro.

κὴν δέξιον ὦμον) Qua parte aper est imbecillior, ideò eam ut feriant, diligenter solent obseruare uenatores.

ἐπαοιδῇ) Hoc fuit omnino artificium Diabolicum, quo etiam hodierni Magi utuntur, dum morbos sanant. Quomodo tamen & quatenus id facere possint, uide pluribus apud Bodinum Dæmonom. lib. 2. cap. 2.

χάρμα κὴ ἄλγος) Gaudio affecta est, quòd herum illum adeò exoptatum uideret: dolore uerò, quòd illum adeò miserum & infelicem cerneret, ut in suis etiam ædibus, ad quas tandem peruenerat, ab omnibus contemneretur.

ἡ κὴ τλωτελόπειαν) Præ lætitia, qua diffundebatur, non attendit, an quicquā subesset causæ, quòd tali habitu se Vlysses exhiberet, nec agnosceretur: sed statim id Penelopæ uult indicare, nisi Dea prudentiæ prudenter illi oculos & mentem perstrinxisset, ne eam posset animaduertere.

νόον) Quia in mente est sita tota facultas sensuum. unde illud σύνοπτε toties in hoc poeta pro, Vidi.

δεξιτερῇφι) De hac apprehensione diximus in Iliade. Hoc autem contactu, qui supplicis est, & sequenti oratione nutricē demulcet Vlysses, ne se prodat, quod in suam perniciem sit redundaturum: quod se nō facturam, sequenti pollicebitur Euryclea. Sic adhuc ignotus remanet.

θεὸς) Nota unitatem Dei expressam, ut alibi sexcenties.

ἐπιτροπεύον) Pietas Vlyssea, quam aliàs satis obseruauimus.

Sic

Sic dixit, anus autem per domum exiuit,
Portans lauacra, hæc enim priora effuderat omnia.
Sed postquam lauitq; & unxit pingui oleo,
Iterum propè ignem traxit sedem Vlysses,
Calefaciendus, cicatricem autem pannis cooperuit.
His autem uerbis incepit prudens Penelope,
Hospes, hoc quidẽ tibi adhuc parũper ego dicã ipsa
Etenim iam lecti citò dulcis erit hora,
Quem somnus capit dulcis & dolentem.
Sed mihi & dolorem magnum præbuit fortuna.
Dicã quidem enim delector lamentans, lugens.
In mea opera inspiciens, & ancillarum in domo,
At postquam nox uenit, cœpitq; somnus omnes,
Laceo in lecto, densæ autem mihi circa ualdè cor
Acutæ cogitationes lugentem destruunt.
Sicut autem quando Pandarei filia floridula luscinia
Benè canit uere recens stanti, id est nouo.
Arborum in foliis sedens densis,
Quæ frequenter uersans fundit personantem uocem,
Filium.a. lugens Itylum dilectum, quẽ quondam ferro
Interfecit per insanias, filium Zethi regis.
Sic & mihi bifariam animus mouetur huc & illuc.
Vel maneo apud filium, & firma omnia seruo,
Possessionẽ meam, famulasq;, & altam magnã domũ.
Lectumq; reuerita mariti, populiq; famam.
Vel iam simul sequor Achiuorum qui optimus
Nubere in domibus præbent infinitas dotes.
Filius.a. meus quousq; quidẽ fuit adhuc infans et demẽs
Nubere non me sinebat mariti domũ derelinquentẽ.
Nunc.a. quãdo iam magnus est, & pubertatis mensurã
Et iam me precatur iterum ire ex domo (peruenit,
Possessione iratus. quam ei consumunt Achiui.
Sed agè mihi somnium dijudica, & audi.
Anseres mihi in domo uiginti triticum edunt
Ex aqua, & ipsis lætor inspiciens.
Veniens autem ex monte magna aquila curua rostro,
Omnibus in ceruices ruit, & interfecit, hi. a. fusi sunt
Congregati in domib. hæc. a. in æthera diũ elata est.
At ego flebam & lugebam in somnio.
Circum. a. me congregatæ sunt pulcræ crinibus Achiuæ
Miserabiliter lugentẽ, q̃ mihi aqla interfecit anseres
Retrò autem ueniens desedit in prominenti atrio.
Voce autem detinuit, uociferauitq;:
Confide Icarij filia ualdè inclyti.
Non somnium, sed uerè bonum quod perfectum erit.
Anseres quidem proci, ego autem auis
Fui anteà, nunc rursus tuus maritus ueni,
Qui omnibus procis indecentem mortem immittam.
Sic dixit, at me dulcis somnus dimisit.
Aspiciens autem anseres in domibus intellexi
Triticum comedentes apud scyphum ubi anteà.
Hanc autẽ respondens, allocutus est prudens Vlysses,
O mulier non aliquo modo est declarare somnium
Qui aliò deflectit. quoniam certè tibi ipsè Vlysses
Dixit. a. quomodo perficiet: procis autẽ apparebit cades
Omnibus ualdè, neq; aliquis mortem & parcas fugiet.
Hũc. a. rursus alloq. est prudẽs Penelope, (nõ possint
Hospes certè q̃dẽ sõnia impudẽtia, et (talia) ut discerni

Ὣς ἄρ᾽ ἔφη. γρηῢς δ᾽ ἰὼν διὰ μεγάροιο βεβήκει,
Οἰσομένη ποδανίπτερα. τὰ γὰρ πρόσθεν᾽ ἐχύτο πάντα.
Αὐτὰρ ἐπεὶ νίψέν τε καὶ ἤλειψεν λίπ᾽ ἐλαίῳ,
Αὖτις ἄρ᾽ ἀστοπέρῳ πυρὸς ἕλκετο δίφρον Ὀδυσεύς
Θερσόμενον, ἀλλὰ δὴ κὴν᾽ ῥακέεσσι κάλυψε.
Τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε πεφραδὲ Πηνελόπεια,
Ξεῖνε, τὸ μέν σ᾽ ἔτι τυτθὸν ἐγὼν εἰρήσομαι αὐτή·
Καὶ γὰρ δὴ κοίτοιο πάρ᾽ ἡδέος ἔσσεται ὥρη, χ. πάρ᾽ ἔσσεται ἡδέος ὥρη,
Ὅντινά γ᾽ ὕπνος ἕλοι γλυκερὸς καὶ κηδόμενόν περ.
Αὐτὰρ ἐμοὶ κῆρ πένθος ἀμέτερπον πόρε δαίμων.
Ἣμαλα μὲν γὰρ τέρπομ᾽ ὀδυρομένη, γοόωσα,
Ἔς τ᾽ ἐμὰ ἔργ᾽ ὁρόωσα καὶ ἀμφιπόλων, ἐνὶ οἴκῳ.
Αὐτὰρ ἐπὴν νὺξ ἔλθῃ, ἕληταί τε κοίτος ἅπαντας,
Κείμῃ ἐνὶ λέκτρῳ, πυκιναὶ δέ μοι ἀμφ᾽ ἀδινὸν κῆρ
Ὀξεῖαι μελεδῶναι ὀδυρομένῳ ἐρέθοισιν.
Ὡς δ᾽ ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρῆς ἀηδὼν
Καλὸν ἀείδῃσιν ἔαρος νέον ἑσταότος,
Δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν,
Ἣ τε θαμὰ τρωπῶσα χέει † πολυηχέα φωνὴν, χ. πολυοδίνεια φωνῶ.
Παῖδ᾽ ὀλοφυρομένη * Ἴτυλον φίλον, ὃν ποτε χαλκῷ χ. Ἤτυλον.
Κτεῖνε δι᾽ ἀφραδίας, κοῦρον † Ζήθοιο ἄνακτος· χ. ζήτας.
Ὡς καὶ ἐμοὶ δίχα θυμὸς ὀρώρεται εἴθ᾽ ἐχ᾽ εἴθ᾽
Ἠὲ μένω παρὰ παιδί, καὶ ἐμπεδα πάντα φυλάσσω,
Κτῆσιν ἐμὴν, δμῳάς τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα,
Εὐνήν τ᾽ αἰδομένη πόσιν, δῆμόν τε φῆμιν·
Ἢ ἤδη ἅμ᾽ ἑπώμενη Ἀχαιῶν ὅστις ἄριστος
Μνᾶται ἐνὶ μεγάροισι, πορὼν ἀπερείσια ἕδνα.
Παῖς δέ μοι ἔμπης ἔως μὲν ἔτι νήπιος ἦεν ἔφαπτος,
Γήμασθ᾽ οὔ μ᾽ εἴα, πόσιν τε λιποῦσαν·
Νῦν δ᾽ ὅτι δὴ μέγας ἐσσι καὶ ὄλβιος μέτρον ἰκάνει,
Καὶ δή μ᾽ ἀρᾶται πάλιν ἐλθέμεν ἐκ μεγάροιο,
Κτῆσιν ἀχαλόων τὴν οἱ κατέδουσιν Ἀχαιοί.
Ἀλλ᾽ ἄγε μοι τὸν ὄνειρον ὑποκρίναι, καὶ ἄκουσον.
Χῆνές μοι κατ᾽ οἶκον ἐείκοσι πυρὸν ἔδουσιν
Ἐξ ὕδατος, καί τέ σφιν ἰαίνομαι εἰσορόωσα·
Ἐλθὼν δ᾽ ἐξ ὄρεος μέγας αἰετὸς ἀγκυλοχείλης
Πᾶσι κατ᾽ αὐχένας ἧξε, καὶ ἔκτανεν, οἱ δ᾽ ἐκέχυντο
Ἀθρόοι ἐν μεγάροις· ὁ δ᾽ ἐς † αἰθέρα δῖαν ἀέρθη. χ. αἰγλῆεν
Αὐτὰρ ἐγὼ κλαῖον κὴ ἐκώκυον εὖ περ ὀνείρῳ.
Ἀμφὶ δέμ᾽ ἠγερέθοντο ἐϋπλοκαμίδες Ἀχαιαί,
Οἰκτρὸ᾽ ὀλοφυρομένῳ ὅ μοι αἰετὸς ἐκτανε χῆνας.
Ἀψ δ᾽ ἐλθὼν καθ᾽ ἅρ᾽ ἕζετ᾽ ὀπὶ πρόσθ᾽ ὑψόροφον μελάθρου.
Φωνῇ δ᾽ ἀνθρωπείῃ κατερήτυε, φώνησέν τε,
Θάρσει † Ἰκαρίοιο κόρη τηλεκλειτοῖο· χ. ἰκαρείου κούρη
Οὐκ ὄναρ, ἀλλ᾽ ὕπαρ ἐσθλόν, ὅ τοι τετελεσμένον ἔσται.
Χῆνες μὲν, μνηστῆρες· ἐγὼ δέ τοι αἰετὸς ὄρνις
Ἦα πάρος, νῦν αὖτε πόσις εἰλήλουθα,
Ὃς πᾶσι μνηστῆρσιν ἀεικέα πότμον ἐφήσω.
Ὣς ἔφατ᾽. αὐτὰρ ἐμὲ μελιηδὴς ὕπνος ἀνῆκε.
Παπτήνασα δ᾽, χῆνας ἐνὶ μεγάροισι νοήσω
Πυρὸν ἐρεπτομένους παρὰ πύελον, ἦχι πάρος περ.
Τὴν δ᾽ ἀπαμφίβολος πεφυὼς πολύμητις Ὀδυσ-
Ὦ γύναι, οὔπως ἔστιν ὑποκρινάσθαι ὄνειρον (σεύς,
Ἄλλῃ δ᾽ ἐπικλίναντ᾽. † ἐπεὶ ῥά τοι αὐτὸς Ὀδυσεὺς χ. ἐπὶ κῆρ
Πέφραδ᾽ ὅπως τελέει· μνηστῆρσι δὲ φαίνετ᾽ ὀλέθρος
Πᾶσι μάλ᾽. ἀλλέ κε λῦς θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξει.
Τὸν δ᾽ αὖτε πεφιδομένη πεφραδὲ Πηνελόπεια,
Ξεῖν᾽, ἦτοι μὲν ὀνείροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι

Γίνονται

Γίνονθ', ὐδέ τι πάντα τελείεται ἀνθρώποισι.
Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων·
Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι·
Τῶν οἳ μέν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος,
Οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται ἔπε' ἀκράαντα φέροντες·
Οἱ δ' αὖ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε,
Οἵ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι, βροτῶν ὅτε κέν τις ἴδηται.
Ἀλλ' ἐμοὶ οὐκ ἐντεῦθεν ὀΐομαι ἀνὸν ὄνειρον
Ἐλθέμεν· ἦ κ' ἀσπασὸν ἐμοὶ καὶ παιδὶ γένοιτο.
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν·
Ἠὼς δὲ δὴ ἠῶς εἶσι δυσώνυμος ἥ μ' Ὀδυσῆος
Οἴκου ἀποιχήσει. νῦν γὰρ καταθήσω ἄεθλον,
Τοὺς πελέκεας τοὺς κεῖνος ἐνὶ μεγάροισιν ἑοῖσιν
κ. ὡς δώδε- ἱ στας ἐξείης, δρυόχοις † ὣς, δώδεκα πάντας,
κα Στὰς δ' ὄγε πολλὴν αὐλὴν διαρρίπασκεν ὀϊστόν·
Νῦν ἦ μνηστῆρσιν ἄεθλον τῆνον ἐφήσω.
Ὃς δέ κε ῥηΐτατ' ἐν παλύσῃ βιὸν ἐν παλάμῃσι,
Καὶ διοϊστεύσῃ πελέκεων δυοκαίδεκα πάντων,
Τῷ κεν ἅμ' ἑσπόμενος, νοσφισσαμένη τόδε δῶμα
Κηδίστιον, μάλα καλὸν, ἐνίπλειον βιότοιο·
Τοῦ ποτε μεμνήσεσθαι ὀΐομαί γ' ἐν περ ὀνείρῳ.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσ-
Ὦ γύναι αἰδοίη Λαερτιάδεω Ὀδυῆος, (σεὺς,
Μηκέτι νῦν ἀνάβαλλε δόμοις ἐνὶ τῆνον ἄεθλον.
Πρίν γάρ τοι πολύμητις ἐλεύσεται ἐνθάδ' Ὀδυσεὺς
Πρὶν τοὺπὶς, τόδε τόξον ἐϋξόον ἀμφαφόωντας,
Νευρήν τ' ἐντανύσαι διοϊστεῦσαί τε σιδήρῳ.
Τὸν δ' αὖτε πρόσειπε πάλιν φρένα πηνελόπεια,
κ. ἰδίλεις Εἰ κ' ἐθέλοις μοι ξεῖνε παρήμενος ἐν μεγάροισι
Τέρπειν, οὔ μοι ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισι χυθείη.
Ἀλλ' οὔ γάρ πως ἐστὶν ἀΰπνους ἔμμεναι αἰεὶ
Ἀνθρώπους. ἐπὶ γάρ τοι ἑκάστῳ μοῖραν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι θνητοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.
Ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼν ὑπερῷϊον εἰσαναβᾶσα,
Λέξομαι εἰς εὐνὴν ἣ μοι στόνος ἔστα τέτυκται,
Αἰεὶ δάκρυσι' ἐμοῖσι πεφυρμένη, ἐξ οὗ Ὀδυσεὺς
Ὤχετ' ἐποψόμενος κακοΐλιον οὐκ ὀνομαστήν.
Ἔνθά κε λεξαίμην σὺ δ' ἢ λέξεο τῷ σῷ δ' ἐνὶ οἴκῳ,
κ. χαμάδις τος. Ἠ * χαμάδις στορέσας, ἦ τοι κ' εὖ δέμνια θεντων.
Ὣς εἰπὸν ἀνέβαινε ὑπερῷϊα σιγαλόεντα,
Οὐκ οἴη· ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι κίον ἄλλαι.
Ἐς δ' ὑπερῷ' ἀναβᾶσα σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξὶ,
Κλαῖεν ἔπειτ' Ὀδυσῆα φίλον πόσιν· ὄφρά οἱ ὕπνον
Ἡδὺν ἐπὶ βλεφάροισι βάλε γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Sunt, neq; quid omnia perficiuntur hominibus
Duæ enim portæ debilium sunt somniorum.
Vnæ quidem enim cornibus factæ sunt, alteræ, ebore.
Horum qui quidem egressi fuerint per sectum ebur,
Spe frustrantur uerba imperfecta portantes.
Qui autem per polita cornua eunt foras,
Hi uera perficiunt, hominum quando aliquis uidet.
At mihi non hinc puto graue somnium
Venisse, certè placidum mihi & filio fiat.
Aliud autem tibi dico, tu autẽ in mentibus pone tuis.
Hæc iam aurora ueniet infamis, quæ me Vlyssis
A domo abducet, nunc enim deponam certamen
Secures quas ille in domibus suis (nus. 12. oẽs
Disposuit ordine foramina manubrij habẽtes, plus mi
Stans autem hic multum longè iaciebat sagittam.
Nunc autem procis certamen hoc immittam.
Qui autem facillimè extendet arcum in manibus,
Et persagittabit annulos duodecim omnes,
Hunc sequar ubi (me) abduxero (ab) hac domo
(Quæ) iuuẽtutem (meã) uidit, perpulcrã plenã uictu,
Cuius aliquando (me) recordari puto in somnio.
Hanc a. respondens alloquutus est prudens Vlysses,
O uxor ueneranda Laertiadæ Vlyssis,
Non amplius nunc proÿce in domibus hoc certamen.
Antè enim prudens ueniet huc Vlysses,
Quam his aliquando arcum benè politum tractantes
Neruum extenderint persagittârintq; annulum.
Hunc autẽ rursus alloquuta est prudens Penelope:
Si uelis mihi hospes assidens in domibus
Delectare, non mihi somnus in palpebris fundetur.
Sed non enim aliquo modo est insomnes esse semper
Homines, in enim unoquoq; partem posuerunt
Immortales mortalibus supra fertilem terram,
Sed certè quidem ego ad cœnaculum ubi ascendero
Dormiam in lecto, qui mihi suspirioſus factus est
Semper lacrymis meis irrigatus, ex quo Vlysses
Iuit uisurus malum Ilium, neq; nominandum.
Illic dormiam, tu autem dormi hac in domo,
Vel humi sternens, uel tibi lectos ponant.
Sic loquuta ascendit cœnacula splendida,
Non sola, cum ea & famulæ ibant aliæ.
In aũt superiora ubi ascẽdisset cũ ancillis mulieribus,
Flebat postea Vlyssẽ dilectũ maritũ, quousq; ei somnũ
Dulcem in palpebris iecit cæsia Minerua.

COMMENTARIVS.

ἤμοσε μὲν γὰρ) Tria facit hac oratione Penelope. Primùm exponit, quomodo tempus diuisim terat, interdiu quidem lugens, at aliquantulum se oblectans in rebus domesticis: noctu uerò, ubi nullis occupationibus distringitur, grauissimis cogitationib. & luctibus uexata & cruciata, quod elegãti comparatione amplificauit, ducta à Luscinię uariatis cantibus: quasi tristẽ illam narrationẽ hac suauitate lenierit: quod Poetæ artificium non est leuiter obseruandum. Secundò explicat, quæ sint illæ cogitationes, quibus animus eius in diuersas partes abripitur: nempe aut de recusandis aut de subeundis nuptijs. Vt illas recuset, facit studium conseruandæ rei domesticæ, quæ non leue detrimentum erat ex eius discessu acceptura: quia partẽ etiam bonorum secum in dotem in alienam domum contulisset: deinde reuerentiæ primi lecti coniugalis, quem ut alius temerarer, uix poterat lubens admittere: fama denique populi: quæ omnia anteà pag. 232. enarrauimus. Vt subeat nuptias, faciebat ipse Telemachus, qui postquam ex ephebis excesserat, identidẽ illam ad eas amplectendas urgebat, quòd ab his procis bona sua diripi & absumi eius gratia iniquo animo pateretur. Tertiò proponit ei somniũ, quod fecerat de morte procorum, quam illa aquilæ in anseres inuolatio innuebat. planè appositè ad imminens negotium. Illud an uerum fuerit, non disquiro propter consuetam in poetis fingendi quiduis libertatem. Id scire & credere me profiteor, uix quicquam ulli insigne accidere, quo de somnijs non admoneatur: quibus tamen tum demum fidem adhibendam puto, cùm ex nulla alia ægritudine aut perturbatione oriuntur. Qua de re aliàs in Iliade diximus, & mox adhuc dicemus.

ὡς δ' ὅτε παιδαρίου) In hac comparatione quinque nobis sunt animaduertenda. Primùm ipsa auicula: deinde tempus, quo canit: tertio locus in quo canit: quartò ratio illius uocis: quintò & postremò in quem finem. Quę partim ex ipsius natura, partim ex fabulis intelligenda. Est ergo Luscinia auicula satis nota, cantu cæterarũ omnium celeberrima & nobilissima, quam Poeta ἀηδόνα uocat, ut copiosiùs dicemus in Lexico. Eam autem dicit Pandari filiam, cùm alij scribant, Pandionis. Vnde, ut ait Didymus, uel diuersè hæc ab alijs tradit Poeta, uel utramque nomen ad unum pertinet. Vide Ouid. 6. Metamor.

Nata-

Natalem Mythol.lib.7.cap.10. qui illam Pandionis filiam pronunciant. Metonymycè autem, ut ait Eustathius, hæc auis Pandari filia dicitur, cùm hoc non uerè de aue, sed de Aëdone, quæ in hanc auem mutata est, dicatur: nam alij Prognem appellant, alij Philomelam. Sed harum appellationum diuersitas ex diuersitate historiæ fabulosæ pendet, quam nos ex Eustathio proponemus, ut est etiam à Gesnero cap. de Hirundine translata. Homerus ergo illam aliter quàm recentiores memorat. Neq; enim Pandionis, ut illi, mentionem facit (nisi Pandion fortè alio nomine etiam Pandareos dictus sit) neque Procnes, neq; Terei: & Itylum uocat illum, quem recentiores Ityn, quem Pandarei filia è Zetho peperit, κοῦρον ζήθου ἀνακτος. alia lectio habet Ζήτου. Sunt & qui Itylum, Ἄτυλον esse nugentur, & prima litera adempta, Ἥτυλον per η. ceu qui genus ab Aete ducat, ut & pater eius Zetes, Boreæ filius. Cæterùm recentiores sic tradunt: Pandionis Atticæ tyranni filiæ fuerunt Procne & Philomela. Ex his Philomela Tereo Thraci nupsit, & sic ex Attica muliere facta est Thracia. Porrò Tereum aliquando Athenas profecturum rogauit, ut Procnen sororem suam secum adduceret. quod is fecit quidem, sed in itinere puellæ uim intulit: & ne facinus sorori aperiret, linguã execuit. Procne uerò in tela texendo iniuriam sorori prodidit. Philomela uindictæ cupida, filium Ityn è Tereo sibi partum occîdit, & patri coctum apposuit. Comedit ille, & ex minutis quibusdam reliquijs filium esse agnouit. Itaq; persequutus, sorores occidere parabat. fugiunt illæ, & Dijs imploratis, in aues mutantur, Philomela hirundinis, Procne uerò lusciniæ forma assumpta (Gesnerus legit, *Philomela luscinia, Procne uerò hirundinis forma assumpta*: sed existimo id sentire Eustathium, quod alij plerique, ut Aristophanis interpres, Ioannes Tzetzes Hesiodi scholiastes, atque adeò ipse Seruius, ut mox uidebimus) Quamobrem hirundinis uox aspera & cantu insuauis est, ut cui lingua mutilata fuerit, & frequenter Terei ceu balbutiens nomen efferre conatur: Luscinia uerò Ityn subinde suo cantu repetit: Tereus deniq; in upupam transformatus crebrò, Vbi nam sunt (ποῦ ἄρα ἐστίν) exclamat. Sic quidem recentiores fabulantur. Alij uerò Homerum sequuti: Pandarei (inquiunt) cui pater fuit Merops Milesius, filiæ fuerunt Merope, Cleothera, & Aedon. Harum maxima natu Aedon Zetho Amphionis fratri nupta, unicum filium peperit Itylum: & cùm inuideret numerosæ leuiri sui (τοῦ δαὴρ ᾧ, τοῦ αὐδρὰ ἐναφῆκε) Amphionis soboli, quâ ille ex Niobe uxore Tantali & Hippomeduſæ filia augebatur, Itylum filium suum cum filijs Niobes ludere, & uno etiam in lecto interdum dormire solitum, seorsim cubare (uel, ut alij scribunt, in lecto interiore) iussit, ut ipsa intempesta nocte accedens, primum ex Amphionis filijs occideret, Amaleum nominet sed cùm Itylus uel oblitus esset, uel non obtemperasset matri, ea noctu filium proprium, Amaleum esse rata, occîdit. quo cognito, præ nimio luctu, ut et ex hominibus migraret, à Dijs petijt. Itaque in luscîniam mutata, Itylî luctum retinuit, cuius nomen cantu suo repetere solet. Alij Aedóna mulierem non ignorantia, sed sponte Itylum filium interfecisse dicunt. Occiso enim (aiunt) Amphionis filio Amaleo, cùm uxorem illius (Amphionis) timeret, mox suum quoq; filium interemit, ut expectandam sibi ab inimica ultionem præueniret. Porrò in sequente Rapsodia reliquas duas Pandari filias parentibus orbas, Penelope à Venere educatas ait: & cũ iam nubiles essent, ab Harpyis raptas, & Furijs traditas esse. Fortasis enim cùm forma quidem excellerent, propter orbitatem tamen infelices, in prauam & furiosam aliquam uitam (ἀς ὑπὲρ δύσκολον καὶ ὡς οἷον ἀκτὰν ἐφαννώδεις ἦσαν) præ nimio luctu conuersæ, obscuræ perierunt, ut inde à uentis raptas, & Furijs traditas fabulose feratur. Hæc noster Eustathius. Hanc etiam fabulam, inquit Gesnerus, Varinus refert è Scholijs Aristophanis in aues, in uocabulo Γίτης. In hoc tamen differt, quòd Procnen Terei uxorem, & Ityn eiusdem è Tereo filium facit, nõ Philomelæ, ut Eustathius. Procne, inquit, cùm sororis Philomelæ casum intellexisset, mactatum Ityn filium Tereo edendum apposuit, quo ille cognito, gladio eos persequutus est, clamans πῦ πού (ut solent quærentes.) Philomela uerò præ metu Terei nomen efferebat. Procne uerò filium lugens Ityn, ἴτυν ἴτυν miserabiliter sonabat. Ioue autem miserato, Procne in luscîniam, Philomela in hirundinem, & Tereus in upupam mutati, eadem adhuc uoces canunt. Hæc ille. Idem scribit etiam interpres Hesiodi. Virgilius Ecloga sexta:

Aut ut mutatos Terei narrauerit artus Quas illi Philomela dapes, quæ dona parauit, &c.

Vbi Seruius: Tereus, rex Thracum Pandionis Athenarum regis filiam Procnen duxit uxorem, & Athenas profectus, ut sororem illi accerseret Philomelam, in itinere illam uitiauit, & linguam abscidit. Illa tamen rem in ueste suo cruore descriptam misit sorori. Qua re cognita Procne, Ityn filium interemit, & patri epulandum apposuit. Postea omnes in aues mutati sunt: Tereus in upupam, Itys in phasianum, Progne in hirundinem, Philomela in luscîniam. Vbi quidẽ à superiore narratione dissentit: cui tamen astipulatur 4. Georg. enarrans illud poetæ:

Et manibus Procne pectus signata cruentis,

id est, hirundo. Nomen, inquit, posuit pro nomine. Nam Philomela in hirundinem uersa est: pro qua Procnen, uel quasi sororem posuit, uel quasi eam, quæ fuerat illius sceleris causa. nam ipsa miserat Tereum ad adducendam sororem. Vbi mireris tam manifestam in uno autore diuersitatem. Ouid. 6. Metamor. Philomelam in luscîniam, Procnen in hirundinem uersam dicit, quem uulgus etiam Grammaticorum sequitur. Probus tamen cõtrà, ut annotat Erythreus in Indice Virgiliano, cui assentitur Varro lib. 4 de L.L. Luscîola, inquit, (quidam emendant Luscinia: quidam conijciunt legendum Luscinola ἀπὸ τῆς ἡσυχίας. Rectè: cùm ita eam idem author 3. de Re rustic. cap. 5. & Plautus in Bacchid. appellent.) quòd luctuosè canere existimatur, atq; esse ex Attica Procne in luctu facta auis. Sanè Varronis autoritati plurimùm tribuendũ puto. Quia tamen aliud iam receptum est, nos hanc litem sub iudice relinquemus. Si antiquiora tamẽ pro uerioribus agnoscimus, in Homericam sententiam transibimus, quam anteà exposuit Eustathius. Et de his quidem hactenus, atq; de primo capite, quod nobis in hac comparatione Homerica obseruandum initiò monebamus. Secundum erat, Tempus quo canit: nempe uere adhuc recente & nouo. Aristoteles scribit, eam latére ab autumno usq; ad uernos dies: & post eum Plinius. Ergo uere demum apparet, & canere tunc incipit, idque per integros dies & noctes quindecim, nempe cùm sylua fronde incipit opacare, dein canit quidem, sed non assiduò. Mox adulta æstate, uocem mittit diuersam, non insuper uariam aut celerem modulatamq;, sed simplicẽ, ut scribit Aristoteles, & post eum Aelianus ac Plinius, cuius integrum locum de Luscinia mox laudabimus. Albertus ait, Luscinias inter cubandum cantare, & aliquos Platonicorum dixisse, oua eius non posse sine cantu parentis uiuificari: id quod uerum esse (aliqua ratione) uidetur.. Nam spiritus lenis & calor eleuans sanguinem in talibus animalibus mouet in eis cantus iucunditatem & desiderium gaudij. Talis uerò parentum calor incubando magis uitalis est quàm alius. Hæc ille, quæ ad tempus etiam pertinent, siquidem uerè incubant luscîniæ. Tertium caput est de loco, in quo canit Luscinia: nempe in arborum densis folijs, quæ loca amat illa auicula, utpote in quib. etiam nidificet: unde Theocritus,

Ἀ δόνις ὰ ψυκτοῖσιν ὀδυρόμενα ποτὶ φύλλοις. Et alibi:
οἷοι ἀηδονίδες ἐφιζόμενοι ἐπὶ δένδρων Πυκτῶντα πλεύγων πυκνάμενοι ὄζον ἀπ' ὄζω.

Quartum caput est de ratione uocis huius auiculæ, quam ἠμὰ πρωπῶσαν χέειν πολυηχέα φωνὴν dicit Poeta. Dicit ergo eius uocem πολυηχέα, id est, quæ multis mutetur ac uariet modis, ut interpretatur Gesnerus. Aelianus Hist. anim. lib. 5. c. 38. testatur, quosdam legisse πολυηδόνια (uel ut quidã emendãt, πολυηδόνιδα) τῷ ποικίλως μεμεμέλθαι, uocem uariè imitantẽ: ut ἀηδόνια (uel ἀηδονίδα) contrà quæ ad nullam prorsus imitationem sit composita. Notum est unicuiq;, quanta cũ uarietate uocis moduletur illa auicula, quod eleganter uerbis exprimit Plinius, qui ea de re omnium optimè (scripsit. Locus est lib. 10. cap. 29. Lusciniis diebus ac noctibus continuis 15. garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in nouissimum digna miratu aue. Primùm tanta uox tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta musicæ scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto: promittitur reuocato, infuscatur ex inopinato: interdum & secum ipse murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus, ubi uisum est, uibrans, summus, medius, imus. Breuiterq; omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit, &cæt. Quæ omnia duobus uerbis, ἠμὰ πρωπῶσα, complexus est Homerus noster. Quintũ caput est de fine illius uocis, de quo satis dictũ est in primo capite, ubi Luscîniæ historiã exposuimus.

ὦ γυῶον) Somnium illud Penelopæ partim fuit allegoricum, partim non. Allegoria fuit in anseribus & aquila. Veritas fuit in ipsa expositione, quæ ei facta est à quodam de seipso, quem Vlyssem esse iam affirmat ipsemet Vlysses.

ξεῖν' ἦτοι μὲν ὄνειρος) Ea quæ optamus, uix audemus certò nobis polliceri, ne etiam cùm id obliquè nobis prædici ac præsignificari obseruamus. Atque eo pacto iam est affecta Penelope, quæ temerè nõ credit hoc ita euenturum, itaq; in somniorum uanitatẽ ac iuconstantiam incertitudinemq; paululũ inuehitur, quasi ijs non fidendum. Quod ut probet, duas adducit

ratio-

rationes ſomniorum,quibus aut falſitas aut ueritas eorum deprehendi poſsit. Duas enim dicit portas eſſe,quibus egreditur:altera eſt eburnea:altera cornea, quæ illa egrediuntur,ſunt fallacia:quæ iſta,ueritatē important. Vt ergo ſuum ſomniū uerum eſſet, oportebat hac egreſſum, quod euenisſe ſibi perſuadere non poteſt. Quod de duabus ſomnij portis dicit,effinxit Virgil.6.Aeneid.Videndus eſt Macrob.in Somn.Scip.lib.1.cap.3.in fine.De ſomniorū ſuperſtitione & uanitate,qui plura uidere uolet,legat Picum Mirand.de Rerum prænot.lib.6.cap.7.& ſeq. Sed uideat lector,ne plus hominis autoritati quàm experientiæ & rationi tribuat.Dicam enim quod ſentio. Illi planè mihi animi noſtri diuinitatem tollere uidentur,qui hanc quoq; ſomniorum facultatem illi adimunt. Et reuerà hoc teſtor (quod & à multis uiris intemeratæ fidei teſtatumaudiui) mihi nihil adhuc uel mali uel boni contigiſſe,quod anteà in ſomnis non præuiderim. Dicant quod uolent Stoici: ego in ijs, quæ Fidei catholicæ non præiudicant,ne à doctiſsimis quibuſq; diſſentire nō erubeſco,ubi ἀχρηματίστως illam ἐμπειρίαν à me militare ſentio.

τὰς πελίκας) De hoc certamine infrà lib.21.

ὀνὰ ἀ μάρ πως) Quod ἀϋπνίᾳ homines uti non poſsint,aliàs docuimus in Iliade.

Finis libri decimi noni.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Υ. ΡΑΨΩΔΙΑΣ ΤΗΣ Ὀδυσσείας.

ΒΟΥΛΗΘΕΙΣ αὐτὸν Ὀδυσεὺς τὰς μιγνυμένας τοῖς μνηστῆρσι θεραπαινίδας, ἐκ μεταγνοὺς, διαλαμβάνεται τῶν ἐξῆς σὺν τῷ Εὐμαίῳ καὶ Φιλοίτιον διαλέγεται. ἐν ᾧ καὶ τῶν μνηστήρων γίνεται ὁμιλία.

ARGVMENTVM VIGESIMI LIBRI *Odyſſeæ.*

VOLENS interficere Vlyſſes mixtas procis ancillas,mutata ſententia, exinde cum Eumæo, & Philœtio diſputat. In quo & procorum fit collocutio.

Ἄλλη.

Υ βροντῇσι Ζεὺς ἰάψας Ὀδυσῆα, ἐκ θ' Ἀχαιούς.

Aliud.

Υ, tonitribus Iupiter audacē fecit Vlyſſem, & tenuit Achiuos.

ΑΥΤΑΡ ὁ ἐν προδόμῳ εὐνάζετο δῖος Ὀδυσσεύς·
Καμμορὲ ἀδέψητον βοείῃ σύρεσ', αὐτὰρ ὕπερθε
Κώεα πολλ' οἰῶν τὰς ἱρεύσκον Ἀχαιοί·
Εὐρυνόμη δ' ἄρ' ὑπὲρ χλαῖναν βάλε κοιμηθέντι·
Ἔνθ' Ὀδυσεὺς μνηστῆρσι κακὰ φρονέων ἐνὶ θυμῷ,
κε. Κεῖτο ἐγρ. Κεῖτ' ἐγρηγορόων· ταὶ δ' ἐκ μεγάροιο γυναῖκες
Ἤϊσαν αἳ μνηστῆρσιν ἐμισγέσκοντο πάρος περ,
Ἀλλήλῃσι γέλωτα καὶ εὐφροσύνην παρέχουσαι.
Τοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι·
Πολλὰ δὲ μερμήριζε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
Ἦ ἐ μεταΐξας θάνατον τεύξειεν ἑκάστῃ,
Ἦ ἔτ' ἐῶ μνηστῆρσιν ὑπερφιάλοισι μιγῆναι
Τὸ πρίν γε κραδίη τε καὶ εἴδατα κῆρ ἐρύκοι.
Ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα,
Ἀνδρὸς ἀγνοιήσασ' ὑλάει, μέμονέν τε μάχεσθαι·
κε. ἀτειμ. Ὡς ῥα τῇ ἔνδον ὑλάκτει † ἀγαιομένῃ κακὰ ἔργα.
Στῆθος δὲ πλήξας, κραδίῃ μύθῳ ἠνίπαπε μύθῳ,
Τέτλαθι δὴ κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.
κε. μοι Ἦ μάπτι τῷ ὅτε * τοι μετὰ θοῦριν ἄχεος ἤλυθε Κύκλωψ
Ἰφθίμοις ἑτάροισι· σὺ δ' ἐτόλμας, ὄφρά σε μῆτις
Ἐξάγαγ' ἐξ ἀντροῖο, δοκέοντα θανέεσθαι.
Ὡς ἔφατ', ἐν στήθεσσι καταπτώσσοντι φίλον ἦτορ.
Τῷ δὲ μάλ' ἐν πάσῃ κραδίῃ μᾶλλόν τε τέτληκα
Νωλεμέως· ἀτὰρ αὖτε ἑλίσσετο ἔνθα καὶ ἔνθα.
Ὡς δ' ὅτε γαστέρ' ἀνὴρ πολέος πυρὸς αἰθομένοιο
Ἐμπλείῃ κνίσης τε καὶ αἵματος ἔνθα καὶ ἔνθα
Αἰόλλει, μάλα δ' ὦκα λιλαίεται ὀπτηθῆναι·
Ὡς ἄρ' ὅγ' ἔνθα καὶ ἔνθα ἑλίσσετο, μερμηρίζων
Ὅππως δὴ μνηστῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρας ἐφήσει,
Μοῦνος ἐὼν πολέσιν. ὀχέδοθεν δέ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη,
Οὐρανόθεν καταβᾶσα· δέμας δ' ἤικτο γυναικί.
Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς, καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπε.
Τίπτ' αὖτ' ἐγρήγορσις πάντων πρὶ κάμμορε φώτων;

Τ ipſe in veſtibulo dormiuit diuinus Vlyſſes.
Subter quidem crudam boninā ſtrauit, ſed deſuper
Pelles multas ouium, ſacrificauerāt Achiui.
Eurynome autem ſuper indumentū iniecit dormiēti,
Illic Vlyſſes procis mala cogitans in animo,
Iacebat uigilans, hæ autem ex domo mulieres
Iuerunt, quæ procis miſcebantur anteà,
Mutuò riſum & lætitiam præbentes.
Huius autē mouebatur animus in pectoribus dilectis.
Multa autem cogitabat in mente & in animo,
An irruens mortem pararet ſingulæ,
An ſineret cum procis ſuperbis miſceri
Extremò & ultimò: cor autem ei intus latrabat.
Sicut autem canis teneros circùm catulos iens,
Virum ignorans latrat, & eſt prompta ad pugnandū:
Sic huius intus latrabant indignantis mala opera,
Pectore autem percuſſo animum increpuit uerbo,
Tolera utiq; anime, & pei aliud aliquādo toleraſti
Die illo quo tibi robore inſuperabili comedit Cyclops
Fortes ſocios, tu.a. audax perſtitiſti, quousq; te prudē-
Eduxit ex antrò putantem mori. (tia
Sic dixit in pectoribus inceſſens dilectum cor.
Huic ualdè in illo æſtu cor manebat tolerans
Indeſinenter, at ipſe uertebatur huc & illuc.
Sicut autē quando uentrem uir multo igne ardenti,
Plenum pinguedineq; & ſanguine huc & illuc
Variè uerſat, citiſsimè uerò cupit aſſatum eſſe:
Sic hic huc & illuc uertebat cogitans,
Quomodo iam procis impudentib. manus immitteret.
Solus cùm eſſet multis, prope.a ipſum uenit Minerua
Cœlitùs deſcendens, corpore.a. aſſimilata erat mulieri.
Stetit igitur ſuper capite, & hunc ſermonem dixit:
Cur rurſus uigilas omnes ſupra infortunate uiros.

Ver-

Domus quidem tibi hæc eſt, uxor autẽ tibi hac in domo
Et filius, qualem aliquis cuperet eſſe filium.
Hanc aũt reſpondens allocutus eſt prudens Vlyſſes,
Certè iam hæc omnia Dea ut par eſt dixiſti.
Sed aliquid mihi tale animus in mentibus cogitat.
Quomodo iam procis impudentibus manus imponam
Solus cum ſim, hi autem ſemper cõgregati intus ſunt.
Adhuc item aliquid & hoc maius in mentibus cogito,
Siquidem enim interficiam Ioueq́ teq́ nolente,
Quî ſubterfugiam? hoc autem conſultare uolui.
Hunc aũt rurſus alloquuta eſt dea cæſia Minerua,
Miſer, & quidem aliquis peiori perſuadetur ſocio,
Tamen mortalis eſt, & non tot curas uidet.
At ego Dea ſum continuè quæ te cuſtodio
In omnibus laboribus, dico autem tibi clarè. (num
Siquidẽ quinquaginta agmina diuerſilinguiũ homi-
Nos circumſtarent interficere prompti Marte
Et horum expelleres boues & pingues oues.
Sed capiat te & ſomnus, dolor & cuſtodire
Tota nocte uigilantem, è malis emerges iam.
Sic dixit, & ei ſomnum in palpebris fudit.
Ipſa autem retrò in Olympum abiuit diuina Dearũ.

Οἶκος μέν τοι ὅδ' ἐστὶ, γυνὴ δέ τοι ἥδ' ἐνὶ οἴκῳ,
Καὶ παῖς οἷόν που τις ἐέλδεται ἔμμεναι υἱα. (σεὺς
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυ-
Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα θεὰ κατὰ μοῖραν ἔειπες.
Ἀλλά τι μοι τόδε θυμὸς ἐνὶ φρεσὶ μερμηρίζει,
Ὅππως δὴ μνηστῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρας ἐφήσω
Μοῦνος ἐών· οἱ δ' αἰὲν ἀολλέες ἔνδον ἔασι.
Πρὸς δ' ἔτι καὶ τόδε μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μερμηρίζω,
Εἰπερ γὰρ κτείναιμι Διός τε σέθεν τε ἑκητι,
Πῆ κεν ὑπεκπροφύγοιμι; τὰ γὰρ σ' ὀΐομαι ἄνωγα. κ. πάντα φρ.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Σχέτλιε, καὶ μέν τίς τε χερείονι πείθεθ' ἑταίρῳ,
Ὅστις θνητός τ' ἐστὶ καὶ οὐ τόσα μήδεα οἶδεν·
Αὐτὰρ ἐγὼ θεός εἰμι, διαμπερὲς ἥ σε φυλάσσω
Ἐν πάντεσσι * πόνοις· ἐρέω δέ τοι ἐξαναφανδόν· κ. πόνοις. κ. καὶ, πόνοισιν.
Εἴ περ πεντήκοντα λόχοι μερόπων ἀνθρώπων
Νῶϊ περιστᾶεν, κτεῖναι μεμαῶτες ἄρηϊ,
Καί κεν τῶν ἐλάσαιο βόας καὶ ἴφια μῆλα.
Ἀλλ' ἐλέτω σε καὶ ὕπνος· ἀϊδρείη καὶ τὸ φυλάσσειν
Πάννυχον ἐγρήσονται· κακῶν δ' * ὕπο δύσεαι ἤδη. κ. ὑποδύσεαι
Ὣς φάτο· βῆ δὲ οἱ ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισιν ἔχευεν.
Αὐτὴ δ' ἂψ ἐς Ὄλυμπον ἀφίκετο δῖα θεάων,

COMMENTARIVS.

εὖθ' Ὀδυσεὺς) Sæpiùs repetitum eſt illud ἐν νυκτὶ βαλὴ, nunc uerò commodè repetendum, cùm Vlyſſes inducatur tempore illo, quod cæteri tum ſomno, tum libidinibus impendebant, cogitationibus inſumere. Neque poterat tam ſolicitus animus quieſcere in negotio tam urgente, & tantæ molis conſilio, ut ab uno ſuſtineri non poſſe uideretur: quod infrà apud Mineruam conqueretur. Ita autem omnia adornat Poeta, ut ſuis oculis facinora domeſtica uideat, unde magis inflammetur ac exacerbetur, cùm ea grauiora ſint quæ oculis, quàm quæ auribus percipiuntur.

ὡς ἢ κύων) Eleganter affectum iſtum Vlyſsis hac comparatione exprimit, quam in λοιδόρῳ imitatus eſt Ennius, ut pleraque alia, —— *Animus in pectore latrat*: hoc eſt, κραδίη ἢ οἱ ἔνδον ὑλάκτει.

τέτλαθι δὴ κραδίη) Grauiter ſine dubio & iniquiſsimo animo has mulierum petulantias ferebat Vlyſſes, ſed ne quid ei ad laudem illius πολυτλημοσύνης, qua inter ueteres omnes Heroas eſt celeberrimus, deeſſet, hac quoq; in parte illam ab eo uſurpari uoluit Poeta, atque eum inducit ſe ipſum exhortantem ad patientiam maioris mali, quod tamen ſubiuerit, commemoratione. Monet autem Euſtathius, in prouerbium abijſſe hæc Vlyſsis uerba: quod, ni fallor, à noſtris Adagiorum analectis obmiſſum eſt.

κυνώπιδος) Sanè grauius fuit hoc à Cyclope periculum, ſi id ipſum tantùm ſpectes quod ibi in uitæ diſcrimen uenerit: ſed ſi longè grauiora ſunt, ut reuerà ſunt, ea quæ honori & decori iniuriam faciunt, quàm quæ uitę, pluris etiam uidetur hanc inſolentiam libidinoſarum mulierum facere debuiſſe, quâ eius familia ita miſerè fœdabatur. Sed prudentiæ fuit, rerum occaſionem aucupari, neque ita incõſultò has ancillas de medio tollere, ne hac immatura feſtinatione alterum de interimendis procis conſilium abrumperetur: tamen conturbatum & inidgnatum ex hoc facto eum inducit, prout uirum honeſtatis ſtudioſum decuit.

ὀφρά σε μᾶλλον) Vide ſup. lib. 9. circa finem.

ὡς δ' ὅτε) Expreſſurus illam cogitationum in Vlyſſe uolubilitatem, licet longè petitis cõparationibus uti poſſet, ut tamen eò locupletiorem haberet Poeſin, quæ omni rerum genere eſſet referta, hanc quoq; ex re culinaria aduocauit, quæ ſatis ὑποπτικωτικῶς illam uolubilitatem ob oculos nobis ſubijcit. Ea autem in capiendo conſilio & excogitanda commoda ratione interficiendi procos uerſabatur. Neq; enim res erat leuis momenti, ut unus tantam multitudinem aggrederetur, quod non uidebatur ſine periculo poſſe fieri. At mirum ſanè eſt, quòd ita anxius ea de re ſit ac ſolicitus, qui anteà difficultatem iſtam à Telemacho propoſitam non minus prudenter quàm piè diluerit, cùm eum qui Iouis & Mineruæ auxilio fretus ſit, aliena ope non indigere pronunciaret, aſſentiente & probante deniq; ipſo Telemacho, ut uidere eſt ſup. lib. 16. pag. 236. Dicendum tamen uidetur ibi minus ſecurè eorum auxilium ſibi polliceri, ſed tantùm dubitanter propoſuiſſe, ut docet interrogatoria loquendi formula, quâ ibi utitur. Nunc uerò ubi propiùs imminet finis negotij, magis ſeriò incipit ea de re cogitare, ne quid inconſultis & inuitis Dijs facere uideatur, quod in eius ſequenti oratione ad Mineruam indicabit.

δώῃς τε σίθεν τε ἵκηαι) Ita ſcriptum eſt uulgo, atq; etiã in textu & annotationibus Euſtathianis. Sed, ni fallor, meliùs apud Didymum, δώῃς τε σίθεν τ' ἀίκηαι. Hoc enim uerebatur Vlyſſes, ne hoc negotium Iupiter & Minerua probarent, quòd fortaſſe eos cæde hominum minimè delectari intelligeret. Vide etiam præcedentem annotationem.

